ALEXANDRI APHRODISIENSIS

in octo libros Topicorum Ariſtotelis

EXPLICATIO.

In cæteris quidem libris uſitatam interpretationem ſecuti ſumus,ſed multis partibus,quàm antea,emendatiorem:

Septimum uero M.Antonius Muretus nunc primùm latinè & eleganter interpretatus eſt.



VENETIIS

Ioan.Gryphius excudebat. 1554.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBRI OCTO CVM ALEXANDRI APHRODISIENSIS EXPLANATIONE.

PROPOSITVM *nobis eſt uiam atque rationem inuenire, qua poterimus de omni propoſita quæſtione ex probabilibus ratiocinari, & ipſi diſputationem ſuſtinentes nihil repugnans afferemus. Ac primum quidem dicendum eſt quid ſit ſyllogiſmus, & quæ eius genera, ut quid ſit dialecticus ſyllogiſmus, ſiquidem ipſe eſt quem hoc libro inueſtigamus, intelligatur.*

ARISTOTELES In hoc ipſo libri initio declarat hoc uolumen eſſe de ſedibus argumentorum, & exponit ad quot, quáſq; res hæc uia atq; ratio Philoſopho utilis ſit: & item explicat quiſnam eius ſit finis. Sed quod dixi priore loco, in ipſo principio docet: quod uerò poſtea addidi, paulopoſt palam nobis faciet. atq; ex hoc cognoſcetur, debere eos, qui uolunt philoſophari, dialecticæ dare operam: ſiquidem ea conducit ad inueniendam ueritatem, quæ eſt finis eius contemplationis, ad quam Philoſophus dirigitur. Nunc uerò non erit alienum ab hoc inſtituto, uidere quemadmodum nomen dialecticæ non idem apud omnes Philoſophos ſignificet. Stoici enim eam definiunt eſſe ſcientiam bene dicendi: uq; aiunt bene dicere eſſe in ueritatis & conuenientiæ narratione poſitum. quod cum proprium Philoſophi eſſe exiſtiment, ſolam perfectiſsimã Philoſophiam eo nomine nuncupant: & ex eorum ſententia ſolus dialecticus eſt Philoſophus. At Plato multum laudans uiam diuidendi, & appellans eam uallum Philoſophiæ, cuius officium eſſe dicit poſitum in eo, ut poſsit ex uno multa facere, & multa in unum componere: quod idem ualet, ac ſi diceretur, poſſe genera in ſpecies diuidere, & in indiuidua, & uiciſsim indiuidua coniungere, & ad genus redigere, & in caput referre, hanc ipſam dialecticam uocat. Ariſtoteles uerò, & ii qui ab eo profecti ſunt, non ita utuntur nomine dialecticæ, ſed aiunt eam eſſe uiam & rationem quandam ſyllogiſticam: putantq; ſyllogiſmum in eo quod ſyllogiſmus eſt, nihil alium ab alio differre, ſed ſyllogiſmorum differentiam exiſtere in ſpeciebus propoſitionum, partim in modis & figuris, partim in materia in qua uerſantur. quorum prima differentia facit ſyllogiſmos dialecticos, quos categoricos appellamus, & hypotheticos: ſecũda uero eſt, ex qua ſiunt uel perfecti, uel imperfecti: & alii in prima, alii in ſecunda, alii in tertia figura, quemadmodum in prioribus analyticis eſt demonſtratum. Atque hi quidem ſyllogiſmi, omnis homo eſt ridẽs, nullum ridens eſt equus: &, omnis homo eſt ridens, nullus equus eſt ridens: &, omne ridens eſt homo, nullum ridens eſt equus, qui habent eandem materiam, non ſunt iidem inter ſe: quia & poſitio & ſumptio propoſitionum eſt diuerſa. eſt enim primus eorum in prima, alter in ſecunda, tertius demum in tertia figura confectus. Tertia autem differentia, quæ in materia eſt, alios facit demonſtratiuos, alios dialecticos. Nam ueluti artes, quatenus artes ſunt, nihil differunt inter ſe propter materiam, in qua ſunt, ſed in diuerſitate uſus diſcrimen habent, ut altera ſit lignaria, altera in domibus ædificãdis uerſetur, & in cæteris eodem modo: ita quoq; ſyllogiſmi, ex quibus is qui ex ueris & rei propoſitæ accommodatis, primiſq;, ac notioribus demonſtrat, remq; propoſitam concludit, demonſtratiuus nominatur: & methodus, qua ex huiuſmodi ratiocinamur, appellatur demonſtratio. is autem, qui ex probabilibus efficitur; uocatur dialecticus: & ita conſequenter ea ratio, qua utimur ad ita differendum, nuncupatur Dialectice: is uerò qui eſt ex iis quæ uidentur eſſe probabilia, dicitur ſophiſticus: & ſophiſtice quoque nominatur ea, quæ eiuſmodi ſyllogiſmos in diſputatione adhibet. Sunt enim hæ ratiocinationes, quæ in forma nullam habent differentiam, hæc ſcilicet, uoluptas eſt imperfectum, nullum bonum eſt imperfectum: & hæc, bonum bonos facit, uoluptas bonos non facit: ambę enim in ſecunda figura ſunt confectæ, ſed earum differentia in materia eſt: ſiquidem prior eſt demonſtratiua, quoniam habet initiũ à uoluptatis definitione, quam uoluptatem dicunt eſſe generationem in naturam ſenſibilem, & generatio imperfecta eſt: poſterior uerò eſt ex probabilibus. nam cum minimè uerum ſit bonũ bonos efficere, reſtat ut ſit probabile. Atque ii quidem qui ita de ipſo dialectices nominè ſentiunt, ut uelint id intelligi de uia ex probabilibus ratiocinandi, definiunt dialecticen hoc modo, Dialectice eſt uia atq; ratio de omni re propoſita ꝓbabiliter differendi. ac iure ſanè hæc uia appellatur dialectica, ſiquidem ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod eſt differere, nomen inuenit, & ipſum differere in interrogatione, & reſponſione totum conſiſtit. iſq; qui interrogat, de omni eo interrogat quod propoſuit is qui reſpondet, ut per interrogationem ſumat à reſpondente, de quo ratiocinetur. qui in eo, quod conabitur de omni quæſtione ꝓpoſita ratiocinari, non poterit id ipſum ex ueris efficere, quando non omnis res propoſita uera eſt, quippe quia contraria etiam proponuntur. ut quando dicitur, uoluptas eſt bonum, & contra, uoluptas non eſt bonum: & animus immortalis eſt, & rurſus, animus non eſt immortalis. & contraria inter ſe uera eſſe nullo modo poſſunt. nec etiam quod uerum non eſt, poteſt ex ueris concludi. omne enim quod ex ueris cõcluditur, uerum eſt. Sed quatenus argumẽtatur ex iis, quæ ex interrogatione ſunt ei conceſſa, ex probabilibus rem efficiet ſuam: quæ quidem probabilia, & perſuaſibilia ii qui reſpondent facilè dant atque concedunt. uerum ne omnino quidem probabilia, uera ſunt propriè. Debent igitur ii qui interrogant, maximè dare operam, ut ad abſurdas reſponſiones adducant reſpondentes, ut eos in repugnantiã compellant. ex quibus ſequi uidetur dialecticam non eſſe uiam ex ueris ratiocinandi, ſed ex probabilibus. quocirca illi, qui eius nomen in aliam ſignificationem transferunt, non rectè utũtur hoc nominè. quæ cum ita ſint, merito Ariſtoteles principio artis rhetoricæ dixit eam eſſe ἀντίστροφον hoc eſt æquiualentem rhetoricæ, quoniam illa quoque in iis uerſatur, quæ ad perſuadendum pertinent: quæ in eo ꝙ ſunt probabilia, ſunt ipſa itidem eiuſmodi, in quo ſciendũ eſt illud uerbum ἀντίστροφον ſignificare ἰσόστροφον, & in eiſdem rebus uerſantem, & eaſdem res tractantem Non enim uelut unaquæq; ſcientia quæ in aliquo genere determinato conſiſtens ea, quæ propria ſunt illius generis, & ei per ſe inſunt, demonſtrat & ſumit ex principiis illius generis propriis, ita etiam hæ duæ artes faciunt: neq; enim unum certum genus eſt utriq; ſubiectum, neque ea, de quibus uerba faciunt, demonſtrant ex iis quæ ſunt eis propria, & quæ in ſunt in eorum ſubſtantia: ſed in communibus uerſantur. Etenim dialecticus & de muſicis, & de medicinalibus, & de geometricis, & de phyſicis, & de moralibus, & de logicis, & uno uerbo, de omnibus propoſitis quæſtionibus diſputabit: eiuſq; demonſtrationes ex probabilibus, & latè patentibus, non ex propriis rei, de qua agatur, exiſtent. Ne-

quę enim dialecticus aliquid in medicina demonſtrat ex principiis medicinæ, cum hoc ſit medici proprium: neque ex principiis geometriæ probat geometrica, quando id ad geometram pertinet: ſed dialecticæ proprium eſt, de omnibus propoſitis ratiocinari ex probabilibus ſyllogiſmis. quæ autem ſint probabilia, non multo poſt percipiemus. Orator autem etſi non de omni quæſtione, ueluti facit dialecticus, diſſerit, tamen ne ipſe quidem in uno definito genere uerſatur. nam & ipſe quoque de medicinalibus, de philoſophicis, de muſicis, ac maximè de politicis loquitur. Ac Oratori quidem uidetur ea propriè ſubiecta materia, ut de ciuilibus rebus, deq; iis quæ agenda ſunt copioſe diſſerat. ac de omnibus de quibus habebit orationem, ipſe itidem ex quibuſdam uerisſimilibus ac probabilibus æquè ac dialecticus argumentabitur. nã & ipſe quoque in utranque partem diſputat, cum idem aliquando honeſtum, aliquando non honeſtum, aliquando utile, aliquando nõ utile, & quandoq; iuſtum, quandoq; non iuſtum eſſe demonſtrat. quamobrem id etiam his duabus artibus commune eſt, ſimili modo potentiis ſuis uti ad utrunq; contrarium. At qui in ſcientiis uerſantur, licet habeant cõtrariorum cognitionem: tamen Scopus, quem in illa ſcientia ſibi propoſuerunt, eſt, ut alteram partem contrariorum quæ melior eſt, definitè cõſequantur, medicus, ut ſanet, aliptes ut firmã corporis conſtitutionem tueatur: & cæteri alterum contrariorum quod melius eſt, propoſitũ habent, in quo ſe exerceant. Nam cognitio contrariorum, quam aſſequuntur, nõ eſt apud eos principalis, ſed ex cognitione unius ſequitur alterius cognitio: quemadmodum ex ſcientia eorum quæ ſanitatem inducunt, ſequitur etiam cognitio eorum, quæ morbos gignunt. Dialecticus uero atque rhetor ſimili modo propoſitam habent contrariorum demonſtrationem. ex quo fit, ut eas potentias appellent, quandoquidem id quod uerè aliquid poteſt, contraria poteſt. Sunt tamen alii, qui putant eas appellari potentias, quia potentia & excellentia quadam inſtruant eos, qui eis utuntur. multitudo enim tales homines iis artibus præditos admiratur quaſi plus poſſint quam cæteri: quin etiam eas potentias appellari, quia ii qui eis ſunt ornati, bene & male illis uti poſſint: & ob eam cauſam bonorum inſtrumenta potentias nominari. quod etſi ex eis potentiis conſequitur, tamen propriè potentiæ ſunt, quia poſſunt pari modo contraria. Non.n. dialecticus quatenus dialecticus eſt, hoc magis, quàm quod ei contrarium ſit concludet. Oratoris eadem ratio eſt. Quibus quidem fit rebus, ut dialecticæ ac rhetoricæ commune ſit, non uerſari circa unum definitum genus, & ex probabilibus ac uerisſimilibus diſſerere, & concludere ex principiis rei propoſitæ non propriis: & ambas pari modo tractare, ea quæ ſunt inter ſe contraria. Differunt uero, quod dialectica in omni materia utitur potentia, & non facit rationes ſuas uagas ac diffuſas, ſed interrogatione & reſponſione (Ex eo enim potius nomen ducit) & enunciationes facit uniuerſaliores, ac communiores. Rhetorica uerò nõ eſt in omni materia ſicuti dialectica. Orator enim, eſt potius in rebus ciuilibus occupatus, ut ante dixi, & ut plurimum utitur ubertate & copia dicendi, & tractat magis res ſingulares: format enim rationes ſuas ad circunſtantias, ad fortunas, ad occaſiones, ad perſonas, ad locos, & cætera, quæ ſunt eiuſmodi, quæ ſunt de numero ſingularium: de quibus ſunt lites, conſultationes, laudationes. Iam uerò de hac dialectica Ariſtoteles quoque in aliis libris agit: ſed in his præcipuè, quæ Topica inſcribũtur, quia in eis loci quidam traduntur, quorum ope poſſumus de quacunq; propoſita quæſtione probabiliter diſſerere, ut ipſe atteſtatur. Locus autem, quemadmodum Theophraſtus inquit, eſt principium quoddam uel elemẽtum, ex quo uniuſcuiuſq; rei principia ſumimus, definite adhibentes mentem circunſcriptioni (uel enim ſumit communia, & uniuerſalia, quæ ſunt ſyllogiſmorum propria, uel ex ipſis poſſunt huiuſmodi demonſtrari ac ſumi) ſingularibus uero, indefinite. ex iis enim poteſt ſuppetere copia propoſitionum probabiliũ ad propoſitum concludendum, idq; principium eſt. quandoq; autem probabilia ſunt tanquam neceſſaria: quando quidem fieri non poteſt, ut de omni re propoſita ex ueris, ut dictum eſt, ratiocinemur. Hoc enim, uoluptas eſt bonus finis, non poteſt ex ueris demonſtrari, quia non uerum eſſet id quod demonſtraretur: ex probabilibus tamẽ poteſt. Nam ſi ſumpſerimus, omne id quod non per aliud, ſed per ſe eſt optandum, eſſe bonum perfectũ, & aſſumpſerimus uoluptatem eſſe huiuſmodi, quod quidem eſt probabile, efficiemus cõcluſionem nobis propoſitam. Præterea ſi accipiamus, id quod omnia animalia rationalia & irrationalia expetunt, eſſe maximè ſecundũ naturam, quodq; ſecundum naturam eſt, id eſſe perfectisſimum, & ſyllogiſmo utentes hoc modo, quod omnia animalia & rationalia, & rationis expertia expetunt, id maximè ſecundum naturam eſt perfectisſimum. deinde aſſumamus id, uoluptatem expetunt omnia animalia & ea quæ ratione utuntur, & quæ ratione carent, idem concludemus. Nam cum dialectico propoſitum ſit de omnibus diſſerere, & in omnibus ſint etiam falſa, nec poſſit ex ueris falſum probari, certe patet, dialecticum non fore huiuſmodi falſas quæſtiones ex ueris oſtenſurum, ſed ex probabilibus: cum nihil uetet aliqua falſa eſſe probabilia. quòd ſi ne ex probabilibus quidem poterit demonſtrare, ſed ex apparentibus probabilibus, non erit dialecticus, ſed ſophiſta, ut in ſophiſticis elenchis probatum eſt. hæc autem tractatio eſt dialectica. Igitur huius libri propoſitum eſt uiam ac rationem inuenire, qua poſſimus de omni re diſſerere. quod uero addit de omni, diſiungit à rhetorica dialecticam: ſiquidem rhetorica non perinde ac dialectica de omni queſtione argumentatur. quoniam eius materia eſt potius in moralibus ac ciuilibus poſita, ut ſupra dixi, quæ conatur ex probabilibus demonſtrare. Sed, de omni, communius dixit, quatenus & de naturalibus, & de moralibus, & de logicis quæſtionibus dialecticus diſputat. Sed in his ſunt etiam quæſtiones quædam quæ non ſunt dialecticæ: de quibus manifeſtum eſt non eſſe dicturum dialecticum. ita non ſimpliciter de omnibus diſſeret. neq; enim dicet de iis, quæ uel ſenſu, uel pœna indigent: neq; de iis, quibus propinqua eſt demonſtratio: neq; de iis à quibus longe abeſt, ut ipſe poſt dicet, cum de quæſtione dialectica uerba faciet. An de iis nõ loquitur dialecticus, quia ne quæſtiones quidẽ initio ſunt? Dixit autẽ, de omni propoſita quæſtione, intelligens quæſtionem dialecticam. Tum ſequitur, ac primum quidem dicendum eſt, quid ſit ſyllogiſmus, quia dixit eſſe propoſitũ de omni quæſtione diſſerere, iure merito primum: quid ſit ſyllogiſmus explanat: deinde ſyllogiſmi differentias explicabit: ut qualis ſit dialecticus, qui ex probabilibus fit, de quo nunc agitur, & quomodo ab aliis differat, planũ fiat.

Eſt igitur ſyllogiſmus oratio, in qua poſitis quibuſdam aliquid aliud quàm quę poſita ſunt, ex iis quę poſita ſunt, ex neceſsitate efficitur.

De ſyllogiſmi definitione, deq; dubitationibus, quę contra eam afferuntur, dictum etiam à nobis eſt in ea expoſitione, quam in priora reſolutoria edidimus. eſt enim in illis principaliter de ſyllogiſmis ſermo: in quibus Ariſtoteles omnẽ uiam ratiocinandi tradit. nunc uerò quæ ad eiuſdem definitionis perſpicuitatem facient, commemorabimus. Igitur ſtatuit ſyllogiſmum in oratione, ut in genere: quia oratio prædicata uniuocè de ſyllogiſmo non ſolum de eo dicitur, ſed etiam de aliis quæ ratione formæ à ſyllogiſmo differunt. nam oratio & de fabula, & de enarratione, & de concione, & de aliis innumeris, quę inter ſe ſpecie differunt, uniuocè & in eo quod quid eſt prædicatur. Cæterum differẽtiis, quas poſuit, ſeparat ſyllogiſmum ab aliis orationibus, & in quo ſit eius eſſentia declarat. ait enim ſyllogiſmum eſſe orationem, in qua oratione poſitis quibuſdam aliud aliquid quàm quæ poſita ſunt, neceſſario euenit ex iis quæ poſita ſunt. Illo autem uerbo, poſitis, diſiungit ab aliis orationibus ſyllogiſmum, in quibus nihil ponitur: qualis eſt oratio narratiua. ſignificat autem hoc loco poſitis pro ſumptis & conceſſis: ac conceſſis, uel ab eo qui

contra

contra diſputat, uel ſi ad alium ſyllogiſmus efficiatur: uel cõceſsis à ſeipſo, ſiquis per ſe ipſe ratiocinetur. Oportet.n. ut is qui ità demonſtrat, quædam ſumat, quæ dari ita ſe habere aliis concedat: deinde ex iis tanquam cõceſsis aliquid aliud demonſtrare. Quòd uerò rectè uſus ſit uerbo, poſitis, perſpicuum eſt ex eo, quia alio magis uulgato uti poterat. Cõcedere aũt & ſumere nõ omnino de affirmatiuis intelliguntur, quia non minus ponuntur, & cõceduntur negatiua q̃ affirmatiua: neq; omnino ſyllogiſmus ex omnibus affirmatiuis poſitis uult effici. Poteſt etiam illud uerbũ poſitis ſignificare aliquid categoricũ. ponuntur.n. hæc propriè in ipſo ineſſe, & non ineſſe accepta: hypothetica uerò non ponuntur, ſed ſupponuntur. Syllogiſmi enim categorici, ut ex prioribus analyticis didicimus, Ariſtoteli ſimpliciter & propriè ſyllogiſmi uidentur eſſe: hypothetici uero nõ ſimpliciter ſunt ſyllogiſmi, ſed cum additione. ita fit, ut nunc ſimpliciter, & uere ſyllogiſmi definitionem tradat. Dixit autem poſitis, & non poſito, ut quidam putant, qui definitionem reprehendunt, quia nihil ſyllogiſticè uno poſito, ſed duobus ad minimum demonſtratur. Eos uerò, quos unius propoſitionis Antipater fecit, nõ ſunt ſyllogiſmi, ſed defectuosè interrogantur hoc modo: Reſpiras, uiuis igitur. qa.n. cum dies eſt, lux eſt, propterea ex eo lucem eſſe ſyllogiſticè demõſtratur: & quia reſpirans uiuit, tu uerò reſpiras. ſed non ſimpliciter ex eò quòd dies eſt, lux eſt, quinetiam neq; ex eò quòd reſpiras uiuis. Ita inquibus non eſt coniunctum cognitũ, non ſatis eſt ad concluſionem una ſola propoſitio accepta: quare fit, ut nõ ex eò quòd eſt motus, uideatur ſequi non eſſe uacuũ, & tamen id uerũ eſſe demõſtrauit Ariſtoteles. ii igitur qui utuntur coniunctione cognita & euidenti, uel perſpicuitate propoſitionis uniuerſalis, putant ex uno poſito aliquid cõcludere. huius rei ſignum eſt, quod ſi addatur aliquid cum ipſa coniunctione, nihil ſuperfluit. ut in hoc, ſi dies eſt, lux eſt: ſed dies eſt, ergo lux eſt: ſi ex eo, quod dies eſt, lucem eſſe demonſtratur, ſuperfluum eſt quod adiungitur. in iis.n. quæ ſyllogiſticè demõſtrãtur, id quod foris aſſumitur ad eiuſdem demonſtrationem ſuperuacuũ eſt: quod cũ in hac oratione ſuperuacaneum non ſit, oſtendit ei deeſſe. Vel quia & oratio & ſyllogiſmus eſt imperfectus, neq; ſiquid ex aliquo neceſſario ſequitur omnino etiam ſequitur ſyllogiſticè. non.n. quia id quod ſyllogiſticè ſequitur, & neceſsitate ſequitur, tam & quod ex neceſsitate ſequitur ex aliquo, ſyllogiſticè conſequitur. Oratoriæ quoq; ratiocinationes, quæ enthymemata uocãtur, ſunt huiuſmodi. uidetur.n. in illis fieri ex una propoſitione ſyllogiſmus, quia altera clara ſit ita, ut à iudicibus, uel ab auditoribus addi poſsit, ut hic dignus eſt pœna, eſt.n. proditor. Addit enim iudex tanquã euidens, hanc propoſitionem, omnis proditor dignus eſt pœna. id enim legibus iubetur & cauetur. quocirca ii non ſunt propriè ſyllogiſmi, ſed hoc totũ, rhetorici ſyllogiſmi. ita in quibus id quod omittitur, cognitum nõ eſt, in iis per enthymema fieri ſyllogiſmus nullo modo poteſt. Nam ſyllogiſmus ipſo nomine uidetur ſignificare cõpoſitionem quãdam orationem, ut etiam condecretum: decretorum coniunctionem. Quod uerò ait, id quod infertur debere eſſe aliud qddam quam quæ poſita ſunt, additum eſt, ut uſus & utilitas ſyllogiſmi oſtenderetur ex qua quidẽ additione Ariſtoteles docet inſtrumentum eſſe ſyllogiſmum, quia pertinet ad explicandum aliquid, quod minimè clarum eſſe uideatur. cuius uſus eſt ex quibuſdam cognitis & perſpicuis. quamobrẽ ſi non poteſt idem ſimul clarũ eſſe & obſcurũ, certè ne ſyllogiſmi quidẽ uſus ſeruaretur in iis in quibus id quod cõcluditur nõ eſt diuerſum à propoſitionibus. ea uerò oratio quæ ſyllogiſmi uſum non præbet, non eſt ſyllogiſmus, nã ſi ſyllogiſmus eſt inſtrumentũ, omne autem inſtrumẽtũ eſt utile, etiam ſyllogiſmus eſt utilis. orationes autẽ, in quibus aliquid idem cũ iis quæ poſita ſunt, infertur, non ſunt utiles: eæ igitur orationes in quibus aliquid idem quod ea quæ poſita ſunt concluditur, non ſunt ſyllogiſmi. Inſtrumẽtum aũt eſſe utile perſpicuum eſt. in omnibus enim inſtrumentis uidemus quid nõ poſsit proprium uſum præſtare, & id auferimus. nam neq; quiſquam lyram dicet eam, qua muſice uti nõ poſsit: neq; ſecurim, qua faber nõ queat uti. Qui enim appellat iiſdem nominibus ea, quæ ex uſu proueniunt, æquiuocè nominat, qualia ſunt depicta, uel efficta, ſicuti dicimus lapideam manũ. quare non erit ſyllogiſmus, qui uſum ſyllogiſmi non ſeruat. huiuſmodi eſt illa oratio, in qua cõcluſio eſt ſimilis iis quæ poſita ſunt: quales ſunt illæ, quibus Stoici utuntur, quæ idem repetentes, & indifferenter concludẽtes ab eis uocantur. Sunt autem apud eos idem repetentes, ad hunc modũ. ſi dies eſt, dies eſt: ſed dies eſt, ergo dies eſt. indifferenter uerò concludẽtes in quibus cõcluſio eadem eſt atque una ex ſumptionibus, ut in his uideri poteſt. uel dies eſt, uel lux eſt: ſed dies eſt, ergo lux eſt. quas orationes ſiquis ſyllogiſmos nominat, æquiuocè nominabit. quoniam.n. modo abſurdũ nõ eſt dicere id quod poſitum eſt, concludi & demonſtrari? quomodo.n. non ſumuntur ea, quæ initio poſita ſunt? nã petere principium dicitur is, qui ſumit illud quod demonſtratur in propoſitionibus prius illud idem demonſtrantibus. Eſt etiam abſurdum non dicere inductionem eſſe, in qua concluſio eſt eadem cum aliquo eorum quæ ad demonſtrationẽ ſunt dicta, quia non præbet uſum inductionis, & ſyllogiſmũ uocare, qui nihil demõſtret. Non enim ſufficit figura orationis ad efficiendum ſyllogiſmũ, ſed debet eſſe primum ſignificatio, quæ ex forma orationis poſsit aliquid oſtendere. Nam in cæteris inſtrumentis non ſatis eſt figura ad inſtrumenti naturam, ſed opus eſt etiam propria materia, cum qua proprium opus exhibebit. igitur in ſerra opus eſt tali materia quadam, cũ præſertim nemo ſerram ſit dicturus eam, quæ in cera eſt efficta. quare definitio ſyllogiſmi, qua inſtrumentũ eſt, debet in ſe propriam habere materiã. Eſſe aũt inutilẽ eum, qui aliquid ex iis quæ poſita ſunt inducit, clarũ eſt ex eo, quod neq; ad demonſtrationẽ, neq; ad dialecticũ, neq; ad ſophiſticũ ſyllogiſmum uti eo poſſumus. ſunt enim hæc ſyllogiſmi genera. Præterea idẽ iterantes ſunt aſyllogiſtici, quatenus uel utrunq; aſſumunt, uel conſequens. quid enim potius antecedẽs, q̃ conſequens? Qui uerò ex contradictione diuiſiui ſunt, nõ inducunt idem quod aliquid ex iis quæ poſita ſunt, ſed contrariũ reliquæ orationis: cui cõtrario accidit, ut fiat idẽ quod aſſumptio, quia diuiſiuum eſt huiuſmodi. In diuiſiuis igitur qui non ſunt ex huiuſmodi, eſt aſyllogiſtus is, qui contrariũ reliqui non inducit. ſed ne ſyllogiſmum quidem dicet aliquis eum qui ſit ex diuiſiuo cõfectus, & ex uno eorũ quæ ſunt in diuiſo alterũ inferat. Nam quoniam illato, in ſyllogiſmo, qui ex huiuſmodi diuiſiuo conſtat, accidit cum ſit contrariũ alterius eorũ quæ in ipſo diuiſiuo ſunt, ut idẽ ſit ratione dictionis cũ eo quod eſt aſſumptũ, quod nõ eſt idẽ, neq; ſecundum idẽ & cõtrariũ alteri quod ex diuiſiuo ſit relictum, & idem cũ eò quòd ſit aſſumptum, quærendũ eſt, ex quo ſumpto de iis quæ ei accidũt, & in idẽ concurrũt, fiat oratio ſyllogiſtica. Quod.n. ambo nõ ſint idẽ, neq; ei ſecundũ idẽ inſint, eſt manifeſtum ex eo, quod non in omnibus diuiſiuis ambo eidem inſunt. Quod ſi eadẽ inter ſe ſunt, & eſt idem, contrariũ eſſe alteri eorũ quæ ſunt in diuiſione, & eſſe idẽ quod alterũ eorũ, certè in quo unum ineſt, etiam alterum inerit. Quod ſi ſunt, in quibus non ineſt, ut contraria ſint cæteris aſſumptis, nõ erit idem in diuiſiuis, contrarium eſſe alteri eorũ quæ ex diuiſione ſunt, & diuerſum eſſe ab aſſumpto eodẽ. quare neq; in quibus ſimul inſunt, tanquã eadẽ inter ſe inſunt. quod ſi nõ ſunt eadẽ quærendum eſt, ex utrius eorum pronuntiatione fiat ſyllogiſmus. Id aũt aliquis intelliget, ex ipſa complexione formæ ſyllogiſmi. Eſt autẽ complexio ipſa eiuſmodi ſyllogiſmi hæc ut ex diuiſiuo, & ex uno eorũ quæ ſunt in diuiſione reliqui cõtrarium inducat. Sed ſi hoc eſt, patet effici ſyllogiſmũ ut contrariũ ſumptum, nõ ut idem cũ aſſumpto. neq;.n. id uult cõplexio. Vt.n. in quibus aliud eſt cõtrarium, & aliud aſſumptũ, qui cõtrarium alterius inducit, manet in ipſa propoſiti ſyllogiſmi cõplexione, & ſecundũ ipſam ratiocinatur, qui uerò aſſumptũ concludit, quando idẽ nõ eſt in eis cõtrariũ & aſſumptũ, neq; manet, neq; ratiocinatur, ita in iis in quibus ambo

concurrunt, ſyllogiſmus quidẽ fiet tanquã illato cõtrario alterius quod ſit acceptũ, ſed nõ tanq̃ eodem quod aſſumptũ. Quod uerò id quod infertur, nõ ſit idẽ cum eo quod aſſumptũ eſt, ex his intelligetur. ut in iis diuiſiuis q̃ cõſtant ex non oppoſitis cõtradictoriè: cuiuſmodi eſt hoc, uel dies eſt, uel nox eſt, contrariũ huic, nox eſt, quod eſt, nõ eſt nox, ſignificat quidem diem eſſe, ſed quia principaliter nõ ſignificat eſſe diem, nõ dicitur eſſe idẽ quod id quod eſt hoc aſſumptũ, dies eſt. Nõ.n. quia dictione differt nõ eſt nox, ab hoc dies eſt, propterea non eſt idẽ. Ea.n. in quibus aliqua dictione differunt, & tñ eandem rem ſimiliter & principaliter ſignificant, eandẽ efficiunt propoſitionẽ, licet diuerſam uocẽ habeant. nã enſem habere, & gladium habere idem eſt, & eadem de eodẽ diceretur propoſitio, quia & enſis & gladius idẽ ſignificãt. Ita igitur, ſi nõ eſt nox, ſimiliter ſignificet eſſe diem, ac ſi dicatur, dies eſt, certè non ſunt factæ diuerſæ propoſitiones ex eo quòd diuerſa ſint uerba: ſed quia, ſi dicas, dies eſt, & ſi dicas, nõ eſt nox, nõ idem primò ſignificabis, fit, ut diuerſæ ſint, & nõ eædem inter ſe. Nam hæc, dies eſt, principaliter oſtendit diẽ eſſe: & per acidens tollit eſſe noctẽ: hæc uerò non eſt nox, principaliter aufert noctẽ, & ex accidente diẽ eſſe ponit eo quia ſi nox nõ eſt, dies ſit neceſſario. ut igitur in his ita ſe res habet, & hoc, dies eſt, hoc eſt aſſumptũ & illatũ in prædicto ex cõtradictione diuiſiuo. Non.n. ſumuntur tanquã idem principaliter ſignificantia. quod ſi ita eſt, nõ ex eo quod dictione eadem ſint, iam erunt etiam eadem omnino. ſed diuerſa erũt, quia idẽ principaliter nõ ſignificabunt. Quod aũt identitas dictionis non ſufficiat ad efficiendã propoſitionem eandem, quemadmodũ nec diuerſitas ſatis eſt ad efficiendam diuerſam, declarant æquiuocationes. Quod aũt aliquid non capiatur tanquã utroq; modo idem ſignificans manifeſtũ eſt ex eo, q̃ hæc propoſitio, dies eſt, in aſſumptione accepta, aſſumitur tanquam principaliter diem eſſe ſignificet: illatũ uerò inducitur: tanquã auferat hanc propoſitionem, non eſt dies, quaſi idem ualeat, atq; hæc, nõ igitur non eſt dies. ut igitur hoc nõ ponit principaliter diẽ eſſe, ſed tollit hoc, Non eſt dies, ita & hoc, ſed dies eſt, id quod pro eo ſumitur. Accipitur enim in pronunciatione tanquam illud tollens, ſed non tanquã idem: uel quod utatur eo quaſi tollat non eſſe diem, uel quaſi ponat eſſe diem. Qui enim eo utitur pro tollendo non eſſe diẽ, ſi erat aliquid aliud id ipſum tollens, & non hoc eſſe diem, certè illo, non hoc uſus eſſet. Qui uero ſignificare uult eſſe diem, certè nullo alio modo utetur, quã eo, qui id ſignificabit. Illud autẽ uerbũ, Ex neceſſitate, definitioni additum diſtinguit ab inductione ſyllogiſmũ. Eſt enim etiã inductio oratio, in qua poſitis quibuſdam aliquid aliud q̃ quæ poſita ſunt accidit: ſed nõ ex neceſſitate. neq;.n. neceſſarium eſt quod in ipſis inductionibus demonſtratur: propterea quod neque omnia, ex quibus propoſitæ rei demonſtratio cõſtat, ſumi poſſunt: neq; etiã ſi omnia ſumerẽtur, uniuerſale ex neceſſitate ita eſſet, ſicut unumquodq; eorũ quæ fuiſſent ſumpta. Quod uero dicit, ex neceſſitate efficitur, non indicat fieri in ſyllogiſmis neceſſariam cõcluſionem (neq; enim in omnibus ſyllogiſmis eſt neceſſaria concluſio: quippe cũ in multis ſit etiã cõtingens, ut in iis, qui ex propoſitionibus contingentibus cõſtant, cõcluſio contingens eſt) ſed quod ait ex neceſſitate, indicat concluſionem neceſſariò ſequi propoſitiones, ex quibus oſtẽditur, cuiuſuis habitus fuerit eorum, quæ ad cõcluſionẽ efficiendã poſita ſunt. Quamobrem ſi illatio non ex iis ſequatur quæ poſita ſunt, & tamen ſit neceſſaria, tũc nõ erit ſyllogiſmus. Quod uero ait, Ex iis quæ poſita ſunt, ſyllogiſmos ab orationibus monolemmatis, hoc eſt una ſumptione conſtantibus, diſiungit: in quibus concluſio nõ fit ex iis, quæ poſita ſunt, propterea quod ad ſyllogiſticam demonſtrationẽ deeſt in eis altera propoſitio, ut ante diximus: itemq; diſtinguit ab iis, quæ excedentes appellantur. nam orationes, in quibus aliqua propoſitio ſuperflua ſumpta eſt, eæ nõ inducũt cõcluſionem ex poſitis, ſiquidem ea propoſitione ablata, idẽ nihilo minus poteſt induci. Nã ſi ex his, oẽ iuſtum eſt honeſtũ, omne honeſtũ eſt bonũ, concluditur omne iuſtũ eſſe bonũ, certè ſuperuacaneũ erit ad hoc demonſtrandũ addere, omne bonũ eſſe per ſe expetẽdum, aut aliud quippiam. Quinetiam in quibus propria cõcluſio nõ infertur, ſed aliud cõſequens, uel ei accidẽs, ne illi quidem ſunt ſyllogiſmi, cũ ex iis quæ poſita ſunt non efficiatur. ueluti ſiquis ſumat uoluptatem eſſe ſecundũ naturã. & quod ſecundũ naturã eſt, expetendũ eſſe, deinde cõcludat uoluptatem eſſe bonã: certè id nõ fiet ex iis quæ poſita ſunt, licet ex eo quod eſt concluſum neceſſario conſequatur. Huiuſmodi eſt Epicuri ſyllogiſmus de morte. neq; enim ex propoſitionibus dicẽtibus, quod diſſolutũ eſt nõ ſentit, quod nõ ſentit nihil ad nos pertinet, infertur concluſio, mors nihil ad nos pertinet, ut ipſe arbitratur, ſed concluditur, quod diſſolutũ eſt nihil ad nos pertinere. itemq; mors nõ eſt diſſolutum, ſed diſſolutio. Is.n. qui conceſſit diſſolutum nõ ſentire, iam nõ conceſſit fieri ſine ſenſu diſſolutionẽ. neq;.n. diſſolutio animalis quæ eſt mori, eſt ſine ſenſu. quocirca ad nos pertinet mori, & non eſſe mortuos: licet non ſemper mori ad nos ſpectet: quare duplex eſt mors ea quæ fuit, & ea quæ eſt: q̃ fuit, nihil ad nos, quæ uero eſt, ad nos illa pertinet, quã nos timemus. Iã uero ne illi quidẽ ſunt ſyllogiſmi, in quibus nulla propoſitio uniuerſalis ſumpta eſt. quia in iis nõ demonſtratur ex iis quæ poſita ſunt, ex uniuerſali propoſitione quæ omiſſa eſt. Tales ſunt orationes Stoicorum quæ ſine uia, & ratione cõcludere dicuntur. neq;.n. ſi A eſt æquale B, & B ſimiliter æquale eſt ipſi C, iam A, ipſi C, æquale eſſe ſyllogiſtice demonſtratum erit: quia concluſio nõ fit ex propoſitis, ſequitur quidem id ex propoſitis, quia uerũ eſt hoc uniuerſale, quæ eidem æqualia ſunt, inter ſe ſunt æqualia. quocirca illo poſito, & hoc diuiſo coniuncto, & in unam propoſitionem cõpoſito hoc modo, A & C, eadem ſunt æqualia B, ſyllogiſticè concludetur A, eſſe æquale C. ſimile eſt quod dicitur, Dies eſt, ſed tu quoq; dicis diem eſſe, uerum igitur dicis. nam & in hoc ſequitur illatum ex propoſitis, tamẽ neceſſitas non eſt propter illa, ſed quia uerum eſt uniuerſale, omnis qui dicit diem eſſe, cum dies eſt, uerum dicit. hoc ſumpto, ſiquis coniungat poſita in unã propoſitionem, Tu, cũ dies ſit, eſſe diem dicis, inferet ſyllogiſticè, Tu ergo uerum dicis. nã in iis oĩbus ſermonibus uniuerſale quod uerũ eſt; fuit omiſſum: altera uero propoſitio in duo, uel in plura diuiditur, ut in hac oratione, lex eſt enormitati contraria: ſed lex non eſt mala, ipſa uero enormitas mala eſt: lex igitur eſt bona. hic.n. uniuerſale quod huiuſmodi eſt, Quod non eſt malum, & malo contrarium eſt, id bonum eſt, fuit omiſſum. diuiditur autem in tria altera propoſitio, quæ ita habet, Lex quæ non eſt malum, contraria eſt enormitati, quæ mala eſt: cuius partes ſunt hæ, lex eſt enormitati contraria, &, ſed lex non eſt malum, &, ſed enormitas eſt in malis. nam ex prædictis binis propoſitionibus legem eſſe bonum ſyllogiſticè concluditur: itemq; ex una, quæ in tres partes ſit diuiſa idem conficitur.

Demonſtratio autem eſt, cum ex ueris & primis ſyllogiſmus eſt, uel ex talibus. quæ ex quibuſdam ueris & primis cognitionis ſuæ principium ſumunt.

Definiuit ſyllogiſmum Philoſophus. deinceps eius genera definit, & declarat. quæ quidem ex materiæ differentia quid ſingula ſint oſtenduntur, & in qua re eſſentiam habeant ſuam. ita.n. ſumens genera ſyllogiſmorum, & eorũ differẽtias explicans, nobis oſtẽdit in quo dialecticus ſyllogiſmus differat à cæteris. Species.n. ſyllogiſmi quæ ex differẽtia materiæ oriuntur ſunt eæ: demõſtratio, dialecticus, ſophiſma. quippe quia qui ratiocinatur, uel ex ueris, uel ex probabilibus, uel ex apparentibus probabilibus argumentatur. nam nemo ex falſis. & improbabilibus ſimul argumentatur. In primis uero loquitur de demonſtratione: ſiquidem ea eſt maximè propria, & principalis ratiocinatio. demonſtratio autem eſt ſyllogiſmus ſcientiam efficiens. Dicit autem demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum ex ueris & primis, uel ex talibus quæ ex primis & ueris ſuæ cognitionis principium ſumpſerunt. ideſt, ſi id quod eſt propoſi-

propoſitum,demonſtratum ſit & concluſum ex iis, in quibus cauſæ & principia cognitionis uera & prima ſunt. neque enim omnis ſyllogiſmus ex ueris conſtans eſt uerè demonſtratio,ſed ſi præter ij ꝙ uera ſunt ea ex quibus probatur ſyllogiſmus,prima etiam ſint:quoniam ita erit ex cauſis:& ſyllogiſmus ex cauſis eſt demonſtratio. nam prima ſunt cauſæ eorum quæ poſt illa ſunt. neq; uerò ea quæ ſumuntur debent eſſe priora ordine naturæ iis,quæ ex eis demonſtrantur,ſed prima in eo,quod immediata, & non ex aliis demonſtrata ſint:quæ ſi ita erant,naturæ cognita erūt per ſe.ſunt autem principia demonſtrationis,quæ cognita per ſe ſunt.immediata uerò ſunt nota per ſe. non.n.demōſtrantur.quamobrē qui demonſtrat Lunā deficere, quia incidit in umbram terræ,demonſtrat hoc modo.Luna concidit in umbram terræ,uel à terra obſcuratur: quod concidit,uel obſcuratur,deficit.nam coincidere eſt cauſa defectus. Quod ſiquis terram lunæ coincidere demonſtrabit, ex eo, quod luna deficiat, is non iam propriè demonſtrabit,etſi uerū ſumet,neq;.n.ex primo,neq; ex cauſa propriè demonſtrat alterū & effectum, ſed primū ex poſteriori.nā poſterior eſt defectus quàm luna incidat in umbram terræ,& defectus poſtea fit.Ita quoq; ex poſteriore demonſtrabit is,qui demōſtrabit,hanc peperiſſe, quia lac habeat, neq;.n. lac habere in cauſa eſt,cur pepererit: ſed peperiſſe cauſa eſt,cur lac habeat.at qui ex partu lac habere demonſtrabit,ex cauſa & primò demonſtrabit. Simili quoq; modo qui demonſtrarit hominem habere pulmonem, quia homo eſt aptus ad ſpirandum,is ex uero quidem ratiocinabitur, ſed non ex primo: quocirca ne demōſtrat quidē. quod ſi econuerſo ex eo quod pulmonē habet,eum reſpirare demonſtret,iam demonſtrabit.Itemq́; is,qui demonſtrat hominem habere ſenſum ex ſenſibili,non demōſtrat, uerum ſi ex eo quod habet ſenſum,eum eſſe ſenſibilem demonſtrauerit profectò demonſtrauerit. Quæret aliquis, ſi demōſtratio eſt ex primis,quiſnam erit ſyllogiſmus ex ueris,ſed ex poſterioribus:an erit dialecticus?quæ.n. ita uera ſunt, tanquam probabilia capiuntur. eſt enim probabile eam,quæ lac habet,peperiſſe.& quod deficit,obſcurari.an illa eſt uera demonſtratio,poſtea uero etiā is ſyllogiſmus, tanquam ad nos?quoniam nobis notiora ſunt quæ ſumūtur. Primo igitur & propriè demonſtratio eſt ſyllogiſmus, qui,ut dictū eſt,ex primis conſtat. Exemplum autem ſyllogiſmi,ex primis & immediatis facti,erit huiuſmodi cuiuſque rei forma eſt illud ſecundū quod eſt.nā hæc propoſitio ex inductione conſtat, & eſt indemonſtrabilis atq; prima,poſito ꝙ omne quod actu eſt, id ex materia & forma eſt. hoc enim poſito ſequitur, omne quod ex materia & forma eſt,eſſe ſecundum formam id quod eſt.huic ſi adſumatur propoſitio,quæ dicat,animal eſt ex iis, quæ ipſa quoq; eſt perſpicua & indemonſtrabilis,concludetur, animalis formam eſſe id,ſecundum quod eſt:cui concluſioni ſi alia iterum propoſitio aſſumatur hoc modo,atqui animal eſt ſecundum animam ſenſus particeps , iam ſecundū animam erit animal.his poſitis non infertur ex primis, ſed ex demonſtratis per prima,animalis formam eſſe animam quod ſi aſſumpſerimus id,animalis forma eſſe materialis, animalis forma materialis eſt euidēs,& adiunxerimus id,materialem formam non poſſe ſeparari,concludetur , animā quæ eſt forma animalis,inſeparabilem eſſe à corpore.licet .n. ex primis & immediatis non demonſtretur, tamen id quoq; demonſtratur.nam qui demonſtrat quòd luna priuata eſt lumine ex eo ꝙ deficiat,is nō demonſtrat,neq; ex immediato,neq; ex indemonſtrabili. non.n.indemonſtrabile eſt,lunam deficere:ſed demonſtrabile ex eo quod incidit in umbram terræ:& ex eo, quod obſcuratur.ex eo uerò quòd id per immediata,& prima demōſtratur,propterea ſyllogiſmus qui ex eo ſit,eſt demonſtratio.quodā modo.n.ipſe quoq; ex immediatis demonſtratur propterea quod ea ex quibus demōſtratur,ſint ex illis talibus ante demonſtrata . quod clarū eſt in exemplo, quod dedimus de anima. In eo.n.continentur & qui ex indemonſtrabilibus, & qui ex demonſtratis per indemonſtrabilia , qui poſteriores ſunt conſtant. Simili quoque modo in geometria. nam primum Theorema in Euclidis elementis ex indemōſtrabilibus demonſtratur.ex principiis enim demōſtratur, illud uero,tres angulos trianguli duobus rectis pares eſſe non amplius ex indemonſtrabilibus oſtenditur. ſed ex hoc,rectarum linearum in parallelas incidentium uiciſſim inter ſe æquales ſunt:& ex eo,rectarum linearum in parallelas incidentium exteriorem interiori,& contra,æqualem eſſe,quæ principia non ſunt,ſed per demonſtrationem cōſtāt:Et tamen omnem ſyllogiſmum ex ueris factum communius demonſtrationem uocat.Sed de demonſtratione, deq́; ſyllogiſmo demonſtratiuo principaliter, & latius in poſterioribus reſolutionibus loquitur. nunc uero tantum de eo dixit,quantum ei opus eſt ad diſtinguendum à cæteris ſyllogiſmis dialecticum.ſyllogiſmus enim eſt, propoſitiones cum concluſione.

Dialecticus autem ſyllogiſmus eſt qui ex probabilibus conſtat.uera quidem ſunt & prima ea, quæ non per alia , ſed per ſe ipſa fidem habent.neq; enim in principiis diſciplinæ quærendum eſt,propter quid,ſed unumquodque principium debet eſſe per ſe perſpicuum. Probabilia autem ſunt quæ probantur omnibus,aut plurimis,aut ſapientibus,& iis,uel omnibus,uel plurimis,uel maximè probatis & cognitis.

Locutus eſt de ipſa demonſtratione, deinceps de ſyllogiſmo dialectico uerba facit:& ait ſyllogiſmū ex probabilibus factū eſſe dialecticū.quod cum dixiſſet,ſequitur, ut quę ſint uera & prima, ex quibus dixit demonſtratiuū effici, & quæ probabilia ſint,ex quibus fit dialecticus,declaret,& eorum differentiam exponat.ait igitur uera & prima eſſe ea, quæ non ex aliis,ſed à ſe fidem habent.tales ſunt immediatæ propoſitiones.dicit enim principia ſcientiarum debere per ſe fidem habere:& non quærendam eſſe cauſam,quare ſint eiuſmodi,ita enim ſi illa alia principia, & cauſas haberent, non eſſent principia.definitiones ſunt huiuſmodi, quandoquidem ea quæ in definitiuis orationibus ſumuntur,per demonſtrationem non ſumuntur . tales etiam ſunt phyſicæ & communes notiones , cuiuſmodi ſunt proloquia,& hæc,calidum calefacit,& frigidum frigefacit,principia ſunt.itemq́; omne quod fit ex aliquo efficitur tale. Quod uerò dixit in principiis ſcientiæ non eſſe quærendū propter quid,non fecit tanquam legem de hoc ſtatuat,ſed ut doceat non eſſe demonſtrationem in illis,in quibus propter quid exquiritur:quia demonſtratio debet eſſe ex cognitis. Quæ uerò ſint probabilia,ex quibus dialecticus ſyllogiſmus conſtat , deinceps dicit hoc modo , Probabilia ſunt,quæ omnibus,uel plurimis, uel ſapientibus probantur,iiſq; uel omnibus,uel plurimis,uel maximè cognitis & probatis.erunt autem maximè propriè & omnino probabilia ea, quæ omnibus uel plurimis probabuntur, omnibus,expetendum bonum eſſe:expetendum uerò eſſe ſanitatem,diuitias,uitam. quod ſiqui aliter dicant , non ita dicunt,quod ita ſint diſpoſiti, ſed poſitione quadam id affirmant:quos ita loqui,quia taliter affecti ſunt,teſtificātur eorum ſectæ.ſunt enim eiuſmodi hæc,Bonum prodeſſe , & Parentes debere honorari:plurimis autem,prudentiam eſſe diuitiis optabiliorem: uel animam corpore præſtantiorem eſſe,& Deos eſſe.Quod ſi dialectici de iis ſolis loquātur,quæ communibus notionibus continentur, erit eis tantummodo utile ad ratiocinandum,uel quod omnibus,uel quod plurimis probetur,& id quod ita ſit probabile.uerū quia dialecticus etiam de iis loquitur, de quibus multi nihil opinantur , ſed aliis potius de illis dicentibus credunt (nam ſapientibus fidem de iis adhibent) efficitur, ut dialecticus de omnibus argumentetur. Præterea , ut ante dixi,quod illi ſapientes nobis reliquerunt,eſt in his probabile.in his autem probabile eſt,primum quod omnibus probatur ſapientibus , ut animi bona maiora eſſe quam corporis : nihil de nihilo fieri , uirtutes eſſe bonas : uel quod plurimis eorum , ut uirtutem propter ſe expetendam

eſſe, licet hoc Epicuro non probetur. & felicitatem à uirtute fieri, itemq; non eſſe corpus indiuiduum, non eſſe infinitos mundos: iis uerò quorum maxime eſt perſpecta ſapientia, probatur animam eſſe immortalem, ut cenſet Plato, uel eſſe quoddam quintum corpus: ut uoluit Ariſtoteles. nam qui in ſapientia ſunt probati, ex eo quòd à multis laudantur, & in admiratione habentur, ſunt eiuſmodi. tale quoq; erit quod ab illis dicetur, etſi quodammodo à multis poſitum fuerit. admittuntur enim propter tales opiniones. & probabilia ſunt ea, ex quibus illi probantur, & ſapientes propter eas ſententias ſunt probati. In ſecundo autem dialecticorum priorum libro tradet locos, ex quibus probabilia ſumere poterimus. Probabile à uero differt, non quod falſum ſit, quia ſunt etiam quædam probabilia, quæ ſunt uera, ſed iudicio. nam ueri iudicium exiſtit à re in qua uerſatur, cui cum conſentit, uerum eſt: probabili uerò non prouenit iudicium à rebus, ſed ab iis qui audiũt, & ab iis opinionibus, quæ de rebus habentur.

Litigioſus *autem ſyllogiſmus eſt, qui efficitur ex iis quæ uidentur probabilia, non ſunt tamen: uel qui apparet ex probabilibus, uel apparentibus probabilibus. neq; .n. omne quod probabile uidetur, probabile eſt. nihil .n. eorum quæ ſuperficietenus dicuntur probabilia, habet omnino phantaſiam. quemadmodum in principiis orationum contentioſarum uſu uenit. ſtatim enim, ac ſæpe iis etiam qui parua poſſunt cernere, his in rebus falſitatis natura ſeſe oſtendit. Prior igitur ſyllogiſmus ex iis quos litigioſos nominaui, ſyllogiſmus etiam appelletur: alter uerò ſyllogiſmus litigioſus ille quidem, ſed non ſyllogiſmus uocetur: propterea quod uidetur concludere, ſed non concludit. Sunt etiam præter eos ſyllogiſmos ante dictos, paralogiſmi, qui ex propriis nonnullarum ſcientiarum fiunt: ut in geometria, & ei cognatis ſolet contingere. Hic autem modus à ſuperioribus differre uidetur. neque enim ex ueris & primis ratiocinatur is, qui falſo deſcribit, neque etiam ex probabilibus. non enim in definitionem incurrit, cum neque ſumit ea quæ omnibus, neque ea quæ plurimis, neque ea quæ ſapientibus: & iis, neque omnibus, neque plurimis, neque nobiliſſimis ſunt probata, ſed facit ſyllogiſmum ex ſumptionibus ſcientiæ propriis, ſed quæ ueræ non ſunt. Paralogiſmum enim facit, uel cum deſcribit ſemicirculos non ut deſcribendi ſunt: uel cum ducit lineas quaſdam, prout non ſunt ducendæ. Itaque ſpecies ſyllogiſmorum ſint à nobis ita quodam modo expoſitæ.*

De litigioſis ſyllogiſmis locutus eſt in ſophiſticis reprehenſionibus, in quibus erat ei propoſitũ de illis præcipuè diſſerere. eos nunc ſimiliter definit, ut illic quoque definiuit. duplicem dicit eſſe litigioſum ſyllogiſmum: alterũ ex materia peccantem, & non ex forma, qualis eſt is, qui ex iis quæ uidentur probabilia, ſed non ſunt, efficitur: quæ uerò uideantur probabilia & non ſint, ipſe explicat. neque .n. inquit, omne quod probabile uidetur, probabile eſt. & propterea infert, nihil eorum quæ uerè probabilia ſunt, habere omnino ſuperficialem phantaſiam. eſt autem ſuperficiale, quod parua inſtantia refellitur. talis eſt ſpecies earũ propoſitionũ, ex quibus ſyllogiſmus litigioſus efficitur. ueluti apparens probabile eſt uidentem habere oculos, quod aſſumens aliquis, inducet, oculum habere oculos, quia oculus uidet: & hoc, quæ dicis, ex ore exeunt. quod ſumens aliquis inducet, carrum dicis, ergo carrus ex ore exit: & hoc, q̃ nõ abieciſti, habes, quod quis ſumens cõcludet, ergo cornua habes, quia cornua non abieciſti. itemq; eiuſmodi eſt, habentem uiſum uidere: eum uerò qui dormit, habere uiſum, & ita uidere. nam hæc habent ſuperficialem, & exiguam probabilitatem, & ut ipſe dixit, celeriter etiã iis, qui parua cernere poſſunt, in his rebus falſum, quod uerè probabile non eſt, conſequitur. nam in eo quod uerè probabile eſt, non facile falſum cerni poteſt. ac illud quidem Deos omnia poſſe, quod probabile eſt, ſed non uerum, non facile redargui poteſt. itemq; hoc, maiori bono contrarium eſt maius malum: propterea quod nemo id aliter ſe habere, niſi in paucis inueniet: ut in bona habitudine, & ſanitate uidetur. nam mala habitudo quæ eſt maiori bono contraria, uidetur eſſe minus malum, quam morbus, qui eſt contrarius ſanitati, quæ minus bonum eſt. omnes enim ægrotantes ſunt malæ habitudinis, ſed non omnes qui ſunt malæ habitudinis, iam etiam ægrotãt. huius rei cauſa eſt, quia bona habitudo cõtinet in ſe ſanitatem. eſt enim ſanitas bona habitudo. quamobrem quia ſanitatem in ſe continet, eſt maius bonum ſanitate. ei quoque accedit, quod eſt de numero eorum, quæ propter ſe expetenda ſunt: at mala habitudo non complectitur in ſe morbum: ſed eſt in illo ſolo in quo ſanitatem bona habitudo ſuperauit. morbus uerò ipſe malam in ſe habitudinem complectitur. quippe quia poſt malam habitudinem fit morbus, quemadmodũ poſt ſanitatem firma corporis conſtitutio. Ac ſyllogiſmos quidem litigioſos ex materia dicit eſſe ſyllogiſmos. nam cum aliquis in coniugatione ſyllogiſtica ratiocinabitur, ex eiuſmodi propoſitionibus fiet ſyllogiſmus contentioſus: quales ſunt antedicti, & hic, omnis uirilis habet uirilitatẽ, ſagus eſt ueſtis uirilis, ergo ſagus habet uirilitatem qui quidem ſyllogiſmus ob nullam aliam cauſam eſt litigioſus, niſi quia tanquam probabile ſumptum eſt, omnem uirilem habere uirilitatem. cum præſertim ſit in coniugatione ratiocinatiua in prima figura ex duabus affirmatiuis una particulari, & altera maiore uniuerſali. Alterum litigioſi ſyllogiſmi genus eſt in forma peccans. hic uerò non amplius eſt ſimpliciter ſyllogiſmus, ſed hoc totum, litigioſus ſyllogiſmus. cuiuſmodi ſunt orationes in coniugatione aſyllogiſtica propoſitæ. ueluti concludet quiſpiam, omnem hominem eſſe equum, ſumendo omnem hominem eſſe animal, & omnem equum eſſe animal. non enim eſt ſyllogiſtica hæc complicatio, & tamen eſt ex ueris propoſitionibus, quia ſunt duæ affirmatiuæ in ſecunda figura. Simili quoq; modo, ſiquis ſumat corpora mortuorum moueri, & alterari, & ſententia moueri, & ita cõcludi patet, corpora mortua ſentire, ueluti rebatur Democritus. atq; hic quidem paralogiſmus poteſt ex ueris effici, ſicut facti fuerunt antedicti. Illis etiam ſimiles ſunt hi, homo animal eſt, animal eſt genus, homo igitur eſt genus. propoſitiones enim & probabiles & ueræ ſunt, ſed coniugatio eſt irraciocinatiua. quia cum ſit in tertia figura non habet maiorem propoſitionem uniuerſalem. huiuſmodi eſt ille, quo putatur oſtendi continentiam eſſe temperantiam, quia ambæ meliores faciunt quam uoluptates. ſunt quidem ueræ, probabileſq; propoſitiones, ac ſpecificæ: ſed ſunt etiam duæ affirmatiuæ in ſecunda figura. propterea neq; fortis eſt ſciẽs, quia in utroq; eorũ ineſt audacia. De probabilibus hoc intelligendũ eſt, quod probabilia quatenus probabilia ſunt, neq; uera, neq; falſa ſunt. etenim ſunt quædam probabilia uera, ut Deos eſſe, & falſa, ut Deos poſſe omnia. quia non poſſunt mala, quæ ipſa quoq; ſunt in numero omniũ. quẽadmodum rurſus ſunt quædam improbabilia uera, ut, nõ propter aplanen omne corpus in loco eſſe. nam à peobando ſumitur iudicium probabilium, ut ante dixi. Quæ cum de litigioſo ſyllogiſmo dixerit, & demonſtrauerit differentias ſyllogiſmorũ, quæ ex materia oriuntur, nemo .n. ex falſis & improbabilibus ratiocinatur, ut ſuprà dixi, ipſa .n. propoſitionũ differẽtia eſt ex materiis antedictis, nam & tentandi ratio, ut ipſe alibi dixit, conatur ipſa quoq; ex probabilibus quodammodo argumentari, ſed in eo differt à dialecticá, quod dialecticus ex iis quæ omnino probabilia ſunt, diſſerit: tentator aũt ex iis quæ uidẽtur ei, qui reſpondet, reprehenſionem & ſyllogiſmũ tentandi cauſa facit. ita facit argumentationem ex iis quæ illi probantur: quæ inquam, cum dixiſſet, præter omnes ſyllogiſmos prædictos, uidelicet demonſtratiuũ qui ex ueris & primis, dialecticũ, qui ex peobabilibus, & litigioſum, qui ex apparentibus probabilibus conſtat: dicit eſſe aliam quandam ſpeciem ſyllogiſmorum, uidelicet paralogiſmum, qui in unaquaq; ſciẽtia fit ex

propriis

propriis ſcientiæ principiis: cuiuſmodi in geometria falſas deſcriptiones nominamus. Dicit autem cognatas geometriæ ſcientias, arithmeticen. nam & ipſa quoq; in quantitate diſcreta uerſatur, itemq; aſtrologiam, & opticen, & mechanicen. eæ enim geometricis principiis utuntur. Hoc autem genus ſyllogiſmorum diuerſum eſſe ab aliis demonſtrat ex eo, quòd nulla definitio ex iis quæ datæ ſunt, ei cõuenit. is enim qui falsò deſcribit, neque ex ueris, neq; ex primis falsò deſcribit. fieri enim non poteſt ut ex ueris falſum concludatur: neq; etiam ex probabilibus deſcribit. quia nõ incurrunt in probabilium definitionem ea, ex quibus falſæ deſcriptiones fiunt. nam is qui falsò deſcribit, neque ſumit quæ uidentur omnibus, neq; ea quæ uidentur multis, quia principio neq; id omnes norunt, neq; etiam multi. uerum neq; ſumit ea quæ uidentur ſapientibus, neq; plurimis, neque probatiſſimis. Vtrum enim illud ſit alicuius ſapientis dogma non conſiderat. Sed eo quod falſum deſcribit, non accipiens id, quod alicui uidetur, ponit, uerum in ſermone ipſorum facit deductionem. Iam uerò ne definitio quidẽ litigioſi ſyllogiſmi huiuſmodi paralogiſmis conueniet: neq; enim ſic quodam modo deſcribit, quod probabile illud uideatur, quod deſcribit, neq; ob id, quòd is qui falſum deſcribit non ratiocinetur. Non eſſe autem definitionem eius, qui falſum deſcribit, indicauit his uerbis: ſed facit, inquit, ſyllogiſmum ex ſumptionibus ſcientiæ propriis, ſed quæ ueræ non ſunt. neq; enim ratiocinatio litigioſa fit ex talibus. igitur hoc eſt aliud paralogiſmorum genus, quo nec dialecticus, nec ſophiſta utitur: ſed quo ſolum utuntur ii, qui illis ſcientiis uerſantur. quod faciunt uel ut ſe exerceant, uel ut tentent, uel ut ueritatem habeãt. ſed ut indicaret paralogiſmos fieri ex propriis geometriæ principiis, addidit hæc uerba. nam qui ſemicirculos deſcribit, non quemadmodum deſcribendi ſunt, aut lineas ducit non quomodo ducendæ ſunt, propterea paralogiſmũ facit. quamobrem paralogiſmi ſic facti, uſu principiorum geometriæ conficiuntur. is enim qui per eos oſtendit, non ſumit quicquam quod aliis uideatur, ſed accipit tanquam conſequens geometrica principia. nec facit deductionem ob ea, quæ dicta ſunt, uerum ob deſcriptionem incongruam. nam omni centro & ſpatio dato circulum deſcribere, & ab omni puncto ad omne punctum rectam perducere, quibus utitur is, qui deſcribit ſemicirculos nõ ut oportet, & lineas ducit, non ut conuenit, in principiis geometricis continentur. Quod ait ex propriis ſcientiæ ſumptionibus, notandum eſt ſumptiones apud Ariſtotelem ſignificare propoſitiones. cũ uerò ait, nam qui ſemicirculos deſcribit non ut deſcribendi ſunt, aut lineas ducit non ut ducendæ ſunt, oſtendit etiam ſe uſum hoc fuiſſe ſimpliciter, cum falſæ deſcriptiones in iis fiant: uel poteſt tanquam exemplum falſi deſcripti eſſe adiunctum. Nam falſa deſcriptio in geometria fit, cum & ſemicirculi deſcribuntur non ut ſunt deſcribendi, uel lineæ ducuntur, nõ ut ducendæ ſunt. & ex falſa deſcriptione ſemicirculorum oſtendit falſi deſcriptor duo latera trianguli alii eſſe æqualia. & duos minores eſſe reliquo. Ponitur autem probandum in geometria, duo latera omnis trianguli eſſe prorſus reliquo maiora ſimul ſumpta. igitur falſi deſcriptor duo reliquo æqualia ex nõ congrua ſemicirculorum, & linearum coniunctione ſic oſtendet. accipit enim rectam A B, quam ſecat in C, & circum utranq; earum A, C, B, ſemicirculos deſcribit, qui ſeſe tangunt in puncto H. diuiſis inter ſe per A B C, & C H B. & accipit centra ſemicirculorum, uidelicet A H C, accipit D huius autẽ C H B, accipit E. & in ipſo H. in quo ſemicirculi ſe tangunt, coniungit rectos centris D E, & fit triangulus D H E, & quia ex centris ſunt D B, & B C, in ipſo ſemicirculo A H C, æquales inter ſe ſunt. ad quod etiam ex iis E H, & E C, efficitur. nã & hæc quoq; ex centro ſunt in ſemicirculo B H C. igitur duo latera trianguli D H, & H E, baſi trianguli D E, ſunt æqualia: & ita duo trianguli latera eſſe æqualia reliquo demonſtratur. ex quo apparet eum neq; ſemicirculos deſcribere ut deſcribendi ſunt, cum nõ queant ſe tangere in puncto H, ſed ſolũ in C, a quo initium acceperunt, neq; lineas, ut ducendæ ſunt, ducere. quia ab ipſo ſemicirculorum contactu duci poſſunt lineæ quædam, ad centra ſemicirculorum, ex quibus triangulus efficiatur. Quæ enim à contactu ducuntur, non ſunt aliæ, quã ea in quibus ſunt centra, ipſe enim contactus eſt in C. Præterea ii qui falsò deſcribunt, oſtẽdunt unum latus eſſe duobus maius per deſcriptionem ſemicirculorum, & linearũ coniunctionem. accipiunt enim rectam A B, & puncta C, & D coniuncta inter ſe, & circa utranq; A C, & B D, rectã, ſemicirculos deſcribunt ſeſe inuicem diuidentes, uel tangentes in puncto E, & à ſigno E, in quo ſemicirculi ſe tangunt, ſunt enim centra ſemicirculorum Z, & F, rectas coniungunt, & faciunt triangulum ex E, Z, F, cumq; ex ipſo cẽtro E Z C, ſunt inuicem æquales, etiam F E, & F D, inter ſe æquales ſunt. hæ enim ex centro F, ſunt in ſemicirculo B E D. ex quo fit, ut duo latera trianguli Z E, & E F, ſint æqualia his Z E, & D F, quæ ſunt minora baſide Z F, trianguli. quare etiam duo trianguli latera Z E, & E F, ſunt latere Z F minora. Igitur fit iterum falſa deſcriptio propter ſemicirculos. facta enim ea deſcriptione ita ſemicirculi diuidi inter ſe, uel prorſus tangi non queunt. id quod etiam fit propter linearum coniugationem. quia non rite ductæ fuerant E Z, & E F, rectæ ueluti à ſemicirculorum ſectione: & ea ſunt, quæ circulum effecerant. Præterea ſicut ſophiſta proximus eſt dialectico cum ex apparentibus probabilibus ratiocinatur, ſic etiam is paralogiſmus demonſtrationi proximus eſt, ſiquidem rationes ex propriis rei propoſitæ principiis componit, & falſa falſis concludit. Quod uerò dicit. genera igitur ſyllogiſmorum ſunt quodammodo à nobis: adiunxit, pro eo quod eſt, ſe non diligenter explicauiſſe omnes ſpecies ſyllogiſmorũ. uel quòd non tradidit exactam cuiuſq; definitionem, cum hæc non ita diligenter tractet, quando ad hoc inſtitutum non pertineat. uel etiam quia illis tribus addidit tentatiuũ ſyllogiſmũ, tanquam diuerſus ſit ab iis, qui ſunt prius expoſiti. niſi forte idem eſt tẽtatiuus cum illo paralogiſmo, qui ex propriis alicuius ſcientiæ principiis oritur. In libro enim elenchorum tentatiuum ita definit. Tentatiuus eſt, qui fit ex iis, quæ reſpondens probat, & quæ neceſſariò tenere debet is, qui ſimulat ſe habere ſcientiam. quod idem ualet ac ſi diceretur, ex peculiaribus alicuius ſcientiæ initiis paralogiſmi ſunt, & ex peculiaribus quidem ſciẽtiæ principiis. quippe quia oportet ut is, qui ſimulat ſe habere ſcientiam, ſciat illius principia, & ſecundum illa iudicet, & tentet. Eſt autẽ appellatus tentatiuus à propoſitione interrogante: falſa autem deſcriptio & paralogiſmus ab eo quod fit. itemq; enthymema nõ eſt ſimpliciter ſyllogiſmus, ſed rhetoricus, de quo cum nullam mentionem fecerit, merito adiunxit ſe quodammodo hæc dicere. uel illud uerbũ dixit, quia etiã ex differentiis figurarum ſpecies ſyllogiſmorũ efficiuntur.

Nunc uerò & de iis quæ iam diximus, & de iis de quibus dicturi ſumus, quia de nullo exquiſitam rationem aſſignare uolumus, hæc ſummatim dixiſſe ſufficiat. Volumus enim de iis diſputare planè, & quantum ſatis eſſe duximus ad ſimplicem eorum cognitionem, quam propoſita methodus exigit.

Cum de ſyllogiſmis locutus ſit, & dixerit eorum ſpecies 6
eſſe à ſe non diligenter nunc acceptas, infert ſummatim de iis quæ dicta ſunt, & quæ dicentur, oportere facere determinationem ac diſtinctionem, quia non uult cuiuſquam definitionem accuratam ſcientificam & demonſtratiuam tradere: ſed cõmuniter & figura quadam, quia ſufficit ad methodum dialecticam, ea omnia quodam modo omnino cognoſcere. probabilia enim, & ea quæ per probabilia oſtenduntur, ſeparata ſunt à ſcientiali certitudine, & propoſita ſunt talia. Quomodo enim fiant ſyllogiſmi, quotq; in figuris, & quot ſinguli ſint, quiq; demonſtratiui, & qui non, qui perfecti, qui imperfecti, quæ ſyllogiſticæ & aſyllogiſticæ complicationes, de quibus definiens litigioſum ſyllogiſmum quodammodo mentionem fecit, & uniuerſaliter quæ ad tractationem ſyllogiſticam conducent, in prioribus analyticis explicatum eſt diligenter. De ipſa uero de-

monſtratione, ac definitione in poſterioribus locutus eſt. de definitione uerò etiam in libris metaphyſicæ uerba fecit. uerum de omnibus generibus hic quoque meminit: ſed ſuperficietenus. nam ſiquis huc transferat ea quæ in illis libris ſunt dicta, profectò is terminos dialecticæ prætenbit, quæ ex probabilibus argumentatur.

Conſequitur, ut ad quot & quas res hoc negotium conducat, explicemus. utile igitur eſt ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, ad philoſophiæ ſcientiam. eſſe autem utile ad exercitationem ex hoc patet, quod methodum habentes facile de propoſito argumentabimur: ad colloquia uerò, quod multorũ philoſophorum opiniones annumerantes, non ex iis quæ extranea ſunt, ſed ex propriis dogmatibus contra eos ſermocinabimur, tranſmutantes quicquid minus rectè nobis dicere uidebuntur. ad philoſophiæ uerò ſcientiam, quod in utranque partem dubitare ualentes, facilè in ſingulis uerum & falſum cernemus.

Cum dixerit, quid ſit dialecticus ſyllogiſmus, & qua in re differat ab aliis, quòd uidelicet ex probabilibus ratiocinatur, conſequẽter nunc oſtendit, ad quot quáſque res utilis ſit dialectica. ad hanc.n. methodũ horũ omnium cognitio neceſſaria eſt: ſiquidem ii, qui dictorum utilitatem ſciunt, ad ea promptiores redduntur. Sed quia ponitur dialecticam eſſe per probabilia, uidetur autem philoſophia circa uera & oſtenſionem per uera uerſari, quæ à tractatione probabilium ſeparata ſunt: nunc oſtendit dialecticam eſſe utilem ad philoſophiam & uerorum inuentionem: & hanc facultatem non eſſe à philoſophia ſecretam. Vtile igitur, inquit eſt ad tria. ait hanc tractationem eſſe utilem ad tria: ad exercitationẽ, appellat autẽ exercitationẽ, uel eam quæ fit, cum aduerſus aliquos diſputatur, nam capientes aliqua problemata, de his quæ diſſerenda ſunt, & exercentes tentamus per probabilia argumentantes aliorum ſententiam infirmare. uel exercitationem appellat argumentationem in utranque partem. nam apud ueteres in uſu erat ea forma argumentandi. & multa colloquia in hunc modum fiebãt: & non in libris, ut nunc facimus. tunc enim libri non erant, ſed propoſita aliqua opinione in ea diſcutienda ſeſe exercebant, ut inuenirent argumenta probabilia, quibus eam infirmarent, & confirmarent. Sunt etiam tales Ariſtotelis libri, & item Theophraſti. in quibus in utranque partem diſputatur. unde ait dialecticen utilẽ eſſe ad talem exercitationem. habentes enim aliquam methodum argumenta inueniendi, quæ eſt locorum cognitio facilè poterimus argumentari. nam ut in rhetoricis declamationibus cum poſſumus problemata diuidere, & continere ordinem capitum, facilè argumentamur: ſic etiam in dialecticis, qui ſciunt methodum, facile argumentis ad propoſita oſtendenda abundabunt. Hæc etiam exercitatio utilis eſt ad quæſitorum, & uerorum inuẽtionem, ut ipſe etiam ait, cum dicit eam eſſe utilem ad philoſophiam. lõge enim prius animum parat. nam ut corporis exercitia arte facta bonam habitudinem corpori inducunt: ſic etiam exercitia animi ſecundum methodum facta, propriã habitudinem animo ingerunt, propria autem animi habitudo eſt dialectica quatenus uerum inuenit, & iudicat. Addit poſtea ſecundum utilitatis genus, cum ait eam eſſe utilem ad congreſſus, ubi uocat congreſſus & conſermocinationes ea colloquia quæ contra multos fiunt, quæ ſcire oportet eos, qui in publico uerſantur. qui cum inter ſe diſſerunt, non poſſunt ex ueris & demonſtratiuis de communibus loqui. cum neque eorum principium intelligant, neque doceri ſe ullo modo patiantur. quãobrem ne ab illis quidem iuuari poſſunt, quorum principium non intelligunt. quòd ſi per probabilia & ea quæ illis etiam uidentur, colloquia faciemus, profectò ex ipſis dictis ſequetur, ut facile inuitentur per eiuſmodi rationes, ſi quid non eſſet ab eis rectè propoſitum. nam ſi ei qui putat uoluptatem eſſe bonum, eique deſerunt, aliquis dicendo uoluptatem eſſe generationem in naturam ſenſibilem, & talem naturam non poſſe bonum eſſe, quia generatio imperfecta eſt, & nullum imperfectum eſt bonum, uelit oſtendere uoluptatem non eſſe bonum is nihilo plus aget, quàm antea fuerat, cũ neſciat quid ſit id, de quo ſit ſermo. ſin autem à probabilibus & communibus incipiens ab eo quæreret, an ei uideretur bonum bonos facere, ut calidum calidos, & album albos, hoc ille negaret, tum alius ſequeretur dicens an uoluptas bonos efficere ei uideretur, profectò reciperet non efficere, quod eſt manifeſtum, & ita concluderet ex iis quæ illi probabantur, uoluptatem non eſſe bonum, & ita ei perſuaderet. nam uériſimile ei uidebitur id quod probatur ab eo, quod ipſe poſuit. Tertium præterea utilitatis genus ponit, cum ait, eam eſſe utilem ad ſciẽtias philoſophicas, & ad cognitionem, quæ ex ſcientia habetur, ideſt ad ueri cognitionem, & inuentionem. dixit autem ſcientiam philoſophię, naturalem, moralem, logicam, & eam quæ eſt de iis quæ ſunt metaphyſica. qui enim uidere poſſunt probabilia, quæ in utranque partem diſputanti conferunt, & ad utranque partem argumentari, ii facile inuenient in utra parte contradictionis uerum ſit, ſiquidem utranque contradictionis partem examinent. Vt enim iudex qui utranque partem audit, quid iuſtum ſit, uidet: ita etiam in quæſtionibus philoſophicis uſu uenit. nam in multis difficile eſt inuenire, niſi quis in utranque partem prius argumentetur. Ad hoc etiam uidetur referri Platonis dictum in Parmenide cum ait, Dum iunior es, aſſuefacito & uerſator in ea quæ inutilis uidetur, & à pleriſque garrulitas nuncupatur, » ut uerum poſſis agnoſcere. Præterea qui nouit naturam » eius quod eſt aptum ad perſuadendum, nunquam turbabitur » ab eo, tanquam uerum ſit: ſed diſcernet ea, quæ uera uidentur, ab iis quæ non uera ſunt facta comparatione inter ſe. nam qua ratione aliquod uerum quis nititur occultare, ea aliquis optimè exercitatus ab illo non decipietur. Adde eum fore inuentorem eorum, quæ uera uidentur, & talia ſunt probabilia, & fiet aptior ad hanc ueri inuentionem. Itemque ſi oporteat aliquem de quadam re rectè & aptè diſſerere ita, ut dubitationes, quæ de illa erunt ſciat reſoluere, certè patet eſſe utile, exercitatum eſſe in illis dubitationibus, quæ de illa re poſſunt contingere. ita enim earum etiam ſolutiones cognoſcet.

Vtile etiam eſt ad prima principia, quæ ſunt in unaquaque ſcientia. nam ex propriis principiis ſcientiæ propoſitæ non poteſt aliquid de eis dici, quia ſunt prima omnium principia: ſed neceſſe eſt, ut de illis tractetur per ea probabilia, quæ ſunt in ſingulis. id autem eſt dialecticæ maximè proprium. ea enim cum inquirat, ad principia omnium methodorum uiam habet.

Cum dixerit ſuperius dialecticam eſſe utilem ad tria, & quænam ea ſint, expoſuerit: illis tribus addit quartum, ſiue etiam ſubdiuiſionem quandam tertii facit. Tertium autem erat, eam eſſe utilem ad philoſophiæ ſcientias. ſi enim utilis eſt ad prima cuiuſque ſcientiæ, erit etiam utilis ad prima, quæ circa primam philoſophiam ſunt: ſiue etiam hoc præterea addit. quod uerò adiungit, eſt, dialecticam eſſe utilem ad principia unius cuiuſque ſcientiæ: nulla enim diſciplina de propriis principiis ſuis poteſt dicere: quia ſi de illis loqueretur, oporteret eam tractare principia ſua ſcientificè, eaq; demonſtrare ex prioribus (ſiquidem tales ſunt ſcientificæ & demonſtratiuæ probationes) & nihil principiis prius eſt. Ex quo ſit, ut quæ egent principiis alicuius cõſtitutionis ſecundum ſcientias, eo quod per uera & prima non poſſunt oſtendere, ea erunt ex probabilibus oſtendenda, & de eis fides facienda, quod eſt dialectici proprium. Eſt etiam eius propter eam inductionem propoſiti conſtituere, ut ipſe dicet. & maxima fides per inductionẽ principiis accedit. Igitur tanquam dialecticus dicet de propriis initiis ſcientiarum, uel ut dialecticus de ſeipſo. Quod ſi utilis eſt ad principia uniuſcuiuſque ſcientiæ, erit etiam, ut dixi, ad philoſophiam, & eius principia tradet. & ita hoc poterit eſſe adiunctum, ut dicatur eam eſſe ad philoſophiam accommodatam. Sed addit etiam eſſe utilem ad alias ſcien-

tias

tias,quod perſpici poteſt ex eo , quod ipſe ſæpe aliquid oſtendens,addit hoc,logice,ideſt dialectice ſe oſtendere: quaſi nonnulla de philoſophicis egeant huiuſmodi probationibus:qualis eſt hæc,omne corpus plano determinatum eſt ,quod eſt probabile:quia ponitur ſuperficiem eſſe corporis terminum,ut ipſe in phyſicis utebatur,oſtẽdens non eſſe aliquod corpus infinitum:cui addens,nihil definitum eſt infinitum,nullum corpus eſſe infinitum cõcluſit. Nunc uero oſtendendum eſſe uidetur,pertinere ad dialecticum de principiis dicere . Geometra enim ponit in principiis ſuis ſuperficiem eſſe,quæ ſolum habet longitudinem,& latitudinem,& lineã eſſe longitudinem ſine latitudine,& punctum,cuius non eſt pars. His dictis quidam repugnant,& dicunt nullam magnitudinem poſſe habere ſolum duo interualla,et minus unum , aiunt etiã punctum uniuerſaliter nihil eſſe . nihil enim eſt id , a quo cum aliquid aufertur,ipſum non diminuitur:nec ſi additur quicquã,augetur,ut Zeno Eleates dixit . quod enim ſine interuallo eſt,nullam phantaſiã poteſt accipere: ſed hoc geometrice probari non poteſt. dialecticus autẽ nõ dubitabit ea ex probabilibus confirmare . nam ſumens probabile hoc,ſuperficiem eſſe finem corporis,& finem eſſe diuerſum ab eo,cuius eſt finis,& id inductione ſtabiliens,ſuperficiem diuerſam eſſe a corpore concludit,hoc eſt ab eo quod trina dimenſione præditum eſt.alia uero tres dimenſiones habere non poteſt.ſiquidem ita eadem eſſet quod corpus.eſt enim in hoc corporis eſſentia . Et tamen uidetur habere longitudinem & latitudinem . igitur fieri non poteſt,ut profunditatem habeat.ergo duas ſolum dimenſiones longitudinem & latitudinem habet. Eadem quoque ratione oſtendit lineam eſſe longitudinẽ abſque latitudine . nam cum ſit finis ſuperficiei , non eſt ipſa ſuperficies:ſed uidetur habere longitudinem, erit ergo longitudo carens latitudine . punctum uero eſt finis lineæ, quæ tantum modo habet longitudinem & eſt diuerſum ab ea,illamque dimenſionem non habet . quod uero non habet longitudinem , eſt expers dimenſionis : quoniam omnis dimenſio eſt cum longitudine. De ſigno probabiliter quoque hoc pacto dici poteſt. Signum ſi dimetitur uel ad unum , uel ad tria dimetitur.ſi ad tria,erit corpus,ſi ad duo,ſuperficies,ſi ad unum , linea : ſed nihil horum eſt,ergo ſignum eſt dimenſionis expers. Ac re uera omnis finis magnitudinis alicuius uno interuallo minor eſt illa magnitudine,ut ſuperficies corpore,cuius ſuperficies eſt finis : & linea ſuperficie.eſt etiam ſignũ lineæ finis.igitur minus eſt linea uno interuallo.ſed linea unum interuallum ſortita eſt,cuius finis non eſt,& ita dimenſione caret.& ita principium non eſt id,cuius eſt principiũ . atqui ſignum eſt principium primæ dimenſionis quæ eſt longitudo,ergo eſt dimenſione carens.quod etiam ita eſſe poteſt dialectice probari ſic , omnis finiti eſt aliquis finis:finis eſt diuerſus ab eo,cuius finis eſt (neq; enim idẽ finis & id,cuius eſt finis)& lineæ finitæ eſt aliquis finis , & diuerſus a linea,ſed linea nõ eſt ſignum.neque enim poſſumus dicere finem lineæ eſſe planum,aut corpus , quoniam hæc ſola in dimenſione ſunt.Simili quoque modo dialecticus de unitate demonſtrabit eam eſſe indiuiſibilẽ, Quo cõmenſuratur omnis numerus, illud eſt minimũ in numero,unitate autem numerus omnis cõmenſuratur , ergo unitas eſt quid in numero eſt,neq; eſt numerus , id diuidi non poteſt,& unitas eſt huiuſmodi.Hoc autem,id eſt dialecticæ maxime proprium,ſignificat ex probabilibus ratiocinari:uel id dixit,propter rhetoricam,qa ipſa etiam ex huiuſmodi cõcludit.& quia Philoſophus quãdoque ex iis facit rationes,ut diximus.nam cũ cõſiſtat in quærendo,ad omnium methodorum principia uiam habet.Hoc uero loco methodos dici artes et ſcias ipſe Philoſophus clarũ fecit cum dixit,ad principia omniũ methodorum,in quo pro ſciẽtiarũ dixit methodorũ. quod uero dicit,cum inquirat,ſignificat eam eſſe inquiſitionẽ eſt argumentationibus inueniendis conſtitutam.

Perfecte autem hanc methodum habebimus , cum ita nobis accidit,ut iis qui in rhetorica,medicina, & ceteris huiuſmodi facultatibus uerſantur:hoc eſt ſi ex iis quæ contingũt, faciamus quæ uelimus nam neque orator omni modo perſuadebit,neque medicus ſanabit:ſed ſi ex iis,quæ contingunt nihil omiſerit,illum ſufficienter habere diſciplinam dicemus.

Cũ explicuerit quid ſit ſyllogiſmus probabilis, et dialecticam in tali ſyllogiſmo uerſari , docueritque ad quot & quæ ſit utilis:nunc quod dialectici opus ſit,declarat,& qñ & qũo hanc methodũ perfecte habere poſſimus. Facultates aũt appellauit medicinã,gubernatoriam, & dialecticã,uel quia in eis ineſt,ut bene & male utãtur:uel potius quia,cũ ſint coniecturales,nõ ſunt in aliquo determinato,ſed opus habent propria intelligẽtia ad coaptãda accidẽtia,& ordinãda ea,quæ fiunt,quæq; dñr,ut ita ordinata utilia ſint uel appellauit facultates cõmuni nomine artes,tanquã eas habitus dixerit,& ita intelligẽdũ eſſet de illis artibus , quæ ſunt in coniectura . Dicit nos eã perfecte habituros , quando nihil relinquemus ex accidentibus ad differendũ probabiliter de propoſito . neq; enim opus dialectici eſt,ſemper adducere in repugnantiam eũ cum quo differit: quemadmodum nõ eſt etiam oratoris perſuadere,ſed ut nihil relinquat eorum,quæ ad faciendã fidem pertineant.Eadem rõ eſt in medicina , & gubernatiua , & omnibus artibus coniecturalibus . Medici enim opus eſt,omnia facere quæ ad corpus pertinent , non ſanare.quod ſiquis dicat hoc ad medicum ſpectare,certe ẽt non medicus erit medicus , & medicus non erit medicus. quia & illi qui medici non ſunt , plerumque ægrotos ſanant,cum aliquid ſalutare adhibent: & medici plerunq; non ſanant.quod faciunt quando malũ eſt maius , quàm auxilium medicinæ.niſi cum non ſignificat facile caſurũ. Id etiam in gubernatrice euenit.in rhetorica & dialectica eſt eadem rõ . Sæpe enim non eſſe magnam copiam argumentorũ,uel ad cõcludendũ propoſitũ,uel ad perſuadendũ auditoribus,accidit præter naturã qõnis : ſed eius rei non eſt cauſa dialecticus aut orator.nã in his artibus non ſit iudicium ab aduenientibus finibus,ut fit in arte domus ædificandæ,aut telæ texendæ , & aliis artibus factiuis:in quibus per quaſdam uias definitas & ordinatas proceditur,& actio fit in omnibus pari modo , & eorũ opus non poteſt fieri a fortuna.In his autem finis propoſitum opus ſequi ex iis quæ eius cauſa ſunt facta.quocirca cum bene et artificioſe fiant,quæ ante ipſas ſint,ipſum opus declarat. in artibus autem coniecturalibus non omnino cũ iis quæ arte fiunt,conueniunt ea quorum cauſa illa fiunt, cauſa eſt, quia in his aliqua fiũt a fortuna,& non ſunt determinata ea ex quibus fiũt illa quæ ſunt eis ſubiecta. quãobrem id quod fit ab iis artibus,non eſt illorũ artiũ finis . ut fit in quibus cum ſint aliqua definita , aliquid efficitur, & ſine illis nihil fieret.at in his opus eſt finis & ſignum, ut dixi , omnia ex arte eſſe facta . neque enim aliter eſſet factum . uel etiã opus in omnibus artibus eſt actio facta per propria inſtrumenta ſecundum habitum & artem in proprus : finis autem in quibus opus eſt tali materia , & non quauis,non eſt ſolum opus,ſed id cum opere ea etiam habet. Medici enim eſt officium,ut omnia agat quæ poſſit , quo ægroti corpus ſanet , finis uero ſanatio : cuius cauſa illa facit,quod indiget aliis quibuſdam præter ea quæ facta ſint,ut ſecundum medicinam ſit. In definitis enim ſimili modo ſe habet finis in ipſis , ut facere ſecundum artem.in coniecturalibus: non eſt finis in artifice,ut neq; eſt etiam beari in probis hominibus , ſi non ſolum bonum & honeſtum ſit.

In primis igitur conſiderandum eſt , ex quibus methodus hæc ſit. Si enim ſumpſerimus ad quot , & quæ, & ex quibus orationes exiſtant, & quo pacto eis abundemus : certe habebimus ſufficienter quod nobis propoſuimus.

Cum primum dixerit ea quæ pertinent ad dialecticam (erant enim hæc,propoſitum huius methodi , eius differẽtia ad alias ſyllogiſticas methodos,utilitas quæ ab ipſa

prouenit,& finis iudicatio) conſequenter dicit de iis , ex quibus ipſa habet ſuum eſſe,& ex quibus cõſtat : & quorum ſtudia appetere debeat is,qui futurus eſt dialecticus. & quorũ cognitionẽ habere,& quæ facere poſſimus, ut ſimus dialectici. cognitio.n. dat nobis utiliſſ poſſeſſionẽ. ea eſt,ut cognoſcamus cuius eſſe in quo ſit : horum autẽ uſum dat;nobis locorum traditio.In primis igitur,inquit cõſiderandum eſt,ex quibus methodus ſit.quod ipſe addens,inducit,ſi enim ſumpſerimus ad quot,& quæ, & ex quibus orationes exiſtant,& quomodo eis abundemus, habebimus ſufficienter id quod nobis propoſuimus . Ex quibus,inquit,methodus ſit. Nã ſi non ſumatur quot modis ſint ea ex quibus,& in quibus eſt methodus , certe neque diſciplina,neque cognitio eorum fieri poteſt. ſingularia enim ſunt infinita.Id quod ait, eſt, ſi nos nouerimus ex quibus methodus dialectica,& in quibus ſit, & didicerimus ad quot,& qualia,& ex quibus ſyllogiſmi dialectici fiant.Quod uero ait,ad quot,& quæ,intelligendum eſt de problematibus: ut dicet.nam dialecticus loquitur de quodam problemate propoſito , & de eo ſyllogiſmum facit.quare cognoſcendum eſt quot , & quæ ſint dialecticorum problematum genera.Illud autem , ex quibus,de propoſitionibus dictum eſt .non tamen ſimpliciter illud ex quibus,ſignificat ex quibus propoſitionibus , ſed dicit etiam de eis hæc uerba , ex quot , & quibus, quia non ex omni propoſitione ſit dialectica ratiocinatio . ſi ergo ſciuerimus quot,& qualia ſint problemata dialectica , quot ſcilicet genere,qualia uero id eſt quæ:nondum tamẽ ſciuerimus quæ ſint ea genera,ſi tantummodo cognouerimus eſſe quatuor,neque etiam noſcemus propoſitiones ex quibus ſiunt ſyllogiſmi de his quæſtionibus .Nã quod dicit orationes,ſignificat ſyllogiſmos,uel inductiones. eſt enim inductiua ratio ad dialecticum pertinens, ut dicet. Ad hæc ſi nouerimus qua ratione abundare poſſimus his,quod uel de problematibus intelligendum eſt,& propoſitionibus,quia non omne problema eſt dialecticũ,ſed illud quot ipſe deinceps explicabit : uel id ſolum de propoſitionibus,ex quibus ſiunt ſyllogiſmi, dixit, quomodo abundare eis poſſimus. Vel dixit,Quomodo eis abundemus,de orationibus dialecticis , hoc eſt de ſyllogiſmis & inductionibus:conſiderabimus enim ex quibus ſit methodus dialectica.Id uero eum dicere docet cum ait, & quomodo eis abundemus,orationibus enim,de quibus dixit, ſed non problematis & propoſitionibus.Id etiam manifeſtum ſiet quod ipſe poſtea dicet de problematibus , & propoſitionibus dialecticis.& quid utrunq; eorum ſit,docebit.Dicet enim omne dialecticum problema,itẽq; propoſitionem eſſe ad aliquid pertinens,uel ad electionẽ,uel ad fugam,uel ad ueritatem,& cognitionẽ : uel ad aliquid quod ad hæc conducet.& quia ipſe dicet inſtrumẽta,quibus ſyllogiſmis abundabimus, eſſe quatuor . quod uidetur dixiſſe, explicans quomodo iis poſſimus abundare. atque hæc quidem abundantia ex inſtrumentis & locis nobis ſuppetit.Vel etiam propoſitionum & problematum abundantia ad abundantiam ſyllogiſmorum nobis adiumento eſt , ut ipſe poſt exponet;. Poteſt etiã id quod ait,Primum igitur conſiderandum eſt,ex quibus methodus ſit,idem ualere,quod hoc , Primum conſiderandum eſt,ex quibus aliquis dialecticus fieret.nam qui ſcit in quo ſit eſſe ipſius dialectices , idem ex quibus aliquis dialecticus fiat,nouit . In primis enim demonſtrare oportet , ex quibus aliquis fieri dialecticus poſſit: deinde ea ad efficiẽdum dialecticum traducere. Non enim ſatis eſt ad efficiẽdum dialecticum ſcire in quibus ſit dialectica . Vel illud quod ait, In primis igitur cõſiderandum eſt, in quibus eſt methodus, idem eſt quod hoc, in quibus eſt methodus tanquam in materia & inſtrumentis ſic.Poſt enim horum cognitionem eſt locorum traditio,e quibus eſt eorũ poſſeſſio.Tum uero quod ait,ſi ſumpſerimus ad quot et qualia,& ex quibus orationes exiſtant , poteſt non ſolum intelligi de ſyllogiſmis,ſed etiam communius de orationibus dialecticis . Certum enim eſt ſyllogiſmos dialecticos de quæſtionibus fieri.nam propoſitio dialectica eſt interrogatio repugnantiæ,ex interrogatione nullus ſyllogiſmus ſit,ſed ex reſponſione,quæ ad illam interrogationẽ adhibetur.Id enim eſt propoſitio ſyllogiſtica. At nũc nõ loquitur de eiuſmodi propoſitionibus,ſed de dialecticis, quæ ſunt interrogationes.& propterea dicit eas quæſtiones,& propoſitiones eſſe pares,modo tantũ differre problema à propoſitione.Igitur quod ait , tale eſt : ſi ſumamus ad quot,& qualia,& ex quibus ſint orationes dialecticæ. Vel ſi etiam non ex iis propoſitionibus dialecticis coniunctis ſyllogiſmi ſiunt,ſed ab iis ſumuntur etiam propoſitiones ,quæ ad faciendum ſyllogiſmum coeunt.nam interrogatio eſt cauſa reſpõſionis,ex qua ſit ſyllogiſmus, quam etiam ſumptionem uocant. Vel quod ait,ſi ſumpſerimus ad quot,& quæ,& ex quibus ſint orationes, non dixit de dialecticis orationibus,quod ait,ſunt autẽ numero paria hæc: ſed communiter & uniuerſaliter omnino enim æquales & ædem ſunt quęſtiones & propoſitiones huiuſmodi,ut ſunt ea quæ ſunt in contradictione propoſita & adducta.Et tamen dialectica problemata nõ eadẽ ſunt cũ dialecticis propoſitionibus , ut poſtea dicet . Hoc autem cum uniuerſaliter docuerit, quot ſunt genera quęſtionum & propoſitionũ,& quid differat quæſtio à propoſitione,deinde ſeparat quæſtiones dialecticas & ꝓpoſitiones etiam dialecticas ab aliis.Sed propoſitio, de qua nunc dicit,quam ait eſſe eandem cum problemate,eſt dialectica.Dialectica enim propoſitio eſt interrogatio repugnantiæ. Vel nõ ſimpliciter,ſed in hac eſt dialectica,ſit uero dialectica,quando ſumitur eſſe probabilis.Et quicquid ita propoſitum erit, erit tanquam problema dialecticum propoſitum.& omnis propoſitio ita propoſita , erit tanquam dialectice propoſita.Proprie autem problema dialecticum,& quæſtio dialectica erit , quando habebit probabilitatem in utranque partem,& erit probabilis, & alia omnia habuerit,quæ in ſequentibus exponet.

Igitur ea ex quibus ſiunt orationes , & de quibus ſyllogiſmi ſunt , numero æqualia & eadem ſunt . Fiunt enim ex propoſitionibus orationes,& problemata ſunt ea, de quibus ſiunt ſyllogiſmi.Omnis autem propoſitio & omne problema aut genus,aut proprium,aut accidens ſignificat.

Quia dixit,eum qui futurus ſit dialecticus, debere ſcire ad quot,quaſq; res ſiunt dialecticæ orationes,& per quæ, ſcilicet per problemata & propoſitiones: de eis nunc uerba uniuerſaliter facit,& ait problemata .& propoſitiones eſſe pares numero,& eaſdem , & ea ſunt de quibus ſiunt ſyllogiſmi:& propoſitiones ex quibus ſunt orationes , & cauſæ ſyllogiſticarum propoſitionum , quoniam ex talibus ſyllogiſmi efficiuntur . Nunc uero cum dixerit ea de quibus & ex quibus ſiunt orationes eſſe paria & ęqualia, & docuerit quæ nam ſint ,de quibus orationes ſiunt,ſcilicet problemata : & ex quibus ſiunt orationes , uidelicet propoſitiones,ea eſſe paria docet cum ait, Omnis autem propoſitio,& omne problema. Nam eiuſdem rei ſunt indicantia & in eadem re ſunt problema & propoſitio.Deinde uero ut addet,modo prolationis,qui in dictionibus eſt,differunt inter ſe.nam interrogatio cum utrum , quod Græce dicitur πότερον , eſt problema. ſi uero ſit cum hoc uerbo num , quod Græci dicunt ἆρά γε, erit propoſitio. ita perſpicuum eſt problemata hoc eſt quæſtiones dialecticas & propoſitiones eſſe eaſdem & pares inter ſe . de iis enim Philoſophus loquitur . Diſtinguit autem genera problematum,& quæ ſint docet, eaq; ad methodum reducit.In primis autem eorum diuiſio eſt tripartita, in genus,in proprium,in accidens.deinde proprium diuidit in diffinitionem,& proprium quod non eſt definitio, quod homonyme cum communi proprio nominatur: & docet problematum genera eſſe quatuor. quod ita eſſe ex inductione probat . Si oĩs ꝓpoſitio & omne ꝓblema aliquid horum ſignificat,& nihil præter hæc ab ullo problemate declaratur, ſequitur ut hæc tot & talia ſint problematum genera.deinceps uero idẽ quoque ſyllogiſmo confirmatur.

tur.id quod nos dicemus, cum ipſe eius faciet mentionē. Poſſumus enim etiam hoc pacto ſyllogiſmum facere. Omne problema dialecticum habet quendam terminum prædicatum, qui de aliquo termino ei ſubiecto dicitur: omnis terminus prædicatus de aliquo ei ſubiecto, uel de eo prædicatur in ſubſtantia, uel non: ſed qui in ſubſtantia prædicatur, uel prædicatur tanquam definitio, uel tanquam genus & non aliter: qui uero non in ſubſtantia, uel ut proprium, uel ut accidens prædicatur, & non alio modo: quare omne quod de aliquo in ſubſtantia prædicatur, uel non in ſubſtantia, uel prædicatur ut definitio, uel ut genus, uel ut propriū, uel ut accidens, & nulla alia ratione: ergo omne problema dialecticum habens terminum de aliquo prædicatum, illum habet, uel ut definitio, uel ut genus, uel ut proprium, uel ut accidens, & nō aliter. nam quod in ſubſtantia prædicatur, ſi æqualiter dicatur, eſt eius definitio: ſi in plus, genus. nam & differentia eſt talis. nihil.n. alio inferius de ſuperiore ſecūdum naturam prædicatur. ex quo fit, ut quæ de ſubiecto ſubſtantialiter prædicantur, ſint, ut dixit, uel ut definitiones, uel ut genera prædicata. ſin autem non ſubſtantialiter prædicentur de ſubiecto, uel ſoli ei inerit, & retro de illo prædicabitur, & erit proprium, uel nec ſoli, nec omni & erit accidens. & præter hæc non inuenietur alius modus affirmatiuè prædicandi. Videtur autem proprium ab accidēte differre, quod proprium omni ſoliq; rei ineſt. Quamobrem omne problema neceſſario per prædicatū ſignificat aut genus, aut definitionem, aut proprium, aut accidens. eſtq; hic ſyllogiſmus in prima figura. de quo in ſequentibus apertius dicetur. nam ipſe Philoſophus per alium ſyllogiſmum idem demonſtrabit.

Differentia enim cum generalis ſit, erit cum genere ordinanda.

Cum dixerit omne problema & omnem propoſitionem declarare uel genus, uel definitionem, uel proprium, uel accidens, quia poteſt etiam eſſe prædicatum differentiā declarans, ne quis putaret differentiam extra excluſam eſſe, & non fuiſſe ab eo factam integram diuiſionem, addidit, Etenim differentia cum generalis ſit, cum genere ordinanda eſt. Sed quare differentia eſt generalis, quia eſt in ſubſtantia eius, de quo prædicatur, ut etiam genus. & utraque ſunt completiua uniuſcuiuſq; eorum, quorum ſunt propria. Et quia ipſa in plus eſt, & de pluribus, & ſpecie differentibus dicitur. Differt autem ſolum à genere, quod ipſa non dicitur in quod quid eſt. quia differentia per ſe ipſam ſumpta uidetur potius ſpeciem, quam compoſitum ſignificare, in quibus eſt huiuſmodi ſubiectum: at genus utrunq; declarat. ſpecies autem non eſt ordinata cum his. quia quæſtio de generibus & differentiis fit de illis ſubiectis, quorū ſunt etiam definitiones. nam genere & differentiis fiunt definitiones. & huiuſmodi ſunt ſpecies. igitur oportet ſubiecta eſſe talia. Quod ſiquis prædicabit ſpeciem, is capiet ſubiectum indiuiduum, cuius neque differentia eſt, neque definitio. Si uero de aliqua ſpecie ſit problema quod habeat quæſtionem, patet id eſſe genericum. nam & ſpecies de multis dicitur, & in eo quod quid eſt, non ſecus quam genus. Eſt enim natura generis ac ſpeciei ut alternatim dicantur ita ut de eiſdem prædicentur.

Quoniam autem proprium aliud ſignificat quod quid erat eſſe, aliud autem non ſignificat, in ambas has partes proprium diſtinguatur. & illud quod quid erat eſſe ſignificat, definitio nominetur: alterum uero communi nomine propriū uocetur proprium. Igitur manifeſtum eſt ex iis quæ dicta ſunt, ex hac diuiſione quatuor omnino effici, aut proprium, aut definitionem, aut genus, aut accidens. Nemo enim opinetur nos dicere unumquodque horum per ſe prolatum eſſe propoſitionem aut problema: ſed ex iis problemata & propoſitiones fieri.

Diſtinguit hoc loco proprium, & docet proprium duo genera quæſtionum continere. Nam quoniam proprium partim ſignificat quid ſit eſſe rei, atque eius ſubſtantiam cuius eſt propriū declarat, partim non ſignificat, & quod q̄d erat eſſe, eſt definitio, proprium in definitionem, & in proprium diſtribuatur. quod proprium non ſignificet ſubſtantiam eius, cuius eſt proprium. quod communi nomine proprii appelletur proprium. multa enim ad communia, & ad genera homonymiam habent, ut nigrum, quo ſcribimus, ad commune nigrum: ut homo olympicorum certaminum uictor ad hominem communem. ueluti etiam iuſtitia quæ eſt communis & particularis. Simpliciter autem proprium erit, quod ſoli & toti ineſt. Eius autem diuiſio eſt, ſignificare ſubſtantiam rei per orationem, uel non. Iam uero cum proprium bifariam diſtinxerit, ait eſſe perſpicuum, ex hac diuiſione eſſe quatuor genera quæſtionum omnia, quæ cum nominaſſet, intulit, Nemo enim opinetur, nos dicere unumquodque horum per ſe dictum eſſe propoſitionem aut problema. quorum uerborum hic eſt ſenſus, Nec quiſquam putet nos dicere nomina hæc prædicta eſſe problemata, quoniam diximus accidere ut ita omnia quatuor problemata ſint, uel definitio, uel genus, uel proprium, uel accidens. neque enim poteſt nomen eſſe problema, aut propoſitio. uel ſenſus eſt hic, Nemo exiſtimet definitionem ſimpliciter dictam, uel proprium, uel genus, uel accidens eſſe propoſitionem, aut problema dialecticum. Opus enim eſt in eis eſſe quendam ordinem, & quādam prolationem, ut fiat problema, propoſitio. nam qui ait, homo eſt animal terreſtre bipes, is neque problema, neque propoſitionem dialecticam dixit. Itemq; qui dixit, Homo eſt muſicus, uel homo eſt animal, uel homo eſt riſibilis: ſed ex iis reformatis fiunt & problemata, & quæſtiones. Eſt.n. problema hoc, utrum homo eſt animal terreſtre bipes nec'ne: idq; ex definitione hominis factum eſt. & tamen non eſt eius definitio. In aliis res ſe habet eodem modo, ut ipſe ex iis quæ infert, declarat.

Problema & propoſitio differunt modo. nam cum dicitur putaſne animal terreſtre bipes eſſe hominis definitionem? & putas'ne animal genus eſſe hominis? propoſitio fit. Si uero ſic dicatur, utrum animal terreſtre bipes ſit hominis definitio nec ne? fiet problema. In aliis eodem modo: ex quo fit, ut propoſitiones, & problemata ſint paria numero. ex omni enim propoſitione facies problema, ſi modum commutabis.

Cum dixerit propoſitionem & problema idem eſſe (Nam ſingula quatuor problemata aliquid ſignificant) nunc differentiam eorum docet, ex qua aliud propoſitio, aliud problema nominatur: in quo docet etiam, quomodo problemata à prædictis quatuor oriantur. De propoſitione autem dialectica ſermonem facit. ea enim eſt interrogatio, itaque problematis, & propoſitionis differentiam dicit eſſe in modo quodam. Si enim propoſitioni appoſuerimus hoc uerbum, utrum, fiet problema, ut utrum mūdus ſit globoſus an non. Illud autem, putas'ne, eſt propoſitionis ſignum. ut putas'ne mundum eſſe ſphærīrī an non? id quod Ariſtoteles non appoſuit, & ita mancus eſt textus. Hæc uero differentia quam expoſuit, ex uſu quodam & conſuetudine emanauit. Problemati namque conuenit ratio propoſitionis in interrogatione. interrogatio enim eſt etiam contradictionis interrogatio. ex qua conceditur reſponſori, ut utram contradictionis partem uelit, eligat. & huiuſmodi eſt etiam problema. uel differt, quia interrogatio eſt petitio reſponſionis alterius partis contradictionis, & problema non eſt petitio reſponſionis, ſed ut oſtendatur altera contradictionis pars. itaque problema uidetur eſſe ſimile propoſitioni interrogatiuæ. eſt enim petitio probationis, & dialecticæ orationis, & dialecticæ interrogationi propoſitio eſt ſimilis. quod ſi quis uoluerit horum diſrrimen afferre, dicet problema interrogare contradictionem, & propoſitionem interrogare alteram partem contradictionis. quia & ipſe dixit, de problemate loquens, utrum animal terreſtre bipes eſt hominis definitio an non? illa uerba an non addi-

dit: in propoſitione ſatis eſt alterum tantum poni, ut putas ne animal eſſe hominis genus: quod omiſſum ſit, dicet aliquis hanc eſſe eorum differentiam. Itemq́ quo nam pacto erit hæc definitio propoſitionis dialecticæ, quam ipſe tradit, interrogatio contradictionis: at nec etiam ſolo modo eſt eorum differentia. ſiquidem etiam problema comprehendit contradictionem, & propoſitio alteram partē contradictionis. Sed cum in definitione & genere differentiā problematis, & propoſitionis in prolatione eſſe docuerit, adiecit, In aliis eodē modo: ſcilicet in proprio, & accidēte habēt eandē differētiā. quare æqualia numero ſunt problemata & propoſitiones. & huius cauſam attulit.

Eſt autem dicendum quid ſit terminus. quid proprium, quid genus, quid accidens. Eſt ergo terminus oratio, quod quid erat eſſe ſignificans.

Cum docuerit eſſe quatuor genera quæſtionū, & quęnam ſint expoſuerit, nunc quid unumquodq́ ipſorum ſit explicat. Eſt autem terminus oratio quod quid erat eſſe ſignificans. Primum loquitur de definitione, quia eſt perfectior & omnia habet in ſe: nam genus eſt in definitione & proprium, & id quod ineſt, hoc eſt accidens. nam hæc ex ea definiuntur. quid uero nomen definitionis ſignificet, exponit, quod nomē ducitur à terminis agrorum, quibus agri ab aliis ſeparantur. Hoc uero loco licet definitionis definitionem tradat, non tamen in infinitum abibit. nam hæc eſt omnis definitionis quatenus definitio eſt, definitio, & non alia alterius. Et ait definitionem eſſe orationē ſignificantem quid ſit eſſe rei: quod ſoli orationi ineſt. Sed hoc, quod quid erat eſſe, tanquam definitum comprehendes intulit, ſignificat enim quod quid eſt, eſſentiam definiti. hoc eſt, oratio explicans quid ſit eſſe rei, cuius eſt definitio. nam illud uerbum erat, non eſt uſurpatum hoc loco tanquam ſignificet tempus præteritū, ſed pro eo quod eſt, qui uſus loquendi eſt conſuetus. Nam apud Græcos, qui dicit, hoc erat, idem dicit, ac ſi diceret, hoc eſt. ita uſus eſt hoc loco erat, pro eſt. Et qui dicit, quis erat pulſans fores, idem dicit atq́ is, qui ait, quis eſt qui pulſat fores. Dicit enim definitionem ſignificare ſubſtantiam, & eſſentiam cuiuſq́ rei, & non aliquod accidens, aut aliter conſequens. cum enim plura unicuiq́ inſint, definitio quæ eſſe declarat, alia ſeparans ab iis quæ inſunt in definito, ſolum exponit ipſius eſſe, & quatenus eſt hoc eſſe, ab aliis differre dicitur. Neque enim temere, neque ſuperfluo additum eſt uerbum, erat, ſed neceſſario. nam ſi, erat, ſignificat eſt, erit oratio, quæ ſignificat, quid erat, eadem cum ea, quæ quid eſt ſignificat. patet rem propoſitam eſſe eam, cuius definitio traditur. quod ſi ſit, omnis oratio habens aliquod prædicatum in quid de propoſito erit definitio eius, In quid autem prædicantur genera de ſpeciebus. uniuocè enim prædicantur. Igitur oratio quæ ſpeciem in genere ponet, erit definitio ſpeciei, quæ quid ſit exponet. quod uerum non eſt. Igitur non ſatis fuit illud uerbum erat, ut quidam putant, in primis Antiſthenes, deinde Stoici quidam. Illud autem uerbum Eſſe iure additur. nam oratio ſignificans quid eſt eſſe, non eſt genus, uel aliquid aliud prædicatum, quod in quid dicatur. non enim eſt hoc eſſe ipſius ſpeciei: ut genus de ipſa prædicetur, quia ſpecies & genus ſpeciei non idem ſunt. & eſt perinde ac ſi diceretur, oratio rei ſubſtantiam ſignificans, & quatenus eſt eius eſſentia. Qui uero dicunt definitionem eſſe orationem ſecundum reſolutionem perfectè, & æque prolatam, cum dicant reſolutionem explanationem diffiniti ſummatim & adæquate, quæ nec excedat, nec deſit, dicunt nullam diffinitionem ab aſſignatione proprii diuerſam eſſe. nam hæc oratio, animal riſibile, adæquatè & integrè hominem ſignificat, quia nec in plus, nec in minus ſe habet, quam homo. ſed oratio de proprio multum differt à definitione. quia non ſignificat in quo ſit eſſe ipſius hominis. riſibile autem non eſſe hominis eſſentiam, patet ex eo, quod eſſentia perficit actionem uniuſcuiuſq́, quatenus unumquodq́ eſt. Sed riſus non eſt hominis perfectio.

Aſsignatur autem, aut oratio loco nominis, aut loco orationis nomen. nam & quædam eorum, quæ ab oratione ſignificantur, definiri poſſunt. nam quicunq; quouis modo faciunt aſſignationem nomine, patet eos non aſſignare rei definitionem, eo quod omnis definitio eſt oratio quædam. Accommodatum tamen definitioni, & huiuſmodi ponendum eſt, ut honeſtum eſſe decens. ſimiliter quoque utrum ſenſus, & diſciplina idem ſit, an diuerſum. in definitionibus enim utrum idem ſit, an diuerſum, multa fit immoratio. Simpliciter igitur accommodata definitioni dicantur omnia, quæ ſub eadem methodo cum definitionibus ſunt. Hæc autem omnia, quæ nunc diximus, huiuſmodi eſſe, ex his patet, quod ſi poterimus quid idem ſit, & quid diuerſum diſputare, facile de definitionibus argumentabimur. nam oſtendentes non eſſe idem, definitionem euertemus. quod tamen non conuertitur: quia non ſatis eſt ad definitionem confirmandam, idem eſſe oſtendere. ad infirmandam quidem eſt ſatis oſtendere non idem eſſe.

Cum ipſam definitionem definiuerit, nunc quomodo fiat eius aſſignatio, & unde ſumatur. exponit. nam uel definitio pro nomine aſſignatur. quod enim ait, aſſignatur autem aut oratio loco nominis, pro eo dixit, quod eſt, aſſignatur autem talis ratio, qualem definitionē diximus, uel pro nomine, ut quando dicimus, homo eſt animal terreſtre bipes. nam in hoc, pro homine hominis orationem. i. definitionem hāc aſſignauimus, animal terreſtre bipes, aut aſſignatur oratio ꝓ oratione. i. definitio pro oratione. qđ etiam in iis fit, in quibus definitū genus uno nomine non poſſumus complecti, ut animal terreſtre, uel animal aquatile, uel animal uolaticum. ſi enim hæc ſingula definiamus, orationem in definitionē tranſmutabimus. nā cū ſit animalis terreſtris oratio, eius definitionem ita aſſignamus, animal terreſtre eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, quod aptum & natum eſt in terra commorari. Tranſumptio quoq́ ex orationibus fieri poteſt, quæ orationes ſint traditæ, ex qua non ſunt definitiones in definitionem, ut animalis riſibilis in animal rationale mortale, uel etiam animalis ſcientiæ capacis. nā ſcientiæ capax eſt hominis propriū. qm̄ Dii non ſunt capaces, quia in eis nihil in potentia eſt. Itemq́; poteſt oratio ſumi, pro oratione, quādo utriuſq́, uel ſingulorū aliquis definitionē ex iis aſſignauerit, ex quibus eſt oratio. n. i. ſi utrunq́ eorū, quæ in oratione ſunt, definiatur. etiam orationis definitionē aſſignare poterimus. huius. n. orationis, homo ambulat, erit definitio, animal terreſtre bipes quod progreſſiue ꝑ latera mouetur. n. i. nō dicit definitionē pro definitione aſſignari. Nunc uero cū interdū explanationis cauſa ꝓ noīe nomē aſſignetur, ut ſi aliquis bonū eſſe utile diceret, uel iuſtū eſſe æquale, ait tales aſſignationes eſſe definitionis aſſignationes. n. i. definitio qđ eſt oratio à nobis ponitur: perſpicuū eſt, quod neq́ nomē loco orationis aſſignādo quis definitionē aſſignauit. Nomē n. q́ ēt pro oratione aſſignatur. ut q dicit laudabile bonū eē honeſtū: is fecit tranſlationē orationis in nomen. igitur definitio nō pōt eſſe nomen. Ipſe tñ ait tales aſſignationes eſſe definitiuas, q̄ ad oſtendendū aliquod nomē occultū in notius cōmutant. quā ob rē hæc quoq́ inter ꝓblemata definitiua uidentur inferre definitionē. Ait ēt eſſe ꝓblemata ea, in qbus q̄ritur, idē ne ſit an diuerſum. ueluti utrū ſenſus idē ſit qđ ſciētia, an diuerſum: & utrū idē ſit incōtinētia & intēperantia, uel tēperātia & prudētia, uel nō, cur aūt definitiua hæc ſint, cauſam ſubiungit. nā q̄a ēt in problematibus de definitionibus utrū idē aſſignata definitio ſignificet, quod illud, quod traditur, uel nomen, uel oratio, an diuerſum magna q̄ſtio eſt. oportet. n. definitionē idē ſignificare. Et ad ſummā dicit oīa ꝓblemata definitiua appellari, quæ ſub ipſam definitionis methodū cadūt. nā q̄ cadūt in methodū definitionis definitiua ſunt: oīa aūt ea in qbus qō eſt, utrū eadē, uel nō eadē ſint īter ſe, ſub ipſam cadūt methodū definitionū. cuius ēt rei cām aſſignauit. nā methodo, ꝑ quā poſſumus

mus oſtendere quid idem cum altero, uel diuerſum ſit, in definitionibus utimur, qua quomodo utamur expoſuit. nã oſtendentes aſsignatam orationem ueluti definitionem non eſſe eandem cũ eo de quo aſsignatur eam nõ eſſe definitionem oſtendemus: ſed nõ tamen oſtendemus, quod idem ſignificet oratio quod id, de quo iam eſſe definitionẽ aſsignauimus. in aliis.n. idẽ eſt: ſiquidem oportet definitionem idẽ habere. nõ tamen quia idem eſt, iam eſt etiã definitio: quandoquidẽ id nõ cõuertitur, neq; æquale eſt, neq; uiciſsim prædicatur idẽ & definitio. ideo ſi nõ idẽ, nõ eſt definitio: ſed ſi idẽ, nõ eſt omnino definitio: dicitur.n. idẽ, ut paulo poſt dicetur, multifariã. ſed neq; idẽ genere, neq; idẽ ſpecie eſt definitio, neq; etiã idẽ numero oĩno. quare oſtenſum eſt idẽ eſſe utile ad definitiua problemata: & non idẽ omnino eſſe quærere de eodẽ & definitione. neq;.n. quia idẽ eſt aſpectabile p ſe & color, & audibile, & ſtrepitus, & ſapor ſimiliter, & guſtabile, ob id illud eſt coloris definitio, per ſe ſpectabile: uel ut quidã definiũt, propriũ uiſus ſenſibile. non.n. quatenus color & ſtrepitus talia ſunt, ſed ſecundum eius habitudinẽ ad ſenſibile. Quæ cũ de ipſa definitione dicta ſunt, fere ad propoſitam facultatem ſufficiant.

Proprium autem eſt, quod non indicat quid eſt eſſe, ſed ſoli ineſt, & conuerſo prædicatur de re. ut proprium hominis ſit, grammatices capax. nam ſi homo eſt, grammatices capax eſt: ſiq; grammaticæ ſuſceptiuum eſt, eſt homo. nam nemo illud eſſe proprium dicit, quod alii ineſſe contingit, ut homini dormire: neq; id, quod aliquo temporis ſpacio ſoli ineſt. quod ſi aliquod horum proprium dicatur, id non ſimpliciter, ſed aliquando, & ad aliquid proprium dicetur. nam à dextris eſſe, aliquando proprium eſt. bipes autem ad aliquid propriũ eſt, ut hominis ad equum, & ad canem. Quod autem eorum quæ contingunt aliis ineſſe, nullum conuerſim prædicetur, manifeſtum eſt. neq;.n. neceſſarium eſt ſiquid dormit, id eſſe hominem.

Quoniam in Poſterioribus reſolutionibus atq; in libris de prima philoſophia agit de diffinitione diligenter, nunc ad loquendum de proprio deſcendit. Sed non ignorandũ eſt, ꝙ Theophraſtus problemata de eodem collocat ſub generalibus, ut facit etiam problemata quæ ſumuntur ex differentiis, nam dicit, Differentiam & identitatem generalia ſtatuamus. Et hæc ſint obiter dicta. Definit autẽ iterum hoc modo proprium, Proprium inquit eſt, quod non indicat quid eſt eſſe: ſed ſoli ineſt, & conuertibiliter de re prædicatur. itaq; proprio & definitioni commune eſt, ſoli ineſſe, & uiciſsim & conuertibiliter prædicari. i. omni ineſſe. nã quod & omni, & ſoli ineſt, conuertitur: Differunt autẽ, quod definitio declarat quid eſt eſſe, & ſubſtantiã rei: eſt q; omnino oratio: proprio uero neq; neceſſe eſt, ut ſit oratio, neq; ſignificat ſubſtãtiam rei, cuius eſt proprium: ſed uel quandã eius diſpoſitionem, ut in homine habere latos ungues, uel potentiam, ut ſcientiæ capax, & riſibile: actionẽ, ut in diuino corpore continua motio. ex quo ſequitur, ut eiuſdem poſsint eſſe plura propria. definitiones autem nõ poſſint, ſiquis accurate perpendat: quandoquidem eſt una uniuſcuiuſq; ſubſtantia, cuius definitio indicatiua eſt. Quod uero proprium non ſignificet ſuſtantiã eius rei, cuius eſt propriũ, ut riſibile ſubſtantiam hois, uel grãmaticæ capax, patet ex eo, quod iam dictũ eſt, quod ſecundũ eam potentiam eſt uniuſcuiuſq; animalis eſſentia, ſecundũ quã cum ſine ullo impedimento operatur, tunc ſuam perfectionem uidetur accipere. nam perfectus equus is eſt, qui ſecundũ quam potentiam eſt eius eſſe, ſine impedimento agit. quare, ſi hominis ſubſtantia eſt in potẽtia ridẽdi, etiam perfectus homo erit is, qui ſine impedimento, & bene rideat. ſed abſurdũ eſt ponere hominis perfectionẽ eſſe in ridẽdo ſine impedimento. Cur igitur, dicet quiſpiam, homo pedeſtre, terreſtre, & bipes definitur? an forte uerum non eſt, ex hoc diuidere proprium, & definitionem. uelut tales orationes uidentur eſſe definitiones, quod ſeparãt per ea quæ inſunt propoſito illud ab omnibus aliis. ſed ſint propriæ definitiones, ueluti ſe habeant quantum ad hoc, & quatenus eſt definiti eſſentia maximè, ut homini ſecundũ rationale: & ideo eſt cuiuſq; definitio propriè. nam definitionem oportet eſſe differentiis. ſiquidem illæ genus in ſpecies diuidunt, nõ ſecundũ quædam accidentia, ſed ſecundum ſubſtantiã. at proprium non eſt differentia. Debere autẽ proprium cõtra prædicari, ſtatuit his uerbis. Nã nemo id eſſe propriũ dicit, quod alii contingit eſſe, ut homini dormire. neq; id quod per aliquod temporis ſpatium ſoli ineſt. quæ uerba addidit, quia etſi dicitur aliquando de iis quæ non inſunt ſoli rei: neq; de iis qui uiciſsim prædicantur aliquod proprium, quod hoc non ſimpliciter dicitur proprium, ſed aliquando. ut ex dextris eſſe, eſt alicuius quandoq; propriũ. Sedere etiam eſt aliquando alicuius proprium, uel erit ad aliud. ut bipes eſt proprium hominis reſpectu beſtiarum, quæ non ſunt bipedes. ſed non eſt ſimpliciter proprium. eſt enim eius proprium ad equum, ad canem, ſed non ad auem, igitur hoc erit ſemper, ſed non ſimpliciter, ſed ad hoc proprium. Poſſunt quoque nonnulla ſoli ineſſe, non tamen ut propria, ut à potentiis propriorum actiones, ceu numerare, ratione uti, ridere, ſaltare. hæc enim non propria ſunt, quia non omni inſunt. potentiæ enim & omni, & ſemper: ſed actiones neq; omni ſimul, neq; ſemper. Patet etiam quod neque ea quæ contingunt, & poſſunt alteri ineſſe, conuerſim prædicari poſſunt. nam quod uiciſsim & ſubiicitur alicui, & de eodem prædicatur, neceſſe eſt æquale eſſe: ſed nos proprium illud eſſe ponimus, quod de re uiciſsim enunciatur.

Genus autem eſt, quod de pluribus, & ſpecie differentibus in eo quod quid eſt prædicatur. In eo autem quod quid eſt prædicari dicuntur ea, quæcunq; reddere conuenienter poſſunt ii, qui interrogantur quid eſt quod propoſitum eſt. quemadmodum de homine cõuenit eos, qui interrogati ſunt quid eſt, quod proponitur, reſpondere quod eſt animal. Generi autem attribuitur etiam hoc, utrum in eodem genere aliud cum alio, an in diuerſo ſit. nam & talis quæſtio ſub eandem methodum, ſub quam genus, cadit. nam ſi diſputauerimus, animal eſſe hominis genus, & bouis, etiam hæc ſub eodem genere contineri diſputabimus. ſin autem oſtenderimus alterius eſſe genus, & alterius non eſſe, hæc non eſſe in eodem genere diſputauerimus.

Tradit hoc loco generis definitionẽ, qua genus ab aliis diſtinxit, quibus etiam ineſt de pluribus prædicari, atq; à differentiis. igitur genus à ſpeciebus ſeparauit cum dixit, differentibus ſpecie. quando enim aliqua differunt ſpecie inter ſe, ut homo, & equus, & canis, tũc genus de iis in quid eſt prædicatur. at ſpecies non prædicatur de ſpecie differẽtibus: ſed de pluribus, & numero differentibus in quid eſt prædicatur. quatenus ſpecies eſt. nam prædicatum de pluribus, cuius ſubiecta poſſunt inter ſe differre, ſecũdum ſpeciem, id genus eſſe neceſſe eſt. Differentia quoque de pluribus, & ſpecie differentibus prædicatur, ſed non in quid, quia ſic eadem ratio eſſet generis & differentiæ, ſed ut alibi dictum eſt, differentia magis in quale quid prædicatur de iis, de quibus ut differentia prædicatur. nam quale quid res ſit, indicat. Vnde non eſt exiſtimandum in categoriis maximè neceſſarium dictum illud, differentias de ſubiecto prædicari, ut intelligatur de iis differentiis, quæ propriè dicuntur: ſed de illis quæ iam cum materia ſumptæ ſunt. nam omne prædicatum de ſubiecto in quid eſt, de illo prædicatur. Differentiæ autem quæ ſunt prædicatæ in quid eſt, ſunt genera, & non differentiæ. etſi accidens de pluribus prædicatur, & de ſpecie differentibus, tamen differt à genere, quia non dicitur in quid eſt. Præterea quid ſit in quid prædicari, ipſe exponit. nam quæcunque conuenit interrogatis aſsignare quid ſit res propoſita, ea in quid eſt prædicantur. Differentiam autẽ, & problemata differentialia ſub genere cõſtituit, ipſe

quoque affirmat. cuiuſmodi eſt illud, utrum canis ſit animal rationale nec'ne. Eſt autem propriè differens id, quod genus in ſpeciem diuidit. neque enim quicquid ab aliquo differt, propriè differentia differt, quia plura accidentibus differunt. ſed illæ differentiæ communes appellantur. Iam uero generalia quoque problemata eſſe ait ea, in quibus quæritur, utrum hoc & hoc in eodem genere ſit nec'ne. quemadmodum erat diffinibile, & quærere utrum hoc cum hoc idem ſit. quæ quomodo generica ſint, oſtendit. oportet enim eum, qui oſtenſurus eſt, quod aliqua ſunt in eodem genere, ut homo, & equus, oſtendere quod animal eſt hominis, & equi genus. hæc autem ſunt generica problemata. item oſtendere aliquid non eſſe in eodem genere, pertinet ad genus. ut uidere non eſſe ſub eodem genere, quod clamare. nam hoc eſt ſub genere actionis, quod non eſt genus uidendi. uidere enim eſt aliquid pati. nam ſic probatur uidere, & clamare non eſſe ſub eodem genere: licet figura terminationis in idem deſinant, ſed huiuſmodi ex locis ad genus pertinentibus demonſtrantur.

Accidens autem eſt, quod nihil horum eſt, neque definitio, neque proprium, neque genus, rei autem ineſt. Et quod contingit ineſſe uni & eidem, et non ineſſe: ut ſedere contingit ineſſe alicui eidem, & non contingit. ſimiliter quoque album. nam nihil prohibet idem album eſſe, & non eſſe quandoque. Secunda accidentium definitio melior eſt. nam ſi ponitur prima, neceſſe eſt ſcire quid ſit definitio, quid genus, quidque ſit proprium. Secunda autem perfecta eſt ad cognoſcendum quid eſt quod dicitur per ſe.

Aſsignat duas accidentis definitiones, quarum altera declarat quid ſit accidens per negationem prædictorum. nam quod alicui rei ineſt ſed non aliquo ex modis antedictis ineſt, id eſt accidens. altera uero oritur ex natura accidentis. quod enim ita ineſt, ut poſsit eidem ineſſe, & non ineſſe, accidens eſt. Et ipſe hanc definitionem præponit, & propterea inquit, qui cogniturus eſt aliquid per negationem, neceſſe eſt, ut prius cognoſcat ea quorum negatione illud ſignificatur. ſed qui ab ipſa re definit, nihil opus habet, ut cognoſcat propoſitum. nam talis ratio eiuſdem rei ſubſtantiam & naturam ſignificat, quia definitio eſt oratio, quæ ſignificat, quod quid erat eſſe. ut antea diximus. ſed eſſe cuiuſque eſt in ipſa exiſtentia, & affirmatione. igitur oratio ex negatione quorundam non erit propriè diffinitio. cur igitur ambas poſuit, & non eam ſolam, quam priore loco collocauit? ut oſtenderet etiam fieri talem quandam rationum aſsignationem. uel quia utetur tali ratione accidentis in his quæ ſequuntur. ex accidentis enim ratione tot eſſe problematum genera confirmatur. ſed ille modus definiendi eſt fortaſſe omnino melior: ſiquidem hic in aliquibus eſt neceſſarius, ut in ſimo. Secunda nanque definitio aliquam accidentis partem comprehendit, Prima omnem. nam quæreret quiſpiam, utrum ratio dicens accidens eſſe, quod poteſt ineſſe uni, & eidem, ac non ineſſe, omnem accidentis naturam complectitur. quod ſi eſt, accidentia quæ inſeparabiliter alicui inſunt, neque ut ſubſtantia, neque ut propria, neque ut differentiæ, neque ut definitiones inſunt. abſurdum autem eſt, dicere ipſa, aliquid horum eſſe. igitur ſequitur ut eorum quæ ſunt alia quædam natura ſit præter quatuor antedictas. quod ſi ſit, neque numerus problematum, & propoſitionum hic erit: ſed erit etiam quintum aliquod problematum genus in quo prædicantur ea, quæ ſic inſunt. qua ratione prima definitio melior eſſet, qua ſit, ut ſimus à naſo non queat ſeparari. non qua ſimitas, & aquilinitas naſus ipſa etiam ſit. nam ita ne ſimitas quidem eſſet naſi differentia: ſed quia ſimitas & naſus in eodem uidentur comprehendi. Nam ſi cauitas ſimitas naſi eſt, cum ſit ex utriſque aggregatum, merito ipſa etiam cum naſo eſt. & à naſo inſeparabilis ita, ut etiam à cauitate. nam ſimum eſt utrunque aggregatum. quare ſimitas non erit amplius accidens, ſed accidens cum eo, cui accidit. ac cauitas eſt accidens quæ naſo aduenit. & non poteſt ineſſe uni eidem, & non ineſſe. non omnino ſignificat non poſſe, id quod prius inerat ineſſe eidem, & non ineſſe: ſed illud, ut nulla res indigeat præſentia accidentis, ut uel ſit, uel non ſit. nam & ſine accidente res eſſe poſſunt. eſt enim etiam naſus abſque ſimitate. quare etiam non ineſſe non tollit, hanc rem, & ſi inſeparabiliter inſit, poterit tamen ineſſe, & non ineſſe. nam extra eſſentiam ſubſtantiæ, & naturæ rei licet non poſsit non ineſſe, ſignificat contingere ineſſe eidem, & non ineſſe. & illud nimirum erit accidens, quod cum rei inſit, non tollit id, cui ineſt. ſed quæret aliquis, ſi niui, & cygno album hoc modo ineſt, & pici nigrum. talia enim uidentur eſſe aliquo modo de rei ſubſtantia. ſed dicimus ea quoque accidentia eſſe, quia nullum eſt in ſubſtantia eorum, quibus ineſt. nam neque niuis ſubſtantia conſiſtit in albo, neque picis, in nigro, ſed hæc ipſorum ſubſtantiam conſequuntur. & ſunt accidentia inſeparabilia. Item diceret, quod licet his non poſsint ineſſe, & non ineſſe, tamen aliis poſitione ineſſe, & non ineſſe. ſed quæ ſic ſe habent, ad aliqua entia, accidentia ſunt. uel neque hoc uerum erit. Porrò calidum cum ita ſit, ut non poſsit igni non ineſſe, non eſt ignis accidens. ſed album in niue, uel eſt genus eius, uel definitio, uel propriū: ſed nihil horum de ipſa dici poteſt: item uerò neque erit differentia, cum color non uideatur eſſe differentia corporis ſpecifica. igitur hæc plus aliquid habent, quam reliqua accidentia. quod tales affectiones, & qualitates ex quibus hæc conſtát, ex neceſsitate materiam conſequuntur. nam talis corporis ceu nebulæ quæ eſt niuis materia, condenſationem quæ fit exceſſu frigiditatis cum interclusione alicuius ſpiritus albeſcendo ſequitur neceſſario. nam aeris intra nebulam compreſsio ac condenſatio, & fricatio in condenſatione, & conſtructione nebulæ, quæ per exceſſum frigiditatis fit, præueniens eius ſegregationem talis coloris cauſa eſt. nam cum fricatur & mouetur ſpiritus, albeſcit. quam etiam ob rem ſpuma alba eſt. ſed quædam confricatio, & motus fit in congelatione nebulæ cū in ipſa uentus contrahitur, & ad profundum declinat, & ſeparationē impedit. & ſunt illa quidem niuis ſubſtantiæ, & album illá conſequitur, ac paſsionem aliquam & accidens. & album erit niuis accidens quod quidem eius ſubſtantiam non cōplet. nam ſi album non eſt niuis materia, nec forma, & nō eſt ſubſtantia niuis, quod eſt quoddam adueniens materiæ in mutatione ad eam formam, quo ab ipſa inſeparabile eſt, tamen non dicendum eſt de hoc, quod non contingit ineſſe rei. Ita quoque fœmininum cum ſit quædam affectio, etiam accidens eſſe oſtenditur. Quocirca definitio accidentis per aliorum negationem uidetur magis complecti omnia accidentia, quam ſecunda. ideo uſus eſt. nam melius eſt ita definire, ut ita dicam. in quibus autem impoſsibile eſt tali ratione totum definibile complecti, debet potius per negationem definiri. Ita uero tulit accidens, quia unius naturæ non eſt. nam nouem genera poſt ſubſtantiam ſunt accidentia. quamobrem non poteſt una aliqua ratio eidem tribui. Sed erit eius proprium in ſubiecto eſſe, ſi omnis ſubſtantia non eſt in ſubiecto. quin etiam ſpecies, & differentiæ in ea ſegregantur ab eo quod in ſubiecto eſt. ipſe tamen hanc accuratam diſputationem euitans tanquam huic loco minimè propriam, in accidentis definitionibus aſsignatis acquieſcit.

Accidenti quoque coniunguntur ea, quæ inter ſe ſiunt comparationes, quæ quolibet modo ab accidente ducuntur. ueluti utrum expetibilius ſit quod honeſtum eſt, an quod utile. & utrum ſuauior ſit uita ex uirtute, an uoluptaria. itemq́; ſi quid aliud his ſimile dicitur. In his enim omnibus, utri magis prædicatum accidat, quæſtio eſt.

Vt problematibus diffinitiuis ea quæ ſunt de eodem, & genericis ea quæ à differentia ſunt, & iis quæ de proprio ſunt, ea quæ aliquando, & ad aliquid propria

eſſent

eſſent adiunxit: ſic etiam problematibus accidentalibus annectit comparatiua. fit enim in ſolis accidentibus comparatio. uel etiam magis & minus non eſt alicuius genus, uel proprium, uel definitio, ſed talis paſſio ſolum ineſt accidentibus. de iis enim quandoque quæritur, inſit ne alicui, nec ne. ut cum quæritur an diuitiæ ſint bonæ, uel non. & an temperantia ſit uirtus, uel non. hæc autem utrum magis inſit quam aliqua alia, ut bonum magis ſanitati quam diuitiis: & ſuauiter uiuere utri magis inſit, uitæ'ne uirtuoſæ, an uitæ uoluptuoſæ. in his enim utrum propoſitum quod eſt accidens magis inſit, quæritur. quod autem ait, quolibet modo. uel additur pro hoc, quatenus comparatio fieret, ut etiam ipſe exemplis indicat: uel quia multis modis fit comparatio. uel enim utri ſubiecto magis inſit prædicatum, ut in hoc, utrum diuitiæ ſint eligibiliores ſanitate: uel utrum magis ſubiecto ineſt, ut ſanitati ſuaue, uel utile: aliquando uerò, utrum hoc huic, uel hoc huic: ut utrū ſanitati magis ineſt bonum, quam morbo malum. quo enim uis modo comparationes fiant, ab accidente dicentur. & ſecundum magis, & minus fient. Et ita fiunt comparationes: ſi ſanitas eſt magis eligibilis quam diuitiæ, cum nō ſit ob ſeipſum eligibilis, nec diuitiæ. Itemq; ſi uoluptas magis bonum, quam finis, non eſt bonum, neque finis erit bonum. rurſus ſi diuitiæ minus bonum, quam ſanitas, ſunt aliquando bonæ, etiam ſanitas. Etiam, ſi ſanitas minus bonum, iis qui in pace ſunt, quam bellum gerentibus, etiam his bonum eſt. Tales autem comparationes à ſimili ducuntur. quæ uel unius ad duo fiunt, uel duorum ad unum, uel duorum ad duo: ut ipſe in locis comparatiuis docebit. Itē illud, quolibet modo, poteſt hoc ſignificare. quod etiam problemata quæ habentur ex conſilio, ſunt ipſa quoque comparatiua aliquo modo. quamobrem ea problematibus accidentalibus connectit. utrum autem ducenda ſit uxor nec'ne, & utrum generādi ſint liberi nec'ne, ſunt comparatiua. in his enim utrum in quæſtione eligibilius ſit exquiritur. Quæſitum enim eſt tale, utrum eligibilius ſit uxorē ducere, uel filios procreare: uel quatenus aliquid in problemate poſitum eſt: ſed quicquid id ſit, accidens eſt. quia an ſubiecto eligibilius accidat, quæritur. quare talia connectuntur accidenti. Sunt etiam nonnulli qui hæc problemata uolunt eſſe generica: quia in eis quæritur an genus ſit eligibile: atqui non quæritur ſi in quid eſt eligibile de eis prædicetur, ſed ſi ſolum eis inſit: & confutantes non oſtendunt quod non ſit genus bonum, exempli gratia, uoluptatis, ſed quod ei non ineſt. at in problematibus de genere, addendum eſt ipſum genus: uelut utrum hoc ſit huius genus, uel non. nam quæ ſine talibus additionibus proponuntur, ea ut accidentia proponuntur. atq; etiam de talibus problematibus, ſub quo ſtatuenda ſint quæritur, ſi Dii ſint, ſi animal eſt. & quidam omnia talia eſſe generica: quia in eis quæritur ſi propoſitum pro genere re uera ſit nec'ne. an hæc quoq; ſub accidente continentur. etenim ea quibus ens non uidetur eſſe genus in eis quæritur ſi accidit ipſis eſſe, uel ſi eſſe in ipſis exiſtentibus eſt. & quæſtio eſt de exiſtētia ſimplici: & in his non eſt quæſtio de modo exiſtentiæ, aut inhærentiæ. ſed de ſimplici exiſtentia quæſtio ſimplex eſt per accidens, & non additur problemati hoc, an in genere entis Dii ſint.

Ex his *autem manifeſtum eſt, nihil probibere, quia accidens aliquando, & ad aliud proprium fiat, ut ſedere quod accidens eſt, quando quis ſolus ſedeat, tunc aliquando proprium erit. eſt enim proprium ſedentis ad alios non ſedentes. ex quo fit, ut accidens ad aliquid, & aliquando poſſit fieri proprium: ſimpliciter tamen non erit proprium.*

Patet inquit ex iis accidentibus, & eorū definitionibus, id quod dictum eſt. nam ſi accidens eſt quod poteſt ineſſe uni, & eidem rei, & non ineſſe: patet quod contingit, ut quod multis ineſſe poteſt, uni ſoli ipſorum inſit. nam ſedere aliquando cum ſit alicuius accidens, poteſt etiam aliquando fieri euſdem proprium, quando nullus præterea quiſquam ſedeat: uel ad aliquid aliud collatum. ut ad ipſos qui non ſedent. Et tamen nullum ſic horum accidentium eſt proprium. Nam & de proprio ſecundum accidens prædixit cum diceret, quod nemo illud dicit eſſe proprium, quod aliis poteſt contingere ineſſe. quod ſi quis proprium appellaret, is non ſimpliciter proprium, ſed uel aliquando, uel ad aliud collatum ipſum proprium diceret, ac nominaret.

Neque nos lateat, quod quæ ad proprium, & ad genus, & ad accidens dicuntur, ea omnia ad definitiones dici conuenit. nam oſtendentes q; non ſoli ineſt ei, quod eſt ſub definitione, quemadmodum etiam in proprio, aut quod non genus eſt, id quod aſſignatur in definitione, aut quod non ineſt aliquid eorum, quæ in definitione dicta ſunt, quod etiam in accidente dici poteſt, definitionem ipſam euertemus. ex quo fit, ut ſecundum primam rationem aſſignatam omnia quæ annumerata ſunt, quodammodo definitioni ſint accommodanda. non tamen propterea una uniuerſalis methodus in omnibus quærēda eſt. neque enim facile eſt eam inuenire, ac ſi inueniretur, eſſet obſcura, & non apta ad hoc negotium. Sed cum propria methodus ſit in unoquoque genere determinatorum aſſignata, facile ex iis, quæ circa unumquodque ſunt propria, decurſus propoſiti fieri poteſt. Quare in uniuerſo figura quadam, ut ante dixi, diuidendum eſt. ex reliquis autem, ea quæ maximè propria ſunt ſingulis, annectenda ſunt definitioni, & generi accommodata ea nominantes: quanquam ea quæ dicta ſunt ferè adiuncta ſunt ſingulis.

Cum fecerit diuiſionem problematum, & oſtenderit quatuor eſſe eorū genera, & indicauerit quid unūquodq; ipſorum ſit, & quæ nam ſit eorum differentia, non lateat inquit nos, quod quæ ad genus, & ad proprium dicuntur, etiam ad definitionem dicuntur, id eſt per quæ poteſt inueniri. & oſtendi quod non eſt proprium traditum ſimiliter etiam quod non eſt genus, uel quod non eſt accidens, omnia etiam ad definitionem dici conuenit. nam per quæ unū quodq; horum tollitur, per eadem tollitur etiam definitio. tollitur enim accidens, ſi non ineſſe rei oſtēdatur. quod n. non ineſt alicui, ei accidere non poteſt. genus quoque tollitur ſi non ineſt. Verum propria generis deſcriptio eſt, ſi non in ſubſtantia, & in quid eſt prædicetur. ſed proprium ſi non inſit, etiam tollitur. tamen propriè tollitur, ſi nō omni & ſoli inſit. quod enim ſic non ineſt, proprium non eſt: ac per unumquodq; horum tolli poteſt definitio. nam ſi non inſit ratio rei tradita, non erit eius definitio. quod ſi inſit. ſed non in eius ſubſtantia, nec erat genus rei, id quod erit aſſignatum in definitione, uel non erit differentia: neq; etiam erit definitio. Quod ſi genus traditum & differentia ſint, & ratio non illi ſoli, & omni inerit, non erit definitio. oportet enim definitionem ineſſe rei, cui aſſignatur. & ut genus in definitione traditum, & differentias eſſe genus, & differentias rei, & ſoli, & omni ineſſe ei, cui aſſignatur, & præterea ipſius eſſe, & ſubſtantiam ſignificare. hoc enim eſt eius maximè proprium. Quæ cum ita ſint, omnia genera erunt quodammodo diffinitiua ſecundum rationem prius traditam. nam paulo ante dixit, quod ſimpliciter diffinitiua omnia ſunt, quæ ſub eadem methodo, ſub qua definitiones ſunt. nam ut de eodem quæſtio definitiua erat ſecundum hoc, oſtendendo quod non eſt idem, oſtenditur etiam quod non eſt definitio: ſic etiam omnia problemata eſſent definitiua, quia deſtructione uniuſcuiuſq; ipſorum tollitur etiam definitio: quare hac ratione hæc erunt ſub eadem methodo definitionum. quæ cum dixerit, oſtendit quomodo ita ſint, & ait, Sed non propterea quærēda eſt una uniuerſalis methodus in omnibus. neq; enim ſi illorum deſtructiua ſunt utilia etiam ad deſtructionem definitionum, ob eam cauſam oportet illa cū definitionibus coordinare: & dicēdum ea eſſe definitiua, quia

nō facile eſt eam methodum inuenire. huic accedit etiam, ut ſi inueniretur, foret obſcura, & ad hoc negotium inutilis. Vnde quod dicit, hoc eſt, quod non oportet unam quandam methodum uniuerſalem de omnibus quærere, ut omnia problemata ad definitionem pertinere dicamus, & uelut ipſorum definitiuorum fieri confutationes, & probationes, tanquam loci definitiui poſſint ad omnia adaptari, non facile eſſe, neq; poſſibile dicit. non enim ſi deſtructiones aliorum deſtruunt etiam definitionem, iam etiam probationes ipſorum ad probãdam definitionem ualent. nam qui probat accidens eſſe, id quod aſſignatum eſt, quia oſtẽdi poteſt ineſſe, & non ineſſe, quia ſit ſub accidente, nõ modo non confert ad probandam definitionem, ſed etiam oſtendit quomodo infirmetur. non enim eſt idem modus inhærentiæ definitionis: & accidentis. ad hæc neq; omnis confutatio accidentis tollit definitionem. nam qui oſtẽderit uelut proprium ineſſe alicui, is ſuſtulit quidem accidens, ſed non ſuſtulit definitionem. quare non uerum eſt poſſe omnia adæquari definitionibus. Item qui oſtendit quod in quid eſt, & in ſubſtantia prædicatur de re, æqualiter, & non de pluribus, id genus infirmauit, at non definitionem. uerum horum omnium confutatio ad definitionis confutationem utilis eſt. igitur ex his non dici poſſunt omnia problemata, neq; poteſt una generalis methodus in omnibus inueniri. Theophraſtus autem cum in ſuis Topicis ſtuderet unam cõmunem methodum tradere, accidens ab aliis ſeiunxit, uelut non connexum cum definitione. cumq; daret operam, ut cætera cum definitione coniũgeret, totam rem perobſcuram ualde fecit. Deinde dicit, quod licet una communis methodus inueniretur, tamen eſſet obſcura, & inutilis eius modus. nam ſi quis uelit quidpiam oſtendere præter definitionem, per hæc ſola idem poterit oſtendere, quæ etiam ad probationem definitionis ualent. & oportet ut is qui oſtendit accidens, oſtendat quod ineſt: & non quod contingat ineſſe, & nõ ineſſe, quæ extra definitionem ſic inſunt. Eodemq; modo aliorum difficilis, & laborioſa erit argumentatio. Et propriam tollit, & omnium differentias, quia talia non poſſunt diffinitiua nuncupari. quod ſi quis diceret omnia eſſe definitiua, & ſingula horum deſtructiua, & probatiua, non ſe habere ſimiliter: ſed aliqua eſſe deſtructiua accidentis, quæ etiam deſtruunt definitionem, ut ſi oſtendatur non ineſſe: etiam dicet quædam non ita ſe habere. nam cum ſint accidentium deſtructiua, ad probationem definitionum ualent. quod .n. ineſt, ſed non ſic ut poſſit ineſſe, & non ineſſe, eſt accidẽtis deſtructiuum, & definitionis conſtructiuum. oportet enim ut ea quæ in definitione inſunt, ita inſint, ut non poſſint ineſſe, & non ineſſe. ſimilis ratio eſt in genere. nam genus infirmantes quod non prædicetur in quid, per idem etiam tollitur definitio. qui uero per hoc, quod in quid prædicatum non eſt in plus quam ipſum, etiam per hoc genus tollit. & tamen hæc ſunt probatiua definitionum. Item qui infirmat proprium ex eo quod æqualiter conuertatur, & ſignificet quod quid erat eſſe, is planè utitur probationibus diffinitionum ad proprium euertendum, & quaſi ea quæ horum confutantia ſunt, definitionis ſint probatiua: ſic etiam aliqua confutantia definitionem, ad aliorum probationem utilia ſint. nam qui tollit definitionem ex eo, quod poteſt ineſſe, & non ineſſe, per eadem probat accidens: ſimiliter etiam qui tollit per hoc, in quid eſt plus eſſe, genus probat: & qui per hoc æqualiter exiſtens non ſignificare, quod quid erat eſſe, tollens definitionem, proprium conſtruit. Et rurſus qui dicit, quod tradita ratio ſignificat, quod quid eſt eſſe, is definitionem probans omnia alia deſtruit. itaq; qui iſto modo conatur omnia ſub unam communẽ methodum adducere, obſcuram & difficilem tractationẽ facit. Illo igitur modo inueniri non poterat. quæ licet etiã inueniretur, eſſet tamen, ut docuimus, difficilis, & perobſcura: ſi aſſignaretur una aliqua propria methodus in unoquoq; quatuor generum propoſitorum, facilior & apertior eſſet ex propriis circa unumquodq; facta & diſtincta habens diffinitionem perſpicuam: facilius .n. eſt propria de accidente dicere, ex quibus ipſum probari, uel refutari poteſt, uel etiam ad definitionem dicere conari. nam partim de ipſa definitione dicta ſunt probatiua accidentis, partim ualent ad accidens infirmandum. ſimili quoq; modo in aliis. Ideo ait, quod animalis diuiſio in prædicta genera facienda eſt. nam illud in uniuerſo figura quadam, id ſignificat, ex reliquis autem, quæ maximè propria ſunt ſingulis, ea annectenda ſunt definitionibus. facienda uidelicet eſt tranſumptio ex ignotis ad aperta nomina. eis quoq; addẽda eſt quæſtio de eodem: ea, autem quæ ſunt à differentiis, addenda ſunt generi: proprio autem, quæ aliquando & quæ ad aliquid ſunt propria: accidenti uero comparatiua adiungenda ſunt.

Primum autem omnium determinandum eſt, quot modis idem dicatur. uidebitur autem, ut figuraliter ſumatur hoc loco, tribus modis dici. nam numero, ſpecie, & genere idem dicere ſolemus. ac numero quidem, cum plura ſunt nomina, ſed res una eſt: ut indumentum & ueſtimentum ſpecie uero, cum multa ſunt, & ſpecie non differunt: ut homo cũ homine, & equus cum equo idem eſt. ea enim eadem ſpecie dicuntur, quæ ſub eadem ſpecie continentur. genere quoq; eadem ſunt, quæ ſub eodem ſunt genere, ut homo & equus idem genere ſunt.

Cum feciſſet diuiſionem generum in quibus problemata, & propoſitiones ſunt, debens oſtendere, quod hæc ſola ſunt genera problematum, & præterea in quibus cõtineantur problematum genera. & quæcunq; ſunt utilia propoſitis, per ea quæ deinceps addit, primum inquit oportere de eodem determinare, quod modis dicatur. nam diuiſio eiuſdem ad multa alia in dialecticis utilis eſt. Ante enim dixit, quod ſunt quædam problemata habentia quæſtionem de eodem, quæ etiam cenſuit coniungi cũ diffinitiuis problematibus debere: ſed utrum hoc cum hoc idem ne ſit an diuerſum, inquirere non poſſumus. ſi eiuſdem diuiſionem ignoremus. Quare oportet, ut genera problematum determinentur, & manifeſta per ſe ſint, diuiſionem eiuſdem facere: ut problemata de eodem nota fiant. niſi enim de eodẽ differamus, profecto quot modis dicatur, ſcire non poterimus. Videtur autem inquit, ut figuraliter ſumatur hoc loco, tribus modis dici. dixit autem illa uerba, ut figuraliter ſumatur hoc loco, pro eo, quod eſt, ut uniuerſaliter & cõmuniter dicam. nam alibi præter hæc tria eiuſdem ſignificata, quæ nunc ponit, quoddam quartum addere conſueuit, quod eſt ſecundum proportionem, quod eſt ab his de quibus nunc agitur longè remotum. ſed ea in quæ nunc idem diuidit, & quibus uti conſueuit ſunt tria. dicitur enim idem, uel numero, uel ſpecie, uel genere. Ac numero quidẽ eadem ſunt, quorum inuicem exiſtentium nomina plura ſunt, & res ab eis ſignificata una eſt. talia ſunt multiuoca. ueſtis enim & indumentum unum numero ſunt, quia idem ſignificant. quod ſi ratio etiam, & nomen idem ſignificent, etiam ea ſunt eadem numero. Itemq; cum plures orationes idem ſignificant, eædẽ numero ſunt. nã & noĩa, & orationes idem ſignificãtes eadẽ numero ſunt. Item ſpecie eadem ſunt, quæ numero plura ſunt, ſed ſpecie non differũt, ideſt quæ ſub una, & eadem ſunt ſpecie. ut Socrates, & Plato. nam ſpecie iidem ſunt, ſicut etiã equus flauus, & albus. Genere uero eadem ſunt, quorũ idem eſt genus. & ſic homo & equus ſunt iidem, quoniam eorum genus idem eſt, uidelicet animal. quæ igitur ſunt eadem ſpecie, ſunt etiam eadem omnino genere: non tamen quæcunq; ſunt eadem genere, iam ſpecie ſunt eadem. nam & Socrates & Plato ſunt iidem ſpecie. quia homo eſt eorum ſpecies: & iidem etiam ſunt genere, quia homo & animal eis conuenit: ſed homo & equus ſunt idem genere, quia animalia ſunt: ſed ſpecie diuerſi ſunt, ſpecie .n. diuerſus eſt equus ab homine. Secundum autem analogiam eadem eſſe alibi dicit, quæcunque genere differunt, ſed in proportione & ratione eadem ſunt. quocirca talis modus longè remotus eſt ab uno quoq; ex his, quos hic dicit. Vnde ſecundum analogiam eadem ſunt cor & fons & unitas. quia ut ſe habet fons ad

flumen, ita unitas ad numerum, & cor ad animal. hæc.n. omnia ſunt principia eorum in quibus ſunt. Præterea uiſus, & mens ſunt eadem ſecundum proportionem, quia quam rationem habet uiſus ad oculum, eandem etiam habet mens ad animam. ſimili quoque ratione tranquillitas, & ſerenitas eædem ſunt. nam quod eſt tranquillitas in mari, idem eſt in aere ſerenitas. ambæ enim ſedationes ſunt.

Aqua autem quæ ab eodem fonte eſt, quæ eadem dicitur, uidebitur aliquam differentiam præter dictos modos habere: nec habet tamen. Sed cum illis ordinanda eſt, quæ ſunt eadem ſpecie. omnia enim talia cognata, & inter ſe affinia uidentur eſſe. omnis enim aqua cum omni aqua eadem ſpecie dicitur, eo quod habeat quandam ſimilitudinem. aqua autem quæ ex eodem fonte eſt, quæ eadem dicitur, nulla alia re differt, niſi quia uehementior eſt ſimilitudo. quare non ſeparamus idem ab iis, quæ eadem ſecundum unam ſpeciem quoquo modo dicuntur.

Cum feciſſet diuiſionem eiuſdem, inquirit, utrum aqua quæ ex eodem fonte manat, ſit eadem, alia, & alia numero accepta. uel ſi eadem eſt ſecundum aliquem prædictorum modorum, an aliquis alius ſit modus eiuſdem, præter tres dictos. nam numero eadē non eſt, quia ſeparata eſt. Itemq́; nec ſpecie ſimpliciter uidentur illæ aquæ eſſe eædē. quia eædem etiam ſunt ſpecie à diuerſis fontibus aquæ, & quæ à fonte, & quæ à fluuio, & quæ à portu. Vniuerſaliter enim omnis aqua omni aquæ ſimilis eſt ſpecie. & maximè ſi in eadem fuerint qualitate, ut dulcis cum dulci. Sed eæ quæ ab eodem fonte, uidentur aliquanto maiorem ſimilitudinem habere ſecundum ſpeciem, & eſſe quoddam intermedium inter ea quæ ſunt eadem numero, & eadem ſpecie, non tamen ſunt, ſed & huiuſmodi, hæc eædem ſpecie inquit erunt. nihil enim aliud eis ineſt, quam intenſio identitatis, & maior ſimilitudo. ut etiam in geminis fratribus fit. nam & Caſtor, & Pollux iidem ſpecie ſunt. eorum enim ſimilitudo uaria eſt ab ſimilitudine aliorum hominum. tamen ipſa ſimilitudinis intenſio non fecit eos eſſe unum numero. Præterea cum dicit, ex eo quod habeat aliquam ſimilitudinem, de aqua dixit, pro eo ꝙ eſt, quia eſt eadem ratio, quatenus aqua: talia enim ſunt ſpecie ſimilia.

Maximè autem conſtat, id quod eſt unum numero, idem ab omnibus uerè dici. ſolet autem & hoc aſsignari multis modis. maximè uero propriè & primò, quando nomine, uel definitione idem aſsignatum fuerit, ut ueſtis indumento, & animal gradiens bipes homini. Secundo, cum proprio, ut diſciplinæ capacis homini. & quod natura ſurſum fertur igni, tertio quando ab accidente: ut ſedens, uel muſicum: omnia enim hæc unum numero ſignificant. Id autem quod nunc diximus uerum eſſe, intelligetur ex iis, qui nominum mutationes faciunt. ſæpe enim ſi iubemus uocari quempiam ſedentem, cum is cui iubemus non intelligit, mutamus nomen, ut ille ex accidente facilius intelligat: & iubemus, ut uel ſedentem, uel diſputantem uocet. ex quo manifeſtum eſt quod nos opinamur idem accidente ſignificare, quod nomine, ergo idem, ut dictum eſt, tribus dicatur modis.

Declarata diuiſione eiuſdem, ait hoc conſtare inter omnes, quod quæ ſunt unum numero, ſunt eadem. nam in iis quæ ſunt eadem genere, uel ſpecie, non ſtatim identitas incidit. ſed opus eſt ratione ad concedendum aliqua talia eſſe eadem inter ſe. neq; enim Socratem cum Platone ſimpliciter aliquis concederet eundem eſſe. quia planè ſunt diuerſi inter ſe: multo minus etiam hominem cum equo. Illud autem quod ait, id quod eſt unum numero, dicitur eſſe idem ab omnibus, ait unum numero dici pluribus modis: primo enim & maximè propriè eadem numero dicuntur, quando uel pro nomine nomen acceptum eſt, cum idem ſignificat. nam tranſmutatio in idem eſt etiam hæc ſecundū numerum: uel ſi pro nomine poneretur definitio. nō eiuſdem numero cùm hæc ſignificatiua ſint. etiam eadem numero dicuntur inter ſe eſſe. quia ipſa nomina ſecundum ſe non dicuntur eſſe eadem numero, ſed id quod à nomine & à definitione ſignificatur. merito igitur cum quis oſtenderit non eſſe idem, etiam non eſſe eandem definitionem oſtendet. Atq; ut infert, eſt etiam proprium nomine idem ſecundum numerum ſignificans. Sed quia proprium magis, & primum eiuſdem numero ſignificatum definitio obtinet, iure ſub definitione coordinauit problemata, quæ ſunt de eodem, & non ſub proprio, nam definitio magis eem indicat, & notius proprium nomen. at proprium non ſic eſt. quare ſecundo idem nomē habet etiam proprium: nā ſecundo ſunt eadem numero nomen, & proprium eei cuius eſt nomen. cum homine enim idem eſt numero animal riſibile, quia unum numero ab utriſq; ſignificatur. Præterea non eſt mirabile, ſi dixit hominem unum numero, quoniam eadem ſpecies ad eādem eſt comparata. Itemq́; genus unum numero uidetur eſſe, nam ſi ſpecies non fuerit eadem numero, erit eadem ſpecie: ſed quæ ſunt eadem ſpecie, ſunt plura numero, & Socrates, & Plato. ergo hoc genus eiuſdem ab illo erit ſeparatum. Et quia ſimilia ſpecie per materiam ſeparatum. eſt enim ſpecies communis, quatenus ſpecies eſt in alia, & alia materia. Indiuiduum autem in materia eſt, igitur etiam commune erit indiuiduum. De genere etiam hoc obiicitur, & idem ſpecie eſt diuerſum ab eo quod eſt idem genere. ſi: quidem genere ſolo eadem diuerſa ſunt ſpecie, uel ſpecies eadem per ſe eſt, uel genus, aliquid dicentur. ſin autem in aliis eſt, ceu in quibus eſt homo, qui ſpecies eſt, uel animal quod eſt genus, hæc eadem inter ſe ſunt: ita etiam eadem inter ſe eadem erunt. nam ut homines iidem ſunt inter ſe, ſic etiam homo idem eſt cum eodem, ut genus & ut ſpecies. in illis enim eſt idem eſſe. unum ergo dicit numero ſignificari ab ipſa definitione, & proprio, non quia ſpecies, uel genus unū numero ſit, ceu definitio, uel propriū. Sed quia ab eodem numero ſub genere, uel ſpecie ſimiliter ſunt ambo uera, & non aliud atq; aliud. Tertio inquit aſſignari unum numero, ab accidente. nam quando aliquod accidens alicuius ſumptum fuerit, uel ſoli ineſt, & tunc fit eius propriū, & tum unum numero nomini eei ſic accidens ſit: quia unū & idem numero ſignificat. Quod uero accidens aliquando poſſit obtinere locum propriū, dixit etiam ſuperius, & nūc rurſum dicit. ex quo oſtendit, quod ſæpe ueluti proprio nomine idem ſignificante utimur accidente iubentes euocari ſedentem, ſi is qui iubet eius nomen ignorarit. Iam uero quot modis idem dicitur, tot etiam diuerſum dicitur. uel enim numero, ut Socrates, & Plato: uel ſpecie, ut homo, & equus: uel genere, ut animal, & ſciētia. unde illa no ſe habet econuerſo in iis, quæ ad idem, & quæ ad diuerſum pertinēt, nam in eodem, quæ numero eadem ſunt, etiam eadem ſecundum alios modos eiuſdem ſunt neceſſario. idē nanq; numero eſt & ſpecie, & genere: ſed diuerſum ſpecie nō erit etiam genere. at eadem ſpecie, numero quidem non eſt neceſſe eſſe eadem, licet eadem genere neceſſario ſint. Itemq́; genere eadem, nec ſpecie, nec numero eadem eſſe neceſſe eſt. Sed in diuerſis quæ genere diuerſa ſunt, neceſſe etiā eſt, ut & numero, & ſpecie diuerſa ſint. at ſpecie diuerſa non neceſſe eſt, ut ſint diuerſa genere, quamuis numero diuerſa ſint, neceſſe ſit. quæ uero numero diuerſa ſunt, ea nec ſpecie, nec genere diuerſa ſint, neceſſe eſt.

Quoniam autem ex antedictis ſiunt orationes, & per hæc, & ad hæc, una fides eſt per inductionem. ſi enim quis ſingulas propoſitiones, & quæſtiones conſiderauerit, comperiet aut à definitione, aut à proprio, aut à genere, aut ab accidente eas ortas. Alia autem fides per ſyllogiſmum fit. neceſſe enim eſt, omne quod de aliquo prædicatur, aut conuerſim de re prædicari, aut non. ſi conuerſim prædicetur, erit definitio, uel proprium. ſi enim ſignificat quid ſit eſſe, definitio eſt: ſi non ſignificat: eſt proprium. Erit enim proprium, quod econuerſo prædicatur, nec ſignificat quid eſt eſſe. ſi uerò de re conuerſim non prædicetur, aut eſt ex iis quæ in ſubiecti definitione dicun-

tur, aut non eſt. ſi eſt ex ijs quæ dicuntur in definitione, eſt aut genus: aut differentia. conſtat enim ex genere & differentijs definitio. ſin autem non ſit ex ijs, quæ dicuntur in definitione, palàm eſt, illud fore accidens. dictum enim eſt accidens eſſe, quod neque genus eſt, neque definitio, neque proprium, rei autem ineſt.

Cum in ſuperioribus dixerit eſſe quatuor genera, in quibus problemata & propoſitiones ſint, diffinitionem, proprium, accidēs, genus: & horum unumquodq; oſtenderit, & docuerit quomodo ex eis problemata, & propoſitiones fiant. nunc probat non poſſe eſſe plura problematum genera, & propoſitionum, ſed ſemper de his & ex his fieri » orationes & ſyllogiſmos. cum uero dixit ex his, » quomodo intelligi debeat ex iis docuit, addens, & ad hæc, & per hæc. per hæc, enim dicit propoſitiones: &, ad hæc, problemata. nā quia problemata ſunt de quibus fiunt orationes, & propoſitiones ſunt ex quibus orationes fiunt, ideo ait eſſe hæc in his quatuor generibus antedictis. id quod ipſe demonſtrat per inductionem, & per ſyllogiſmum. hæ.n. ſolæ fides propriè in orationibus ſunt. exemplum quoq; cum ſit fides, cum inductione ponitur. dicitur enim inductio rhetoricum enthymema, quod ipſum tanquam ſyllogiſmus facit fidem, quia eſt rhetoricus ſyllogiſmus. Sed utrumq; ipſorum ablatum perfectum, & ſimpliciter eſſe tale poteſt, in quod eſt per contradictionem in minus, ut ex alibi dictis patet. Quid uero ſyllogiſmus ſit dixit: de inductione paulo poſt dicet, quia dialecticis propria fides per inductionem fit. habet enim ueriſimile, cuius maximè coniecturam facit dialecticus. Hæc autem ſola eſſe genera problematum per inductionem oſtendit, ſi unumquodq; problema & omnes propoſitiones percurrentes quæremus in aliquo eorum, non inueniemus in aliquo alio problemata eſſe, præter quam in prædictis generibus. hæc namq; problemata utrum tempus ſit motus cœli, uel non, uidentur ad definitionem pertinere: quæritur.n. an definitio temporis ſit oratio aſſignata. Illud quoque utrum bonum in ſubſtantia ſit, an non, ad genus pertinet. quæritur.n. an boni genus ſubſtātia ſit. illud etiam, utrum ſoli igni inſit motus ad ſuperiora ſecundum naturam, habet de proprio quæſtionem: utrum uero ignis ſurſum moueatur nec'ne, de accidēte. quæritur.n. an ei inſit ſurſum moueri. ſimiliter autē poſſimus oſtendere omne problema ſub aliquo horum generum contineri. Dixit autem unum quodque problema, & unamquanq; propoſitionem, quia eorum differentia, ut ante dixi, eſt in ſola pronunciatione. & hæc quidē eſt oſtenſio, quod quatuor ſunt genera ſola problematū. Sed quæreret aliquis ſub quo genere problematū reducentur hęc, cur lapis magnes trahit ferrum. & quęnam natura eſt aquarum, quibus ſunt uaticinia. nam uidentur hæc ad nullum prędictorum reduci. an hæc non ſunt dialectica problemata? de illis enim eſt ſermo, & de eis facienda diuiſio eſt. dialectica enim problemata æqualia, & eadem ſunt cum propoſitionibus, quippe quia eædem ſunt interrogationes cōtradictionis: & differentia problematum & propoſitionū eſt ſecundum modum prolationis. ut igitur non eſt dialectica interrogatio, quid eſt homo: ſic neque dialecticū problema eſt hoc, quæ nam eſt natura aquarum quibus uaticinia fundūtur. quia igitur neq; primum propoſitiones ſunt, quæ ita dicuntur, cur hoc: uel aliud eſt hoc, ſequitur ut neque dialectica problemata ſint. Sed quæ ſic proponuntur, ſunt naturalia problemata, ut in libro de problematibus dictum eſt. hæc enim ſunt problemata eorum naturalium, quorum cauſa ignoratur. Et tamen in dialectica ſiunt etiā problemata. ut igitur de moralibus, & de rationalibus aliqua quæ ita ſe habeant, dialectica ſunt, ſic etiam ſit in naturalibus. & ita omnia dialectica problemata ad hæc genera reducuntur, quia eſt, & ſi eſt: quæ ſunt duæ quæſtiones de ſis, quas dixit initio ſecundi poſteriorum. nam propter qd, & quid eſt, non ſunt dialectica problemata. Per ſyllogiſmū autem eſſe tot genera problematum nos quoq; ante demonſtrauimus inſequentes dicta Philoſophi. Ipſe autem ſyllogiſmus quo Ariſtoteles utitur, eſt talis, quia in omni problemate, & propoſitione eſt aliquod de aliquo, & à prædicatis differentiæ & ſpecies propoſitionum, & problematum ſiunt. quod etiam de hypotheticis propoſitionibus intelligendum eſt. etenim in illis conſequens quod obtinet locum prædicati aliquid tale poſſumus accipere. quia omne prædicatum de aliquo, neceſſe eſt, ut uel æqualiter de eo prædicetur, & conuerſim inter ſe dicantur, uel non æqualiter. quæ autem uiciſſim prædicantur, ſunt definitio, aut proprium: quod non æqualiter prædicatur, uel eſt in ſubſtantia, uel in definitione rei, uel non eſt. ſi eſt in definitione, uel eſt genus, uel eſt differentia, ſi non eſt, erit accidens. nam accidens erat id, quod neque eſt definitio, neque genus, neq; proprium, & rei ineſt. Erit autem ſyllogiſmus categoricus per diuiſionem, in prima ſigura ad hunc modum. Omne prædicatum de aliquo, uel æqualiter & cōuerſim de eo prædicatur, uel non. Omne quod prædicatur de aliquo æqualiter, uel non, id uel ut definitio, uel ut genus, uel ut proprium, uel ut accidens prædicatur: igitur omne prędicatum, uel ut genus uel ut diffinitio, uel ut proprium, uel ut accidens prædicatur: cui concluſioni, ſi addat, ſed in omni problemate prędicatū eſt, uel diffinitio, uel propriū, uel genus, uel accidens, uerum ipſe pones ſecundum propoſitionem, cum eiuſdem propria probatione plus uidetur dixiſſe. eſt autem ſic de compoſito facienda ratio ultima, & abſoluta. omne prædicatum de aliquo, uel conuerſim de ipſo prædicatur, uel ſolum prædicatur, ſed omne quod prædicatur conuerſim, uel ſolū eſt definitio, uel proprium, uel genus, uel differentia, uel accidens: igitur omne prædicatū de aliquo eſt uel definitio, uel proprium, uel genus, uel differentia, uel accidens. Huius rationis ſecundam propoſitionem per duos ſyllogiſmos probauit. igitur omne quod conuerſim de aliquo prædicatur, uel quod quid erat eſſe ſignificat, eius, de quo prædicatur, uel nō, & hoc, uel eſt definitio eius, uel proprium: igitur omne prædicatum conuerſim de ſubiecto, uel eſt definitio, uel eius proprium. Alius ſyllogiſmus eſt talis. omne quod ſimpliciter prædicatur de ſubiecto, & non eſt æquale illi, uel in definitione eorum quæ dicuntur de ſubiecto, uel ſimpliciter prędicatorum: ſi eſt in definitione eorum quæ dicuntur de ſubiecto, erit uel genus, uel differentia: ſi non, erit accidēs. quomodo igitur quod ſimpliciter de aliquo prædicatur, uel ut genus, aut differentia, aut accidens prædicatur. quæ concluſiones ſyllogiſmorum efficiunt hanc ſecundam propoſitionem, omne quod uiciſſim prædicatur de aliquo, uel ſimpliciter, uel eſt eius definitio, uel proprium, uel genus, uel differentia, uel accidens. eadem argumentatio de propoſitione fieri poteſt.

Poſtea uerò determinanda ſunt genera prædicamentorum, in quibus ſunt quatuor differentiæ prædictæ. hæc autem numero decem ſunt, quid eſt, quantum, quale, ad aliquid, ubi, quando, ſitum eſſe, habere, facere, & pati. Semper enim accidens, & genus, & proprium, & definitio in uno horum prædicamentorum erit. Nam omnes propoſitiones ex his, aut quid eſt, aut quale eſt, aut quantum, aut aliquod aliud prædicamentum ſignificāt. ex quibus patet, quod id quod ſignificat, quid eſt, quandoq; ſubſtantiam ſignificat, quandoq; autem quale, quandoq; autem aliquod aliorum prædicamentorum. Nam ſi poſito homine dicatur hominem eſſe, id quod poſitum eſt, uel animal, & quid eſt dicitur, & ſubſtantia ſignificabitur. cum uero colore albo poſito quis dixerit, quod poſitum eſt album eſſe, uel colorem, quid eſt dicit, & quale ſignificat. ſimiliter etiam cubitali magnitudine poſita dixerit, quod poſitum eſt, eſſe magnitudinem unius cubiti, & quid eſt dicit, & quantum ſignificat. in alijs etiam eodem modo, unumquodque enim horum ſiue idem de eodem dicatur. ſiue genus de eo, quid eſt ſignificat, quando autem, de alio, non quid eſt ſignificat, ſed quantum, aut quale, aut ali-

quod

quod aliorum prædicamentorum. Quare hæc tot & talia ſunt, de quibus, & ex quibus diſputationes fiunt. deinceps uero quomodo propoſitiones eligamus: quibuſq; rebus hæc nobis facultas poßit copioſè ſuppeditari, declarabimus.

27 Cum oſtenderit problemata & propoſitiones, quæ in quatuor prædictis generibus continentur, quia antedicta genera ſunt quatuor, quæ non ſunt ſumma genera, ſed in alijs ipſa quoque continentur, quippe quia ſunt in iis quæ ſunt, quorum genera ſuprema ſunt decem, quæ de more prædicamenta nominantur: ait deinceps determinandum eſſe genera prædicamentorum, in quibus ſunt quatuor prædictæ differentiæ quæſtionum ac propoſitionū. Quod uero ait, in quibus, non eſt plene dictum. deeſt, enim differentiæ problematum, & propoſitionum. Sunt autem inquit decem genera prædicamentorum, de quibus in libro prædicamentorum locutus eſt. ea nunc exponit. & conuenientè docet, quid ille liber ad dialecticam conducat. Sed cum uellet ſubſtantiam ſignificare, dixit, quid eſt. propriè enim ens eſt ſubſtantia, & propriè eſt, & ſubſtantiæ definitio. quāquam quid eſt multis modis dicitur. atq; ut oſtenderet in illis prædicamentis contineri ipſa genera problematum, addidit quod & genus & accidens, & proprium, & diffinitio horum aliquid ſignificat. omnes enim propoſitiones per hæc fiunt. atq; hæc eſt abſoluta uerborum ſententia. res uel habent prædicatum ſubſtantiam, uel qualitatem, uel aliquod decem prædicamentorum. Definitio nanque omnis eſt alicuius quod omnino, uel ſubſtantia eſt, uel quātitas, uel qualitas, uel ad aliquid, uel ubi, uel quando, uel ſitum eſſe, uel habere, uel agere, uel pati. definitionem igitur, uel definitiuum problema contingit eſſe in omnibus prædicamētis, quæ poſſunt aliqua ſub unoquoq; prædicamento definiri. Genera quoq; & generalia problemata ſic ſunt. nam in unoquoq; prædicamento inuenitur genus & differentia. nam in quibus prædicamentis ſunt genera, de quibus eſt oratio, in eiſdem ſunt etiam eorum generum differentiæ, & alibi dictum eſt. Ideo cum in ſubſtantia ſint differentiæ, etiam problemata differentiarum erunt problemata in ſubſtantia: & definitiua in ſubſtantia, & diffinibile in qualitate, & quantitate, & in alijs ſimiliter. Præterea & à generibus in ſubſtantia, & à genere in qualitate, & in alijs prædicamentis ſimiliter. Eadem quoq; ratio eſt habenda de propoſitionibus. Vt enim à termino prædicato in problemate, uel in propoſitione genus ipſorum cognoſcitur. nam ſi definitio eſt, prædicatum definitiuum: ſin autem genus ſit, genericum erit. & in alijs eodem modo. Similiter etiam à prædicato etiam in quo prædicamento ſit problema cognoſcitur, ſi enim fuerit ſubſtantiæ, in ſubſtantia eſſe cognoſcetur. ſi qualitatis in qualitate, & in alijs eodem modo. igitur prædicata de ipſo genere in quid eſt, habent etiā eis ſubiectum, quare non magis à ſubiecto quam à prædicato prædicamentum, & genus in quo problema eſt, cognoſcetur. in quibus autem aliud de alio prædicatur, ea ſunt in quibus prædicatio accidentis eſt, & genus à prædicato accipitur. Quia uero nulla ſubſtantia nulli ſubſtantiæ accidit, quia non poteſt eſſe ſubſtantia alicuius accidentis. ob id in alijs generibus problemata accidentis accipi poſſunt, in ſubſtantia uero non poſſunt. At de proprio ſi propria ſubſtantiarum ſunt, poſſunt eſſe ſubſtantiæ, & in alijs prædicamentis ſimiliter fiet: & ita problemata à proprio, & in alijs generibus inerunt. Quod ſi omne proprium accidens eſt, problemata proprii non erunt in ſubſtantia: ſed in illo genere cuius erit proprium. Prædicta autem quatuor genera problemata eſſe in illis prædicamentis, & extra illa non cadere, etſi omnia in omnibus neceſſe nō poſſunt, quia problemata accidentis non poſſunt eſſe in ſubſtantia, ea dicit. nam omnes per hæc propoſitiones, uel in quid eſt, id eſt in ſubſtantia habent prædicatum aliquid de aliquo, uel in quali, uel aliquid horum in alijs prædicamentis, ſignificant. Etenim in quo prædicamento ſignificatum à problemate, uel à propoſitione eſt, in eodem neceſſe eſt etiam genus eſſe problematum atque propoſitionum. id quod oſtendit inductione. nā quod ſignificat quid eſt, hoc eſt prædicatum de aliquo, uel ſubſtantiæ quid eſt ſignificat, uel qualitatem, uel quantitatem: uel aliquod aliud prædicamētum. quid eſt enim eſt de numero eorum, quæ multis modis dicuntur. quando enim poſito homine, inquit poſitum eſſe hominem, uel animal, ſecundum unumquodq; prædicamentum quid eſt aſſignatur. & quia prædicatum quid eſt, ſecundum unumquodque inductione, ut dictum eſt, accipitur, quomodo id fiat nūc docet. unum .n. quodq; horum ſub uno quoq; prædicamento idem de ſeipſo dicitur, ueluti hominem eſſe hominem, uel album eſſe album. & ſimiliter etiam in alijs, ſi proprium genus aſſignabitur, illud quid eſt, ſignificabit. Simili quoq; modo ſi quis uniuſcuiuſq; definitionem attribuet: is quid eſt, dicet. idem enim ualet, ſi dicas hominem eſſe, quod animal terreſtre bipes. in utriſque .n. idem de eodem dicitur, & utrunq; æqualiter: quamobrem nomen pro definitione captum eſt. Cum uero prædicatum eiuſdem generis non fuerit cum ſubiecto, ſed de alio dicetur, non idem ualet: ſed quando de altero, ex quo prædicamento erit prædicatū, ex eodem erit etiam problematis genus, & non iam quid eſt ſubiectum ſignificabit. nō enim prædicatur in quid, cum hoc ſit ex uno prædicamento, & illud ex alio: ſed alterum de altero dicitur: in quibus eſt accidens prædicatum. quare fieri non poteſt, ut ante dixi, ut problemata aliqua ſint in ſubſtantia, quæ ex accidente oriantur. propterea quod nulla ſubſtantia ſubſtantiæ accidit: uel quia ſubſtantia accidere non poteſt. Poſſet tamen hoc loco quiſpiam quærere, an aliqua ſubſtantia ſubſtantiæ accidit, uel utrum accidat accidenti: ut fit in propoſitionibus præter naturalibus. quod ſi fiet, etiam problemata accidentis erunt in ſubſtantia. Quod ſi problemata & eorum genera in prædicamentis ſunt, patet quod tractatio illius libri eſt ad dialecticam utilis: quoniam utile eſt cognoſcere in quo genere rerum ſit propoſita quæſtio. Cum uero diceret quatuor genera in quibus propoſitiones, & problemata continentur, & exponeret prædicamenta in quibus ſunt propoſitionum ac problematum genera, addit hæc uerba, Quare hæc tot & talia ſunt, de quibus & ex quibus diſputationes fiunt. ut explicat & totidem eſſe propoſitionum quod problematum genera. ei nanq; propoſitum erat indagare ad quot, & quæ, & ex quibus dialecticæ rationes fiāt. & quomodo eis abundare poſſimus. in hiſce nanq; methodus conſiſtit. cumq; de ſuperioribus locutus ſit, & quomodo eorū copia nobis poſſit ſuppetere, quod reliquū eſt ex iis quæ propoſuit dicendo, ait eſſe deinceps explanandū, id quod & copioſè, & diligēter pertractabit.

Sectio ſecunda, ſecundum diuiſionem Alexandri.

Primum igitur determinetur quid eſt propoſitio dialectica, & quid problema dialecticum. Non enim omnem propoſitionem, nec omne problema dialecticum ponendum. Nullus enim offeret, qui mentem habeat, quod nulli uidetur: nec proponet, quod omnibus eſt manifeſtum, uel plurimis. Nam hæc quidem non habent dubitationem, illa autem nemo ponet. Eſt autem propoſitio dialectica, interrogatio probabilis, aut omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus: & his uel omnibus, uel plurimis, uel maximè famigeratis, & non inopinabilis. Ponet .n. aliquis quod uidetur ſapientibus, niſi id contrarium ſit multorum opinionibus.

Oſtenſurus quomodo abundaremus propoſitionibus dialecticis. nam copia propoſitionum & ipſa confert ad abundantiam dialecticarum rationum, de qua eſt eius propoſitum, ut dicet. nam eſt unum quatuor inſtrumentorum de quibus dicet. Et hoc communius cum dixit de propoſitionibus & problematibus, primum inquit oportere determinare, quid eſt propoſitio dialectica, & quid problema dialecticum, ut notum ſit qualibus propoſitionibus abundare oporteat, & de qualibus quærere conueniat. nam de

quibus oportet quærere methodum ad abundãtiam, hæc determinanda ſunt, & primo nota eſſe oportet. Nam neq; omnis propoſitio dialectica, neq; omne problema, neque proponeret aliquis mentem habẽs, & interrogaret in propoſitione id quod nulli uidetur, ceu nunquid oporteat iraſci parẽtibus, uel impios eſſe erga Deos. nam proponit dialecticus id quod uult accipere. Nullus autem talia concedit, neq; adduceret aliquis problema quod cunctis perſpicuum, & non egens oſtenſione eſt, ut die exiſtente, utrum dies eſt, uel ne. nam hæc non habent dubitationem, quod profectò cunctis ſunt nota, ideo neq; problemata, unde oſtenſiones & quæſtiones de aliquibus dubitatis, uel ignoratis ſiunt. Sed quædam nemo poneret, nec concederet, uidelicet ea quæ nulli uidẽtur, ideo neque propoſitiones.

Idem præceptum eſt in rhetorica, ut non quæramus perſuadere, quę ſunt prorſus impoſſibilia, & omnium cõſenſu reiecta, nec omnibus approbata. Vide Hermogenem.

Quæreret autem aliquis quomodo cum dixerit æqualia & eadem eſſe problemata & propoſitiones, & ipſorum ſolo modo differentiam eſſe nunc contraria aliquo modo inquit eſſe propoſitionem dialecticam & problema, quod illud dubitetur, & illa eſt nota. Vel non dialectica problemata dialecticis propoſitionibus æqualia, & eadem eſſe dixit, ſed uniuerſaliter problemata, & propoſitiones in interrogatione contradictionis, in quibus problematibus, & in quibus propoſitionibus continentur dialectica problemata & propoſitiones, quorum nunc dicit differentiam. nam notũ & opinabile, ut propoſitio dialectica eſſe uult, & ambiguum, & dubitatum, quale etiam oportet eſſe dialecticum problema. Equidem omnia proponuntur in contradictione & adducuntur, quorum probabilia ſunt propoſitiones, & quęſita problemata. Differentiam autem ſecundum modos dixit eam, ſcilicet ſecundum hoc, nunquid, & utrum, ut oſtendat ſimilitudinem ipſorum ſecundum uerba, & quomodo horum unumquodque proponitur, & adducitur in medium. nam omnis propoſitio problema fit, ſed genus modi ſecundum prolationem, ſecundum dictionem, non tamen dialecticum iam illud quod à propoſitione tranſumptum eſt, quia non quæſitum. Eſt igitur propoſitio dialectica interrogatio probabilis, neq; igitur omnis propoſitio interrogatio, ſed dialectica, neq; omnis interrogatio propoſitio, ſed dialectica, nam plures ſunt ſpecies interrogationum, non enim ſolum interrogatio propoſitionum fit.

Eudemus.

Sed ut Eudemus in his de dictione diuiſit, Quidam interrogantes de accidente interrogãt, uel proponentes aliquid & diffinientes perſuadent horum accidens, ut interrogantes quis eſt motus ignis ſecundum naturam, uel quid Socrati accidit. uel econtra accidens diffiniunt, & accipiunt in interrogatione. Equidem cui hoc accidit putant diſcere, ut interrogans cui animalium album, uel nigrum accidit, & quid bonorum per ſe eſt eligibile, & qui eſt ſedens, & hoc quidem eſt una ſpecies interrogationis. Et alia circa ſubſtantiam, quando prius inferentes quid eſt hoc per interrogationem interrogamus, ut interrogãs quid eſt homo, nam qui ſic interrogat ſubſtantiam rei putat interrogare, ſed nõ quod accidit ipſi diſcere. Tertia ſpecies interrogationis eſt quando de propoſitione aliquis faceret interrogationem, deinde reſponſum eius petendo alteram contradictionis partem proponeret, ut nunquid mũdus ſphæricus. Sub hac ſpecie interrogationis. eſt etiam dialectica propoſitio. Non enim omnis interrogatio eſt propoſitio dialectica, tamen propoſitio dialectica in interrogatione eſt. nam propoſitionum ut prius dictus eſt aliæ ſunt demonſtratiuæ, quales ſunt immediatæ, & primæ: & aliæ ſunt dialecticæ, quales ſunt probabiles: & aliæ ſunt contentioſæ, illæ ergo ſcientificæ non ſunt in interrogatione, nec ſiunt dialecticæ. Nam dialectica interrogatio talis nõ eſt, ut nunquid elementa rerum ſunt materia & forma. Item nec contentioſa, ceu nunquid uidens habet oculos, uel non, ſed ſunt propoſitiones dialecticæ propoſitiones in interrogatione probabiles, ut nunquid ſanitas bonum, uel non, nunquid animi uirtutes eligibiles, uel nõ, nunquid poteſt aliquid ex non ente fieri, uel non. Nullus enim offerret id quod nulli uidetur. nam probabilis interrogatio eſt propoſitio dialectica, quod cum dicat, quæ ſint probabilia rurſus nos reuocans ad memoriam proponit. Nã probabile, ut dictum eſt, uel cunctis uidetur, uel pluribus, uel ſapientibus, & his, uel omnibus, uel plurimis, uel maximè notis. Sed cum dicat probabilia eſſe etiam ea quæ uidentur notis ſapientibus, quia poteſt aliqua noti ſapientis opinio repugnare multorum opinionibus, quas opiniones pleriq; minimè concederent, adiecit {non inopinabilis} ſimul nos docendo quod opinionibus ſapientum, uelut probabilibus utendum eſt præſertim his de illis, de quibus multi nõ habent opiniones. Ibi autem repugnabit plurium opinio alicuius ſapientis opinioni, hic uero probabile magis pluribus uidetur, quia quod non eſt ſanitas bonum quorundam ſapientum eſt opinio. ſed nullus hoc probabile eſſe diceret. nam opinionibus omnium repugnat. Item quia ens immobile & unum ſit. nam Parmenidis ſententia eſt, & quod contraria eadem ſunt. nam hæc eſt Heracliti ſententia. & quod contradictio nulla eſt. nam hoc ſentit Antiſthenes. Propoſitiones quidem igitur nõ ſunt talia, ſed poſitiones, ut procedendo dicet.

Sunt autem propoſitiones dialecticæ, & ea quæ probabilibus ſunt ſimilia: & contraria iis, quæ uidentur probabilia, ſecundum tamen contradictionem pretenſa, & quæcunque opiniones ſunt ſecundum artes inuentas. Si enim probabile eſt eandem eſſe contrariorum diſciplinam, & ſenſum eundem eſſe contrariorum probabile apparebit: & ſi unam numero grammaticam eſſe, & tibicinariam unam: ſi autem plures grammaticas, & plures tibicinarias. Omnia enim ſimilia, & cognata uidentur hæc eſſe. Similiter autẽ & ea quæ probabilibus ſunt contraria ſecundum contradictionem pretenſa. probabilia uidentur. Si enim probabile eſt, quoniam oportet amicis benefacere, & quoniam non oportet amicis malefacere probabile eſt. Eſt autem contrarium, quidem, quoniam oportet malefacere amicis, ſecundum contradictionem autem, quoniam non oportet amicis malefacere. Similiter autem & ſi oportet amicis benefacere, inimicis non oportet. Eſt enim hoc ſecundum contradictionem contrarium. ſimiliter autem & in aliis.

Dicendo dialecticam propoſitionem interrogationem eſſe probabilem, dicit etiam dialecticas propoſitiones eſſe ſimiles probabilibus, aliquam abundantiam nobis ſubiiciens propoſitionum dialecticarum. nam ſi probabile eſt hoc, ſcilicet ſcientiam eſſe eandem contrariorum, probabile etiam apparet hoc, eundem eſſe ſenſum contrariorum. Quod uero probabile hoc ſit, eandem eſſe ſcientiam contrariorum, patet. Nam medicina eorum quæ afferunt ſanitatem, & ægritudinem eſt ſcientia. Item arithmetica paris & imparis. Et muſicus melodiæ & inconſonantiæ. Et gymnaſtice eſt ſcientia bonæ habitudinis & malæ, & in aliis ſimiliter. Equidem ſimiliter ſe habet ſcientia ad ſcibilia, & ſenſus ad ſenſibilia. nam utrunq; horum eſt diſcretiuum & iudicatiuum eorum, quæ ſunt ſub ipſis. Et eſt ſimile eiſdem ſecundum analogiam, cui etiam & ipſa cognata ſunt, ſi quidem ſenſus ſub habitu, & uniuerſaliter ſub ea quæ ſunt ad aliquid. Verum oportet exempla audientes non exactè diſſerere de ipſis, quandoquidem uidebitur euidentius ex probabilibus eſſe hoc, ſenſum eſſe contrariorũ, quam ſcientiam. Rurſus ſi probabile eſt hoc unam numero grammaticem eſſe, probabile uideretur & hoc, tibicinalem unam eſſe numero. nam ſimilia & eiuſdem rationis quamcunq; artem eſſe uel numero unam, uel ſpecie. nam cognata talia ſunt, & ſub idem genus, & ut primum exemplum ſimile eſt proportioni, ſic hoc generi. Ideo dixit {cognata.} Illud autem {& ſi unam numero grammaticẽ, uel plures} tale. ſi aliquis diceret Ariſtarchi grãmaticem, & uniuerſaliter unamquanq; indiuiduam eſſe numero unam, quod etiam ſubiectum idem tale. uel ſi rurſus diceret aliquis unam eſſe ſpecie eandem, eo quod ipſa ſimul diuiditur cum actionibus, & actiones plures numero eſſe. Dicit autem probabilia eſſe etiam contraria probabilibus ſecun

dum

dum contradictionem oblata propoſita'ue, ideſt negationes contrariorum probabilibus. nam quia contraria probabilibus ſunt inopinabilia profecto negationes inopinabilium erunt probabiles, ut ſi probabile eſt oportere amicis benefacere, hoc erit contrarium huius oportere amicis malefacere, inopinabile eſt aut nō probabile, negatio porro huius exiſtentis inopinabilis erit ipſa probabilis, eſt autem negatio eius. Illud quoq; non oportet amicis malefacere rurſus probabile, & illud oportere amicis benefacere, cuius contrarium eſt inopinabile, oportere ſcilicet inimicis benefacere, cuius negatio nō oportere inimicis benefacere inopinabilis erit. Primam igitur contrarietatem accepit propoſitionum ſecundum prædicatum. nam contrarium ipſi benefacere eſt illud malefacere, & ſubiectus terminus amicus ipſe in ambabus propoſitionibus. Secunda autem contrarietas eſt, quæ habet idem prædicatum. nam benefacere eſt, & ſubiecti termini contrarii. nam ſunt contrarii amici & inimici.

Probabile autem & in ſimilitudine apparet etiam contrarium de contrario, ut ſi oportet amicis benefacere, & inimicis oportet male. Apparebit enim & contrarium hoc quod eſt amicis benefacere ei, quod eſt inimicis male. Vtrum autem ſecundum ueritatem ſe habeat, uel non in iis, quæ de contrario dicentur, oſtendetur.

Eſt quidem probabile in ſimilitudine illud in appoſitione, ſi enim probabile eſt amicis benefacere, probabile etiā erit contrarium hoc malefacere de contrario dictum. Hi autem ſunt inimici, equidem contrarium eſt benefacere ipſi malefacere, & his qui utuntur hoc probabili bene faciendum eſſe amicis, opus eſt oſtendere probabile etiam eſſe hoc quod inimicis male faciendum ſit. nam ſi amicis bene, inimicis male, & ſi uirtus iuuat, malitia nocet. ideo probabile uidetur & illud, ſi malitia ſufficiens per ſe ad infelicitatem, & uirtus ad felicitatem. Etenim ſi per ſe dictū hoc, ſcilicet oportere inimicis malefacere non probabile, ſed ipſum probabile uideri facit appoſitum, ſcilicet illud oportere amicis benefacere. nam hoc ſignificat illud in ſimilitudine. Et notandum eſt quod primas propoſitiones has, ſcilicet amicis malefacere, & inimicis benefacere contrarias dixit huic amicis benefacere, quia alterum erat in his propoſitionibus contrarium, & illam ambo habentem contraria non amplius contrariam dixit. nam ob id ambo etiam probabiles & ſimul ueræ ſunt. Illud autem probabili contrarium non poteſt eſſe probabile. Videretur igitur quibuſdam (inquit) etiam hęc eſſe contraria. Sed utrum ſic, uel non ſic ſe habeat differt planum facere uſq; ad ſermonē de contrariis. dicet etiam de ipſis in ſecūdo libro. Dixit quoq; de ipſo etiam in libro de Interpretatione in fine, in quibus dicit. Illud aūt huic putare cōtrarias opiniones determinare huic contrariorum eſſe falſum. Nam boni, quia bonū, & mali, quia malū, hæc forte uera, ſiue plures, ſiue una eſt. Contraria autem hæc, ſed non alicui contrariorum contrariæ, ſed illud magis contrario modo.

Palam autem quoniam & quæcunque opiniones ſecundum artes ſunt, dialecticæ propoſitiones ſunt, Ponet enim aliquis ea, quæ uidentur iis, qui in eis probati ſunt, ut de iis quidem, quæ in geometria, ut geometer: de illis autem, quæ in medicinali, medicus.

Ideſt probabiles & cur adiecit {Palam} nam aliquis poneret, & concederet ea quæ uidentur conſiderantibus de his, & conſequens autem ex dictis hoc erit. nam ſapientū opiniones erant probabiles, equidem ſapientes & artifices circa propria, quare etiam ab ipſis inuēta probabilia erūt, quia communis opinio. Equidem eos oportet qui aliquorum ſunt ignari accedere ad ſcientes, idcirco probabilia eſſe dixit ea quæ de medicinalibus medicis uidentur, & de geometricis ipſis geometris. nam dicunt contra aliter dicentes, ſed hoc non dicunt medici, uel geometræ. Verum hoc non dixit quia ipſa inuentio ſecundum ſcientiam, uel artem ſit probabilis. nam hæc demonſtratiua, ſed quia inuentis ab his qui uerſantur circa aliquid, ut ſic ſe habēt, multi concedunt, ſi profectò non repugnabunt conceptionibus communibus. nam de hoc prius dictum eſt. Vel neq; eſt de propriis opinionibus ſecundum ſcientias & artes pugna multorum contra ſcientes, quia principio pleriq; ſunt de his non habentur alicuius momenti, & exiſtimationis. Sed talia multa ſunt accipienda ex aphoriſmis Hippocratis, tale eſt illud {Labores ſpontanei indicāt morbos} & illud {Humidæ diætæ conueniunt febricitantibus} Rurſus in geometria quod tres anguli ſunt duobus rectis æquales. & quod omnis trianguli duo latera ſimul accepta reliquo ſunt maiora prorſus.

Problema autem dialecticum eſt ſpeculatio intendēs, uel ad electionem & fugam, uel ad ueritatem & cognitionem, aut per ſe, aut ut adminiculans ad aliquid aliud talium, de quo aut neutro modo opinantur, aut contrarie plerique ſapientibus, aut ſapientes pleriſque, aut utrique iidem eiſdem. Quædam enim problematum utile eſt ſcire tantum ad eligendum, uel fugiendum, ut utrum uoluptas ſit eligenda, aut non quædam autem ad ſciendum tantum, ut utrum mundus æternus ſit, aut non. Quædam uero ipſa per ſe quidem ad neutrum horum, adminiculantia autem ſunt ad aliqua talia. Pleraque enim ipſa per ſe quidem non uolumus cognoſcere, ſed aliorum gratia, ut per illa aliud quippiam cognoſcamus.

Cum dixerit de dialectica poſitione, quod eſt probabi- 32
lis interrogatio, & ſecundum quot modos poteſt probabile accipi, conſequenter deinceps de dialectico problemate dicit. Porrò inquit oportere problema dialecticum eſſe theorema ſpeculationem'ue, & dixit {ſpeculationem} pro quæſtione & quæſito, etenim ſpeculari pro quærere mos eius eſt dicere. Inquit igitur quod quæſtio inquiſitio'ue de theoremate conferēte, uel ad electionem, & fugam, uel ad ueritatem & cognitionem, uel ipſum tanquam adminiculans ad aliquid alterum talium inquirendum. nam modus indicatiuus quæſtionis eſt illud de quo, uel neutro modo opinantur, uel contrario plures ſentiunt quam ſapientes, uel ſapientes aliter quam plures, uel utriq; inter ſe digladiantur, quod dicit problema dialecticum eſſe. Erit autem hæc ſpeculatio ratio alicuius cognitionis prædictorū cauſa. Vnde ab eo quod eſt cognitionis noſtræ cauſa nominatum eſt theorema ſpeculatio'ue, & eſt omne problema dialecticum, & theorema uel morale, uel naturale, uel rationale. nam horum prædicta ſunt indicatiua. non tamen econuerſo, ſed quæcunq; habent propoſitionem theorematū quandam determinationem, hæc autem ſunt de quo, uel neutro modo opinentur, uel econtrario ſapientes pluribus, uel plures pluribus, & ſapientes ſapientibus. Quæcunque igitur quæſita habent relationem ad fugam, & electionem ſunt theoremata moralia. nam circa bonum & malū, eligibile & fugiendum exiſtens moralis quæſtio habet relationem ad fugam & electionem, & non ad nudam cognitionem. nam qui quęrit utrum uoluptas bonum ſit. nec ne, an prorſus de aliquo aduentitiorum bonorū, quęſtionem facit, qua indicat ipſa, uel eligenda eſſe, uel fugienda. Rurſus qui quærit utrum mundus ſphæricus nec'ne, uel anima immortalis nec'ne, uel aliquid aliud eorum quæ natura conſtant, quibus factis & exiſtentibus perfectam facit ueri cognitionem, quod eſt contemplatiuæ facultatis peculiare. nam cognitio ueritatis in opinis eſt contemplationis finis. Quæcunq; uero nec ut agibilia quæruntur, neque habent perfectam cognitionem ueritatis in ſeipſis, ſed uelut adminiculantia ſunt ad eligibilium, & non eligibiliū cognitionem, uel ad uerorum & falſorum inuentionem quæruntur, hæc ſunt problemata rationalia. nam rationalis facultas habet locum organi in philoſophia. At quæcunque ſecundum eandem quæruntur utilitas eius gratia

quæruntur. nam qui quærit uerbi gratia de conuerſione propoſitionis, uel de ſyllogiſtica, uel aſyllogiſtica cõiugatione tanquam hæc adminiculantia, & conferentia ad prædictorum inuentionem & cognitionem quærit. Planè autem & hic logicam tractationem dicit eſſe inſtrumentum, quia ipſa adminiculatur ad inuentionem primorum dictorum & cognitionem, dicit ipſam eſſe dignam ut indagetur. Sed cum dixerit in quibus eſt etiam dialecticum problema, deinceps addit determinationes diffinitiones quas dixit, quibus etiam ſeparat ipſum ab his theorematibus quæ ſunt in his, cum non ſint dialectica problemata, non quia non ſit etiam propoſitio dialectica in his, in quibus dixit eſſe problema, non adiecit eadem propoſitioni. nam ſunt ambo in eiſdem, ſed propoſitiones per ſe habent in quibus, & circa quæ ſunt notæ. nam probabilia etiam ea pluribus quibus per probabile, & per hæc erit indicatiuit. In his igitur etiam propoſitiones ſunt, non tamen quæſtiones, ſed problemata in his ſunt quæſita. Item propoſitiones ſi etiam quod maximè in his. nam omne probabile de aliquo horum, ſed non ab hoc de aliquo horum eſſe, propoſitiones dialecticæ ſunt de ſic eſſe habentibus neceſſario, ſed à probabili, ideo nitebatur ad diffinitionem ipſis, equidem problemata ideo problemata ſunt, quia ſunt digna quæſtione, & quæ ſunt digna quæſtione non ſunt alia quædam præter hæc, uel ad electionem & fugam conferentia, uel ad cognitionem & ueritatem, & ea quæ his adminiculantur, merito diffiniens problema his rurſus uſus eſt. Sed additæ diffinitiones problemati planè ſeparãt propoſitionem ab ipſo problemate. Cæterum dicẽdo quod problema eſſe ſpeculationem quandam & quæſiti & in genere hoc conſequenter adiecit differentias quibus de aliquo horum theorema, & quæſitũ fit iam problema non enim omne theorema, & quæſitum iam eſt etiam problema dialecticum. Equidem inquit eſſe problema dialecticã ſpeculationem in his de quo, uel neutro modo opinantur, uel contrarium plures, opinantur quam ſapiẽtes, uel ſapiẽtes, aliter quam plures, uel ſapientes ſecus quam ſapientes, & plures aliter quam plures. Neutro modo igitur plures opinantur, de quo neutri parti contradictionis habent cõſenſum & comprobationem. nam in moralibus, uerbi gratia an uirtutes ſic ſe habent, ut una aliam uiciſſim inter ſe ſequatur, an per ſeipſas eligendæ ſint nec'ne, uel ſi in intellectu ratiocinanti, uel paſſiuo fiunt. Et in naturalibus ſi mundus ſit infinitus nec'ne, atq; ſi ſphæricus, uel non, ſi anima immortalis in hominibus rationalibusq;, ſi quadrifariam oppoſita, ſi tres figuræ quibus ſyllogiſticæ coniugationes fiunt. Poteſt etiam illud neutro modo non ſolum de pluribus dici, ſed etiam de omnibus. Erũt enim aliqua de quibus neq; ſapientes habent approbationem euidentiamq;, ceu nunquid ſtellæ pares, uel impares, uel de quibus ob occultationem, & magnitudinem, nec ſapientes habent comprobationem diſtinctam, ut ſi pares, uel impares ſint ſtellę. nam opinari in hoc uſus eſt nunc, qualia ſunt plura in naturalibus quæſita, quæ ex ueriſimilibus accipiunt fidem. nam dialectici eſt hoc in talibus per quædam probabilia momentum quoddam & inclinationem ingerere ad alterum oppoſitorum deducentem deflectentem'ue, ut quod mundus ſempiternus, uel quod ſphæricus. nam aliquis dialecticus pro hoc argueret, quia perfectiſſimo corporum perfectiſſima figura peculiaris eſt, ſed mundus eſt perfectiſſimum corporum. nam omnia alia in ſeipſo mundo habet, igitur perfectiſſima figura eſt propria ipſi, ſed ſphæra eſt perfectiſſima figurarum, quippe quæ nec additionem, nec ablationem recipit, igitur ſphęrica figura eſt peculiaris mũdo. Item de hoc ſi ſtellæ pares, uel impares ſint, cuncti ignari ſunt, cui ſententiæ hærendũ ſit. At dialecticus & ad hoc ex opinabilibus arguet, accipiẽs optimum in numero proprium eſſe aſtris, quandoquidem aſtra ſint Dii, ſed par eſt maximè numero, igitur peculiaris aſtris numerus eſt par. Sed contrario modo ſe habent ſapientes quam plures de talibus opinantur. Equidem uerum bonum conſilium ſit eligibilius bona fortuna nec'ne, & prorſus animi bona ſint eligibilia magis quam bona corporis, uel non, & utrũ uoluptas maximum bonorum, uel prorſus bonũ, uel non. nam pluribus bona fortuna magis eligenda eſſe uidentur quam rectum conſilium. Et ſanitas uidetur eſſe eligibilior uirtute, ſed ſapientibus econtra. Item pluribus uoluptas maximum bonum, & ſapientibus quibuſdam minime apparet quod uoluptas ſit maximum bonum, & quibuſdam indifferens, etiam quibuſdam malum. Item utrique iidem eiſdem contrario opinantur. Equidẽ in ſapientibus de fato, de immortalitate animæ, de infinito, de uacuo, de talibus, ſed plures inter ſe, in quibus alii ſentiunt ſanitatem eſſe diuitiis eligendam magis, alii autem econtra dicunt, & alii robur pulchritudine, & alii pulchritudinem pluris æſtimant quam robur, & id genus.

Demonſtratio hæc à cœli, in Timæo Plato. auctor ſphæræ.

Aduerte. Aſtronomi ponunt ſtellas magnæ magnitudinis, & minoris quibus certum erit, q; impares, uel pares, ſed ſemẽ dicis imparis & paris de numero. Verum Aſtronomi numerum ponunt ipſarũ quendam, quẽ non habere certum non credo, iuxta illud, Stellas & arenã maris quis dinumerabit? Abraam nec erat pater, ut inquit Philo de mũdo, perfecti Aſtronomi numerare ſtellas potuerunt.

Sunt autem problemata & de quibus contrarii ſunt ſyllogiſmi. Dubitationem enim habent, utrum ſic ſe habent, an non ſic? eo quod de utriſque ſunt rationes ſuaſibiles. Et de quibus rationem non habemus, cum ſint magna, difficile arbitrantes eſſe propter quid aſſignare, ut utrum mundus ſit æternus, aut non, nam huiuſmodi quæret aliquis, problemata ergo & propoſitiones (ut dictum eſt) determinata ſint.

Cum dixerit problemata dialectica eſſe de quibus hi, uel neutro modo opinantur, uidelicet plures, uel de quibus hi neutri parti aſſentiuntur ſunt, abuſiue hæc ſunt problemata. Erit autem hoc (ut dixi) etiam de ſapientibus dictum, uel contrario ſentiunt ſapientes quã plures, uel utriq; iidem ſeipſis. Adiecit prædictis & ea quorum ſunt ſyllogiſmi contrarii, ſed huius etiam cauſam, ſcilicet quod hęc ſint inter problemata numeranda tradidit addendo. {Dubitationem enim habent, utrum ſic ſe habent, uel non ſic? eo quod de utriſque ſunt rationes ſuaſibiles} nam utrũ uoluptas bonum, uel non dialecticum erit problema, quia ſyllogiſmus de utraq; parte cõtradictionis eſt probabilis. nã quia bonum ſit, oſtendit ſyllogiſmus talis, quod cuncta appetunt bonum eſt, ſed omnia appetunt uoluptatem, igitur uoluptas eſt bonum. Item talis ſyllogiſmus quod non ſit bonum probabit, bonum bonos facit, ſed uoluptas nõ efficit bonos, igitur uoluptas non eſt bonum. Sed aliquis quæreret nunquid & hoc in dictis ſit comprehenſum, nam contrarii ſyllogiſmi ſunt, in quibus cõtrario ſapientes quã plures opinantur, uel utrique iidem ipſiſmet, uel illa ſe habeãt in pugna, ubi ſolus eſt utriuſque pugnantium cõſenſus ſine ſyllogiſmo. Ibi uero per oppoſitas rationes aliquis tenet non ob fautores ipſarum, ideo & in his quia nullo pacto ſit aliquis conſenſus, ideo ſit dialecticum problema quæſitum. Dicit autem dialectica eſſe problemata etiam ea de quibus non habemus aliquam rationem & ſyllogiſmum, utrum ſic ſe habeat, uel non, cum ſint magna & digna cognitione, & profecto ignorata & habeant quaſdam rationes. nam parua negligimus, quia nec principio ſunt digna quæſtione, & cognitione. exemplum autem hoc euidens ipſe ponit ipſorum quæ ſunt magna ac digna cognitione. Sed dubia & quæſita quia non habent de ipſis ſyllogiſmũ demonſtratiuum, id eſt demonſtrationem, ſicuti ſe habet, utrum mundus æternus ſit, uel non. nam cur ſit ſempiternus, difficile eſt ſcire & dignum inquiſitione. Item poteſt illud {ſunt autem problemata etiam quorum ſunt contrarii ſyllogiſmi} dici non uelut ipſe proponat alias ſpecies problematum, ſed uelut dicat de prædictis, in æquali aũt ſunt hæc & illa problemata cõtraria. nam ſyllogiſmi ſunt quibus contrarium opinantur ſapientes quam plures, uel utrique iidem ipſiſmet, de quibus rationem non habemus cũ ſint magna, erunt hæc eædem his de quibus neutro modo opinantur, perinde ac ſit hoc prædictorum tanquam bene dictorum recordatio & interpretatio, æquale, ſcilicet huic; ut dicebam. Sunt enim & hæc problemata. In his autẽ dialectica problemata ſunt, quod de quibus neutro modo opinantur plures neutram particulam contradictionis, ut probabile aſſumunt. nam ſic ſit, quia aſſumitur probabile & propoſitio magis quam problema, ſed ipſi oppoſitum

eſt

eſt improbabile.nam probabili oppoſitum eſt improbabile.Item de quibus ſapientes à pluribus differunt,uel utriq; ipſiſmet ſimiliter. Etenim in his neutra pars neq; ſimpliciter probabilis eſt,ob ipſarum fautores,quod ad probabile exiſtens aliquo modo æqualiter ſe habent.

Poſitio autem eſt opinio extranea alicuius famigeratorum in philoſophia,ut quoniam non eſt contradicere, quemadmodum dixit Antiſthenes:aut quoniam omnia mouentur, ſecundum Heraclitum: aut quoniam unum eſt ens, quemadmodum Meliſſus dixit. Nam de quouis contraria opinionibus proferente curam habere ſtultum eſt. Aut de quibus rationem habemus contrariam opinionibus, ut quoniam non omne, quod eſt, uel factum eſt, uel æternum, quemadmodum ſophiſtæ dicunt. Nam muſicum, uel grammaticum eſſe, neque factum, neque eſſe æternum. Hoc enim & ſi alicui non uideatur,uidebitur utique eo quod rationem habeat ſuaſibilem.

De problemate dialectico cum dixerit, deinceps dicit de poſitione,quia etiam uidetur poſitio problema eſſe, & oſtendit quale problema poſitio eſt.non enim omne problema poſitio eſt. nam præter communes opiniones eſt opinio eiuſdem clari in philoſophia,poſitio exiſtens ſecundum ipſum inopinabilis ob repugnantiam ad communes opiniones,dignum tamen eſt quærere de ipſa ob fautorẽ quem notum in philoſophia habet,ideo oportet & fautorem opinionis conſtituentem poſitionem tali problemati annectere, ceu utrum omnia continue fluant, & ſemper fiant,nihilq; unquam ſit ſecundum Heraclitum, uel ne. Et utrum eſt unum & immobile ens, ut Parmenidi uidetur, uel non.& utrum motus eſt,uel non,ut uidetur Zenoni. Et utrum ſanitas bonum,uel non,ut Chryſippus dicit.& utrũ eſt contradicere,uel non,ut Antiſtheni uidetur. nam Antiſthenes tollens contradicere dixit oportere dicentes de aliquo illud dicere,& ſignificare propter quæ dicunt, ſed itẽ contradicentes inter ſe de eodem debere dicere. Hæc præaſſumendo dixit qui uidentur inter ſe contradicere de aliquo,uel ambo dicentes rei rationem contradicunt,uel neuter, uel alter dicit, & alter non: ſed neque ſi ambo dicerẽt rei rationem profectò contradicerent,nam eadẽ dicerent: ſiue etiam neuter dicat rationem rei, neque principio cõtradicerent de eodem. Alii uero non dicentes de eodem neque contradicerent de eodem, quod ſi alter diceret,& alter non,neque ſic contradicerẽt. Nam qui non dicit rationem rei, neque prorſus de eodem contradiceret,ſed de illo quod ſignificat propter quæ dicit. Sic autem neque contradiceret de eodem. His autem ſic ſe habentibus neq; erit contradicere. At falſum accipit Antiſthenes hoc, non dicentes rationem rei,uel non dicentem, neque prorſus contradicere de eodem. Non enim ſi quis non uera dicit, is neque de aliquo dicit,ſiquidem eſt dicere de aliquo cum falſa dixerit, neque enim erit illud omnino mentiri ſi ſolus erit, qui dicit de aliquo qui de eodem uera dicit, ſiquidem omnis qui mentitur de aliquo dicendo de aliquo falſum dicat,quod ſi eſt falſum dicere, erit etiam contradicere cum mentitur. nam uniuerſaliter contradictio eſt de eodem oppoſita dicere,ſed qui dicunt de eodem oppoſita ambo uera dicere nequeunt. Verum in ſyllogiſmis & rationibus ipſarum uti dicit, ſed in opinionibus nudis, cum dicat poſitionem eſſe opinionem extraneam alicuius uiri noti in philoſophia.nam ob fautorem digna quæſtione opinio ſit,& ob id cum non ſit per ſe problema, talis ſit. Porro merito adiecit{nam de quouis contraria opinionibus proferente curam habere ſtultum eſt} nam ubiq; eſt negligenda merito,tum eo quod inopinabilis eſt, tum etiam ex ipſo fautore, hoc autem dicit de enunciato indicans quod etiam ſi diceret ſine ſyllogiſmo, quia dicet problema fieri ſecundum talem opinionem quando cum ſyllogiſmo poneretur, igitur dicit poſitiones eſſe etiam hæc de quibus communibus opinionibus quædam ſunt orationes,& ſyllogiſmi. etenim ſi talia non habent fautorem,& authorem fama clarum,ſed ſyllogiſmi de ipſis contrariis adductis opinionibus in medium de ipſis cum ſit ea digna quæſtione eſſe exhibent.nam quod ſapientum opinio in illis facit,idem facit in his demonſtratio, & fides per ſyllogiſmum. Et apponit talis demonſtrationis exemplum tale oſtenſiuum,omne ens, uel æternum eſt uel factum. Verum ſophiſtæ hoc tollere nituntur per quandam rationem quædam afferentes non ſemper exiſtentia, neque facta.nam accipientes aliquod entium eſſe, ut muſicum exiſtentem grammaticum eſſe oſtendunt quod hoc neque ſempiternum eſt. Non enim ſemper erat muſicus grammaticus, ſed erat aliquando quando non erat. ſed neque factum,quandoquidem non fiat muſicus grammaticus.nam ſi ſit, uel tanquã ex materia muſici fieret grammaticus,ut ex ære ſit ſtatua,& uelut homo grammaticus: ſed non eſt materia grammatici muſicum, uel ut ex contrario, & non eſt contrarium muſico grammaticum,quandoquidem etiam cum ipſo ſimul ſit, igitur non ſit muſicum grammaticum. ex quibus concludunt hoc, igitur non omne ens, uel factum eſt, uel ſempiternum. Item ſi neque grammaticus factus muſicus, grammaticus muſicus fiebat. Eſt autem muſicus grammaticus quod non factum eſt. Item nulla ars eſt,uel ſcientia, quæ docet muſicum grammaticum. nam nemo quatenus muſicus eſt, grammaticus eſt. Non enim ab hoc in illo mutatio ſit, ſed ambo quatenus homo. Rurſus illud{quemadmodum ſophiſtæ dicunt}ſic etiam dici ſi erit aliquis primo factus grãmaticus deinde muſicus. Equidem non eſt factus muſicus iſte exiſtens grammaticus.eſt autem muſicus exiſtens grãmaticus.dicendo igitur muſicus exiſtens grammaticus eſt, dicit etiam muſicus eſt grammaticus, ſed de entibus per ſe erat dictum hoc ipſa eſſe ſempiterna uel facta. Adhuc tamen tanquam per accidens ſic etiam fiebat, nam muſicus factus & ſi præexiſtebat exiſtens grammaticus,quandoquidem non ambo fiant muſicus,ſed per accidens grammaticus fiebat muſicus,ut igitur talia ſunt, ſic etiam fiebant, nã talia(inquit)dicendo extranea ab opinione, & ſi ſimpliciter non uidetur alicui digna eſſe quæſtione,ſed ſyllogiſmo aliqua ipſorum eſſe oſtenſa,opiniones profecto,& ipſa ob id ſiunt digna quæſtione, igitur poſitio eſt in problemate notum quippiam,nã erat problema de quo contrario opinantur ſapientes ac plures, & poſitio eſt extranea opinio alicuius notorũ fama in philoſophia,uel de eligibilibus & fugiendis,& de ſpeculabilibus,uel de conferentibus ad aliquid eorum habet hoc contrario opinari quædam quando ſapientes aliter ſentiũt quam plures. Sub eadem quoq; ſpecie problematum reduceretur etiam additum poſitioni. Cæterum illud in contextu, {de quibus rationem habemus contrariam opinionibus} ſ.ratio enim & ſyllogiſmus ſapientis locum aſſumẽs,problema etiã tale facit,ideo dixit uel utrolibet ipſi eiſmet,nam rationem hi & alii ſcilicet dicentes uel ſapientes contra ſapientes pugnarent, uel contra plures,uel cum ſint plures repugnant opinionibus ſapientum,uel opinionibus plurium, nam talis ſyllogiſmus eſt quædam opinio extranea & ipſa.

Eſt igitur & poſitio quidem problema, non autem omne problema poſitio, quoniam quædam problemata talia ſunt iam,de quibus neutro modo opinamur. Quod autem eſt, & poſitio problema:manifeſtum eſt. Neceſſe eſt enim ex iis, quæ dicta ſunt,aut plures cum ſapientibus circa poſitionem dubitare:aut utroslibet cum ſemetipſis,eo quod opinio quædam extranea poſitio eſt. Pene autem nunc omnia dialectica problemata poſitiones uocantur. Differt autem nihil quomodolibet dicatur,non enim nomen effingere uolentes, diuiſimus ſic ea, ſed ut non lateant nos,cum quædam eorum ſunt differentiæ.

Inquit {eſt igitur etiam poſitio problema } non tamen econuerſo, non enim ut inquit omnis poſitio problema, ſic etiam omne problema eſt poſitio,nam ſunt in problematibus etiam aliqua de quibus neutro modo opinabimur quod non erit poſitio,itaq; ob hunc modũ proble-

ma à poſitione ſeparans nobis indicauit, tanquam poſitio queat alicui aliorum problematũ connecti eorum præſertim ob oppoſitas opiniones eorum cum ſint dialectica & approbat hoc & oſtendit per quæ infert. Neceſſe eſt.n. ex his quæ dicta ſunt de poſitione, aut plures cum ſapientibus dubitare, aut utroslibet ſe ipſis, quia poſitio eſt opinio extranea, nã talis opinio extranea eſt, quia ipſi oppoſita eſt quædã opinio probabilis, nã extranea opinio quando nõ habuerit auctorem inter notos & claros uiros in philoſophia, habebit aliquẽ ſapientũ dubitatitẽ, aut cum pluribus aut cũ ſapiẽtibus, ſed quando fuerit poſitio accepta in his in quibus habemus contrariũ ſyllogiſmũ opinionibus, poteſt ẽt in pluriũ ſcđm opinionem diſcrimine eſſe, ſiquidem aut hæc ſyllogiſmi non eſt ſapiens, nam non ſapiens eſt inter plures connumeratus. Quia autem paulo ante dicendo de problemate, non ut alias quaſdam ſpecies problematũ adiecit hoc. Sunt autem problemata de quibus ſunt cõtrarii ſyllogiſmi, & ſtatim illud in eodem contextu. Et de quibus rationem habemus cum ſint magna, ſed uelut prædicta in caput & ſummam colligendo quiſpiam poteſt fidẽ facere etiam ex his quæ nunc dictaſunt de poſitione. Nam quod poſitio non eſt æqualis nec conuertitur cum problemate oſtendit, neq; illa dicendo quæ ſunt in ipſis problematibus ſunt poſitio de his mentionem fecit, neq; hæc in quibus poſſunt eſſe problemata. Sed dicendo prædicta de poſitione, & quale quid ipſi uideatur eſſe poſitio affert. Quid.n. non ens ipſum per ſe, neq; ſuapte natura dignum eſt inquiſitione uel ob auctorem, uel ob rationẽ poſitio miſcetur cũ ꝓblematibus & quæſitis, hic etiã diuiſo illo (poſitione) cõtra illud natura exiſtens, ut etiã fit in poſitione nominũ. Etenim ibi dicimus nomina poſitione ſignificantes quod non natura. Verum his addit quod conſuetudo omnia prope dialectica problemata poſitiones dicit, porrò aũt eos qui dicunt contra problemata etiam contra poſitionem dicere aſſerit. Sunt præterea quidã poſitiones etiã appellantes rhetorica problemata, quibus afferri ſolet nomẽ conſuetum magis hoc ſuppoſitio eo quod talia uidentur cõſtitui quibuſdam ſuppoſitis & definitis. Nam dialectica cõmuniora & uniuerſaliora ſunt, qđ poſitiones autẽ uocent etiam hæc petentes ſuppoſitiones dicunt, cæterũ inquit nihil differre intereſſe'ue de nomine hoc (poſitio) ſiue dialecticus ipſum de omni problemate fert ut conſuetudo, ſiue etiam de ipſo nunc diffinito problemate. Non.n. nomen effingere uolentes poſitionem ſic definientes, ſed ut oſtendatur in problematibus differentia quæ cũ fuerit nota non amplius de ipſo nomine cõtendere oportet. Vnde per hæc inſinuans nobis quod ſequentes oſtenſionem differentiarum de ipſis ſignificatis oportet uti cõſuetudine nominũ, & non ipſos efficere impoſitores & fingere nomina, ſed iuxta earũ differentias uoĩa nobis intelligẽda erunt, ut cõſueuerunt facere qui dixerunt aliud eſſe uoluptatẽ, & aliud gaudium, & aliud eligibile, & aliud capiendum.

Aduerte q̃ rhetores ponunt primo poſitionem, ſecundo ſuppoſitionem &c.

Non oportet autem omne problema, nec omnem poſitionem conſiderare ſed quam dubitabit aliquis eorum, qui ratione egent, & non pena uel ſenſu, nam qui dubitant, utrũ oportet Deos honorare, & parentes diligere, an non, pœna indigent: qui uero utrum nix alba, an non, ſenſu. Neque uero, quorum propinqua eſt demonſtratio, neque quorum ualde longe.

Dicens quale quid ſit dialecticũ problema, & cur à problematibus poſitio ſeorſum appellatur hæc quoq; determinat, & oſtendit, quod merito problema dialecticũ tale nobis ponitur. Non enim omne problema, neq; omnem poſitionem cõſiderare oportet, nunc uero diceret problema & poſitionẽ idẽ geminatis nominibus, ſed de his problematibus quæ ratione probante ipſa & oſtendente indigent, ſed non ſenſu uel pœna. Equidẽ ea quæ ſenſu uel pœna egent, non ſunt in his de quibus neutro modo opinantur homines neq; in his quibus contrariũ ſapiẽtes ſentiunt ac plures, uel utiq; ipſi inter ſe. Vel diceret quod & ſi orationes & ſyllogiſmi taliũ ſint propoſiti extranei ab opinione, tanquam per hoc ipſa ſub ratione poſitionis cadãt, tamen nõ oportet talia admittere. Definiens itaq; prædictũ planè quæ ſenſu quæ'ue pœna egent per exẽpla indicauit.

Dubitatio.

Sed aliquis quæreret cur non etiam talia ſunt problemata, nam ſi problema contradictionem continet, non ſic proponenda erunt hæc, utrum oportet Deos colere uel non, an parentes honorare, uel non. Illud autem non oportere Deos colere dignum eſt oſtenſione, uel illud, non ſunt honorandi parentes.

Solutio.

Vel igitur dicit quod partes tales problematũ non oportet conſiderare, uel naturaliter talia problemata nõ ſunt dialectica, nam contradictionũ quarũ altera pars non uerbis, ſed pœna indiget, quia prorſus extra opinionem eſt, neq; harũ altera pars indiget rationibus & uerbis, quia plane eſt inopinabile. Nam problema eſt egẽs oſtenſione, uã ſic credita qui tentat probare per rationes eorũ fide aſſumpta prius multo imbecilliorẽ conſtitutionem ipſorũ tradet per rationes. adeo prorſus talia problemata non erũt dialectica: ſed magis propoſitiones per probabiles. Itẽ per hoc oportet talia problemata ſeruari, quia copia abundantiaq; argumentorũ contra hæc efficit mores deteriores ſæpe, & dicentes & audientes peiores, quod quidem maximè aduerſatur arti exercitandi, ſiquidẽ ſic præparatio habenda ad philoſophiam eſt, uel ſi non efficit peiores, tamen efficit uideri peiores. Equidem abſurdum eſt illi tentanti afferre rationes inopinabiles ſemet per eaſdem facere ignotum & ab omnibus diſſidentẽ opinione. Propoſitio igitur dialectica eſt oppoſitum illi parti problematis, quæ eget pœna, & problema neutrum, nam ſi neq; ea quorũ propinqua eſt demonſtratio ſunt problemata, ut deinceps dicit, multo magis non erunt problemata quæ propter euidentiam exhibent contradicentes dignos pœna, uel ob id non talia problemata ſunt, quia argumẽtatio in ꝓblemata in ambo fiebat, nã ſimul ſtare nõ poſſunt, q̃ in alterũ appoſitorũ argumentum auferunt.

Nam illa quidem non habent dubitationem, hæc autem magis quàm ſecundum facultatem exercitatiuam.

Huius quod neq; talia ſunt problemata dialectica, quorum demonſtratio euidens, & nota eſt, & quorũ demonſtratio eſt longe & ualde occulta, has cauſas apponendo dicit. Nam illa quidẽ nõ habẽt dubitationem, hæc aũt magis quam ſecundũ facultatem exercitatiuam, nam quorũ demõſtratio propinqua eſt ea facilia, & facile cognoſcẽda ac breui ſcientia percipienda, ut ſi quis præponeret utrũ homo ſit animal, uel nõ. Talia aũt ſunt etiam q̃ſita de his decentia, quæ à Stoicis ponũtur, ceu utrũ conueniat ſimul prandere cũ aliquibus, uel cũ patre extendere manus ad lõgiores partes ſi fuerit maior uel non, ſed contentũ eſſe ibi appoſitis. Item ſi decet auditores Philoſophi pedes mouere. ſed neq; de compoſitis problematibus ſophiſtice & ſuperficietenus faciet ſermonem. Nam ſtatim deprehenditur illud quod uidetur eſſe in his ambiguũ, ceu utrũ utile utilitatem habeat uel non, & utrũ iuſtus iniuria aliquem afficiet, uel non, & utrũ ſapiens ſit expers diſciplinæ, uel non. nam uidebitur neq; utile utilitatem habere, quia etiã palliũ eſt utile, & iuſtus iniuſtus, quia iniuſta aliquã facit, & ſapiẽs expers diſciplinæ, qui diſcit intelligitq; illũ, qui eſt expers diſciplinæ, ſed q̃a ſapiẽs nõ diſcit. talia & hæc, utrũ cæcum poteſt uidere uel non, uel mutum loqui, nam talia ſunt litigioſa & ſuperficialia, & habent malitiam ob duplicitatem dictionis. Item uidetur eligere problemata ſecundũ ſcientias & artes à dialecticis, quia dialectica ponuntur, aut de his quæ circa electionem uel fugam, aut de his ad ueritatem & cognitionem, aut de adminiculantibus alicui tali. Nam problemata ſecundũ ſcientias & artes, aut ad electionem, ut medicinalia, aut ad ueritatem & cognitionem ut in geometria, conferũt. quocirca etiam hæc erũt dialectica problemata ſi fuerint dicta à dialectico qui ipſa oſtendit non per propria principia, ſed per quædam probabilia, nam ante dictũ eſt dialecticam methodum de omni problemate ex probabilibus eſſe ſyllogiſticam, ideo quæcunq; eorum quæ ſecundum ſciẽtias & diſciplinas re

cipiunt argumenta communia, erunt dialectica problemata, ſed quæcunq; talia non ſunt plus cõtemplationis habentia quam ea quæ ſunt ſecundum artem exercitandi, exciderent à problematibus dialecticis. Non enim dialecticum eſt hoc, utrum omnis triangulus habeat tres intra æquales duobus rectis, uel non. Nam opus eſt meliore & exactiore methodo ad probationem talium problematum, nam geometræ intereſt hoc oſtẽdere quomodo ſe habet. ideo neque ſecundum philoſophiã ſunt omnia problemata talia dialectica, ceu utrum ſit una omniũ materia, uel non & utrum materia ſit ens unitum perfectum'ue, aut nõ: & utrũ atomi rerum ſint principia, uel non, & utrum mouens omne motum moueat uel non, & utrũ æternus ſit motus uel non. nam maioris & diligentioris animaduerſionis talia egent, Horum igitur circa eligenda & fugiẽda, & horũ circa ueritatem & cognitionẽ & horum conferentiũ ad aliquid horũ quæcunq; probabilia ſunt, hæc ſunt propoſitiones dialecticæ. Quæcunq; autem huiuſmodi ſunt tanquam neutro modo de ipſis opinari, uel contra ſapiẽtes ſentiũt, ac plures, uel utrique ipſis, hæc ſanè problemata ſunt.

Determinatis autem his, oportet diuidere quot dialecticarum rationum ſunt ſpecies. Eſt autem alia quidem inductio, alia autem ſyllogiſmus. Et ſyllogiſmus quidem quid eſt, dictum eſt prius. Inductio uero, eſt à ſingularibus in uniuerſalia acceſsio, ut ſi eſt gubernator eruditus optimus, & auriga, & omnis qui eſt eruditus in unoquoq; optimus Eſt autem inductio ueriſimilior, & planior, & ſecundum ſenſum notior, et pluribus communis, Syllogiſmus autem ualentior, & ad contradicendũ efficacior. ergo genera, de quibus diſputationes, & ex quibus (quemadmodum dictum eſt antea) determinata ſint.

Proponit dicere quot & quæ ſunt ſpecies orationum dialecticarum, quibus ſit exercitatio, & quibus ſint utilia tradenda inſtrumenta, duo planè inquit eſſe, & inductionem & ſyllogiſmũ: quorum quid ſit ſyllogiſmus iam dixit, ſed de inductione nunc ſermonem facit. quod autem hæ rationes per quas ſiunt oſtenſiones quorundam ſint ſuprema genera, patet eo quod omnia quæ demonſtrant aliquid per aliquid uniuerſale & communius oſtendere ipſum, uel per quædam ſub ipſo nituntur, nam idem, per idẽ nihil oſtenditur. Erit antem forte & illud uniuerſaliter, igitur oſtẽſio per uniuerſale eſt ſyllogiſtica. & illa per ea quę ſunt ſub uniuerſali inductiua. ſubordinatur autem ſyllogiſmo ipſum enthymema, & inductioni exemplum, equidem enthymema rhetoricus ſyllogiſmus eſt, & exemplum rhethorica inductio. Dicit autem inductionem eſſe proceſſum per ſingularia ad uniuerſale, ideo non ſanè dicunt dicẽtes inductionem pronomen eſſe à ſimili ad ſimile, quandoquidem uniuerſale non ſit ſimile his quæ ſunt ſub eo. Item demonſtrationis uniuerſalis cauſa inductio maximè ſit, ſed ratio à ſimilibus ad ſimile magis ſignificat exemplũ, nam ratio per ſingularia uniuerſale conſtitui oſtendens, & perſuadens, hoc eſt inductio. Nam qui oſtendit uniuerſale qđ in omnibus optimus eſt eruditus, eo quod accipit quod gubernator eſt optimus eruditus, ſimiliter auriga, ſimiliter & medicus, ſimiliter & belli dux, ſimiliter geometra & muſicus. architectus, per inductionem huius in omnibus optimũ eſſe eruditum demonſtrationẽ facit, Item dicit differẽtiam ſecundum utilitatem ſyllogiſmi & inductionis, quæ differentia eſt hæc, nam inquit inductionẽ eſſe ueriſimiliorem & notiorem, & quomodo ſit notior adiecit, nã p ſenſum notius ſit id quod pluribus eſt cõe, nã inductio ſit per ſingularia q̃ ſunt ſenſibilia, & ſenſibilia ſunt pluribus cõta & nota. Veriſimile igitur inductio habet, non tñ & neceſſariũ quippe nõ ex neceſsitate uniuerſale ob pticularia cõcederetur, qa nõ poſſemus omnia ſingularia percurrendo p inductionẽ accipere, nã ſingularia ſunt impercurſibilia. Etenim ſi omnia uel & hoc accipiemus cuius gratia utimur inductione, & nõ amplius opus erit aſſumere uel concludere uniuerſaliter, ex quo in hoc mutabitur, quare ut ratio inducẽs uel nõ eſt hoc in ipſis acceptus, & eſt occaſio inſtãnæ ad aſſumptionẽ uniuerſalis ab eodem tanquã nõ ſimiliter ſe habente cum conceſsis. At ſyllogiſmus minorẽ ueriſimilitudinẽ habẽs & neceſſarium & id quod urget & cogit habet, & ualentior potiorq; contra tentantes cõtradicere, & magis propoſitũ eliciens & concludens, Nõ enim eſt locus his qui concedunt contradictiones ſyllogiſticas, quod uero habet locum in inductione, quia non põt oĩa ſingularia (ut dicebam) percurrere. Quemadmodũ autem neq; omnis ſyllogiſmus dialecticus, ſic neq; oĩs inductio. Etenim omnis quæ habet ueriſimile eſt peculiaris dialecticę, ſed nõ ob id ſolis dialecticis, eſt oſtenſio p inductionẽ, aut ſola inductio accepta aſſumptionis gratia & oſtenſionis uniuerſalis q̃ maximè eſt propria dialecticæ, nam perſuadentes accepta ut concedatur uniuerſale utimur ipſa, ſed illa conferens ad aſſumptionem dignitatũ complexa eſt, ut dictum fiat euidens, ſed non ut uniuerſale oſtendat, nam ex eo notum hoc intelligibile, neque dialecticum eſt, neq; propria inductio. Vnam igitur dicit quæ quatuor poſuit diffinitionẽ, propriũ, genus, accidens. Nam de quibus orationes quæ ſunt problemata ſunt in his generibus, ſimiliter ex quibus rationes q̃ ſunt propoſitiones in his ẽt ſunt, dixit autem & aliquid utrunq; horũ, equidem in principio dixit oportere quæ ſunt de quibus rationes & ex quibus.

Inſtrumenta autẽ, per quæ abundamus in ſyllogiſmis: ſunt quatuor, unũ quidem propoſitiones ſumere. Secundum autem, quotupliciter unumquodq; dicitur, poſſe diſtinguere. Tertium differentias inuenire. Quartũ autem ſimilitudinis conſideratio.

In calce erat hic & ultimũ eorũ, in quibus dicit methodum dialecticam eſſe, nam dicendo, primũ igitur conſiderandũ eſt ex quibus methodus, intulit, ſi uero ſumpſerimus ad quot & quæ & ex quibus rationes, & quomodo his abundabimus, habebimus ſufficienter propoſitũ. Cum igitur dixerit de propoſitionibus, quarum indicatiuũ erat, illud ſcilicet (ex quibus) & de problematibus quod ſignificabat per hoc, ad quot & quæ, nunc etiam de inſtrumẽtis proponit dicere quæ ſunt conferentia ad inuentionem & abundantiam dialecticarum rationum. Hæc autem ſunt ſyllogiſmus & inductio, ut prædixit, tamen ipſe de ſolis ſyllogiſmis mentionem fecit, & dictum eſt perinde ac dicat, Inſtrumenta quibus abundabimus dialecticis rationibus ſunt quatuor, quorum unum inquit eſſe hoc, ſcilicet propoſitiones accipere non aſſerendo propoſitiones organa dialecticarum rationum. Nam ipſæ ſunt partes ſyllogiſmorũ, & inductionum. At partes alicuius non ſunt inſtrumenta illins, ſed uocat inſtrumentũ quo poterimus abundare propoſitionibus, non .n. propoſitiones, ſed poſſe abũdare, propoſitionibus eſt inſtrumentũ. Secundum autem eſſe inquit inſtrumentorum conferentium ad abundantiam propoſitionũ illud, ſcilicet poſſe ea quæ dicuntur multipliciter cognoſcere & diuidere, ſiue nominibus ſint eadẽ, ſiue rationibus. Tertiũ quoq; poſſe differentias cognoſcere quorũdã q̃bus inter ſe differũt. Quartũ poſſe inuenire ſimilitudines in his quæ differunt, quod igitur propoſitionũ electio & præparatio ſit utilis ad ſyllogiſmos, patet. Non habentes propoſitiones electas dialecticas. i. probabiles facile poterimus de propoſito problemate ratiocinari, ſed aliorum inſtrumentorum opportunitatem, ſcilicet eam cõſiderãdi diuiſionem eorũ quæ dicuntur multipliciter, & habendi tum cognoſcendi & inueniendi differentias, & poſtremo conſiderationem ſimilis, ipſe procedẽdo dicit, poſtquam deſcripſerit & numerarit unamquamque methodum.

Sunt autem & modo quodam etiam tria horum, propoſitiones. Eſt enim unumquodque eorum propoſitionem facere, ut quoniam eligendum eſt honeſtum, uel delectabile, uel utile: & quoniam differt ſenſus à diſciplina, eo quod amittenti eam, poßibile eſt rurſum ſumere. Illum autem impoßibile, & quoniam ſimiliter ſe habet ſalubre ad ſanitatem, & habile ad bonam habitudinẽ. Eſt autem prima propoſitio ab his, quæ multipliciter dicuntur, ſecũda differentus, tertia uero à ſimilibus.

Ideſt ſunt etiam tria horum modo quodam quæ conferunt ad electionem propoſitionum, ex quibus ſyllogiſmi & inductiones, nam ex diuiſione propoſitionum quæ multipliciter dicuntur, abundantia fit & ex inuentione differentiarum, & ex contemplatione ſimilium, nam illud diuiſum multipliciter propoſitio fit. Similiter etiam aliorum unumquodque, & oſtendit hoc per exemplum hoc, quia eligendum eſt honeſtum, uel delectabile, uel utile, nam ex huius diuiſione habentes propoſitionem hanc, arguemus contra problema hoc, utrum tyrannidem exercere ſit eligendum, uel non. Nam ſi omne eligendum, uel honeſtum, uel delectabile, uel utile, tyrannis autem nihil horum habet, non erit igitur eligenda. Rurſus ex diuiſione corporis habentes, quod corpus uel naturale eſt, uel mathematicum contra problema hoc, utrum anima ſit corpus, uel non, abundabimus ſyllogiſmo credentes, quod nec naturale corpus eſt, nec mathematicum, uel quod non ſolum bonum in anima, & ex cognitione differentiarum oſtendit, rurſus per exemplum quomodo ſit abundantia propoſitionum. Nam quod differt ſenſus à ſcientia, eo ꝙ ſcientia abiecta poteſt iterum recuperari ſed ſenſus minimè poteſt, ſcientes abundabimus propoſitionibus contra problema hoc, utrum idem ſenſus cum ſcientia, uel non. Nam ſcientes differentias ipſorum inter ſe oſtendemus quod nõ idem, ſimiliter etiam dicto ab ipſo & quia ſcientia poteſt ab alio accipi, & ſenſus non. Item quia ſenſus magis & minus haberi poteſt, & ſciẽtia nõ. Itẽ quia ſenſus à natiuitate, ſcientia uero poſterius. Item alteratur, alia uero non. Item alio cuncta animalia conueniunt, & aliam ſola rationalia animalia habent. Similiter quoque ſcientes differentiam opinionis & ſcientiæ habebimus propoſitiones ad demonſtrandum quod non eædem, ſiquidem alia de contingentibus & aliter ſe habentibus, & ſcientia non. Rurſus à contemplatione ſimilis adiecit propoſitionem inuentam, hanc, quod ſimiliter ſe habet ſanus ad ſanitatem, & bene habitudine præditus ad bonam habitudinem, & ſana ad ſanitatem: ſed efficientia ſanitatem ſana ſunt, igitur & efficientia bonæ habitudinis erunt ea quæ ſunt bene habilia. Rurſus quæſiti, utrum tranquillitas ſit quies uel non, per contemplationem ſimilis habentes propoſitionem hanc, quod ſimiliter ſe habet ſerenitas in aere, ut tranquillitas in mari, aſſumentes quod ſerenitas eſt quies, demonſtrabimus etiam tranquillitas eſt quies. Si autem & tria inſtrumenta conferunt ad abundantiam propoſitionum merito à principio dicendo circa quæ uerſetur dialectica, dicendo quod ſi ſumpſerimus ad quot & quæ, & ex quibus rationes, adiecit hoc, & quomodo his abundabimus, ſiquidem inſtrumenta omnia conferant ad abundantiam propoſitionum, & propoſitiones ſunt materia ſyllogiſmorũ.

Ergo propoſitiones quidem eligendum quotquot modis determinatum eſt in propoſitione, aut omnium opiniones proponenti. aut plurum, aut ſapientum, & horum, uel omnium, uel plurimorum, uel notiſſimorum. Aut etiam contrarias apparentibus, aut quæcunque opiniones ſecundum artem ſunt, aut contrarias apparentibus probabilibus, quaſcunque oportet protendere ſecundum contradictionem, quemadmodum dictum eſt prius.

Cum de electione propoſitionum primum dixerit aliqua loca & occaſiones electionis, & abundantiæ ipſorum aſſignationem, nam quot modis determinatum eſt probabile & dialectica propoſitio, per cuncta hæc oportet electiones ipſorum fieri. Etenim ea quæ uidentur omnibus oportet eligere, & ea quæ uidentur pluribus, ſimiliter etiam in ſapientibus quæ uidentur omnibus, & ea quæ uidentur pluribus, & ea quæ clariſſimis fama. Item inquit eligenda eſſe contraria probabilibus. Nam ex talium electione abundantia propoſitionum fit dialecticarum ſecundum contradictionem propoſitarum. nam qui habet hanc, quod non oportet amicis malefacere contrariam exiſtentem propoſitioni probabili in uſu negatiuè ipſam proponens abundabit dialectica propoſitione, quod etiã ipſe ſignificauit, quia nihil hoc. Oportet autem proponere & contrarias apparentibus probabilibus ſecundum contradictionem, nam quomodo oportet uti & accipere contrarias apparentibus, determinauit per hæc, quia inquit, oportere etiam eas eligere quæcunque opiniones ſecundum artes inuentæ beneꝗ dictæ ſunt, ceu ſunt nonnullæ in geometria à geometris, & in muſica nonnullæ à muſicis, uel in differentibus ab his, nam aliquis poneret ut probabile id quod ab Hippocrate dicitur in medicina, & ab Archimede in geometria, & ab Ariſtoxeno in muſica.

Vtile autem & facere eas in eligendo, non ſolum, quæ ſunt probabiles, ſed & ſimiles eis, ut quod contrariorum idem ſit ſenſus, quoniam & ſcientia contrariorum eſt eadem. Et quod uideamus ſuſcipientes aliquid, non emittentes, quoniam & in alijs ſenſibus ſic eſt, nam & audimus ſuſcipiẽtes aliquid, non emittentes, & olfacimus eodem modo, ſimiliter autem & in alijs.

Vtile autem dicit ad electionem & probationem propoſitionum probabilium, & hoc non ſolum probabiles eligere, ſed etiam illud ſimiles probabilibus adiectione probabilium facientes ipſas probabiles, ut dixit etiam in ſermone de propoſitionibus, nam cum ſit opinabile ſcientiam eſſe eandem contrariorum, ſimile quidem eſt ipſi, ſenſum eſſe eundem contrariorum, ſed probabile fieret talium unumquodꝗ adiectione ſimilis cum ſit probabile. Nam proponentes dicere oportet, nunquid contrariorum idem ſenſus, ut etiam ſcientia, uel ſic, nunquid idem ſenſus contrariorum, quia etiam ſcientia eadem eſt contrariorum. Et nunquid uideamus aliquid uiſu aſpectuque patiente, etenim in alijs ſenſibus ſic fit obiectio & receptio. Nam facile conceditur ob ſimilitudinem ad probabiles, ut etiam tale eſt, nunquid oportet amicis benefacere, ſic oportet ipſis etiam non malefacere.

Amplius quæcunque in omnibus uel plurimis uidentur, ſumendum, ut principium, & apparentem poſitionem, nam ponunt qui non conſpiciunt in aliquo non ſic.

Inquit, oportet & ea uel in omnibus uel plurimis ſic uiſa & apparentia uniuerſaliter accipere tanquam ſint principia & uera atꝗ ea quæ omnibus uidentur, & ſic poſita, nã nomine poſitionis nunc pro cõcedere, & ponere uſus eſt, ideſt uti oportet & talibus propoſitionibus tanquam conceſſis & principijs, & ſi non in omnibus ſic ſe habeat dictũ uere, talia autem erunt, ceu hoc maiori bono contrariũ maius malum eſt. Hoc enim & ſi non in omnibus ſic ſe habet, ſed uidetur ſic tamen in pluribus ſe habere. Sunt quidem nonnulla per quæ non eſt uerum uniuerſaliter. Nam in ſanitate morbo & mala habitudine & bona econtrario demonſtranda ſunt, ut etiam in primis notauimus, nam bona habitudo eſt maius bonum ſanitate, porro bona habitudo ſecum fert ſanitatem, tamen ſanitas non amplius ſecum bonam habitudinem, ideo maius bonum eſt habitudo. Nam illud quod ſecum aliquid infert maius & bonum & malum eo quo ſimul infertur & non ſecum infert. Verum mala habitudo quæ eſt contraria bonæ habitudini non eſt maius malum ipſo morbo, qui eſt contrarius ſanitati, ſed econtra morbus eſt deterior mala habitudine, nam morbus ſecum infert malam habitudinem. Nã omnis ægrotãs eſt in mala habitudine, ſed minimè mala habitudo ſecum infert morbum, nam quidã ſunt ſani, qui mala ſunt habitudine imbuti. Simile etiã prædicto eſt hoc, in duabus coniugationibus ſi contrarium alterum ſequeretur ex altera coniugatione contrariorum, alterum & contrariorum ex alia coniugatione & reliquum ſequetur contrariorum ex prima reliquum contrariorum ex ſecũda, ſic albũ diſgregatiuum, & nigrum congregatiuũ, & quia dulce ſuaue, & amarum triſte. Nam in pluribus ſic ſe habet licet nõ in omnibus. Sunt autẽ in quibus ecõuerſo, ut in prædictis, ſcilicet ſanitate, morbo, bona habitudine, & mala. primo prio rũ uide ex- ſus calcem fere in loco ne Gramma- matic.

Non

Non enim quia bonam habitudinem ſanitas ſequitur, iam & malam habitudinem ſequitur morbus.ſed econtra, mala habitudo ſequitur morbum.Simile quoq; his & hoc,cuius extremitas eſt bene eligibilior, & idipſum eligibilius eſt. Nam in plurimis ſic ſe habet, non tamen in omnibus, nam illud bene mori eſt eligibilius quam bene ſcribere, tale etiam eſt uniuerſale acceptum hoc, cor eſſe principium in animalibus, nam in pluribus ſic ſe habet, non tamen & uniuerſale, nam quædam ſunt animalia quæ principium non habent cor. Sed aliquis quæreret quo talia differũt ab his,quæ omnibus, uel plurimis uidentur. Niſi diceret quod talia neque à principio interrogãda ſunt, ſed uti ipſis oportet ueluti cõceſsis,& ut principiis, nam neq; principia aliquis interrogaret.ſed uelut conceſsis utitur, alioquin inquit talia ſunt accipienda per inductionẽ ut talia.

Dubitatio.

Solutio.

Eligere autem oportet & ex ſcriptis diſceptationibus. Deſcriptiones autem facere in unoquoque genere ſupponentes ſeorſum,ut de bono,aut de animali, & de bono omni incipiendo à quid eſt. Annotare autem, & ſingulorum opiniones, ut quod Empedocles quatuor dixerit elementa corporum eſſe. Ponet enim aliquis,quod ab aliquo probato dictum eſt.

Cum dixerit quomodo uenandæ & cumulandæ ſint propoſitiones dialecticæ,inquit, oportere non ſolum ex circumlatis opinionibus propoſitiones dialecticas accipere,ſed etiam ex ſcriptis diſceptationibus quæcunq; in ipſis probabiliter ſcripta ſunt,eligere & habere præparata. Nõ enim facile ex hoc quod ſtatim abũdabimus utilibus propoſitionibus ad propoſitum problema, niſi præparatum ſit,unde inquit,electiones faciendas eſſe non incaute confuſeq;,ſed ſecundum deſcriptiones.& ſeorſum, ad unumquodque proprium genus annotare. Nam ſic nobis ſcientibus erunt utiles in quibus ipſas inuenire poterimus quando indigeremus. Item ſecundum utrunq; genus ordinem quendam apponentes,ceu ſeorſum de animali & ſeorſum de bono,& ſeorſum de omni bono, ac de unoquoq; genus unumquodq; annotare, & primum quid eſt ordinare debemus,ut ꝙ omne animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua,uel quod ſubſtantia. Deinde quale quid quia animatũ, quia ſenſitiuum.uel uniuerſaliter aliquid ꝙ ipſi ineſt, ut ꝙ animal uel pedeſtre,uel aquatile,uel uolatile,uel quod omne animal reſpirat,uel ꝙ non omne animal ferens cornua utrinq; dentatum. Item ſi contrarium aliquid eſt propoſito,& quid eſt ipſi contrarium,uel quod ſequitur ipſum,uel quid ipſum ſequitur. Vtilia quidem ſunt etiam hæc, ut ꝙ etiam ſolertia eſt coniectura & induſtria in tẽpore inconſiderato, uel quod ſol eſt aſtrum apparens die, uel bonum quod omnibus expetendum,uel uirtutem meliorem habitum,quam felicem & bonum uitæ fluxum. & ꝙ cõſequẽs quidem eſt quod neceſſarium eſt eo quod alterum eſt, & pugnans ꝙ neceſſarium eſt non eſſe. Sic etiam fecit in decẽ prædicamentis de unoquoque prædicamento dicendo. Nam quia talia manifeſta aſsignãtur, adducunt ſecum diſputantem, ideo ipſa electa habere oportet. Poteſt etiam illud (incipiendo à quid eſt) de bono dici, quia uidetur eſſe in decem generibus. Nam de omni bono dicens, inquit, incipiendum eſſe à bono in ſubſtantia, nam ipſum quid eſt in ſubſtantia propriè eſt. Item inquit oportere in electionibus annotare & deſcribere ſingulorum opiniones,nam facile concedent dicta ſæpe diſcentes ac ſcientes eum qui dixit,& quæ ſimpliciter dicta non concedunt,hęc ponunt admittuntq; audito dicente & auctore eorum.

Sunt autem (ut figuraliter ſic complectamur) propoſitionum & problematum partes tres,nam aliæ ſunt morales propoſitiones,aliæ naturales, aliæ rationales. Morales quidem ſunt huiuſmodi,ut utrum oporteat parentibus magis,an legibus obedire. rationales uero,ut utrum contrariorũ eadem diſciplina ſit,an non. naturales autem, ut utrum mundus ſit æternus,an non. Similiter autem & problemata.

Cum paulo ante dixerit de problemate,tum dixit, problema autem eſt dialecticum theorema conferens ad electionem & fugam, uel ad ueritatem & cognitionem, uel idem,uel ut adminiculans ad aliquid alterum talium, quod ſane tunc de problemate dixit. & notauimus quod non ſolum problemata, ſed etiam propoſitiones in his, nunc idem etiam dicit in his,nam partes pro hoc ſpecies & propoſitionum & problematum communes uniuerſaliter inquit eſſe has dialecticorum, quia ſunt quædam problemata & propoſitiones, quæ nec morales, nec naturales,nec rationales,quippe ſunt ſecundum artes & ſcientias,ut in geometria,in muſica.ſed propoſitionum & problematum ſimiliter alia ſunt (inquit) moralia, uocans moralia quæ conferunt ad electionem & fugam, & alia naturalia,& hæc talia ſunt, quæ ad ueritatem & cognitionem iuuant. Nam naturalia omnia ad cognitionem ueri in ipſis habent propriiſsimam relationem, & ſiquidem etiam experientia circa ipſa, & ad aliquas actiones utantur. Item logica dixit, quando ibi dixit hoc, uel ut adminiculans ad aliquid alterum talium nunc nominans rationale,quia rationale eſt inſtrumentum, & uelut conferens aliquid ad alia aſſumptum oſtendens, ſed per exempla oſtẽdit quæ ſint morales propoſitiones, & quæ naturales, & quæ rationales. Verum adiecit illud (ut figuraliter ſic complectamur) quia non eſt hic diligenter determinandum. Sed quæ conferunt ad electionem & fugam,has uocat morales,& quæ ad ueritatem & cognitionem, naturales, nam ſunt in quibus ſit uiciſsitudo, ut in ſequentibus dicetur. Sed dicturus tanquam de propoſitionibus proponit hoc,nam aliæ morales propoſitiones ſunt. Item inferens hoc,ſimiliter & problemata & exempla dicens,formauit figurauit'ue ut problemata. Nam (utrum) dixit ꝙ eſt proprium problemati, ut illud, nunquid, propoſitionis, aut, ſed forſitan non amplius differentiam ipſorum quoad dictionem & uerba ſeruans. Nam uniuerſale problema dialecticum quoad locutionem & dictionem fieri poteſt propoſitio, & omnis propoſitio problema per mutuam mutationem illius, utrum in ipſum nunquid tamen ſecundum res minimè ipſorum differentia hanc uiciſsitudinem mutuamq; mutationem ſuſcipit. Nam problemata dubitanda eſſe oportet, ſed propoſitiones ex ſeipſis habere oportet fidem.

At uero quales ſint ſingulæ earum, quæ dictæ ſunt, definitione quidem non facile aſsignare eſt ipſas: ea uero aſſuetudine, quæ per inductionem eſt, tentandum cognoſcere unamquamque earum in dictis exemplis conſiderando.

Vniuerſaliter inquit, prædictas ſpecies propoſitionum definitione complectendas eſſe inquit non eſſe facile, ſed oportere iuxta prædicta exempla eos aſſuefacere, ut per inductionem oſtendentes noſcant differentiam ipſorum. Nam neque qui dicit moralia eſſe quæ conferunt ad electionem & fugam, ut paulo prius dicebatur, omnia moralia complectetur. porro de hoc, ſi uiciſsim ſeſe conſequuntur uirtutes problema eſt morale, non tamen cognitio ipſius ad electionem habet relationem, ſed ad cognitionem. Similiter etiam utrum uoluptas iucundus motus eſt,uel non. Eſt quidem morale problema, non tamen ad electionem aliquam cognitio ipſius confert, uel fugam, ideo merito dixit hoc,quales autẽ ſingulæ prædictarũ definitiones quidẽ nõ facile eſt aſsignare de ipſis, nã morales dicemus tales, ꝙ qui non boni gratia aliquid impertit nõ eſt liber,ꝙ uirtus per ſe ipſam eſt eligenda,& quæcunq; de eligibilibus,& quæcunq; de practicis. Itẽ naturales uocat eas quæcunq; ſunt,de auctione,de motu, de generatione & corruptione,& quod oẽ generabile & corruptibile, & id genus. Nam ſunt quædã problemata & propoſitiones etiã in naturalibus, quæ habent relationẽ ad electionem & fugam. Nam utrum omnia ſecundum fatũ & coacte ferantur, cum ſit naturale habet relationem ad electionem & fugam,nam ſi uidetur conſulere (de agendis,uel'ne,hinc pendet. Rationales autem dicit,ut ea quæ ſunt ad aliquid

ſimul natura, quod cõtrariorũ eadem eſt ſcientia, quod cõtradictio diuidit uerum & falſum, & ea generis, & ſpeciei, & ea de ſyllogiſticis figuris, & ea de coniugationibus, & ea de propoſitionibus, indicans quod oportet ſpecies proprias & ſeorſum de unoquoque eligere, ſeorſum morales, ſeorſum naturales, ſeorſum etiam rationale.

Ad philoſophiam igitur ſecundum ueritatem de his negociandum, dialectico autem modo ad opinionem.

Cum dixerit de problematibus & propoſitionibus alias eſſe morales, alias naturales, alias uero rationales: addit quod opus eſt Philoſopho ſecundum ueritatem facere inquiſitionem & tractationem de his, nam ſecundum ſingulas ſpecies prædictas gratia inuentionis ueritatis facit talem tractationem in ciuilibus, & moralibus auſcultatoriis de moribus, quare uerè eliget uerè propoſitiones ad electionem, & uerè ad fugam conferentes, & de ueris eligendis. Sed in ſpeculatiuis & naturalibus uera ut uera quæret, & in reſolutoriis & in his de propoſitionibus, & in diuiſione eorum quæ dicuntur multipliciter, & quæcunque talia, faciet logitus electionem de utilibus uere, ſed dialecticus ad opinionem, ut in eadem tractatione, & in rhetoricis & in exterioribus extrinſecis'ue, etenim in illis plurima & de moralibus, & de naturalibus probabiliter dicuntur.

Sumendæ autem ſunt quam maximè uniuerſales propoſitiones omnes, & de, una multæ faciendæ ſunt: ut quod oppoſitorum eadem eſt diſciplina, deinde quod contrariorum, & quod ad aliquid. Eodẽ modo, & ipſæ rurſus diuidẽdæ, quouſq; contingere poteſt diuiſio: ut quod boni & mali, & albi, & nigri, & frigidi & calidi, ſimiliter autem & in aliis. de propoſitionibus igitur ſufficiant prædicta.

Vt abundemus pluribus propoſitionibus & rationibus inquit eſſe utile tentare atque niti, ut accipiamus in electionibus uniuerſales propoſitiones maximè. Nam ſic ab una ſumpta pluribus abundabimus, ut non quia contrariorum una ſcientia, ſed quia oppoſitorum, nã habentes hoc, habemus etiam per idem quod contrariorum, & quod oppoſitorum ſecundum habitum & priuationem & ad aliquid, & contradictionem eſt una ſcientia, ſed horum unaquæq; rurſus diuidemus accipientes ea quæ ſunt ſub unoquoq; ipſorum, ut ea quæ ſunt ſubcontraria, nam boni & mali eadem eſt ſcientia, & albi & nigri idem ſenſus, nam uiſus. Item frigidi & calidi idem, quippe tactus eſt, ſimiliter etiam ſicci & humidi, uerum ſcientiam uocat communius cognitionem, quæ cognitio per ſenſum fit. Item in aliis ſimiliter, & in his quæ ſunt ad aliquid dupli & dimidii eadem ſcientia eſt, & grauioris & leuioris eadem. Item & ſimilium eadem eſt & in habitu & priuatione, cæci & uidentis eadem cognoſcitiua, & ſurdi & audientis. Item in contradictione ſcientis quod hæc affirmatio eſt uera, illud etiam ſcire opus eſt, quod oppoſita eidem ſit falſa, & econtra. Rurſus quod omnis motus eſt mutatio à quo ſumendus eſt, ſed non quia localis motus, nam habentes illud etiam habebimus quod generatio, corruptio, alteratio, auctio, & diminutio ſic ſe habent.

Ipſum autem quotupliciter negotiandum eſt, non ſolum quæcunque dicuntur ſecundum alium modum, ſed & rationes eorum tentandum aſſignare, ut non ſolum, quoniam bonũ alio quidem modo dicitur iuſtitia, & fortitudo, euecticum autem, & ſanatiuum alio, ſed quoniam & illa quidem eo quod ipſa qualia quædam ſunt, hæc autem eo quod effectiua alicuius, & non eo quod qualia quædam illa ſunt, ſimiliter autem & in aliis.

Quatuor ut inſtrumentorum utilium quæ dixit utilia eſſe ad ſyllogiſmos, ſecundum erat poſſe id quod multipliciter dicitur diuidere & cognoſcere, ob quod poſtquam ſuppoſuit quomodo poſſimus abũdare propoſitionibus procedit & tradit quoſdam nobis locos & occaſiones quibus poterimus cognoſcere ſi propoſitio fuerit demõſtratio eorum quæ multipliciter dicuntur, & ſi uno modo dicitur. Sed cum dupliciter dicatur hoc quod multipliciter dicitur, aliud in nominibus quę æquiuoca appellantur, & aliud in orationibus quas cõſueuimus amphibolas ambiguas. ſ. dicere. Nunc quomodo poſſimus in nominibus ipſum duplex cognoſcere, oſtendit. Et ante hæc primum enunciatũ aliquod nobis tradit docendo nos quomodo oportet diuiſionem eorum, quæ multipliciter dicuntur & aſſignationem facere. Non enim ſolum inquit oportere ipſa ſolum inter ſe differentia ſignificata ab eodem afferre dicentes & ſcribentes, quia, aliter uerbi gratia, bonum dicitur de iuſtitia & fortitudine, & aliter de prædicta bona habitudine & ſana. Nam dicuntur etiam hæc bona. Item addentes quod aliqua ut habitus bona dicuntur, & per ſe talia ut uirtutes, nam dixit (qualia) pro hoc bona, quia ſimpliciter ſana ſunt qualia, ſed quædam uelut efficientia alicuius boni, ut bonæ habitudines & ſana. Nam hæc ſunt bona, quia efficientia boni ſunt, ut conſueuit ipſe facere diuiſionem bonorum, ideo & aliqua ut habitus dicta & eo quod qualia ſunt efficiunt habentes bonos. Item ſic dicta bona tanquam efficientia alicuius boni, neque per ſeipſa bona ſunt, neque efficiunt habentes ipſa bonos, ſed habentes bona, uel potentes aliquod bonum facere, ex quo ſignificat, uidelicet quod per ſe bona participantibus ipſis habitus uel diſpoſitionem ingerunt. Nam & ipſæ ut uirtutes habitus ſunt, ſed quæcunque efficientia habentibus ipſa ſolam aptitudinem ad operationem bonorum, quam uirtutem & potentiam dicimus, ingerunt. Nam ſic eſt ſcire planè quod multipliciter dicitur ſi ſecundum propriam rationem differentibus ſignificatis aſſignabimus unumquodq;.

Vtrum autem multipliciter ſpecie dicitur, aut uno modo, per hæc conſiderandum. Primum quidem in contrario perſpiciendum ſi multipliciter dicitur, ſiue ſpecie tantum, ſiue nomine, & ſpecie diſſonet. Quædam enim ſtatim & nominibus alia ſunt, ut acuto in uoce contrarium eſt graue, in magnitudine autem obtuſum Patet igitur, quoniam contrarium acuto multipliciter dicitur. Si autem hoc, & acutum. nam ſecundum utrunque horum aliud erat contrarium. Non enim idem acutum erit obtuſo, & graui contrarium. utrique autem acutum contrarium. Rurſum graui in uoce quidem contrarium acutum, in corpore uero leue. Quare multipliciter graue dicitur, quoniam & contrarium. Similiter autem & pulchro, ei quidem, quod in animali turpe: ei uero, quod eſt in domo, pernicioſum. Quare æquiuocum pulchrum.

Cum dixerit quomodo oportet diuiſionem eorũ, quæ multipliciter dicuntur facere, ad hoc nobis methodum tradere, quomodo hæc cognoſcemus uenit, eo quod utrum multipliciter uel uno modo dicitur. Illud autem, ſpecie, adiecit rationabiliter, nam quando ſpecie & ratione & ipſa diffinitione ſignificata differunt inter ſe, tunc æquiuoca & ambigua, & multipliciter dicta, quia etiam genus & ſpecies multipliciter dicitur, nam de ſimilibus utrunque prædicatur, ſed quia non ea de quibus prædicatur, ſecũdum ſpeciem & rationem communem ſecundũ nomen differunt, ideo non dicentur æquiuoca uel ambigua, neq; genus neque ſpecies, nam æquiuoca ſunt ut in prædicamentis dixit, quorum nomen ſolum commune eſt & ratio ſubſtantiæ ſecundum nomen eſt altera, quam nunc dixit ſpeciem. Quod autem dixit {ſpecie} pro ratione ipſe indicauit per quæ infert, ſiue ſpecie & nomine diſſonet, ſubiungit ergo primo in contrario conſiderandum eſt ſi multipliciter dicitur, occaſiones tradens ab oppoſitis inuentionis & iudicii eorum quæ multipliciter dicuntur, primo quomodo à contrariis poteſt cognoſci aliquid multipliciter dictum oſtendit. Nam oportere inquit ipſum ſi cõtrarium aliquid propoſito & quæſito ſi multipliciter dicatur conſiderare, ſi contrarium ipſi etiam multipliciter dicitur, uel ſolum ſecundum rem uel ſecundum nomen, quibus & pluribus exi

ſtentis

ſtentibus hoc dicitur eſſe. Nam hoc eſt illud ſiue nomine & ſpecie diſſonet, nam dicit ſiue nomine & non ſpecie ſola, nam in quibuſdam ſunt nomina ſtatim contrariorum quo etiam differunt, ut in quibus ipſe apponit. Nam acuto contrarium eſt graue & obtuſum, in uoce quidem graue. in mole obtuſum. Item in ſapore dulce non ſolum ſpecie, ideſt ſubiecta re differentia inter ſe, ſed etiam nominibus, nam aliud nomen graue, & aliud obtuſum, & aliud dulce, & acutum, igitur dicitur multipliciter exiſtens in ambobus uel omnibus contrarium, & erit eius aliud in uoce quod erit contrarium graui, & aliud in mole, quod erit contrarium obtuſo. Illud autem in ſapore quod eſt contrarium dulci, non ſemper idem acutum eſt contrarium graui obtuſo & dulci, Eſt autem unicuiq; horum contrarium acutum, quare ſunt differentia acuta. Sed notandum eſt quod per ea quæ deinceps ſubdit ipſe ſapori acuto contrarium nominat obtuſum. ſimiliter rurſus graui & acutum: & leue contraria ſunt, nam in uoce acutum, in mole uero leue. igitur multipliciter dicitur etiam graue. Similiter etiam honeſtū oſtendetur eſſe de numero eorum, quæ dicuntur multipliciter, quia contrarium eſt ipſi turpe & nequam. Equidem in animali turpe dicitur de forma animalis, nam dicitur animal pulchrum & turpe, & habitatio nequam, quippe quæ non dicitur turpis, uel non pulchra honeſta'ue, ſed nequam. Item qui hoc loco utūtur poſſunt oſtendere etiam timiditatem eſſe de numero eorum quæ multipliciter dicuntur, nam ipſi contraria eſt fortitudo & audacia cū plus ſint & differāt inter ſe, uel non nunc eſt. Non.n. ut in his ſecundum utrunq; erat aliquid totale ab ipſo nomine ſignificatum contrarium, ſic & in his. Nam idem ambobus contrarium, non tamen ſecundum idem, nam in quibus eſt timiditas his etiam ſecundum aliquid eſt contraria fortitudini utilitatiq;, & ſecundum aliquid audaciæ, ſiquidem eſt timiditas malitia in indigentia ea, quæ eſt circa has aliquas paſſiones. Etenim ſecundum hoc malitia & immodeſtia incommenſuratione circa has paſſiones contraria eſt utilitati, & ſecundum hoc quia indigentia circa hæc eſt contraria audaciæ. Nam neque timiditas eſt contraria audaciæ, quatenus malitia eſt circa tales affectiones, quandoquidem per hoc conueniat cum ipſa, neq; utilitati quatenus eſt indigentia ſecundum hæc. non.n. contrarium eſt indigens circa hæc ipſi medio circa eadem, non tamē utrunq; ſeorſum acceptum eſt timiditas. ſed ipſum aggregatum eſt timiditas, ideo compoſitum oſtenderetur, non tamen & multipliciter dictum. Item utilitas cum ſit cōtraria timiditati, & audaciæ, diuerſis exiſtentibus eiſdem cōtraria eſt, quatenus conueniunt inter ſe, nam quatenus incommenſurationes & malitiæ circa has paſſiones utilitas eſt contraria eiſdem, quare ut una ambabus.

In quibuſdam autem nominibus nullo modo diſſonat, ſpecie autem manifeſta in eis ſtatim differentia eſt, ut de claro, & obſcuro. Vox enim clara, & obſcura dicitur. Similiter autem & color. ergo nominibus quidem nihil diſſonant. ſpecie autem manifeſta in eis ſtatim differentia eſt. Non enim ſimiliter & color clarus dicitur, & uox clara. Manifeſtum autem hoc eſt per ſenſum, nam eorum, quæ eadem ſunt ſpecie, idem ſenſus eſt, at clarum quod eſt in uoce, & in colore, non eodem ſenſu iudicamus. Sed hoc quidem uiſu, illud autem auditu. Similiter autem & acutum & obtuſum in ſaporibus, & in magnitudinibus. Sed hoc quidem tactu, illud autem guſtu. Nam neq; hæc diſſonant nominibus, neque in ſeipſis, neq; in contrariis. Obtuſum enim contrarium eſt utriq;.

Equidem manifeſta exiſtente differentia ſecundum res dicens oſtenderetur etiam propoſitum eſſe de eorum quæ dicuntur multipliciter, quia differentibus rebus contrarium, nam albo contrarium eſt nigrum, ſed nigrum aliud in uoce eſt (Nam dicitur nigra uox) aliud autem in colore, quæ cum differant inter ſe ſpecie & ratione, patet etiam quod album erit multipliciter dictum. Nam utriq; nigro proprium aliquod album eſt contrarium, aliud exiſtens in uoce, & aliud in colore. Quod uero aliud ſit nigrū & aliud in colore, oſtendit ſimul etiam methodum docens nos diſcernendi ea, quæ differunt. Nam eorundem ſpecie idem ſenſus. ſi uero hoc fuerit. ſ. ut aliquorum non ſit idem ſenſus, hæc non erunt eadem ſpecie. At non eſt idem ſenſus iudex nigri in uoce & nigri in colore, ſed huius eſt uiſus, illius autem eſt auditus, Si uero quorum differunt partes iudicandi, eadem inter ſe diſcrepant, igitur & hæc inter ſe erunt diuerſa. Item in non contrariis eodem utendum eſt, ſed propoſitum ſui duntaxat eſt oſtendere quod quædam ſint æquiuoca, ut in colore, quia huius uiſus eſt iudex, & huius auditus muſici, ideo eſt color æquiuocum, ſed nihil ſibi eſt contrarium. Vnde erit hic locus ad ianuam uenationemq; eius, quod multipliciter dicitur, ſimilis his quæ iam dicta ſunt. Oſtendetur autem & obtuſum eſſe multipliciter dictum, quia etiam acutum contrarium exiſtens eidem multipliciter dicitur, nam acutum eſt in uoce, & in mole, igitur & obtuſum duplex, aliud in uoce, nam dicitur uox obtuſa, aliud uero in mole. cæterum dicit neq; in ſeipſis, neq; in contrariis, ſed quomodo neque in cōtrariis diſſonent nominibus oſtendit dicendo, nam obtuſum & contrarium utrique, uerum ipſe non accepit in mole, ſed in ſapore.

Amplius ſi huic quidem eſt aliquid contrarium, illi autem ſimpliciter nihil: ut ei, quæ eſt à potu delectationi, ea quæ eſt à ſiti triſtitia, contrarium. Ei autem, quæ eſt ab eo, quod eſt conſiderare, quoniam diameter eſt coſtæ incommenſurabilis, nihil. quare multipliciter delectatio dicitur. & ei quidem quod eſt ſecundum mentem amare, odiſſe contrarium eſt: ei autem, quod eſt ſecundum corporalem actum, nihil, manifeſtum, quoniam amare æquiuocum.

Secundum locum inueniendi id quod multipliciter dicitur à contrariis ipſum exponit, ſi ſignificatorum à propoſito de quo quæſtio eſt, ſiue multipliciter dicitur, ſiue non, huic erit aliquid contrarium, & huic nullum, nam patet quod erit de numero dictorum multipliciter hoc ſignificatum ſecundum differentes naturas, ut in uoluptate, quia huic quidem uoluptati potando eſt contraria triſtitia quæ à ſitiendo ſit. Item huic quæ eſt ab eo conſiderare aliquid eorum in geometria, ut diameter incommenſurabilis lateri, uel aliquid eorum ſecūdum philoſophiam, uel eorum ſecundum aliquam aliam ſcientiam nil eſt contrarium, uoluptas erit de numero dictorum multipliciter. Nam differt ſecundum ſpeciem hoc cui nihil eſt contrarium ab eo quod habet aliquid contrarium. Similiter oſtenderetur etiam ipſum amare exiſtens æquiuocum, quia huic amare corde & animo, contrarium eſt odio habere: & huic corpore actione amare, in qua conſueuimus etiam adamare ipſum accuſare, nihil eſt contrarium. Sic etiam oſtenderetur etiam ſubſtantia æquiuoca, ſi huic ſecundum formam contrarium priuatio, & huic ſecundum materiam nihil. Sed aliquis quæreret nunquid ſecundus iſte locus deſtructiuus ſit illius, quē ante hunc dixit. *Dubitatio.* Nam demonſtrauit quod ſi contrarii multipliciter unum & aliud, ſed ex hoc oſtenditur quod contingit aliquid cōtrarii multipliciter dici, & contrarium eius non dici multipliciter, nā ſi conuertens acceperimus ipſum habere odio, inueniemus contrarium eidem amare multipliciter dictum, tamen ipſum odio habere minimè. Vel non eſt *Solutio.* hic locus deſtructiuus illius, nam in illo accipiebatur ſi cōtrarium propoſito multipliciter, & omnibus illis, hoc contrarium etiam multipliciter. nam dixit acutum utrique eſſe contrarium, ideo multipliciter dicebatur. ſed hic non amplius ſit acceptum omnibus ſignificatis ab eodem contrarium, immo neque ipſi odio habere ipſum contrarium amare multipliciter dicitur, quippe ſit aliqua pars ipſius amandi multipliciter contraria ipſi odio habere, ideo neque locus ille culpandus uituperandusq; erit tanquam non demonſtrans propoſitum.

Preterea in mediis, ſi huic quidem eſt aliquid medium, illi autem nihil. Aut ſi utriſque quidem eſt, non idem autem, ut clari & obſcuri, in coloribus quidem aliquid eſt medium, fuſcum, in uoce autem nihil. Aut ſi forte raucum, quemadmodum quidam dicunt raucam uocem medium eſſe, quare æquiuocum clarum, ſimiliter autem & obſcurum. Inſuper ſi horum quidem plura media, illorum autem unum, ut in claro & obſcuro Nam in coloribus plura media, in uoce autem unum, raucũ.

Equidem duo prædicti loci, à cõtrario in cõtrariũ oſtẽderũt multiplicitee dictũ, ſed iſte tertius cũ ſit à mediis cõtrariorũ ambo cõtraria oſtendit ęquiuoca eſſe. Nam quia contrariorum alia ſunt immediata, alia uero mediata, ut in prædicamentis oſtenſum eſt, & non ſunt eadem mediata cum immediatis, nec quorum media ſunt differentia ipſa ſunt eadem. Sed aſpiciendum eſſe inquit ad poſita cõtraria, & ſi inueniemus ſignificationem ab ipſis, alia eſſe immediata, alia uero mediata, utrinque contrariorum ſumptorum dicemus eſſe æquiuocũ, ut album & nigrum contraria, & ſignificat utrunq; ipſorum album in coloribus, & nigrum & illud in uoce. quod igitue hæc iuter ſe differunt ſpecie, cognoſcemus ex hoc, quia quæ ſunt media inter contraria in colore, non ſunt media inter contraria in uoce, quia erant hæc diuerſa inter ſe uel nihil, uel ſiquidem forte pingue quod aliud eſt à fuſco, & pallido, & aliis quę ſunt media contrariorum in coloribus. Nam uniuerſaliter ſi fuerit horum aliquid contrarium, horum autem non, & ſi fuerint horum plura, & horum unum fuerit, uel prorſus differentia & non eadem æquiuoca erunt contraria talibus differentiis.

Rurſum in eo, quod ſecundum contradictionem eſt, conſiderandum, ſi multiplicitee dicitur, nam & ſi hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur, multipliciter dicetur. ut non uidere multipliciter dicitur, unum quidem non habere uiſum, alterum autem non operari uiſu. Si autem hoc multipliciter dicitur, neceſſarium eſt, & uidere multipliciter dici. Vtriq; enim non uidere opponitur, ut ei quidem, quod eſt non habere uiſum, habere: illi autem, quod eſt non operari uiſu, operari.

Cum tradiderit nobis locos inueniẽdi æquiuoca à contrariis, rurſus à contradictoriis tradit, & inquit, ſi aliquod oppoſitum alicui ſecundum contradictionem multipliciter dicitur, & ipſum multiplicitter dicitur, ut ſi non aſpicere multipliciter dicitue, etiam aſpicere multiplicitter dicetur. Dicitur autem non aſpicere multipliciter. Etenim non habere uiſum ſignificat, & non operari aliquid aſpectu & uiſu, igitue & aſpicere ſignificat habere uiſum, & operari aſpectu, ſed addendum eſt poſitis ſubiectus quidam terminus. Nam ſic erit affirmatio & negatio, ut uero diximus de ipſo aſpicere & non aſpicere, ſic etiam in unoquoq; ſenſu eſt oſtendere affirmationem multipliciter dici, quia etiã negatio ſic, & uniuerſaliter in ipſo ſentiri. Nam dicitue ſentire ab aliquo ſenſili per ſenſitorium & per aliquem intellectum intelligibile, igitur & non ſentire totidem modis dicitur. Hæc etiam in his quæ ſunt ſecundum peiuationem & habitum contraria oſtenditur dici, ut ipſe dicet, hic eſt igitur communis locus oppoſitis contradictorie ad contraria, ſed minime in his conueniunt alii quos tradidit in contrariis locos, nam poſſibile eſt alicui parti affirmationis negationem opponi, neq; adhuc magis poſſibile eſt à mediis, nam contradictoria ſunt oppoſita immediata.

Amplius in his, quæ ſecundum priuationem & habitum dicuntur, perſpiciendũ: nã ſi alterũ multipliciter dicitur, & reliquum, ut ſi ſenſibile multipliciter dicitur, & ſecundum animam & corpus, & inſenſibile multipliciter dicetur, & ſecundum animam, & corpus. Quod autem ſecundum priuationem & habitum opponantur, quæ dicta ſunt, manifeſtum, eo quod nata ſint utrinque ſenſum habere animalia, & ſecundum animam, & ſecundum corpus.

Tranſiuit ad oppoſita ſecundum priuationem & habitum, & dicit etiam in his ſi alterum contrariorum multipliciter diceretur, & alterum multipliciter dicetur, nam ſi ſentire multipliciter, & non ſentire, cum ſit peiuatio eius, multipliciter dicetur, dicitur autem ſentire, & ſecũdum animam, nam intelligere & concipere mente dicitur ſentire, & ſecundum corpus etiam de non intelligente, & de illo quod non eecipit ab aliquo ſenſibili per ſenſitorium dicetur. Quod uero etiam de anima ſentire, & nõ ſentiee, & de corpore ut habitus, & priuatio opponantur, demonſtrauit dicendo animal habere utrunq; dictorum ſenſuum, & illud quod eſt aptum natum aliquid habere, quando aptum eſt habere, tunc non habet, ipſo priuatum eſt. Nam ob id & de pariete inſenſibile non prædicatur. quia non eſt aptum natum ſentire, uel ſi diceretur non uelut priuatiuum, ſi ab illo diceretur, ſed ut negatiuum. Item erit demonſtratiuum hoc apud ipſum huius, quia rationabiliter uſus eſt exemplo oppoſitorum ſecundum priuationẽ, & habitum. ſimul autem per hanc adiectionem indicauit per omnes ſpecies oppoſiti, quia quando ſecundum omnia ſignificata ab altero alterum fuerit oppoſitum eidem, tunc multipliciter dicitue & ipſum, cum qua adiectione ſoluit inſtantiam, quæ de contrariis, uel contra primum locũ, uel ſecundum quod unus alterius eſt deſtructiuus, uiciſſim afferri poteſt, de qua mentionem fecit. Cæterum cum de oppoſitis ſecundum priuationem, & habitum dixerit, minime mentionem fecit de oppoſitis ad aliquid. Nam perſpicuum eſt in illis ex eorum ad aliquid diffinitione, quod ſi alterum ipſorum diceretur multipliciter, & alterum ſic dici, quia his, quæ ſunt ad aliquid, eſſe ad aliquid idem eſt, cum hoc, ſcilicet ſe habere aliquo modo ad aliquid, quocirca quia amabile multipliciter, & amicitia totidem, amicitia dicetur ad amicum, uel amatum. Item manifeſtius eſt, quia ſcientia dupliciter, ſcilicet potentia & actu, ſic etiam ſcibile æqualiter dicetur, eadem quoq; ratio de ſenſu. Itẽ ſi excedens multipliciter. Etenim ſecundum qualitatem, & ſecundum aliquam potentiam, uel habitum, uel actum: ſic etiam exceſſum dicitur totidem modis. Item quia mobile multipliciter. Etenim in qualitate, & quantitate, & in loco: ſic etiam motus multipliciter, Item habitus, & habentis, & inducti, & habile multipliciter dicetur.

Amplius autem in caſibus conſiderandum, nam ſi iuſte multipliciter dicitur, & iuſtum multipliciter dicetur, ſecundum utrunq; enim iuſtorum eſt iuſtum, ut ſi iuſte dicitur, & ſecundum ſui cognitionem iudicare, & ut oportet ſimiliter & iuſtum. Eodem autem modo & ſi ſalubre multipliciter dicitur, hoc quidem ſanitatis effectiuum, illud autem conſeruatiuum, quoddam uero ſignificatiuum, & ſalubriter, uel effectiue, uel conſeruatiue, uel ſignificatiue dicetur. Similiter autem & in aliis, quando ipſum multipliciter dictum fuerit, & caſus ab eo multipliciter dicetur: & ſi caſus, & ipſum.

Caſus dicunt communius etiam qualeſcunq; flexiones, & peobationes, ſed ſic nunc non accipitur, ſed caſus ſunt cognata, & denominatiua, equidem illa inuicem hærere apponiq; uidentur quæ ſunt differentia. Nam cognata dicuntur inter ſe, & ſimilitee ſe habentia ad aliqua, quæ etiam ſecundum proportionem erunt, uelut talia, ſciẽtia & ſenſus, nam horum utrunq; ſimiliter ſe habet ad ea quæ ſunt ſub ipſis, ſimiliter etiam ſenſile & ſcibile. Nam utrunq; ipſorũ ſimiliter ſe habet ad ea, quorum ſunt cognata. dicunt enĩ omnia denominata ab aliquo inter ſe, & cum illo eſſe à quo denominata ſunt, ut à iuſtitia iuſtus denominatus eſt, ſic etiam iuſtum, & iuſte, quæ ſunt inter ſe cognata, & cum ipſa iuſtitia, ſed ſolum denominatiua quæ ab aliquo denominata cum illo dicunt eſſe, à quo denominata ſunt, ſed non inter ſe, neq; illa cum his. Nam grammaticus, grammatica, ſed minimè eſt grammatica cum grammatico. Ca-

ſus

ſus autem hoc propriè ſic propter quædam formata, ut illud grammaticè. Nam caſus eſt hoc huius grammatici. Similiter iuſtè, muſicè, prudenter, & uiriliter, nam hæc caſus ſunt horum iuſtum, uirile, prudens. Eſt ergo aſſignatus locus talis, ſi caſus alicuius fuerit quomodocunq; dictus multipliciter, & ſi ipſum multipliciter, & caſus, ut in iuſto caſus hic iuſte, ſi iuſte multipliciter, & iuſtum multipliciter, & econtra. Dicitur autem ipſum rectè multipliciter, nam quãdo ſecundum ſententiam ſuam iudicans, & illud uideretur ipſi iuſtum enunciare, dicitur iuſte iudicaſſet, ſi non reuera iuſtũ fuerit hoc dicitur iuſte iudicaſſe, & ut oportet iudicãtem. Item legi fidem adhibẽs, & ſi non hoc ueris iuſtum ſic ſe haberet, & iuſtum igitur erit de numero eorum, quæ dicuntur multipliciter, & tondem modis. Nam ſecundum unumquodque horum iuſte, nam ſecundum ſuam ſententiam, & hoc tanquam oportet iuſtum eſſe talem, & ſtatutũ legis, & patet quod locus conuertetur. Etenim ſi ipſum iuſtum multipliciter, & caſus ab ipſo hic iuſte multipliciter dicetur. Rurſus ſani caſus eſt ſane. ſi ergo ſanum multipliciter, & ipſum ſanè multipliciter dicetur, nam ſi ſanum dicitur, aliud quidem ut effectiuum ſanitatis, ceu pharmacum: aliud uero ut conſeruatiuum, uelut diæta, & aliud ut ſignificatiuum, ut color, pulſus, bona reſpiratio. igitur erit etiam hoc ſanè totidem modis, ſcilicet efficienter, ut curare, conſeruatiuè, ut in eo quod ſane diæta utitur, & ſignificatiue, uelut ſanè reſpirare. non tamen amplius eſt neceſſarium, ſi hæc multipliciter dicuntur, etiam ſanitatem, habitum, à qua hæc denominata ſunt multipliciter dici, & inter ſe eſſe, & cum illa cognata. Non enim ſi hoc ſanè multipliciter dicitur. iam & ſanitas. quare non hoc in caſibus iam, & hoc in cognatis, & coordinatis, uerum dicendo, ſi ſanum multipliciter, & caſus ab ipſo multipliciter dicitur, ſi ſanum multipliciter, ſimiliter inquit ſe habebit etiam in alijs. Non.n. ſolum in dictis exemplis, ſi caſus multipliciter, ut dixit à principio aſſignationis loci, ſed econtra, ſi ipſum multipliter, & caſus. Hæc igitur erunt ſic ſe habentia, ut iuſtum, ſanum, muſicum, uirile, caſus autem horum ſunt ſanè, uiriliter, muſicè, iuſtè in utrouis. patet igitur, quod ſi alterum multipliciter demonſtraretur etiam ab ipſo reliquum totidem dici.

Conſideranda autem & genera in his, quæ ſunt ſecundum nomen prædicamentorum ſi eadem ſint nominibus. Nam ſi non eadem, manifeſtum quoniam æquiuocum eſt, quod dicitur. Vt bonum in cibis quidem effectiuum eſt uoluptatis, in medicina autem effectiuum ſanitatis, in anima uero qualem eſſe, ut caſtam, uel fortem, uel iuſtam, ſimiliter autem & in homine. Aliquoties autem & quando, ut in tempore bonum. bonum enim dicitur in tempore. plerunque autem quantum in mediocri, dicitur enim & mediocre bonum, quare æquiuocum bonum. Similiter autem & candidum, in corpore quidem color, in uoce autem bene audibile. Similiter autem & acutum, non enim ſimiliter idem in omnibus dicitur, nam uox acuta quidem uelox, ſicut dicunt, qui ſecundum numeros harmonici ſunt, angulus autem acutus, qui minor eſt recto, gladius uero, qui eſt anguli acuti.

An eadem ſint in omnibus, inquit conſideranda eſſe genera prædicamentorum, ſub quibus ſunt ea quæ ſunt ſub eodem nomine, id eſt prædicamenta. Hæc autem ſunt ſuprema genera. Item inquit conſideranda eſſe prædicamenta prædicantia de ſignificatis ab ipſis nominibus, ſi de omnibus ſignificatis ab ipſo nomine prædicamenta prædicãtur. Nam ſi ſub pluribus prædicamentis fuerint ſignificata ab ipſo, & plura de ipſo prædicarentur, illud erit æquiuocum, ut in bono, nam bonum aliquando quidem uelut facere, ut inquit ſignificaret, nam quædam bona ſunt ut efficientia. Dicuntur enim boni efficiens bonum, ut ſanitatis, uel uoluptatis bonum, & uniuerſaliter utile, nam bonum in cibo pulmento'ue eſt bonum ut efficiens boni, ſed efficiens ſub ipſo prædicamento facere eſt, aliquando etiam quale eſt ut bonum animi. Nam quando efficiemus prædicatum bonum ipſum de anima dicentes ipſum eſſe bonũ, qualitatem ipſum eſſe ſignificamus, ut ſapientem ipſam eſſe iuſtam, uel fortem. Nam præſentia qualitatis qualia dicuntur, quare ſi qualis anima horum præſentia, hæc erunt qualitates. Similiter etiam de homine quando bonum prędicatum faciemus, ipſum eſſe quale ſignificamus ſapientẽ, iuſtum, uirilem, prudentem, Item aliquando bonum ſignificat quando, nam illud quod opportunè, & conuenienti tempore fit, bonum dicitur. Item aliquando bonum ſignificat Quantum, non mediocre & non excedens, neq; indigens erit quantum, quatenus dicitur eſſe tanti aliquid. dicitur aliquod bonum ut ſubſtantia, & deus, & mens. Dicitur etiam ut ad aliquid, nam commenſuratum ſic eſt bonum. Item eſt bonũ in Pati, ut curari, & doceri. Item eſt aliquid boni in ipſo Vbi, ceu bonum in Græcia, præſertim in locis ſanis, & illis qui habent pacẽ, uel quietem. Item erit bonum in ipſo poni, quando alicui utile eſt ſedere ſedet, & alicui recumbere recumbet, ut uerbi gratia, febricitanti. Quia igitur decem genera de bono prædicantur, patet quod æquiuocum bonum ſimiliter oſtendetur, & æquiuocum album. Nam de corpore dictum ſignificat colorem, quod quidem eſt ſub quantitate, ſed illud de uoce ſub ipſo facere, nam alba dicitur uox bene audibilis, & bene audibilis auditum fortiter, & ſtatim alterat. Similiter & acutum oſtẽderetur æquiuocum. Non enim omnia, de quibus prædicatur, ſub idem ſunt genus, nam aliud in uoce acutum ſub Facere, ſiquidem eſt acuta uox celer, nam celer aerem ſecat, & diuidit, taliſq; plaga & uox, nam celer motus eius eſt, nam dicunt harmonici circa numeros, qui ſunt de numero Pythagoreorũ, & maximè circa mathematica exercitati Equidem harmonici circa numeros ſunt, qui faciunt harmonias ſecundum compoſitionem numerorum. nam cuncta reducentes ad numeros & harmonias reduxerunt, hi autem dicunt, quod facta plaga circa aerem, & motu ob ipſam per aerem, ſtrepitus fiunt, quorum ſunt etiam uoces: ſed celeritate motus facti in numerorum tali proportione acutus ſtrepitus. Sed ſit talis motus à forti percuſſione plagæ, quod ſi tardus motus ſit, etiam grauis ſtrepitus perinde, ac ſimul & multo motu aeris facto, magnus etiam & uehemẽs ſtrepitus fiat, ſed quiete pauca, etiam ſtrepitus quietus & paruus. Si ergo illud uelociter mouere aerem eſt facere, & acuta uox in mouendo celeriter aerem talis eſt, igitur erit in ipſo Facere, illud autẽ, in angulo, indicat ipſum ad aliquid. Nam minus eſt in prædicamento ad aliquid, nam minus alicuius minus. dicitur quoq; acutus angulus qui minor eſt recto, ſed acutum in gladio eſt indicatiuum qualitatis, nam figura ſub qualitate, & ſecundum figuram gladius acutus, & illud acuti anguli ſignificat figuram. Si ergo acuti aliud ſub Facere, aliud uero ad aliquid, & aliud ſub Quale, acutum erit æquiuocum.

Conſideranda etiam & genera eorum, quæ ſunt ſub eodem nomine, ſi diuerſa, & non ſubalterna ſint, ut onos, quod & animal, & uas eſt. Diuerſa enim quæ ſecundum nomen, horum ratio eſt. Nam hoc quidem animal quale quid ſignificat, illud uero uas quale quid. Si autem ſubalterna ſunt genera, non neceſſarium diuerſas eſſe rationes, ut corui, animal, & auis genus eſt. Quando enim coruum dicimus auem eſſe, & animal, quale quid dicimus eundem eſſe. quare utraque genera de eodem prædicantur. Similiter autem & quando animal uolatile bipes coruum dicemus, auem dicimus eundem eſſe: & ſic ergo utraque genera de coruo prædicantur, & ratio eorum. In non ſubalternis generibus non accidit hoc, neque enim quando uas dicimus, animal dicimus: neque quando uas, animal.

Adiecit prædicto loco qui eſt à generibus, etiam hunc qui eſt et iam à generibus, non tamen hic eſt in illo, nam ille erat à ſupremis generibus, quæ prædicamenta dicit, iſte

autem uniuerſaliter accipitur,ſi ſignificata ab eodem nomine,& non ſubalterna ſunt ſub differentia genera. Nam ſi ſic ſe habent,erit de numero eorum quæ multipliciter dicuntur,non enim ſolum æquiuoca quæ ſub differentibus prædicamentis ſunt , ſed etiam ipſa ſignificata ab eodem nomine,ſi fuerint ſub uno prædicamento, ſed ſub differentibus generibus , quæ ſunt ſub eodem prædicamento, eorum unumquodq; modo hæc non ſint genera ſubalterna æquiuoca erunt etiam ſic. Nam inquit reſpicienda eſſe genera eorum,quæ ſunt ſub idem nomen.i. in quibus generibus ſignificata ab eodem nomine ſint , & ſi fuerint genera ipſorum diuerſa,& non ſubalterna,putandum eſt nõ æquiuocum talium ſignificatiuum eſſe . nam ſi de quibus nomen uerificatur in pluribus erit generibus ſubalternis,tamen non neceſſe eſt ipſum eſſe de numero eorum quæ dicuntur multipliciter , nam de quo coruus prædicatur nomen, & ſub aue ut genere, & ſub animali eſt,& non fit nomen coruus,ſecundum hoc æquiuocum,nam quando dixit [auem] & animal dixit , & animal uolatile bipes rurſus auis eſt,ideo & ambo genera de eodem prædicitur. Illud tamen aſinus,quia de quibus uerificantur hæc, ut ſunt ſub generibus animal,& uas,& non ſunt ſubalterna . Nam in his commune genus,& unum prædicamentum eſt ſubſtantia,ſed quædam ſunt in proximis generibus ſignificata ab ipſo aſino,& differentia inter ſe , & non ſubalterna , ob id aſinus nomen eſt æquiuocum,nam neq; uas qui dicit, etiã animal dicit,neque qui animal dicit,& uas, quare non ſunt ſubalterna. Et coruus quando non ſolum de animali dictus acciperetur , immo ſub differentibus generibus erit, nam ſub animal genus eſt hoc,& illud ſub inſtrumento.

Aduerte q corax in græco,ut in prædicamẽtis Simplicii tranſlatum, ſignificat inſtrumentum ia tum. & animal,unde caput de æquiuocis.

Conſiderandum autem non ſolum, ſi in propoſito diuerſa ſint genera,& non ſubalterna, ſed in contrario. Si enim contrarium multipliciter dicitur, manifeſtum quoniam & propoſitum.

Quærendum eſſe inquit de propoſito non ſolũ ſi ſignificata ab ipſo diuerſorum ſint generum,& non ſubalternatum,ſed etiam ſi contrarium eſt aliquid propoſito , & in illo idem quærendum eſt ſi ſignificata ſub ipſo ſint diuerſorum generum,& non ſubalterna ſint. nam ſic oſtenderetur illud eſſe de numero eorum , quæ dicuntur multipliciter. Si autem oſtẽderetur illud multipliciter dictum, erit etiam propoſitum oſtenſum,quod æquiuocum eſt nobis propoſitum ſi contrarium alicui multipliciter diceretur , & illud erit de numero eorum,quæ dicuntur multipliciter . Nam ſi erit quæſitum de obtuſo ſi ſit de numero dictorum multipliciter,contrarium eius accipientes acutum,& oſtendentes quod de quibus acutum hæc in differẽtibus generibus ſunt,& non ſubalternis exiſtentibus. Nam aliud in uoce,& aliud in ſapore,& aliud in gladio , & genus ipſius in uoce eſt ſonus ſtrepitusq;, & illius in ſapore eſt ſapor, & tertii figura,nam in gladio genus eſt figura quæcunq; ſint ſubalterna demonſtrabimus,quod etiam obtuſum eſt æquiuocum. Nam obtuſum aliud in uoce,erit etiam in ſtrepitu, & obtuſum in ſapore , & in gladio erit in figura. nam quæ ſunt inter ſe contraria uidentur eſſe in eodem genere.

Vtile autem ad definitionem inſpicere,quæ de compoſito ſit ut candidi corporis & candidæ uocis, nam ſublato proprio, eandem rationem oportet relinqui : hoc autem non accidit in æquiuocis,ut in his,quæ nunc dicta ſunt , nam hoc quidem erit corpus habens talem colorem, illud autem uox bene audibilis. Sublato igitur corpore,& uoce, non idem in utraque relinquitur. At oportet,ſi uniuocum eſſet album , quod in utraque dicitur,eſſe idem.

Hic locus quem tradit talis eſt,quando nomen aliquod de pluribus prædicatum immanifeſtum fuerit,utrum hæc quæ ſub commune nomen ęquiuocè inter ſe dicuntur,uel uniuoce,inquit oportere accipientes unumquodq; horũ, de quibus prædicatur cum communi nomine definire.De inde ex diffinitionibus compoſiti propriam utriuſq; rationem appoſitorum in commune nomen auferentes oportet uidere relictam rationem,ſi eadem eſt in ambobus , nã ſi eadem,non erit æquiuocum quæſitum,ſi uero non eadẽ, erit æquiuocum,Cenſuit uero accipiendam eſſe aggregati definitionem pro hoc proprium unicuiq; horum quibus ineſt multipliciter dictum accipi,ut homo de maſculo & fœmina prædicatur. Quærentes igitur ſi æquiuoce de his homo prædicetur accipiamus utriuſq; ipſorum diffinitionem cum homine,uidelicet de homine maſculo,& fœmina.Eſt ſanè huius diffinitio,animal pedeſtre bipes, quod poteſt in alio generare,ſed fœminæ eſt,animal pedeſtre bipes,in quo alterum generari aptum eſt . Vnde ſi abſtulerimus ab ipſis propria maſculini,& fœminini.ſ.illud in alio generare poſſe,& illud in quo aliud generare poteſt , tum relictum ſit animal pedeſtre bipes in utriſq; idem eſt , ſed hoc erat hominis ratio, & ſic ratio ſit homo de numero eorum,quæ multipliciter dicuntur . Nam una communis ratio uidetur eſſe, tamen ſi ſublatis compoſitis rationibus propriis propoſitis,& relictum non erit idem ſit commune multipliciter dictum. Nam album prædicatur quidem de corpore,& prædicatur de uoce,ſi ergo nobis aſſignantibus diffinitionem albi corporis , & albæ uocis , poſt ablationem rationis , quæ eſt propria corpori & uoci, & relicta ratio , quæ eſt albi ratio eadem erit in utriſq;, album erit æquiuocum . igitur ratio albi corporis eſt magnitudo trifariam dimenſa habens colorem diſgregatiuum uiſus , ſed uocis albæ ratio eſt : quod ſit ſonus animati factus per partes uocales bene audibilis per impetum,& motum,à quibus rationibus , ſi abſtulerimus hoc, ſcilicet quod ſit ſonus ſtrepitus'ue animati factus per uocales partes,bene audibilis per motum , quod eſt proprium uoci,& magnitudinem trifariam diuiſilem , quæ ratio eſt indicatiua corporis , relicta ſiunt unum habens colorem diſgregatiuum uiſus , & unum bene audibile , quæ ſunt albi in utriſque indicatiua, quia non eadem ſunt , ideo album erit æquiuocum.

Sæpe autem & in ipſis definitionibus latet aſſequens æquiuocum,quapropter & in definitione conſiderandum:ut ſi quis ſignificatiuum,uel effectiuum ſanitatis,quod mediocriter ſe habet ad ſanitatem,dicat eſſe,non refutandum. Sed inſpiciendum, quid mediocriter quidem ſecundum utrunque dixit , ut ſi hoc quidem tale ſignificat,ut facere ſanitatem: illud autem tale , ut ſignificare,qualis quidem ſit habitus.

Inquit ſæpe in eiſdem rationibus, & diffinitionibus acceptis,uel compoſitorum, uel uniuerſaliter horum , quæ quærimus ſi multipliciter dicitur. latet aſſequens æquiuocatio tanquam nondum perſpicuum ſit propoſitũ , quod eſt de numero eorum,quæ multipliciter dicuntur, ideo neque oportet dimittere,ſed rurſus quærere,& omnis rationis in diffinitione facere proprium . Nam ſi ipſorum differentia inter ſe inuenietur,ut ſi quis cum ſanum dicitur, etiã ut effectiuum,& ut ſignificatiuum , uolens prædicto loco ut definiret compoſita,tunc ut effectiuum ſanũ,& ut ſignificatiuũ ſanum,& huius aſſignaret rationem, quod eſt habens ſe commenſurate ad ſanitatem facere , & huius diffinitio eſt,quod ſe habeat ad ſignificandum ſanitatem commenſurate. Nam in rationibus his ſublatis propriis,illud.ſ. ad ſanitatem efficere,quod erat effectiuu,& hoc ad ſanitatem ſignificandum, quod erat rurſus ut ſignum ſanitatis, proprium relictum in eiſdem idem eſt ipſum ſe habere cõmenſurate quod erat ratio ſani,ideo ſanum non uideretur eſſe æquiuocum,ſed uniuocum , ſiquidem eius eſt una , & eadem ratio.Oportet igitur ut inquit rurſus & ipſum commenſurate ſe habere ſecundum utrunque quid ſignificat quærere. Nam ſic inuenietur æquiuocatio ſani,nam ſignificat in effectiuo quantum,nam ſecundum quantum ſit cõmenſuratum factiuum ſanitatis,nam in tanta commenſuratione ut factiuum eſt ſanum,ſed ut ſignum non amplius ſignificat tantum,ſed tale eſſe,perinde ac ſignificet habitum quod talis,quare ſignificatorum à commẽſurato ſumptis

diffi

diffinitionibus cum commenſurati diffinitione, & propriis his diffinitionibus ſublatis, non relicta eſt commenſurate diffinitio. Si ergo tantum & tale differunt, & ſanum æquiuocũ. Sic inueniretur etiam quod motus eſt æquiuocus, quanquam uideatur unam rationem habere. Nam dicitur actus eſſe mobilis, qua tale, ſed nec mobile ſecundum omnem motum idem, ſed aliud, ſecundum quas mutabile in ſubſtantiam, ſecundum quem etiam mobile in qualitate, ſecundum quæ etiam mobile ſecundum quantum, actus ſimiliter. Nam alia eſt perfectio differentium ſecundum ſpeciem, nam illud potentia ſecundum unumquodq; mobile dicitur aliud eſt ſpecie, ideo & actus, & entelechia ſimiliter ſe habet. Nam alius eſt corruptio, alius alteratio, alius auctio, alius uero diminutio, alius uero generatio. æquiuocus igitur eſt motus.

Adhuc, ſi non comparabilia ſunt ſecundum magis & minus, uel ſimiliter, ut clara uox, clara ueſtis, & acutus ſapor, & acuta uox. Hæc enim nec ſimiliter dicuntur clara, uel acuta, neque magis alterum, quare æquiuocum clarum & acutum. nam uniuocum omne comparabile, aut enim ſimiliter dicetur, aut magis alterum.

Et hunc locum ad perceptionem, & inuentionem dictorum multipliciter tradit à comparatione, nam cum omnia quæ ſpecie, & diffinitione conueniunt, ſint comparabilia inter ſe, & comparatiua, nam cuncta, quę aliquo eodem participant, uel ſimiliter eodem participant, & ſunt comparabilia ſecundum ſimile, ut omnes circuli ſimiliter inter ſe ſunt circuli, qui diffinitionem circuli recipiũt. Similiter etiã homines, & uniuerſaliter in quibus nõ eſt magis, & minus hæc ſimiliter communi participant, & ſecundum ſimile ſunt comparabilia, ſed in quibus eſt etiam magis poteſt etiam horum fieri comparatio, tum ſecundum ſimile, tum etiam ſecũdum magis & minus, ut in albo. Nam quæ ſunt albo ut colore participantia prorſus; uel ſimiliter ipſo participant, uel hoc magis, & hoc minus, & ea ſimiliter quæ eodem participant, ſecundum magis, & minus comparatiua ſunt. Si ergo participantia eodem comparatiua ſunt, patet ꝙ non comparatiua non participarent eodem. inquit igitur oportere ad ſignificata ſub uno quodam nomine, ſi ſecundum ſignificatum ab ipſo nomine ſecundum unumquodq; ipſorum non ſunt comparabilia, nam ſi non erunt, æquiuocum erit nomen, quod commune hæc habẽtia non ſunt inter ſe ſecundum idem comparabilia, ut album de uoce, & ueſte prædicatur, ſed uox & pallium non ſunt comparabilia inter ſe, ſecundum album. Nam nullus quæreret utrum magis alba ueſtis, quàm uox, ut quærit de niue & gypſo, neque .n. ſimiliter, neque hoc quidem magis quàm ipſa, & hoc minus eſt tale, ideo non huius ſignificatium in utroq; ipſorum exiſtens album æquiuocum erit, ſed illud de gypſo & niue minimè erit æquiuocum. Rurſus acutũ prædicetur de ſapore, & uoce. Et hæc non ſunt cõparabilia ſecundũ acutum, quare acutum æquiuocum.

Quoniam autem diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſpecie ſunt & differentiæ, ut animalis, & ſcientiæ (diuerſæ enimborum differentiæ) conſiderandum, ſi quæ ſub eodem ſunt nomine, diuerſorum generum, & non ſubalternorum diuerſæ differentiæ ſint, ut acutum uocis, & magnitudinis, differt enim uox à uoce, eo quod acuta ſit. Similiter & magnitudo à magnitudine. Quare æquiuocum acutum, diuerſorum enim generum, & non ſubalternorum diuerſæ differentiæ ſunt.

Quia in prædicamentis dixit, ꝙ diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ, ab his etiam locum quendam nobis tradit ad inuentionem eorum, quæ multipliciter dicũtur. Nam ſi aliquod nomen de pluribus prædicatur, quando differentiæ ſumit differentium generum, & non ſubalternatim exiſtentium, æquiuocum erit nomen hæc ſignificans, nam eo ꝙ differunt hæc genera, hæ differentia erunt diuerſa inter ſe ſpecie quia diuerſorum generum, & non ſubalternatim ordinatorum diuerſæ ſunt differentiæ ſpecie, ob id acutum eſt æquiuocum, quia acutum & uocis eſt differentia, & molis quæ ſunt diuerſa genera, & non ſubalternatim poſita.

Dubitatio.

Quæreret aliquis quomodo dictum ſit uerum de omnibus. Nam bipes uidetur etiam animalis pedeſtris, & animalis uolatilis differentia eſſe diuerſorum generum, & non ſubalternatim exiſtentium, & non eſt æquiuocum. Vel oportet in his generibus uti propoſito, ſi diuerſa ſint inter ſe, & non unum ſub alio poſitum, ut ipſe in aliquibus rationem faciebat. nam animal & ſcientia, uox, & moles ſic diuerſa ſunt. At prædicta & ſi non ſubalterna ſint, tamen ſub uno communi genere animali ſunt, ideo differentia ipſa bipes, ut utriſq; horum eſt differentia, ſic etiam animalis erit differentia, quæ cum ſit in genere, ipſa erit ſecundum ſpeciem differentia.

Solutio.

Rurſum ſi eorundem, quæ ſunt ſub eodem nomine, diuerſæ differentiæ ſunt, ut coloris, qui eſt in corporibus & in melodiis, nam eius, qui eſt in corporibus, congregatiuum, & diſgregatiuum uiſus: eius uero, qui in melodiis, non eædem differentiæ. quare æquiuocum color. nam eorundem eædem differentiæ.

Cum oſtenderit nomen differentiarum eſſe de numero multipliciter dictorum, quia erant ſignificata ab eodem differentiæ diuerſorum generum, rurſus oſtendit nomen generum eſſe de numero multipliciter dictorum, ſi fuerint diuerſæ differentiæ ſignificatorum ab eodem, nam ſignificata ab aliquo nomine diuerſorum generum, & non ſubalternatim ordinatorum non ſolum ſi fuerint differentiæ, erit dicendum nomen eſſe æquiuocum, ꝙ hæc ſignificat, ſed etiam ſi eorundem ſignificatorum generum ab aliquo nomine diuerſæ fuerint differẽtiæ, etiam nomen hæc ſignificans inquit uocandum eſſe æquiuocum, & merito. nam ſi diuerſorum generum diuerſæ differentiæ, & quorum diuerſæ differentiæ, hæc ſunt diuerſa. Nam colorem ſignificat & illud in corporibus ut album & nigrum, & horum intermedia etiam ſignificat colorem in cantilenis, nam aliquis dicitur ſecundum muſicem color, nam tres partes melodiæ eſſe harmonici inquiunt .ſ. harmoniam colorem duorum tonorum, quorum coloris differentias dicunt quas propriè colores uocant, & illam coloris mollis. Item illã ſexquialteræ. Item illam toni coloris, quia igitur ſunt aliæ differentiæ coloris in corporibus, ut congregatiuum, & diſgregatiuum uiſus, & aliæ illius in melodiis, nam ſemitonium, & primus ictus ſoni, uel uocis, & molle eſt æquiuocum eſt album, nam ſi eſſet unum aliquid ſignificatum ab ipſo, non haberet differentias ſpecie differentes, nam eorundem eædem differentiæ.

Amplius quoniam ſpecies nullius eſt differentia, inſpicere oportet, ſi eorum, quæ ſub eodem ſunt nomine hoc quidem ſpecies eſt, illud autem differentia: ut clarum, quod in corpore quidem, ſpecies coloris, quod autem in uoce differentia. differt enim uox à uoce, eo quod clara ſit.

Inquit etiam hoc conſiderandum eſſe, ſi ſignificatorum ab eodem nomine aliud ſit alicuius ſpecies, & aliud differentia, nam ſi fuerit aliquid ſignificans talia, æquiuocum erit, quia ſpecies alicuius non poteſt eſſe differentia alicuius. Nam effectiuum ſpeciei eſt differentia, & ipſa eſt facta ab ipſa. Item aliud prædicatur in quid ut ſpecies, & aliud in quale, ut ſpecies, quandoquidem eſt genus, ſed differentia eſt generis, ſed non eſt genus. Item ſpecies ſunt in quas genera diuiduntur. Et differentiæ ſecundum quas diuiduntur, uel ſecundum quas ſpecies differunt inter ſe, illud .ſ. album per hoc eſt æquiuocum, quia hæc aliqua ſpecies eſt de numero ſignificatorum ab eodem. Nam album in colore eſt ſpecies coloris, & aliud differentia, nam in uoce al

bum non eſt ſpecies uocis, ſed differentia, nam differt uox à uoce, eo quod eſt alba, nel non.

De eo igitur, quod multipliciter dicitur, per hæc & huiuſmodi perſpiciendum.

Cum tradiderit principaliſſima loca, ꝑ quæ aliquis noſceret ea q̇ multipliciter, & æquiuoce dicuntur, q̄a poſſunt etiam nonnulli modi præter dictos inueniri ipſius inuentionis eorum quæ multipliciter dicuntur, ob id dixit (per hæc & huiuſmodi) Nã poteſt aliquis cognoſcere aliquid æquiuoce dictum etiam ex ſignificatis ab eodem, quorum aliud eſt ſpecies, & aliud indiuiduum, ut hom o. Nam erat etiam proprium nomen Olympici pugilis, de quo mentionem fecit in Ethicis, ſimiliter etiam Coruus nomen nõ ſpeciem auis ſolum ſignificauit, ſed etiam rhetorem. Item ſi etiam aliquod commune nomẽ etiam ſignificaret aliquid eorum quæ ſunt ſub communi ſpecie, æquiuocũ & illud, & proprium eſſet. Etenim commune, quod etiam de communi diffinitione prædicatur, & de ſic propcio dicto ſignificat etiam illud contradiuiſum generi ex communi proprio. Item iuſtitia ſignificans contra uirtutem, & diſtinctã illam contra alias uirtutes, æquiuoca eſt. Similiter etiam nigrum. etenim diuiſum contra album color niger uocatur, & propriè appellatur, quo ſcribimus, & pingimus. Item erit etiam ab his quæ ſunt ad aliquid acceptum id, quod multipliciter dicitur, de quo mentionem non fecit, tanquã id compertum ſit. Item ſi à differentibus ſenſibus ſignificat ab aliquo diſcernatur hoc, erit etiam, æquiuocum, ut dicimus de colore, nã id quod eſt à uiſu eſt aliud ab eo quod eſt auditus, uel hoc meminit cum dixit (& huiuſmodi)

Differentias autem in ipſis generibus ad ſeinuicem perſpiciendum, ut quo differt iuſtitia à fortitudine, & prudentia à temperantia. hæc enim ex eodem genere ſunt, ex uirtute. Ex alio in aliud, ut in iis, quæ non nimium differunt, ut in quo differt ſenſus à ſcientia. Nam in iis, quæ multum differunt, manifeſtæ omnino ſunt differentiæ.

Tertia ſpecies erat inſtrumentorum quæ poſita erãt ad eligendam abundantiam dialecticarum rationum, ipſa cognitio differentiarum in ſingulis, de qua nunc ſermonem facit. Vtilis autem erit differentiarum cognitio, ut dicet, ad problemata de eodem, nam potentes cognoſcere differentias propoſitorum, oſtenderemus quod non eadem opinio, & ſcientia, neq; ſenſus, & ſcientia, neq; temperantia & prudentia, ſed quod uirtus etiam non ars eſt. Item utilis eſt ad diuiſiones generum in ſpecies, nam inuentio differentiarum quæ ſunt in eodem genere, eſt abundantia diuiſionis ipſarum in ſpecies. Item utilis ad inſtantias inductionum. Nam ſi ſciuerimus quo differat acceptum, ſi inſtare poſſumus inducenti tanquam non ſimilia accipienti. Item ad inſtantias quæ afferuntur contra opinionem alicuius Philoſophi naturalis, ut quod ens unum, ut uidebatur Parmenidi, & Meliſſo. Nam potentes contueri, & perſpicere differentias eorum quæ adducuntur, tolleremus hanc opinionem. Vtilis autem eſt differentiarum cognitio, & ad cognitionem moralium uirtutum, utrum ſint plures inter ſe ſpecies differentes, uel unus habitus omnium totalis. Item ad diffinitiones, ſiquidem diffinitio ex genere, & ex differentia conſtat. Dicet autem ipſe etiam utilitatem uniuſcuiuſq; prædicti inſtrumenti, ut prædicebam. Sed dicendo de differentiis locos quidem non tradit, per quos eas cognoſcemus, ut tradidit de propoſitionibus, & diuiſione æquiuocorum, ſed in quibus ſunt quærendæ differentiæ, etiam ponit circa quæ exercitandum nobis eſt ad facillimam perceptionem uniuſcuiuſq; differentiæ. Nam inquit differentias inquirendas eſſe non ab his quæ eminus diſtant, nam plana eſt differentia horum ſic diuerſorum inter ſe. Neq; enim quærendum eſt, quo aliquis homo differt à ligno, ſed quærendæ ſunt in his quæ ſunt cognata, & proxima inter ſe, circa quæ etiam aliquis error poteſt contingere exiſtimans aliquod quod ipſa ſint eadem, ut in his quæ ſub idem genus. Nam eorum quæ ſic prope non ſunt, perſpicuæ differentiæ inter ſe, nam idem eſt in ipſis generibus, nam pro hoc in his quæ ſub idem genus, & ſunt horum differentiæ propriè accceptæ differentiæ, ſunt etiam eorũ quæ non ſunt in eodem genere, non tamen hæc multum diſtant inter ſe, & pene exiſtimaret in eiſdem ſecundum aliquid differentias indagare. Vel enim in homogeniis, uel in eiſdem ſecundum proportionem. Non enim facile quæ uidentur eadem inter ſe eſſe ſeparantur differentiis. Vnde oportet exercitatos in difficilioribus facere exercitia, Nam facilis eſt à difficilioribus in faciliora progreſſus, ut ſi quis quæreret quo fortuna à caſu differt, & quo motus generationis à corruptione, & quo temperantia à prudentia, & intẽperantia ab ipſa incontinentia, & feritas, ut ita dixerim, à malitia, & proprium à diffinitione. Sed exemplo homogeneorum ipſe uſus eſt ipſa iuſtitia, & fortitudine uirilitate, ut tanquam exiſtentibus ſub uno genere. ſ. uirtute. Nam quo differt iuſtitia à uirilitate, ſimiliter etiam unaquæq; uirtus ab aliis, ut quod aliter uirilitas mediocritas, & aliter iuſtitia, nam una eſt duarum malarum. ſ. audacia, & timiditas: alia uero abundantia & egeſtas, ex quibus iniuria. nam in his eſt eſſe iniuriæ, & circa alia quidem uirilitas, nam circa periculorum ſuſtinentiam, ſic iuſtitia circa alia. Nam circa æquale in diſtribuendo, & in commerciis commutationibuſq;, ſed diſſimilium generum non multo diſtantium ſenſu, & ſcientia quæ ſunt diuerſa genere inter ſe. Nam ſcientia opinio genus, & ſenſus non opinio eſt, tanquam ſecundum ſimilitudinem ſunt hæc. Vt enim ſenſus ad ſenſibilia, ac ſcientia ad ſcibilia, & ambo iudicatiua ſunt. porrò quidam ob ſimilitudinem ipſorum ſcientiam, & ſenſum idem eſſe dixerunt, ſed differiũ inter ſe. Nam ſenſus etiam circa contingentia aliter ſe habet, ſed ſcientia nullius & cõtingentis, & ſcientia eſt indagatrix ſubſtantiæ omnium ſcibilium, ſed ſenſus nullius ſubſtantiæ ſenſibilium eſt perceptiuus. Item ſenſus nobis à principio ineſt, ſed ſcientia aduenit. Item ſenſus communis etiam aliis animalibus, ſed ſcientia eſt peculiaris hominibus, uel prorſus rationalibus. Item ſenſu natura ineſt, ſcientia uero doctrina, & ſenſu ſit habitus, & producit actiones, nam uidentes ſcimus habitus ſecundum ſcientias, quas per actiones poſſidemus: nã agentes ſecundum grammaticem, euadimus grammatici, & ſenſu ſublato, una etiam tollitur animal. nam fieri nõ poteſt eſſe animal ſine tactu, ſed ſcientia ſublata non tolleret habentem ipſum. Item poſſibile eſt, ut qui amiſerint ſcientias denuo recuperent, ſed ſenſus ubi primum amittitur, nequit recuperari. Item ſenſus ſine ratione & ſcientia in ipſa habet eſſe. Item ſenſus eſt punctum tantum, ſcientia autem præteritorum, præſentium, & futurorum. Item ſcientiæ ſenſus quidem eſt principium, ſed ſcientia non eſt ſenſus initium, nam ex ſenſu memoria fit, & ex memocia experientia, quæ eſt ſcientiæ principium. Videtur autem neceſſe communiorem differentiam dicere qua aliud ab alio differt, non ſolum hanc, ſecundum quam diuiſio generum in ſpecies fit, non enim ſi differentias diſſimilium generum putabat quærendas eſſe.

Similitudinem autem conſiderandum in his, quæ ſunt in diuerſis generibus, ut ſicut alterum ad alterum quid, ſic aliud ad aliud, ut ſicut ſcientia ad ſcibile, ſic ſenſus ad ſenſibile. Et ut alterum in altero aliquo, ſic aliud in alio: ut quemadmodum uiſus in oculo, mens in anima, & ut tranquillitas in mari, ſerenitas in aere, utrunque enim quies. Maximè autem in his, quæ multum diſtant, exerceri oportet, facile enim in reliquis poterimus ſimilia inſpicere. Conſiderandum autem & ea, quæ ſub eodem ſunt genere, ſiquid ineſt omnibus idem, ut homini, & equo, & cani: nam ſi ineſt aliquid eis idem, in eo ſunt ſimilia.

Hoc adhuc relinquebatur eorum quæ propoſita fuerũt quatuor inſtrumenta ab ipſo, tanquam utilia ad inuentionem, & abundantiam dialecticarum rationum ſimilis cognitio. Econtra autem inquit oportere iantam uenationemq; ſimilis facere illius præſertim, quæ eſt differentium,

nam

nam differentias quæ ſunt in ſimilibus putauit periclitandum eſſe, ut cognoſcamus, nam hoc difficilius eſt in ipſis, & de ipſis ambiguitas, ſi differunt, uel ne, ut quo differunt palumbi à columbo, & quo canis à lupo, & quo inſolentia ab intemperantia, uel prudentia à temperantia, liberalitas à magnificentia, nam planè diſtantia omnibus apertas habent inter ſe differentias. Item ſimilitudinem rurſus difficilius illam præſertim uidere, quæ eſt in multis diſtãtibus. Nõ enim quærit aliquis, ſi ouum ouo ſimile, uel mulus aſino, uel Caſtor Polluci, ſed ſi Achilles Therſitæ, & ſi homo equo, ſi ſenſus ſcientię. Oportet igitur inquit exerceri circa cognitionem ſimilis in his quæ plurimum diſtant, & ſecundum genus differunt, & hoc dictũ eſt in ambobus ſimile dicto rhetoricorum, qui dicunt cõmunia proprie, & propria cõmuniter dicenda eſſe, nam qui cenſet cõmunia proprie dicenda eſſe, putaret in homogeneis, & communibus inuenire aliquas differentias. qui autem putat propria cõmuniter, rurſus putaret in differentibus ſimilitudines accipiẽdas eſſe. Et dupliciter inquit inquirẽdam eſſe ſimilitudinem in differentibus generibus, uel enim nos oportet accipientes aliquod habens habitudinem ad aliqua homogenea inter ſe quærere qd ſit, et cur, ſi ad alia quædã homogenea inter ſe, & diſſimilia genere prædictis ſe habent. nam ſi inuenirẽtur, hęc ſimilia erunt ſecundum ſimilitudinẽ inter ſe cũ ſint in diuerſis generibus, ut quia ſcientia ad ſcientiam ſic ſe habet tanq̃ ſit oppoſitorum cognoſcens, quærit cur aliquid aliud ſi homogeneũ eſt ſcientiæ, quod ſic ſe hẽt ad ipſum ſub eo, uelut ſcientia ad ſcibilia, nam inuentum erit poſito ſecum ſimilitudinem ſimile. Quia igitur ſenſus & ipſe ſic ſe habet ad ſenſilia, ut ſcientia ad ſcibilia, ſenſus & ſcientia ſimilis erit. Quod uero ſcientia & ſenſus ſint diuerſa genera; patet ex hoc, quod aliæ ſunt ſcientiæ ſpecies, & alię ſenſus. Sed oſtendatur ẽt in his quæ ſunt ſub diuerſis generibus, quatenus quidẽ ſenſus ſub his quæ ſunt natura, & ſcientia nõ natura, ſed doctrina. Rurſus quia ut mens, ad ſciẽtiam, nã principium, ſic ſenſus ad opinionẽ, igitur ſenſus & mens ſimilia ſunt, & quia ut iucundum ad uoluptatẽ, nã effectiuũ uoluptatis eſt iucundum, ſic conferens ad bonum, igitur ſimilia ſunt iucundum, & conferens. Et talis eſt ſimilitudinis indagatio, & uenatio ſecundũ habitudinem ad aliquid in differentibus generibus. Itẽ aliã ſubdit occaſionẽ quæſtionis inquiſitioniſq́, ſimilis in differentibus generibus, ſi accipientes aliquod genus exiſtens in aliquo quæreremus, cũ ſic aliud in alio genere eſt, ut quia tanq̃ aſpectus in oculo, ſic mens in anima, nam in utroq; ut principaliſſimũ eorũ quæ ſunt in his ſimilia ſunt, ſecundum hoc mens & uiſus: Rurſus ſi ut uirtus in anima, ſic ſanitas in corpore, nã perfectiones ſuppoſitorum in eiſdem ſimilis uirtus, & ſanitas; & quia ut tranquillitas in mari, ſic ſerenitas in aere, nã quies ſuppoſitorum eſt, ſimiles ſunt tranquillitas, igitur & ſerenitas, ſic ẽt iuſtitia eſt pulchro ſimilis, nam utrunque horũ in æqualitate, ſecundũ ſimilitudinẽ eſt. Equidem pulchritudo partium & membrorũ corporis eſt, & iuſtitia eſt in diſtribuendis & cõmutandis, igitur hæc ſimilitudo eſt in differentibus generibus, ſecundũ ſimilitudinem ſic inuenitur. Dicit autem ſic oportere, & in homogeniis interſe, & diſſimilibus genere quid ineſt omnibus idẽ quærere, nam cõmuniter hoc dabatur ut aliqua diſſimilia ſpecie ſint ſimilia, ſed quomodo uenationem dicit. Si enim aliquibus in eodem genere exiſtentibus, & ſecundum ſpeciẽ differentibus inter ſe aliquod idem ineſt, hæc ſimilia ſecundum hoc erunt, nam homini, & equo, & cani pedeſtre cõmune eſt; ideo hæc ſimilia ſunt ſecundum hoc. Itẽ commune eſt homini, & coruo, & piſci ſenſitiuum, ut piſcibus qui habent branchias, & decriſis uolatilium non habere pulmonem. Item boui, coruo, & pecudi, & oui non eſſe utrinque dentatum. Rurſus in arboribus platano, & uiti, & ficui, cõmune eſt eſſe leuium foliorum, & lan folii, ideo folia fluunt. Item oliua, laurus, & myrtus, habent commune folium anguſtum, ideo dicuntur habere ſemper folia.

Vtile autem ipſum quidem, quod quotupliciter dicitur conſideraſſe ad diluciditatem. Maxime enim quis ſciet quid ponatur, manifeſto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri ſecundum rem eandem, & non ad nomen ſyllogiſmos.

Cum dixerit de unoquoque quatuor, quæ inſtrumenta eſſe dixit abundantiæ dialecticarum rationum, & ſyllogiſmorum, conſequenter quid unumquodque ipſorũ conferat ad ipſos, & ſecundum quid inſtrumenta dicuntur oſtendit, & ab electione propoſitionum, & apparatu factam utilitatem ad ſyllogiſmorum abundantiam, ut notum omiſit dicere, nam materia & partes ſyllogiſmorum ſunt propoſitiones, nam ex propoſitionibus ſyllogiſmi, & patet quod horum abundantia, & paratus præbebunt nobis abundantiam ſyllogiſmorũ. Sed ad quid utile aliorum unũquodq; dicit, & primum de diuiſione eorum, quæ multipliciter dicuntur facit ſermonẽ, & inquit ipſum eſſe utile ad manifeſtum, nã manifeſtum ſit poſitũ definitũ, ad quod oportet rationes facere, & manifeſtatio poſiti utilis eſt ad ſyllogiſmos qui ſunt ad ipſum. nam aliquis facile propriis ad propoſitum abundabit rationibus ſciendo planè quid, & non fuerit ſeductus à duplicitate. Vniuerſaliter aũt manifeſtatio utilis eſt etiam ad probationem, & cõfutationẽ aliquorum. Porrò non diuidi ens quot modis dicitur cum Parmenides, & Meliſſus facit, ut nunc ſit immanifeſta opinio ipſorum de hoc an ens ſit unum. Illud autem magis ſi quis ſciret quod ponit, dictum eſt de reſpondente, & concedente propoſitiones.

Si enim immanifeſtum ſit quotupliciter dicitur, contingit non ad idẽ ẽt qui reſpondet, et qui interrogat, ferre intellectũ.

Exponit ſecundam utilitatem diuiſionis eorũ, quæ multipliciter dicuntur, illa. ſ. ad ipſam poſitam rẽ, & ad ipſum, & de eodẽ fieri ſyllogiſmos, & rationes, & non ad nomẽ, & dictionem. nam ſophiſtica ratio ad nomen, & dictionẽ eſt, ſed non dialectica, non tamen ſi immanifeſtum quotupliciter dicitur propoſitũ contingit interrogantẽ ad aliud, & ad aliud ſignificatorũ reſpondentẽ intellectũ ferre, quæ ſunt ab eodem nomine ſignificata. Sic ẽt & ad nomẽ rationes, ſed nõ de re fiunt, ſed cũ definitũ fuerit, ſecundũ quod ſignificatum à dictione ponit, tunc id reſpondens ponit.

Manifeſtato autem quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus uidebitur interrogans eſſe, ſi nõ ad hoc ſermonem faciat. Vtile etiam ut non falſa ratione decipiamur, ſed decipiamus potius. nam ſcientes quotupliciter dicitur, non hallucinamur, ſed ſciemus, ſi non ad idem ſermonem faciat is, qui interrogat. Et ipſi interrogantes poterimus apparenti ratiocinatione fallere, niſi is, qui reſpõdet, agnoſcat quotupliciter dicatur. Hoc aũt non in omnibus ſemper poſſibile eſt, ſed quãdo fuerint eorũ, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem uera, alia autem falſa. eſt autem propriæ non conueniens modus hic dialecticæ: quare omnino uitanda dialecticis huiuſmodi ad nomen diſputatio, niſi quis aliter non poſſit de propoſito diſſerere.

Item ridiculum eſt interrogantẽ ad aliquid aliud ſignificatorum ab eodem nomine, & non ad poſitum facere rationem, & interrogationes, nã ſimpliciter poſito hoc, ſcientiam non ſeparari ab anima, aliquis poteſt arguendo ſic ratiocinari, quod omnis anima, quam habet ſcientiam ſemper habet, nam ſi inſeparabilis, & ſcientia ab anima, & inſeparabile eſt inſeparabilis, igitur & anima inſeparabilis, ſi fuerit inſeparabilis a ſcientia, ſi hoc uerum eſt igitur ſemper erit ei connaturalis ſcientia. Vnde definito ipſo inſeparabili, quia alia ſic inſeparabilia, ut ea quæ ſunt in ſubſtantia uniuſcuiuſque, & alia non ſic inſeparabilia, quia non poſſunt per ſe ineſſe, ſed corrumpuntur, cum ſimul non ſunt, de quorum numero eſt ſcientia, & omnia quæ ſunt in ſubiecto, non amplius oſtenderetur connaturalem animæ, atq; in ſubſtantiam eius eſſe ſcientiam per inſeparabilitatem. Erit autem hoc primum dictum de reſpondentibus. ſecundũ aũt de interrogantibus, & ratiocinãtibus. Egodem inquit utilẽ eſſe cognitionẽ multipliciter dictorũ ad

Therſites erat unus ẽ oibus pricipibus oſtra dicebat, teſte Home.

id etiam ne decipiamur committamuſq; paralogiſmos, nam ſciendo aliquis quot dictum ſignificat non concedit interrogationes ſecundum aliquid aliud ſignificatum pręter poſitum ab ipſo, nam qui ponit diuitias eſſe bonum, ſi ſciuerit æquiuocationem boni non concedet dicenti bonū bonos facit. Non enim ut poſſeſſio bonū, neque ut uirtus facit bonos. At ut poſſeſſio, & ut uirtus bonum facit, etiā diuitiæ. Inquit ergo cognitionem eorū quæ dicuntur multipliciter utilem eſſe etiam ad decipiendū quendam ſi uoluerit aliquis, nam qui ſcit ſignificata ab aliqua dictione, ad aliquod aliud ſignificatum transferens rationē, in quo non ſunt uera ea, quæ dicuntur à reſpondēte ſeduceret ipſum, & deciperet, & ſi hic dicit non ſcientes diſcere, & oſtenderet literatos eſſe diſcentes, & qui ſunt ſcientes, & intelligentes. Item ſi concedente aliquo motum locū mutare, & accipiens alteratum moueri concluderet alteratum moueri ſecundum locum. Adiecit autē, & in quibus poſſibile erit facere ſyllogiſmum ob multipliciter dictum, nam in quibus hinc dictum ineſt, & hinc non, nam ſi omnibus ſimiliter, uel ineſſet, uel non ineſſet dictum ſignificatis à nomine non inutilis erit ab alio in aliud mutatio. Nam illud Aiax in Iliade, Troiaque militauit, uerum eſt in ambobus Aiacibus ideo ſi ad quæ tranferatur, ratio nullus ſit paralogiſmus. atqui hoc, Aiax ſingulari pugna cum Hectore pugnauit, non amplius uerum de utriſq;. Ideo hoc poſito hoc, Aiax ſingulari pugna cum Hectore certauit, quæreretur mutando ſe ad illū Troię, nunquid Aiax hic ſit qui ex Troia, & accipiendo quod eſt, etiam aſſumeret, quod nō ſingulari pugna, unaque uice tātum cum Hectore pugnauit, quiſ deciperet, ſi poſitum hoc, quod Aiax ſingulari pugna cum Hectore pugnauit, tanquā falſum Similiter etiā de hoc uirilis uirilitatē habet, nam eorum quæ ſignificantur à uirili aliud quidem prædicatum habet, aliud uero nō. Idē quoque in hoc, motum mutare locū. Verum inquit paralogiſmum ob id, quod multipliciter dicitur non eſſe proprium dialectices. Nam ſuperficialis, & ſophiſticus eſt, ideo inquit uitādum omnino eſt dialecticis, ſcilicet exercitatis in diſputando, niſi aliter non poſſit, de propoſito differere, nā nullo pacto hoc eſt dialecticum cum acceperit, quæ loqueris per os tuum exeunt, tanquam exiſtentibus uerbis his quæ loquuntur, transferre rationem ad plauſtrum, de quo loquitur. Vnde plana eſt utilitas diuiſionis eorum, quæ multipliciter dicuntur, nam ſi dicta utilia ſunt ad diſputationē, & hæc pendent à diuiſione eorum, quæ multipliciter dicuntur, itaque diuiſio erit utilis ad rationes dialecticas.

Differentias autem inuenire utile, & ad ſyllogiſmos de eodem & diuerſo, & ad cognoſcendum quid eſt unumquodque. Quod autem ad ſyllogiſmos de eodem & diuerſo utile, manifeſtum. Inuenientes enim differentiam propoſitorum quamlibet, oſtendentes erimus, quoniam non eſt idem. Ad cognoſcendum autem quid eſt unumquodque, eo quod propriam ſubſtantiæ cuiuſque rationem iis, quæ circa unumquodque ſunt, accommodatis differentiis, ſeparare ſolemus.

Cum dixerit ad quot, & quæ utilis ſit diuiſio multipliciter dictorum, profectus eſt ad utilitatem, quæ eſt à cognitione differentiarum, quibus aliud ab alio differt. Et inquit poſſe contueri, & cognoſcere differentias, quibus aliud ab alio differt ad duo utile eſſe, ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo qui ſubiiciuntur diffinitiuis problematibus, & cum illis conueniunt: ſecundo ad cognoſcendam uniuſcuiuſq; ſubſtantiam, igitur ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo, quia inuenientes differentias prædictorum ut eorundem, demonſtrabimus, quod non ſunt eadem, ut ſi quæratur an idem ſint temperantia & prudentia, inuenientes quod prudentia differt à temperantia, eo quod hæc habet appetitus moderatos, & quietos, illa uero uehementes, ſic demōſtrabimus nō eſſe eaſdem. Rurſus ſi quæratur, an intemperantia, & laſciuia eædem, inuenientes quod hæc ſecundū prælectionem facit turpia, & laſciuia præter prælectionē, quod non ſint eædem demōſtrabimus. Similiter quod non ſint idē liberalitas, & magnificentia oſtēderemus, ſi nouerimus eorum diſcrimē, quia alia eſt uerſaturq; in magnis expenſis, & liberalitas circa conſuetas expenſas operatur. Sed ad cognoſcendum propriam uniuſcuiuſq; ſubſtantiā utilis erit cognitio differētiarum, quia uniuſcuiuſq; diffinitio conſtat genere, & differentiis. Scientes igitur proprias uniuſcuiuſque differentias, quibus ab aliis differt, tum poterimus ipſum ſeparare ab aliis, & ſubſtantiam ipſius cognoſcere. Item utilis cognitio differentiarum erit ad ſectionem generum in ſpecies, ut prædixit. Item contra inſtantias inductionum, & ad alia quędam, de quibus paulo prius mentionem fecit, ſed principaliſſima ſunt, quæ ipſe appoſuit.

Similitudinis autem conſideratio utilis eſt ad inductiuas rationes, & ad ſyllogiſmos ex ſuppoſitione, & ad aſſignationem definitionum. Ad inductiuas quidem rationes, eo quod circa ſingula in ſimilibus inductione, uniuerſale exiſtimamus inducere. Non enim facile eſt inducere, ignorantibus ſimilia.

Ad quæ ſit utilis etiam ſimilitudinis conſideratio ait. Et inquit ipſam conferre ad inductiuas rationes, quæ etiam oſtenſum eſt eſſe propriè dialecticæ. Item confert ad ſyllogiſmos ex ſuppoſitione. Dicit autem nunc ex ſuppoſitione hos, quos dicimus ex cōceſſo. Itē ad aſſignationem definitionum. Sed ad inductiuas rationes, quia per ſimilitudinē particulariū creditum ꝑ ueriſimileq; ſit naturale in inductionibus. Nā quia uniuſquiſq; homo particularis eſt rationalis, & hac ratione ſimile eſt hoc, quod omnis homo rationalis inductio oſtendit. Item quod omne factum ex contrario ſit quia album ſit ex nigro, & muſicum ex immuſico, & calidum ex frigido, & in aliis ſimiliter, igitur ſimilitudine hac uniuſcuiuſque uniuerſale oſtenſum eſt. Item quod nullum non habens pulmonem non reſpirat, uel cornua ferens utrinque dentatum per inductionem, & per ſimilium aſſignationem notum ſit.

Ad ſyllogiſmos uero ex ſuppoſitione, eo quod probabile eſt, quemadmodum in uno ſimilium ſe habet, ſic & in reliquis. Quare ad quodcunque eorum facultatem habebimus diſputandi, profitebimur, quemadmodum in his ſe habet, ſic et in propoſito ſe habere. Id.n. oſtendentes, & propoſitum ex ſuppoſitione oſtendētes erimus. Supponētes.n. quomodo in his ſe habet, ſic, & in propoſito ſe habere, demonſtrationem faciemus.

Quia in his quæ ſunt ſimilia inter ſe cenſemus, ꝙ in uno oſtenderetur, idem etiam in aliis oſtenſum eſſe. Non.n. in quibuſuis ſyllogiſmus ex ſuppoſitione, ſed in ſimilibus, nā ſyllogiſmus nunc dictus ex ſuppoſitione eſt ex cōceſſione, ut prædictum eſt. Nam ſupponentes, quod ut in aliquo ita & in aliis ſimilibus ipſi oſtenſum fore, facimus demōſtrationem de aliquo, nam quia ſimilitudinem habent inter ſe oppoſita, putamus quod in uno eorum oſtēderetur, idem & in aliis oſtenſum eſſe, & oſtendentes in contrariis, uerbi gratia quod non poſſunt ſimul eidem ineſſe, quia cōtraria ſic ſunt ut unum ſit deſtructiuum alterius, & quæ uiciſſim ſeſe tollunt, ſimul eſſe, atque eidem ineſſe nequeunt, putamus & in aliis oppoſitis idem oſtendi per conceſſionem ante factam.ſ. ꝙ in uno oppoſitorum oſtēditur, & in aliis ſimiliter, quod nullus cōceſſit, niſi ob ſimilitudinem ipſorū inter ſe. Rurſus uolentes omnē animā immortalē oſtendere, ſi acceperimus hoc, ſi aliqua igitur oſtenderetur anima eſſe immortalis, quod etiā omnis oſtēderetur per ſimilitudinē, deinde oſtenderemus quod rationalis anima immortalis. Nā ſit ex ſuppoſitione hac.ſ. & omnis oſtenſa erit immortalis. Item quod omnis motus, à quo ſit ad quem putamus oſtenſum eſſe hoc oſtēdētes de motu locali erimus.

Ad definitionum aūt aſſignationem, eo quod potentes conſpicere, quod in unoquoq; idem, non dubitabimus in quo genere oporteat cum definiemus, propoſitionum collocare. Nam communium quod maximè in eo quod quid eſt, prædicatur, genus erit. Similiter autem & in multum diſtantibus utilis ad definitiones ſimilitudinis conſideratio. ut quoniam idem tranquilli

tas in mari, & ſerenitas in aere. utrunque enim quies. & quoniam punctum in linea, & unitas in numero. utrunque enim principium. quare commune in omnibus genus aſsignantes, arbitrabimur non extranee diffinire. Pene enim definientes ſic ſolent aſsignare, nam & unitatem principium numeri dicunt eſſe, & punctum principium lineæ. Manifeſtum igitur, quoniam utrorunque genus collocant. Inſtrumenta itaque, per quæ ſunt ſyllogiſmi, hæc ſunt: loci uero ad quos utilia ſunt prædicta, hi ſunt.

Inquit rurſus ad inuentionem diffinitionum, & aſsignationem quod eſt utilis conſideratio ſimilis, nam potentes conſpicere quid in ipſis differẽtibus inter ſe ſimile, & quid commune poſſumus ipſorum genus accipere, nam illud communium aliquibus in quid eſt ipſorum prædicatum hoc maximè eſt ipſorum genus. i. hæc generis inuentio utilis eſt ad aſsignationem diffinitionum. Nam ſi accipientes equum, & hominem, canem, & bouem, ſimiliter & in aliis unumquodque animal eligentes ſimilitudinem ipſorum adinuicem, ut quod ſint corpora habentia & animam & colorem, & in loco, & ſenſilia & animalia: deinde horum omnium comparationẽ faciemus, quale maximè in quid eſt ipſorum prædicatur idipſum genus ipſorum erit, nam illud quod eſt commune aliquibus in quid eſt prædicatũ, uel ſpecies eſt, uel genus: ſed in his quæ ſunt ſimilis ſpecie cognitio ſpeciei promptior, & clarior eſt, quæ eo quod differunt numero ſolum inter ſe ſpecie ſunt eadem, ideo neque quæſtione indigent. Sed in diſsimilibus ſpecie non ſimiliter facilis eſt ſic communis aſſumptio, ideo ſimilium in his id, quod maximè in qd eſt prædicatum genus eſt, maximè autem dixit in quid eſt prædicari genus, quia poſſunt etiam communes differentiæ ipſarum phantaſiam efficere cum prædicentur in quid, ut de omnibus animalibus animatum ſenſitiuum, ideo ſi aliquis hoc modo diceret hæc prædicari de eiſdem, tamen magis & notius cum ſit animal de ipſis prædicatur in quid, ideo inquit genus ipſorũ. Item poteſt illud, nam cõmunium quod maximè in quid eſt prædicatur, genus eſt, ſic dici, nam communium illud maximè commune & in quid eſt prædicatur, eſt genus & per hoc maximè cõe eſt ſeparans genus à ſpecie, in ambo in quid eſt prædicatur, ſed maximè commune, quod in omnibus eſt & pluribus. Genus igitur ex contemplatione ſimilitudinis, & differentiæ ex cognitione differentiarũ, & ex his diffinitio. Nõ ſolũ autem inquit utilẽ eſſe in his, quæ non multũ diſtant ſimilis cognitionem ad inuentionẽ generis ipſorum, ſed in multis quoq; diſtantibus. Etenim in illis ſimilia accipientes inueniremus cõmune aliquid in ipſis generis, cui addentes propriã unicuiq; ſic differentiam deſiniemus ipſa, nam ſi inuenerimus in quibuſdam ſimilitudinem aliquam inter ſe exiſtentem, ſecundum proportionẽ, ſimilitudinẽ, & identitatem ipſorum eandem accipientes ut genus, addentes huic illud, in quo utrunque, uel unumquodq; eſt habentium hanc ſimilitudinem, tũc diffiniemus unumquodq; ipſorum, ut idem eſt tranquillitas in mari, & ſerenitas in aere, nam utrunq; propriũ ipſorũ eſt ſedatio, & quies, quã accipientes, quæ ẽi erat cõmunis tranquillitati, & ſerenitati, & alteri addẽtes, hoc. ſ. in mari diffinitionẽ aſsignabimus trãquillitatis, & alteri addẽtes in aere diffiniemus ſerenitatem. Rurſus quia idẽ eſt in puncto, & unitate principium, ut enim punctũ in linea, ſic unitas in numero, nã ambo ſunt principia, addentes autẽ principio utriuſq; illud, cuius eſt principium diffiniemus ipſa, nam punctum eſt principium lineæ, & unitas numeri. Vniuerſaliter autem ſimilis conſideratio propriſsima ſcientiæ, & omni logicæ cognitioni eſt, nam ipſum uniuerſale per ſimilitudinem accipitur, ſed uniuerſalis cognitio ſcientifica eſt. Cæterum addit quatuor inſtrumenta dicta quibus ſyllogiſmi fiunt. Deinceps autem aſsignabit locos à quibus ſunt occaſiones argumentorum, quibus locis utilia erunt hæc, quæ in hoc libro prædicta ſunt, & ueluti proponenda in arte tractata.

Finis Primi Libri.

ARISTOTELIS

TOPICORVM, LIBER II.

Cum Alexandri Aphrodiſienſis Expoſitione.

PROBLEMATA *Partim uniuerſalia ſunt, partim uero particularia: ac uniuerſalia, ut omnis uoluptas bonum eſt, nulla uoluptas eſt bonum: particularia uero, ut aliqua uoluptas eſt bonum, & aliqua uoluptas bonum non eſt.*

QVONIAM In primo Topicorum libro dictum eſt de iis, quæ neceſſaria erant ante locorum expoſitionem, uidelicet quodnam eſſet libri argumentum, quid ſit ſyllogiſmus, quæque eius genera, & quid dialecticus ſyllogiſmus à cæteris differat, & quid ſit probabile. & quo in huiuſmodi orationibus petẽda ſit diligentia, & ad quot, quaſq; res utilis ſit hæc tractatio. cumq; ſit explicatũ quid in hoc tractatu perfectũ ſit, & in quo eius eſſentia conſiſtat, eam. ſ. eſſe in quæſtionibus, & propoſitionibus, & inſtrumentis, quorũ ope talibus ſyllogiſmis abundare poſsimus: deinde uero ſit diſputatũ in primis de propoſitionibus & quæſtionibus cõmuniter, & oſtenſum nihil inter ſe differre ſubiecto, quemadmodũ & concluſio & ſumptio (omnia. n. hæc ratione generis eſt propoſitio) ac quæſtio & propoſitio, itemq; ſumptio atq; cõcluſio quantũ ad pronunciationẽ relationẽ ad quandã differentiam habent: Poſtea uero cũ dixerit, quot ſint quæſtionum, ac propoſitionum genera, & ea quatuor eſſe aſſeruerit, & quænam ſint explicauerit, deq; ſingulis diſſeruerit, locutuſq; ſit de propriis, & de unicuiq; generi adiunctis, quæ propter ſimilitudinem in eodem ordine ſtatuuntur, & probauerit quam ob rem tot genera ſint, idq; & inductione & ſyllogiſmo demonſtrauerit: deinceps fecit diuiſionẽ eiuſdem, cum præſertim nonnullæ quæſtiones, quæ ex eodem oriuntur, in eo ordine, in quo diffinitiuæ collocãtur. tum uero cũ definiuerit propoſitionem dialecticam, & itẽ quæſtionẽ, & utriuſq; mutuam differentiam expoſuerit, dixeritq; de poſitione, quia ipſa etiã poſitio eſt quæſtio quædã. itemq; de inductione uerba fecerit, & qd ſit explanauerit, & affirmauerit inductionem perinde ac ratiocinationẽ eſſe partem dialecticarũ argumentationũ: poſtremo uero declarauerit quot, & quæ ſint inſtrumenta, quæ poſsint nobis dialecticorum argumentorũ copiam ſuppeditare: deq; omnibus ſingillatim orationem habuerit, & docuerit utilitatem, quam ſingula dialecticæ afferunt: de his inquam cũ in primo topicorum ſit locutus, tanquam hæc neceſſaria ſint, quæ antequã loci tradantur, exponi debeant, in hoc ſecundo ad tradendos locos ad unamquamq; quæſtionem utiles aggreditur: equidem locus eſt principium & occaſio argumenti, & argumentum appellant dialecticum ſyllogiſmum. ideo & Theophraſtus diffinit locum, ut diximus priore libro, ſic, locus eſt quoddam principium, uel elemẽtum, à quo accipimus principia circa unumquodq; circunſcriptione quadam definitum & ſingulis indeterminatum, ut locus eſt, ſi contrario contrarium ineſt, & contrarium contrario. Nam hæc oratio & propoſitio eſt, & illud uniuerſaliter diffinitum eſt, nam quod de contrariis uniuerſaliter dicitur, indicat, non tamẽ amplius quid de his, uel his contrariis dicitur, eſt diffinitum in ipſo. Porrò ſi ab ipſo initium fecerimus de unoquoq; contrariorũ arguere poterimus, nam ſi quis quæreret de bono ſi iuuat, accipiemus à propoſito loco incipientes proximam

propoſitionem propoſito problemati,hanc, ſi malum nocet,bonum iuuat. Nam præter propoſitos locos hoc ineſt propoſitioni,& fides inerit: Si autem erit quæſitum utrum album ſit color diſgregatiuus uiſus, rurſus propriam & proximam huic problemati propoſitionem accipiemus ab ipſo propoſito, hanc, ſcilicet ſi nigrum color eſt congregatiuum uiſus,& album igitur color erit diſgregatiuũ uiſus, ſed ſi etiam de uoluptate quæreretur an bonum ſit, accipitur propoſitio à propoſito loco dicens,ſi triſtitia malum,uoluptas ergo bonum. nam omnia hæc & talia potentia, & indefinite in ipſo propoſito loco continentur. Rurſus locus eſt,unum de duobus.ſi aliquid magis uidetur alicui ineſſe,& non ineſt,neque minus uidetur ineſſe. At ineſſet eidem. Etenim hæc ratio ipſo uniuerſali determinata eſt,nam quod de ipſo excedente magis & minus dicat, patet, ut etiam ratio ante hanc quòd de contrariis , tamen ſingulis eſt indefinita & incerta. non enim ſignificatur in ipſo de hoc,uel illo magis in aliquo. Poteſt etiam in colore accipi magis & minus,& in ſapore,& in bono , tamen ad unumquodque horum problematum quæ poſſunt uti magis, & minus , incipientes à propoſito loco propriis abundare propoſitionibus poterimus . Nam ſi quæratur ſic forte,utrum diuitiæ ſint bonæ, uel non , aliquis uolendo oſtendere ꝙ non ſint bonæ, incipiens à propoſito loco , accipiet proximam propoſitionem propoſito , qua quòd non ſint bonæ ratiocinabitur.nam ſi ſanitas eſt magis bonum quàm diuitiæ,& non eſt bonum,neque diuitiæ erunt bonum,qua ſumpta propoſitione,ſi aſſumeretur aliqua propoſitio: dicens quod non eſt ſanitas bonum , uerbi gratia quia ſit aliquibus mali cauſa, erit ſecundum locũ propoſitum oſtenſum,quod diuitiæ non ſunt bonæ . Facit autem primum locorum qui ſunt ad accidentis problemata aſsignationem , quia hoc communius , & primum ſecundum hoc eſt,nam omnibus ineſt, nam ſic ſit ordinata,& diſtincta locorum aſsignatio . Eſt enim accidens (ut dixit)in libro priore ante hunc quòd neque genus eſt, neque diffinitio,neque proprium,ineſt autem rei, ſed ineſſe etiam alia conſequitur , nam nec genus , nec proprium, nec diffinitionem poſsibile eſt eſſe alicuius cum eidem nõ inſit,ideo ſublato hoc ſcilicet ineſſe , quo accidens diffinitur,tollitur unumquodque aliorum , non tamen econtra aliquo illorum ſublato ſimul tollitur accidens , quare primum ſecundum naturam quo ad hoc accidens eſt aliis. Item incepit à locis accidentis aſsignationem eorum afferre,quia ipſe debuit facere aſsignationem ordinatam, & diſtinctam locorum , perinde ac aſsignaturus ſit quod alii ſunt loci ad accidens , alii uero ad genus , & alii ad proprium,& alii ad diffinitionem.nam ſi à diffinitione principium aſsignandi loca feciſſet , quia oportet diffinitionem non ſolum quid erat eſſe ſignificare, ſed primum quidem ineſſe illi cuius eſt diffinitio , deinde & in quid eſt prædicari,ac conuerſim cum diffinito prædicari , neceſſario etiã mentionem fecit de locis probantibus , & improbantibus uelut diffinitiuis,qui ſunt peculiares accidenti. Et eorũ qui oſtendunt,quod in quid prædicatur,alii rurſus proprii ſunt problematibus genericis . Item eorum qui poſſunt oſtendere quod prædicatur conuerſim quidam ſunt proprii problematibus peculiares.Sic etiam aliorum problematum proprios locos diffinitiuos dixit. Rurſus de illis dicens & mentionem de ipſis faciens quoſdam ipſorum dixit eſſe à genere,quoſdam autem ab alio quodam,tanquã ſiant ipſi proprii de pluribus. At nunc incipiens ab accidente,quod communiſsimum,& ſimpliciſsimum eſt locos ipſius ineſſe & non ineſſe uti proprios accidenti aſsignat.deinceps autem mentionem facimus de his ad genus , quot propter ineſſe in genere terminantur hos uelut proprios generi aſsignat.& quicunque rurſus ob genus in proprio, uelut eidem proprios tradit . Item quicunque ob id in

Venit ad accidentium

diffinitione ad diffinitiones adaptat . Per hæc igitur incipit à locis ad accidens. Et primum diuiſionem quandam problematum facit quæ poteſt etiam fieri & in aliis , maximè autem eſt in his ab accidente. Eſt autem diuiſio quòd problematum,alia uniuerſalia,alia uero particularia . Nam in aliis generibus problematum & ſi aliquid in parte ſumeretur ut uerum per ſe , tamen in ſeipſo habet aliquod uniuerſale.nam qui dicit alicuius animalis animal eſſe genus, quia in parte,& particulariter dicit,tamen hoc aliquid non eſt indiuiduum ſed uniuerſale . ſed in accidentibus etiam in parte & particulare uelut indiuiduum uerum accipitur per ſe , nam in problematibus à generibus , omnia problemata uniuerſalia inter ſe poſſunt accipi, nam neque genus,nec diffinitio,nec proprium, alicui indiuiduo ſimilium ſpecierum ineſt, & alicui non,ſed uel cunctis, uel nulli : ſed accidens ſolum poteſt alicui ineſſe ut indiuiduo , & alicui non,ut album uel muſicum homini uel alicui aliorum accidentium eidem . Nam aliquis homo muſicus , & aliquis non,ſed ob hanc diuiſionem ordinem aſsignationis locorum ſumet, nam cum fecerit diuiſionem prædictam , primum oſtendet quòd non oportet omnium quoſdam proprios locos quærere confutantes uel probantes eorum quæ ſunt particularia ,nam qui probant uniuerſalia ſimul etiam probant particularia quæ ſunt ſub ipſis . Quare iidem ad ambo ſufficiant . Similiter etiam uniuerſale confutantes, ſimul tollunt etiam particularia. Item qui oſtendit quòd communia uniuerſalia probatiua & confutatiua ſunt,& accipiet quòd oportet principium facere aſsignationis locorum demonſtrantium uniuerſale , quia hoc etiam ſimul oſtendit particularia,& eſt utile ad probationem illorum. Rurſus autem quia communium & uniuerſalium alii probantes ſunt,alii uero confutantes, quia incipiendum eſt ab his qui ſunt deſtructiui & confutantes , ſumet ex hoc oſtendere ponendo problemata quæ ponunt ineſſe affirmatiue, & offerendo diſputantibus oppoſitum poſitorum. Opponitur autem affirmatiuo negatiuum, igitur eo quod utiliores & magis neceſſarii ſunt ipſi loci uniuerſales deſtructiui,& confutatiui ipſis dialecticis & diſputantibus, ab his initium faciet . Inquit ergo { Sunt autem problematum &c. } Nunc uidetur dicere problemata propoſita & oblata.nam illa contradictionem continent , ſed definita iam ſecundum alteram contradictionis partem, ad quæ oportet ſemper abundare argumentis . Vt enim propoſitionum aliæ ſunt continentes contradictionem in interrogatione , aliæ uero iam ut ſyllogiſmi partes accipiuntur.cum ſint altera pars contradictionis,nam ipſæ ſunt probabiles non interrogationes,ſed iam conceſſæ & poſitæ per quæ dialecticus ſyllogiſmus : ſic etiam problematum alia ſunt uelut propoſita in quæſtionem , alia uero ut iam definita dè quibus nunc dicit. Vniuerſalia autem nunc dicit quæ dixit in libro de interpretatione,ubi uniuerſaliter & uniuerſaliter accipit,nam omne commune eſt uniuerſale & ſi indefinite diceretur, & tale uniuerſale diuiditur contra ſingulare, & uniuerſaliter quidem homo , ſingulare autem Callias. Dicitur autem uniuerſale & uniuerſale quando uniuerſali termino adderetur illud omnis uel nullus,ut omnis homo bipes,nullus homo uolatilis. Sic igitur nunc dicta uocat uniuerſalia, contra quæ diuiduntur particularia, & ipſa circa uniuerſalia facta,ut aliquis homo muſicus eſt,non omnis homo eſt muſicus.

Sunt autem ad utraque genera problematum communia uniuerſalia , & conſtructiua , & deſtructiua . Oſtendentes enim quoniam omni ineſt, & quoniam alicui ineſt , oſtendentes erimus. Similiter autem & ſi quoniam nulli ineſt , oſtenderimus, & quoniam non omni ineſt, oſtendentes erimus . Primum ergo de uniuerſalibus deſtructiuis dicendum , eo quòd communia ſint huiuſmodi ad uniuerſalia & particularia . Et quia magis poſitiones afferant in eo quod ineſt , quam non. Diſputantes autem deſtruant.

Inquit ad ambo genera problematum communia ſunt uniuerſalia conſtructiua , & deſtructiua utilia & ad particularium conſtructionem probationem'ue , & ad confutationem, & deſtructionem, & quòd non oportet prorſus

quoſdam

quoſdam peculiares locos ad quærenda particularia oſtendit, nam loci (inquit) in quibus uel uniuerſale aliquid probabimus, uel uniuerſale deſtruemus communes ſunt ad ambo genera problematum, nunc dicendo genera problematum ipſum uniuerſale & particulare. Verum dicit hoc, quia faciet aſsignationem locorum ſimpliciter & uniuerſaliter non addendo in quòd id parte, uel alicui. Vt igitur ſit notum quòd hi & ſi particulariter aliquid problema fuerit, nobis erunt utiles, prius de ipſis loquitur. Dicet etiã hoc apertius, in tertio in calce, igitur uniuerſalia probatiua & problema ad uniuerſale affirmatiuum & ad particulare affirmatiuum utilia ſunt. Item uniuerſalia deſtructiua & cõfutatiua ad uniuerſale negatiuum problema & particulare. Non enim ſola affirmatiua problemata ob locos concludentes uniuerſalia ineſſe oſtenduntur, ſed etiam particularia affirmatiua, nam qui oſtendet quòd omnis homo reſpirat, & quod aliquis iam demonſtrauit, & utetur aliquis propoſito oſtendendo quòd quædam uoluptas eſt bonum oſtenſione uniuerſalis utendo, quòd omnis uoluptas eſt bonum, nam qui oſtenderit quòd omnis uoluptas eſt bonum, is etiam oſtendet, quòd aliqua. Similiter etiam qui oſtenderit quadrupes nulli homini ineſſe, uel nulli uoluptati bonum, etiam quòd non omni demonſtrans erit, non tamen econtra. Nam neq; qui alicui ineſſe oſtendit, iam demonſtrauit ꝙ etiam omni, neq; qui demõſtrauit quòd non alicui, & iam nulli. Sed notandum eſt ꝙ uniuerſalia conſtructiua & probatiua ac confutatiua & deſtructiua utilia ſunt ad utraq; genera problematum, ſed non deſtructiua uniuerſalis. Non enim qui oſtendit quod non omnis uoluptas bonum, ſuſtulit etiam id, quandam eſſe bonum, & hoc uniuerſale ſuſtulit. Item neq; nullam uoluptatem bonum eſſe tollens, quia oſtendit aliquam, iam ſuſtulit, & hoc, ſcilicet aliquam non eſſe bonum, nam confutatur & tollitur proximè nulla ſub aliqua, quo poſito non tollitur illud aliquam non eſſe uoluptatem bonum, quemadmodum neq; is qui oſtendit aliquam eſſe bonum iam demonſtrauit quod etiam omnis, quia igitur uniuerſalia ſunt communia. Etenim ipſis utimur ad particularia, & communia prima, primum porrò inquit oportere de locis uniuerſalis dicere, & quia uniuerſalium alia ſunt conſtructiua, alia uero deſtructiua rerum, rurſus in naturalibus inquit dicendum eſſe prius de deſtructiuis. Nam rurſus hæc oſtendentia uniuerſale affirmatiuum utiliora ſunt dialectico, nam quia ut iam mentionem fecit, poſitiones, & problemata, ut in pluribus affirmatiua afferunt diſputãtes. Equidem proponitur dialectico deſtruere poſitum & in oppoſitum arguere, nam talis eſt in his rationibus exercitatio, patet, quod affirmatiuum negatiue tolleretur, igitur negatiuum prius eſt affirmatiuo, quia multo utilius dialectico ac uniuerſale negatiuum, quam ipſum particulare negatiuum, quia uniuerſale eſt etiam commune particularibus. Quod uero particularius ſit dialectico deſtruere, & cõfutare, quam probare & conſtruere, patet in primo reſolutiuorum, qui inſcribuntur Eudemici. Equidem inſcribitur ipſum etiã ab Eudemo de reſolutoriis, ubi ſic dicitur, quod dialecticus quæ probat pauca ſunt, ſed multum eius uirtutis & potentiæ eſt ad confutandum & tollendum aliquid. Poſtremo dicit poſitionem & problema communius.

Eſt autem difficillimum ab accidente conuerti propriam nominationem. Nam aliquo modo & non uniuerſaliter in ſolis contingit accidentibus. A definitione enim & proprio, & genere neceſſarium eſt conuerti, ut ſi ineſt alicui animal greſſibile bipes eſſe, conuertentem uerum erit dicere, quoniam illud animal greſſibile bipes eſt. Similiter autem à genere, nam ſi animal ineſt alicui, animal eſt. eodem modo, & in proprio eſt. Si enim alicui ineſt grammatices ſuſceptiuum eſſe, grammatices ſuſceptiuum erit. Nam nihil horum contingit ſecundũ quid ineſſe, uel non ineſſe, ſed ſimpliciter uel ineſſe, uel non ineſſe. In accidentibus autem nihil prohibet ſecundum quid ineſſe, ut albedinem, uel iuſtitiam. Quare non ſufficit oſtendere, quoniam ineſt albedo, uel iuſtitia, ad oſtendendum, quoniam albus uel iuſtus eſt: propterea quia non neceſſarium eſt in accidentibus conuerti.

Difficillimum diceret, quia non ſimplex neq; promptũ ut in aliis. Nunc conuerſionem aliam dicit à dictis in reſolutoriis, nam illarum erat alia ſecundum terminos alia uero ſecundum affirmationem & negationem, ut contingentes conuertebantur propoſitiones, ſed nunc dicit conuerſionem ſecundum nomen. nam eo quod id tunc ineſt alicui poſito nomini ſubiectum appellatur, dicit conuerti, ut animal ineſt homini, conuertentes dicimus homo animal eſt, nam quod accipimus ineſſe alicui ſubiecto hoc ſubiectum eſſe dicimus. Erit autem conuerſio hæc quatenus primo incipientes à prædicato, poſtea à ſubiecto principium faciemus. Quando igitur ſic mutantibus nobis uerum fuerit ipſum dicere & nominare ſimpliciter & ſine alicuius additione ſubiectum eidẽ nomini inexiſtentis, ſic quæ inſunt dicit conuerti ſecundum nomen. Dixit autem illam ab accidente pro hoc, illam nominantem proprio nomine accidentis ſubiectum eidem, uel ipſum conuertere dixit propriam nominationem ab accidente: nam nominatur ſubiectum nomine prædicati tanquam ſit hoc proprium in tali conuerſione, ſed in quibus hoc non amplius uerum, hæc non cõuertuntur eadem conuerſione ſecundum nomen. Quæ igitur ut genera inſunt alicui, uel ut diffinitiones, uel ut propria conuertuntur, nam cuius genus eſt animal, hoc eſt animal, & cuius diffinitio eſt animal pedeſtre bipes, idẽ eſt animal pedeſtre bipes, & cuius proprium eſt riſibile, hoc riſibile eſt, ideo ſi aliquid de ipſis poſitum ineſſe non conuerti, neq; ſic ineſſet tanquam ineſſe poſitũ ſit. Sed hoc in accidente non ſimpliciter uerum eſt. Non enim ſi alicui album ineſt, hoc iam omnino album eſt. Item nec ſi non album dicere eſt, iam & non ineſt album ipſi. quare non poſſunt accidens deſtruere qui utuntur hoc, & cauſa huius eſt, quia accidens poteſt alicui ineſſe, ſed cui non toti, ſed ſecundum aliquid ineſt, & partim hoc non eſt ſimpliciter nominandum eodem nomine ſic exiſtentis. Non enim illud quod eſt ſecundum aliquid nigrum, iam & nigrum eſt, neq; id quod ſecundum aliquid album, iã & album eſt. Porrò æthiops cũ ſit ſecundũ aliquid albus, quippe qui ſecundum dentes eſt albus, hoc autem, ſcilicet quòd alicubi partimq; ineſt in ſolo accidente locum habet, nam neque genus, neque diffinitio, neque proprium proprio dictum alicubi partimq; alicui ineſſe poteſt, ut neque particulari alicui & ſolo indiuiduo, quare ſi alicubi aliquo quàm ineſſe ſubiecto eſt cauſa eſt, ut non conuertatur, & hoc ſolum poſſibile eſt in accidente, de ſolo igitur accidente erit uerum non ſemper conuerti. Non enim amplius erit ſubiectum dicendum accidens alicubi aliqualiterq; & non ſimpliciter ineſſe. Non tollitur autem accidere alicui ab ipſo non conuerti. Non enim ſi non conuertitur, ob id neque accidit, ſed neque oſtenditur ſubiectum nominatum nomine accidentis, ſi oſtenderetur eidem accidens. Equidem facturus aſsignationem locorum ad accidens, quædam propria ſunt præter alia problemata ipſis problematibus ex accidente, primum expoſitum quorum unum erat uniuerſale & in parte in hoc fieri quædam problemata, ſi aliquis intelligeret, ſic illud in parte particulareq; tanquam dictum de indiuiduo. Secundum autem non conuerti prædicto modo conuerſionis omnia problemata ab accidente. Hoc autem cognoſcimus cum ſit utile ad argumentationes. Nam qui oſtendit quod non eſt homo animal uel animal rationale mortale uel riſibile, ſimul demonſtrauit etiam quòd nec genus, nec diffinitio, neque proprium eius erat aſsignatum. nam conuertuntur hæc. Qui autem oſtendit quòd homo non eſt albus, uel niger, uel aliquid aliud accidens ipſi, non iam & accidere aliquid horum ipſi ſuſtulit deſtruxitq;, nam poteſt aliquid ipſorum partim & ſecundum aliquid accidere ipſi,

nam in accidenti & uniuerſale & particulare, ſic ſe habent aliquo modo partim'ue & ipſum ſimpliciter. Equidem ipſum ſimpliciter habet aliquam proportionem ad ipſum uniuerſale, & ipſum partim, & aliquo modo ad ipſum particulare, quæ ambo competunt accidenti, ut etiam ipſe meminit. nam aliquo modo & non uniuerſale opponuntur his non aliquo modo & ſimpliciter, ut etiam particulare opponitur uniuerſali. Vnde oppoſuit uniuerſale ipſi aliquo modo tanquam habens ſimilitudinem cum ipſo ſimpliciter. Secundum quid autem iuſtitia alicui inſit, ut dixit, ſi ſuapte natura ſe habere ad hunc habitū apte atq; idonee, ſimiliter etiam ſi ex more conſuetudineq; ſola circa aliqua iuſta ſe haberet inclinate atq; propenſe. Nam nondum talis ſimpliciter iuſtus, quanquam ſibi aliqua iuſtitia inſit.

Determinare autem oportet, & peccata, quæ ſunt in problematibus: nam ſunt duo, uel quo falſum dicunt, uel quo tranſgrediuntur poſitam locutionem. Falſum enim dicentes, & qui quod nō ineſt ineſſe dicuntur, mentiuntur: & qui extraneis nominibus res appellant (ut platanum hominem) tranſgrediuntur poſitam nominationem.

Exponit quomodo poteſt dici problema falſum. nam ſi problema contradictionem continet, quomodo erit uerum dicere & falſum in problematibus? Niſi ergo problema (ut prædixi) iam non propoſitum & adductum in quæſtione amplius dicat, ſed iam definitum & poſitum, ut dixit iam initio, cui fauet aliquis quem dialecticus redarguere nititur. Inquit autem oportere primum definire peccata ſecundum problemata, & nota eſſe ante aſſignationem locorum, nam quia deſtructiones problematum ſecundum peccata in ipſis fiunt, oportet profecto hæc nota & conceſſa eſſe nam ea ſecundum quæ oportet ipſorum elenchum fieri per argumentationem ipſorum hæc noſcenda ſunt. Duo autem inquit fieri peccata in ipſis problematibus, quæ profectò cum manifeſtè efficiat erit deſtructione problema. Vel enim falſum ponitur per ipſum, uel tranſgrediuntur in ipſis poſitam locutionem. Nam mentitur qui ponit uoluptatem eſſe finem, & huic aſſentitur & confidit. Nam ꝙ non ineſt alicui uoluptati ineſſe dicit. Similiter mētitur & is qui ponit motum per uacuum fieri. Item qui ponit magnitudines indiuiſibiles. Item qui ex planis generāt corpora. Item qui animam ſeparabilem & immortalē ponit: Item qui ſolum honeſtum bonum dicit, ut etiam is qui bis duo dicit quinque. Tranſgreditur autem poſitam locutionem qui ſubiectam naturam quæ aliquando eſt cognoſcens non conſueto & poſito nomine nominat ipſam, ſed circumſcribit & impropriis nominibus utens de ipſis. Vt dicentes ſolum ſapientem diuitem, uel ſolum pulchrum, uel ſolum generoſum, uel ſolum rhetorem, nam hi non ignorantes quæ inſunt ſapienti hæc dicunt diuitias, pulchritudinem, uel nobilitatem, ſed transgredientes poſitam locutionem. Nam diuitiæ, uel pulchritudo non de uirtute, ſed illa quæ de pecuniis & poſſeſſionibus prædicatur. Pulchritudo autem in commenſuratione diſſimilium partiū in animali uerſatur, quod ſi eſt peccatum hoc facere qui oſtendit aliquid tale in problemate, erit reprehendendus. Verum ipſe uſus eſt euidenti exemplo & talis peccati obiurgante dicendo platanum hominem. Nam ſi uniuerſaliter aliquis idem concederet, tranſgreditur poſitam locutionem, ſic dicet & platanum hominem. Qui ergo ſic dicit platanum hominem & animal rationale mortale, mentiretur. & incideret in primo dicto peccato, & qui talem arborem ſic nominans, tranſgrederetur poſitam nominationē. Verum appoſuit hoc oſtendendo quòd etiam tale peccatum eſt, & non ſolum mentiri, & fierent deſtructiones problematum etiam ſecundum hoc.

Vnus igitur locus eſt inſpicere, ſi ſecundum aliquem alium modum ineſt, quod ut accidens aſſignauit.

Cum dixerit incipiendum ab ipſis uniuerſalibus deſtruentibus, primum locum talem aſſignat, nam oſtendit per ipſum quod non eſt accidens ut accidens aſſignatum. Nihil horum quæ inſunt alicui ſecundum quendam aliū modum ut accidens ipſi ineſſe poteſt. Item ſciendum eſt ꝙ Theophraſtus dicit differre præceptum & locum. Nā præceptum eſt communius & uniuerſalius ſimpliciusq; dictum ex quo locus inuenitur. Nam principium loci eſt præceptum, ut locus argumenti, ut præceptum quidem ſic dictum quòd oportet arguere à contrariis à cognatis. Locus autem dicit, ſi contrarium multipliciter, & alterum multipliciter: uel ſi contrarium contrario ineſt, etiam cōtrario ineſt contrarium, & rurſus uelut in coordinatis & cognatis ſic etiam reliqua, nam locus eſt propoſitio iam quædā facta ab ipſo præcepto. Hanc autem dico differentiā præcepti & loci, cum Theophraſtus nouiſſet talia qualis eſt primus dictus locus, præcepta uocat & locos præcipientes. Nam reſpirandum eſt ſi alio quodammodo ꝙ ineſt uelut accidens aſſignauit, tum locus præcipiens in ipſo erit ſi ut accidens aſſignatum alio quodammodo ineſt, nō bene aſſignatum eſt. Item accuratius ſi uelut accidens aſſignatum generis erit, uel rurſus diffinitio, uel proprium. Atqui Ariſtoteles etiam hæc locos uocat, uel quia cū præcepto iam & locum accepit. Semper autem à ſpecialiſſimis nominationes facimus rerum ut ſubſtantiam non ens magis quam ſubſtantiā nominamus, uel quantitatem ens, ſed magis proprie quantitatem. Quia igitur hæc non extra rationem etiam talia appellat locos rerum. Cum ita ſint duo peccata in problematibus ut prædixit, uel mentiri, uel poſitam locutionem tranſgredi, aſſignatus locus uidetur magis dici ad tranſgrediētes poſitam locutionem, niſi aliquis putaret quòd aliter ineſt. Eſt autem locus inquit reſpiciendum eſſe ſi fautor problematis id quod ineſt alio quodā modo ut accidens aſſignauit. Nam illud ſecundū quendā alium modum quòd ineſt dicendo accidere, ſignificat ꝙ alio modo uidelicet à prædictis. Nam oſtenſum eſt quòd omne ꝙ alicui ineſt, uel ut genus, uel ut diffinitio, uel ut proprium, uel ut accidens, ineſt. Si ergo ut genus ineſt alicui, uel ut proprium, uel ut diffinitio, ut accidens ineſſe diceretur, patet, ꝙ uelut peccans redargueretur, ſed quomodo hoc poteſt cognoſci deinceps dicit.

Peccatur autem maximè id circa genus, ut ſi quis albo dicat accidere colorem eſſe. Non enim albo colorem eſſe accidit, ſed genus eius color eſt. Contingit autem & ſecundum nominationem determinare eum qui ponit, ut quoniam accidit iuſtitiæ uirtutem eſſe. Sæpe autem & cum non determinat, manifeſtū quoniam genus, ut accidens aſſignauit, ut ſi albedinem colorari dixerit, uel ambulationem moueri. A nullo enim genere denominatiue prædicatio de ſpecie dicitur, ſed omnia uniuoce genera de ſpeciebus prædicantur. Nam & nomen, & rationem generum ſuſcipiunt ſpecies. Qui igitur coloratum dixit album, neque ut genus aſſignauit, quoniam denominatiue dixit, neque ut proprium, uel definitionem. Nam definitio, & proprium nulli alii ineſt. Sunt autem & colorata & pleraque aliorum, ut lignum, lapis, homo, equus. manifeſtum igitur, quoniam ut accidens aſſignauit.

Inquit maximè tale peccatum fieri circa genera, hoc autem quia genera ſimilitudinem aliquam magis quam alia uidentur habere ad accidens, nam proprium & diffinitio ſoli & omni inſunt, ideo etiam conuertuntur cum rebus, quarum ſunt: ſed genus & accidens in plus ſunt quam illud cui inſunt, ideo non conuerſim prædicantur. ergo ſi quis ſic dicendo ob id putat reuera ut genus accidere alicui tanquam mentitus deprehenderetur, ſed qui nouerit eius differentiam, & ſic locutione ab ipſo uſus fuerit & trangreſſor poſitæ locutionis peccat. Cognoſcemus autē hunc locum ſecundum quendam alium modum ut accidens aſſignantem perſpicuo quidem ſi adderetur dicto in eſſe quòd accidit, ut accidit homini animalis eſſe, uel albo coloris eſſe, uel iuſtitiæ uirtutis eſſe, nam quidam ſic utuntur

tur ut iam iudicauimus, quod ſi appoſitum non fuerit id quod accidit, denominatiue prædicatum aliquis faceret de ſubiecto, ut albedo colorata eſt, nam quòd coloratur eſt denominatiuum coloris cum ſit genus albedinis, uel rurſus ambulatio mouetur. Etenim ꝙ mouetur eſt denominatiū motu qui eſt genus ambulationis. Nam in nullo genere prædicamentum eſt denominatiuū, quandoquidem genera prædicentur de ſpeciebus uniuoce, nam in accidentibus ſolis ſit prædicatio denominatiua, ut in prædicamentis oſtenſum eſt. nam cum ſint in aliquo ſubiecto, hæc erāt accidentia quæ partim denominatiuè, partim æquiuoce oſtēſa ſunt prædicata, nam dicitur ſuperficies albeſcit, & corpus mouetur, & homo grammaticus eſt à grāmatica, ſed qui denominatiue de aliquo prædicatum eſſe genus diceret per talem prædicationem accidens eſſe dicere genus illius cuius eſt genus. nam genus non diceret, quia denominatiue, immo nec proprium, nec diffinitionem, quia prædicatum pluribus ineſſe poteſt, ſiquidem genus eſt, ſed proprium & diffinitio nulli alii ineſt. Si autem nec ut genus, nec ut diffinitio, nec ut proprium aſſignatum eſt dictum, patet ꝙ ut accidens. Nam denominatiuum prædicatio à generibus quibuſdam ſit nō de aliqua ſpecie uel indiuiduo ſub ipſo, ſed de illi quorū accidit eſſe alicuius generis ſpecies, ut colorari de habente albedinem, & ambulante moueri, & iuſtum facere de habente iuſtitiam, & nō de albedine & ambulatione, uel iuſtitia, ſed huius eſt color, huius motus, huius uero diſpoſitio, neque ut proprium, neque ut diffinitio eſt. Nam diffinitio & proprium nulli alii inſunt, non ut concedens proprium uel diffinitionē denominatiuè prędicari. Hæc dixit ſeparari ab accidente eo ꝙ ſoli inſunt. Itē dicit ꝙ oſtenderetur adhuc aſſignatum. ꝙ non ut propriū nec ut diffinitio perſpicuo quia aſſignatum dicitur de pluribus, ſed horum neutrū ſic ſe habet. Nam ob id neq; ens eſt genus entium, quia ens eſt denominatum ab exiſtēte, nec propriè prædicaretur de entibus. Nam dicitur etiam ſubſtātia eſſe, & quātitas, & qualitas, & ſimiliter unumquodq; aliorum generum, ſed quæ denominatiuè prædicantur, accidentia non genera dicuntur, ſed conſiderandum eſt, num quid etiam à propriis denominatiua prædicatio ſit. Nam huiuſmodi uidetur eſſe riſibile & ſcientiæ capax, an proprium etiam cum genere coordinatum prædicatur, ut ipſi uidetur, ratio erit & proprium non nomen, ſed denominatiua à nominibus, quia ſi eſſet proprium hominis ridere, uel ſcientiam habere, nunc à proprio denominatiue diceretur riſibile & ſcientiæ capax, nunc autem propria hæc ſunt quæ de ipſo denominatiue dicuntur, quamuis nō ſint propria ea quibus hoc denominata ſunt, quandoquidem ambulatio non prædicetur de homine, ſed ambulans, & non eſt proprium, illius autem non ſecundum aliū quendam modum denominatiue prædicatum de aliquo prædicari, uel ut accidens hæc ſunt demonſtratiua. Hinc incipiendum eſt confutare redarguereq; eos qui dicunt hominem animal fieri, uel Socratem hominem fieri, ſed rationale cum ſit denominatiuum eſt differentia, uel triangulum figurari, uel magnitudinem extendi diſtareq;, uel animal animatum euadere. Etenim differentia generaliter & non denominatiue de aliquo eſt prædicatum.

Alius locus eſt inſpicere ea, quibus ineſſe, aut omnibus, aut nulli dictum eſt. Conſiderare uero ſecundum ſpeciés, & non in infinitis, nam uia magis, & in paucioribus conſideratio. Oportet autem conſiderare, & incipere à primis, deinde conſequenter uſque ad indiuidua: ut ſi oppoſitorum eandem diſciplinam quis dixerit eſſe, perſpiciendum, ſi eorum quę ſunt ad aliquid, & contrariorum, & quę ſecundum priuationem & habitum, & quę ſecundum contradictionem dicuntur, eadem ſit diſciplina. Et ſi in his nondum manifeſtum eſt, rurſum ea diuidendum uſq; ad indiuidua, ut ſi iuſti, & iniuſti, uel dupli & dimidii, uel cecitatis & uiſus, uel eſſe & non eſſe. Nam ſi in aliquo oſtendetur, quòd non ſit eadem, interimentes erimus problema. Similiter autem & ſi nulli ineſt. Iſte enim locus conuertitur ad conſtruendum, & deſtruendum. Si enim in omnibus uidebitur, cum diuiſionem proferimus, uel in pluribus, poſtulandum eſt, aut ut uniuerſaliter ponat, aut ut inſtantiam ferat in aliquo non ſic eſſe. Nam ſi neutrum horum faciat, abſurdus apparebit, qui non ponet.

Et hic locus præceptiuus eſt, & ex diuiſione ſumit argumentationem, nam inquit propoſito aliquo, & adducto aliquo problemate uel uniuerſali affirmatiuo, uel negatiuo faciendam eſſe diuiſionem horum quibus uel omnibus ponitur accidere & ineſſe, uel nulli, & in unoquoq; ipſorum reſpicere propria, ſi inſit illis poſitum quòd erat in problemate, nam ſi in aliquo ipſorum inuenerimus uniuerſaliter poſitum ineſſe non inexiſtens, ſi in omnibus tollemus uniuerſale affirmatiuum, nam tollitur & deſtruitur uniuerſale affirmatiuum, etiam ab ipſo particulari negatiuo, & ab ipſo uniuerſali. Vnde ſubſcribit modum quo diuiſio facienda eſt propoſiti. Nam in communiores & proximiores ſpecies primas inquit faciundam eſſe diuiſionem. Deinde ſi nondum in his fuerit notum quæſitū, dicit unumquodq; ipſorum diuidendū rurſus eſſe in id quod eſt ſub ipſo primo & conſiderandum. Et ſi nec hoc modo fuerint nota, rurſus etiam in horum diuiſione communiora & proxima accipientes, & deinde ſic ad indiuidua deſcendētes idē faciemus. Nam hac uia ſic diuiſio erit diſtincta & non confuſa, & non ſimul in omnibus quæſtio, ſed etiam in pauciora & determinata, quo etiam pacto nihil eorum quæ diuidi & quæri debent, prætermitteretur quod lateat, ut ſi diceret aliquis omnium oppoſitorum eandem eſſe ſcientiā, tunc oportet oppoſita diuidere, quia multipliciter dicūtur, & diuiſis non ſtatim in indiuidua facienda eſt diuiſio, indiuidua autem ſpecies diceret, ut non in album uel nigrū & duplum & dimidium, ſed quia quatuor modis oppoſita ſunt in hæc primo oportet diuidere oppoſita, & in unoquoq; uidere ſi dictum uerum ſit, & ſi nondum aliquid obuium apparuit, rurſus diuidendum eſt unumquodq; ipſorum, & contraria ſeorſum in indiuiduas ſpecies contrarii, & rurſus in ea quæ ſunt propriè in prædicamento ad aliquid, & ſi ſimiliter illa ſecundum habitum & priuationem, ſecundum contradictionem. Vnde exempla poſuit diuiſionis oppoſitorum iniuſta & iuſta, & illius oppoſitorum ad aliquid duplum & dimidium, & illius ſecundum habitum & priuationem cæcitatem & uiſum, & illius diuiſionis eorum quæ ſecundum contradictionem ſunt eſſe & non eſſe. Vnde ſi in aliquo inuenimus non ſic ſe habere oſtendentes hoc tollemus deſtruemuſq; illud uniuerſaliter, ſcilicet omnium oppoſitorum eandem eſſe ſcientiam, ut infiniti nō eſt ſcientia. Equidem infinitum opponitur finito, uel ut cōtrarium, uel ut habitus & priuatio, & eſt finiti ſcientia & non infiniti, igitur non erit eadē ſcientia contrariorum. Item ſi acceperimus de non ente non eſſe ſcientiam, quia opponitur ens & non ens, ut affirmatio & negatio, & entis eſt aliqua ſcientia & minimè ipſius non entis, ergo non eadem ſcientia contrariorum. Item nec cognoſcibilis & ignorati cum ſint oppoſita ſecundum habitum & priuationem, eadem eſt ſcientia. Nam ignorati non poteſt eſſe ſcientia. Item neq; ueri & falſi cum ſint contraria, nec poſſibilis & impoſſibilis, eadem eſt ſciētia. Verum in oppoſitis ad aliquid omnibus neceſſe eſt ſiquis alterum nouerit, etiam oppoſitum ei ſcire, quia his quæ ſunt ad aliquid idem eſt eſſe cū hoc ſe habere ad aliquid aliquo modo. Vnde hoc loco utentes deſtruemus etiam problema dicens, omne animal reſpirat, nā diuidemus animal in pedeſtre, uolatile, & aquatile: & rurſus horum unumquodq; & inuenientes in uolatilibus indiuidua non reſpirantia, & in aqueis piſces, ceu ſunt qui branchias habent, nam nullū quod habet brāchias reſpirat, tollemus hoc, omne animal reſpirat. Item oſtendemus ꝙ non omnis uirtus eſt ſcientia diuidentes uirtutem in intellectiuam & moralem, & oſtendentes morales quod non habēt in cognitione eſſe ipſum.

Item ꝙ nullus amor eſt ciuilis quod cum ſit problema uniuerſale negatiuum deſtruemus quòd non omnis amor eſt ciuilis diuidentes amorem in appetitum conſonum rerũ uenerearum, ut Epicurus dicit, qui non poteſt eſſe ciuilis, & in ipſum inceptum conatumq; amicitiæ ob pulchritudinem apparẽs, ut Stoici aiunt, uel in recordationem olim in ſe pulchritudinis, ut Plato. Nam hi ſunt ciuiles urbaniq; amores. Vnde non ſolum ſubiectus terminus in problemate diuidendus eſt, ſed etiam ſæpe prædicatum ſi ſic diuiſionem reciperet ut in talibus problematibus. Sapiens ciuilia tractat. Sapiens ſeditionis non particeps erit, nam hoc, ſcilicet ſapientem ciuiliter agere cum non ſit ſimplex ſi diuiſum fuerit ſecundum aliquod ſignificatum, oſtendet cõueniens eſſe ſapienti ciuiliter agere, & ſecundum aliquid eſſe alienum ab ipſo. Similiter etiam hoc ſeditione non participat cum duplex ſit. Vel enim quia oportet dum patria aliquem morbũ fert & ipſum ſimul ferre, ut Solon putabat. Nam ciuilis eſt non abeſſe à communi calamitate, uel ſic quòd debeat ſedare aliquid ſeditionis, ſi forte uideretur concilium expedire, uel rurſus ꝙ non oportet principatũ eſſe ne ſeditio fiat. Cum dixerit itaq;, ſi enim non in aliquo oſtenderetur quòd non eadem, tollemus problema, adiecit etiam ſimiliter & ſi nulli inſit, oſtendens quòd uniuerſale affirmatiuum non ſolum deſtruitur ab ipſo particulari negatiuo, ſed etiam ab ipſo uniuerſali negatiuo. Nam uniuerſale utrorumq; eſt deſtructiuum & uniuerſalis contrarii, & ipſius particularis ac oppoſiti contradictoriæ. Poteſt etiam hoc dictum per hoc (Similiter autem & ſi nulli inſit) indicatiuum eſſe huius ꝙ ſimiliter ut uniuerſale affirmatiuum tollitur eo ꝙ inuenitur aliquid eorum ſub ipſo uniuerſali qnod non ſic ſe habet, ſic & ſi fuerit uniuerſale negatiuum poſitum tolleretur ſi alicui eorum ſub ipſo uniuerſali inueniretur ineſſe, cum poſitum ſit nulli ineſſe. Etenim prius dixit reſpiciendum eſſe in quibus dictum eſt ineſſe omnibus uel nulli, ut ſi fuerit poſitum nullum animal rationale eſſe. Nam oſtendentes aliquod rationale diuiſione, ipſum deſtruemus. Item dicit quod præfatus locus nõ ſolum ad deſtructionem uniuerſalis affirmatiui, ſed etiam ad probationem & conſtructionem eſt utilis, nam diuidentes in omnibus ſi ſic ſe habens uideretur, erimus conſtruentes & probantes uniuerſale affirmatiuum, & ſi non in omnibus, ſed in pluribus ſic ſe habere uideretur, nam neq; poſſibile eſt ut omnia percurrantur, cenſebimus uel uniuerſale concedendum eſſe, uel ſi non concederetur inſtantiam ferre in aliquo de quo non cenſetur ſic ſe habere, nam abſurdum uideretur, ſi neq; concedere uniuerſale, neque inſtantiam ferret de aliquo ſignificatorum de quo nõ putat, & eorum quæ ſub communi ſic ſe habere, ut ſi quæreremus an omne animal mandibulam inferiorem mouet, oſtendentibus nobis in plurimis ſic ſe habere & putantibus, uel uniuerſale concedere uel dicere ꝙ in aliquo non ſic ſe habet, quod autem neutrũ facit. Equidẽ deſtruere & conſtruere dixit pro hoc uniuerſale affirmatiuum. Equidẽ probabit & conſtruet uniuerſale affirmatiuum quando qui ponit problema nulli uel omni prædicatum ineſſe diceret, ut ſi quis poneret quòd non omne iuſtum eſt confesrens, uel quòd non omnis uoluptas eſt bonum, nam ad tales poſitiones opus eſt uniuerſalis probatione, Sed notandum eſt quod hic locus non amplius eſt uniuerſalis deſtructiuus ſolum de quibus dixit dicendum eſſe primo, ſed uniuerſalis conſtructiuus. Eſt autem (ut dixit) ad conſtruendum utilis.

Alium eſt, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut utriuſq; per utrunque, aut alterius. Deinde conſiderare, ſi quid non uerum in definitionibus perinde ac uerum ſumptum ſit. ut ſi eſt deum iniuſtitiam facere, quid iniuſtitiam facere. Si enim nocere ſponte, manifeſtum, quoniam non eſt deum iniuſtitiam facere. Non enim contingit nocere deum. Et ſi inuidus ſit ſtudioſus, quis inuidus, & quæ inuidia. Nam ſi inuidia eſt triſtitia in apparenti proſperitate alicuius proborum: manifeſtum eſt, quoniam ſtudioſus non eſt inuidus. Prauus enim eſſet. & ſi indignans inuidus, quis uterque eorum. Sic enim manifeſtum erit, utrum uerum an falſum ſit, quod dictum eſt, ut ſi inuidus quidem ſit, qui triſtatur in bonorum proſperitatibus: indignãs autem, qui in malorum proſperitatibus triſtatur, manifeſtum quoniam non erit inuidus indignans. Sumere autem, & pro iis (quæ in definitionibus ſunt) nominibus, definitiones, & nõ deſtruere donec ad notum deuentum ſit. Nam ſæpe cum tota quidem definitio aſſignata ſit, non manifeſtum eſt, quod quæritur. pro aliquo autem eorum (quæ in definitione ſunt) nominum definitione dicta, manifeſtum ſit.

Hic locus cum ſit à diffinitione uniuerſalis deſtructiuus, talis eſt, quia problema ad quod argumenta facimus genere eſt propoſitio categorica. Nam tale ſi conſtructur reprobare & deſtruere uolemus. Equidẽ omnis propoſitio categorica ex ſubiecto termino & prædicato conſtat, & in problematibus ab accidente prædicatum, ut accidens aliquid ſignificat. Porrò inquit diuiſim capientes terminos problematis. ſ. ſubiectum & prædicatum oportere utrũq; ipſorum ſeorſum definire, ſeorſum quidem accidens ꝙ eſt prædicatum, & ſeorſum ſubiectum eius, nam hoc eſt utriſq; competens, ut enim non copulemus amborum diffinitiones, ut in hoc homo ambulat, uel animal pedeſtre bipes per latera mouetur, ſed ſeorſum utriuſq; diffinitionem ſeparantes aſſignabimus, uel ſi alterum ipſorum manifeſtũ fuerit, & alterum ſolum non manifeſtum. Deinde uidere ſi aliquid eorum quæ ſunt in diffinitionibus repugnaret non poteſt huic ineſſe cui ineſſe ponitur. Nam ſi ſic ſe haberet deſtruemus uniuerſale problema, ut ſi fuerit ab aliquo poſitum poſſe deum iniuſte affici, ſi iniuria affectus ab aliquo iniuſte faciente iniuria afficiatur, determinandum eſt quid ſit iniuria afficere, & accipiendo quòd eſt nocere ſponte, quia non poteſt deus aliquo offendi, nec nocumento affici. nam & hoc probabile, & euidens cum ſit, oportet oſtendere quòd neq; iniuria affici poteſt. Verum dicendo à principio ſi eſt deum iniuria afficere quòd accepit iniuriam afficere pro iniuria affici, ſignificauit inferens hoc manifeſtũ, quod non eſt Deum affici iniuria. rurſus ſi aliquis dicet inuidus ſtudioſus eſt oportet definire quid ſit inuidus. Hoc autem ſi fecerimus, ſi primo definiemus quid eſt inuidia, ſi ergo eſt inuidia, triſtitia, & dolor apparentis proſperitatis alicuius proborum hominum, patet quòd etiam inuidus erit, qui triſtatur proſperitatibus proborum, quo poſito, quia perſpicuo eſt alienum à ſtudioſo triſtari bonorum proſperitatibus. Nam probi boni ſunt ergo non erit probus inuidus. Patet autem, qnòd hæ demonſtrationes in ſecunda figura ſunt concludentes uniuerſale negatiuum, & ſic quidem ſi ſubiectum in problemate fuerit notum accidens diffinientes tollemus uniuerſale problema. Item ambos terminos problematis diffiniemus, in quibus neuter eſt per ſe notus, ut in talibus ſi fuerit poſitum ab aliquo, quod indignans eſt inuidus, nam quia in his ſimiliter indignans ſe habet cum inuido quo ad cognitionem, quippe neutrũ eſt per ſe notum, diffinientes ambo. ſ. indignantem, & inuidum ſic deſtruere poterimus poſitum, nam uidetur inuidus eſſe ille qui triſtatur proſperitatibus bonorum, quia etiam inuidia eſt talis, & indignans eſt qui triſtatur proſperitatibus malorum. Nam ſic eſt indignatio, ſi ergo indignans eſt qui triſtatur malorum proſperitatibus, & inuidus non triſtatur proſperitatibus malorum, nam econtrario is ponitur qui triſtatur bonorum proſperitatibus, non erit indignans inuidus. Poteſt etiam problema, hoc, & diffinitiuum eſſe, ſi quæreretur, utrum idem ſit indignans, & inuidus, uel non. Nam problemata de eodem dixit coordinanda eſſe cum problematibus de diffinitione. Sic etiam oſtendetur ꝙ non eſt felix tyrannus. Nam ſi tyrannus eſt princeps exlex, & extra legem iniuſtus, & felix eſt qui agit ſecundum uirtutem, igitur nõ poteſt tyrannus eſſe felix, nã iniuſte, & præter legem imperare non eſt operantis ſecundum

dum uirtutem. Item ꝙ diues non eſt ſapiens, ſi quidem diuitiæ conſiſtant in poſſeſſione pecuniarum, & ſapientia in poſsidendo uirtutem, quia autem ſæpe neq; diffinitionum dictarum iam manifeſta eſt differentia, nec diffinitorum inter ſe, eo quod nomina quædam in eodem ſumpta ſunt, quæ non idem in utroq; ipſorum ſignificant, ſed æquiuoca cenſendum eſt non prius abeſſe, & derelinqui, ſed rurſus ipſorum nominum in diffinitionibus rationes accipere, nam ſic erit nota differentia ipſorum, ſi commune nomen hoc, ut ſi genus aliquid in utraq; diffinitionum aſſumptum fuerit. Quod quidem etiam iam primo libro dixit in doctrina de locis, quos aſsignabat ad inuentionem eorum, quæ multipliciter dicuntur. Nam ſic dixit. Sæpe autē & in his rationibus latet conſequens æquiuocum, ideo & conſiderandum in rationibus eſt, ſi quis ſignificatiuum, & effectiuum ſanitatis eſt ſe habere commenſurate ad ſanitatem, utrunq; ipſorum uidebitur quantum in rationibus eadem eſſe propoſita, attamen non ſic ſe habere inuenietur, ſi rurſus ſecundum utrunq; ipſorum commenſurati rationem aſsignauero, nam inueniet hoc uelut effectiuum ſanitatis commenſurans dictum, eo ꝙ tantum commenſurationis habet, ſed ſignificatiuum in eo quòd tale ſignificat. Dicit autem tunc accipienda eſſe, & pro nominibus in rationibus rationes, & non dimittere prius deſtruere'ue, donec ad quippiam notum deuentum ſit, non ſolum in rationibus habentibus æquiuocationem, ſed uniuerſaliter quando nondum plana, & euidens fuerit differentia propoſitorum per quædam nomina occulta in diffinitionibus aſſumpta. Nam iubet non prius dimittendum eſſe, uel deſtruendum, ſed etiam ipſa nomina, & partes rationis definiri, ut etiam totum, Nam ſic erit notum quæſitum, ceu ſi quis dicat uoluptatem bonum uolens hoc deſtruere, dicet uoluptatem eſſe motum lenem, ex quo nihil totum eſt, an uoluptas ſit bonum, uel ne, ſed ſi rurſus motum in diffinitione uoluptatis aſſumptum diffiniret, & aſsignaret eius rationem, quæ eſt ut ſit actus imperfectus, tunc poterit oſtendere quòd uoluptas non eſt bonum, eo ꝙ nec bonum eſt imperfectum, ſed uoluptatem eſſe imperfectam cum ſit motus, neceſſe eſt, quippe omnis motus eſt actus imperfectus. Rurſus in hoc problemate ſubiectus terminus eſt diffinitus. Patet autem quod oportet pluribus diffinitionibus de unoquoq; abundare probabilibus, ſi deberemus uti propoſito loco. Nam ſic poterimus utiliter ad propoſitum nobis diffinitionum aſsignationem facere, ut poſito quod ſapiens amore ſit captus, quod deſtruere uolentes diffiniemus ipſum amore capi, & aſſumemus accipere amorem alicuius, & quia nondum notum propoſitum eſt ueniemus ad diffiniendum amorem, & diffinientes ipſum ſi acceperimus eſſe appetitum irrationalem ex aliqua pulchritudine corporis prouenientem, uel conſonum appetitum rerum uenerearum, deſtruemus problema, nam patet, ꝙ hæc ſunt aliena à ſapiente, ſimiliter & ſi diffiniemus ipſum eſſe uehementem appetitum, quia uehemens occultū rurſus idem in rationem transferemus, & ſi eſt uehemens contrarium rectæ rationi, deſtruemus etiam ſic propoſitum, ſi tamen aſsignauerimus rationem amoris, uel acceſsionem, ſtudiumq; amoris ob apparentem pulchritudinem, uel diuinam inſpirationem, uel appetitum amicitiæ ob apparitionem uiſæ pulchritudinis, ut Plato in Phædone uult, conſtruemus etiam problema, & patet quòd locus etiam ad probationem uniuerſalis affirmatiui aliquando erit utilis, & non ſolum ad deſtructionem hoc loco utentes demōſtrabimus, ꝙ Deus neq; iraſcitur, neq; triſtatur, ſiquidem iraſci eſt ultionem uindictamq; appetere de illo qui uidetur iniuriam intuliſſe: & triſtari eſt contrahi ob præſens malum, ut etiam timere uerſatur circa id quod expectatur. At Deus neq; uidetur iniuria affici, nec adeſſe aliquid eidē malum ſuſpicatur, nec expectat. Item ſi quæſitum fuerit, an anima immortalis, diffiniemus animam eſſe ſpiritum intellectualem, uel ſenſitiuum, oſtendemus ꝙ non immortalis. Nam omnis ſpiritus corruptibilis. Item ꝙ non ſeparata ſit à corpore oſtēderetur, ſi diffiniatur eſſe actus internus corporis naturalis organici, nam nullus actus internus corporis ab ipſo ſeparabilis eſt. Rurſus autem ſi ſubſtantiā eiuſdem per ſe mobilē diffinitionem eius acceperimus, ſecundum Platonem, demōſtrabimus ipſam eſſe immortalem, quia quod ſeipſo eſt mobile ſemper eſſe mobile uidetur, & ꝙ ſemper mobile ſempiternum eſt. Item legem ſtudioſam eſſe oſtenderemus, ſi diffiniemus ipſam eſſe rectam rationem in ſalute utentium ea. Similiter & uirtus ꝙ docibilis ſit oſtenderetur ſi diffinitio erit uirtutis, ꝙ ſit ſcientia circa uitam. Nam omnis ſcientia eſt docibilis, ſed nimimè uirtus eſt omne docibile ex neceſsitate. Si erit ratio eius habitus optimus, uel habitus in quo, & à quo eſt optimum, & actiones proprias optima reddunt.

Amplius ad problema per propoſitionē factam in aliquo inſtare. Nam inſtantia erit argumentum ad poſitionem. Eſt autem locus hic penè idem ei, quo conſiderare, quibus ineſſe, uel omnibus, uel nulli, dictum eſt, differt autem modo.

Item hic locus etiam eſt præceptiuus, hoc autem per ipſum dicitur, quod oportet mutantem in uniuerſalem propoſitionem eidem offerentem eandem, tentare ut ferat inſtantiam contra ipſam, tanquam & ſi alio proponente ipſam, & exiſtimante ipſam eſſe accipiendam inſtabit. Quam inſtantiam inuenimus ad propoſitionem, hæc argumenti nobis principium, & occaſio fieret ad propoſiti problematis deſtructionem, & confutationem. Hæc autem quia magis conſueta eſt inſtantia ad propoſitiones, quam ſit argumentatio in problemata, quia uero inſtantia ad uniuerſales propoſitiones ab aliquo eorū, quæ ſub uniuerſali ſunt, fieri ſolet quod inuenitur reſpiciendo ea quæ ſunt ſub ipſo uniuerſali, porrò inquit ferè eundem locum eſſe hunc cum dicto paulo prius, qui erat ex diuiſione uniuerſalis, in quo dixit reſpiciendum eſſe ad ea in quibus ineſſe, uel omnibus, uel nulli dictum eſt. Nam ut in illo ex diuiſione uniuerſalis, in ea quæ ſunt ſub ipſo inuenientes id cui non inerat, quod eſt ſub uniuerſali, deſtruimus problema, ſic etiam in propoſito inſtantia ad propoſitionem uniuerſalis ſit, nam percurrentes intellectu ea quæ ſunt ſub uniuerſali, ſic cui non ineſt aliquid eorum ſub uniuerſale inuenientes inſtamus. Attamen hic locus non eſt prorſus idem cum illo, ſed eſt ipſorum differentia ſecundum modum, ut dixit. Nam ibi ſtatim diuiſionem faciemus uniuerſalis in proximas ſpecies, hic autem propoſitionem facientes, tanquam ad propoſitionem inſtantiam afferemus, quia magis conſueta eſt propoſitio ad inſtantias argumenti contra problemata, facimus inſtantiam principium argumentationis ad rem, ut ſi poſitum ab aliquo erit hoc, uirtutem eſſe ſcientiam transmutabimus poſitum in propoſitionem hanc, nunquid omnis uirtus ſit ſcientia, & ſeipſiſmet offerentes hoc quæremus inſtantiam contra ipſum reſpicientes ad ſpecies uirtutum, & inuenientes quòd tales ſunt paſsiuæ partis animæ, non enim ex doctrina adueniunt, ſed per mores, neq; quatenus ſciuntur quædam ſunt, & habent eſſe. Hanc igitur inſtantiam in argumentum transmutantes utemur eodem ad deſtructionem problematis, dicentes, morales uirtutes non habent eſſe in cognitione agibilium, nec per doctrinam adueniunt, ſed omnis ſcientia in cognitione eorum, quæ ſub ipſa ſunt, habet eſſe, & aduenit per doctrinam, igitur nulla moralis uirtus eſt ſcientia, ſi autē hoc non omnis uirtus, & ſcientia. Rurſus ſi fuerit poſitum ab aliquo, ꝙ omnis uoluptas bonum tranſumemus, ac mutabimus problema in propoſitionem, & eos ipſos interrogabimus, nunquid omnis uoluptas bonum, & inuenientes inſtantiam per diuiſionem uoluptatum hanc, ſcilicet ꝙ uoluptates incontinentiū non ſunt bonum, quam inſtantiam ad propoſitionem inueniemus quærentes à ſeipſis, hanc occaſionem argumentationis habebimus in confutationē poſiti interrogantes, nunquid cinædorū uoluptates cum ſint, etiam bonæ ſint, an nullus hoc concederet cum ſit falſum ſimul, & improbabile, nam accipientes hoc demonſtrabimus, quòd non eſt omnis uoluptas, & ſimpliciter bonum, ſimiliter faciemus, etiam ſi fuerit problema ſolum

hoc pulchrum bonum, ut enim ad propoſitionem ipſum inuenientes inſtantiam, quòd ſanitas cum ſit bonum non eſt pulchrum, utentes hac inſtantia tollemus problema. Eſt autem locus, ut etiam ipſe dixit ſolum deſtructiuus.

Amplius determinare, quæ oportet dicere, ut plures, & quæ non. Vtile enim, & ad conſtruendum, & ad deſtruendum, ut quoniam nominationibus quidem res nuncupandum, ut plures. Quæ autem ſunt, talia ne ſint, an non talia? non amplius attendendum ad plures. Vt ſalubre quidem, dicendum effectiuum ſanitatis, ceu plures dicunt. Vtrum autem propoſitum effectiuum ſit ſanitatis, an non? non amplius ut plures dicendum, ſed ut medicus.

Etiam hic locus præceptiuus, occaſionem autem inquit nobis fore argumentationis ad problemata, & ab ipſo prius determinare, & concedere quædam oportet ſequentes iudicium plurium, & conſuetudinem appellare, & quædã non. nam hoc utile eſt ad conſtruendum, & deſtruendum problema, nam ſi fuerit nobis conceſſum oportere nominibus conſuetis, & poſitis de ipſis rebus uti, & ut plures, eã ſecundum impoſitionem. licet enim nomina ſint, non tamẽ quiſque eſt author, nec ſibi adeſt facultas nominãdi unamquamque rẽ, & nomina transferendi ut uult, nam ſic cõmunis loquutio, & ſermo tolleretur, niſi quibuſdam communibus, & conſuetis nominibus rerum uteremur. attamen quædam tales res ſunt, de quibus communia ſunt nomina, & conſueta, & propter quid talia ſunt, & quædam pars ipſorum eſt non pluribus amplius aſſentiendum, ſed ſcientibus habebimus tunc occaſionem ex hac conceſſione ad conſtruendum, & deſtruendum. Hoc autem dictum planum fecit per exemplum. nam ſalubre dicendum effectiuum ſanitatis ut plures, & conſuetudo uult, nam de tali re hoc nomine plures utuntur, nõ tamen hoc exiſtimandum eſt effectiuum ſanitatis, quod plures accipiunt, ſed quod medici, itaque id quod medici effectiuum ſatitatis putant eſſe, hoc eſt appellandum ſalubre ſequendo communem uſum nominis. porrò ſi quis concedens aliquid eſſe effectiuum ſanitatis non ſalubre idipſum nominaret, ſed quippiã aliud redargueretur, ſecundum aſſignatum locum qui cenſet diffiniendum, quòd oportet nominibus rerum uti ut plures. Rurſus qui contra putat dicendum eſſe effectiuum ſanitatis, quòd pluribus, & uulgaribus uidetur, ipſe etiam reprehenderetur, quòd erat nobis prius conceſſum, ſcilicet hoc ꝙ talia non ſunt iudicanda, & dicenda, ut plures, & dicere, ſed ut medici. Ab boc loco aliquis argueret etiam de ea quæ dicuntur à Stoicis inopinabilia. Si enim pluribus dicentibus diuitem ſolum eſſe, qui multa poſſidet, & locupletem, non ſecundum hoc aliquis hoc nomine uſus eſt, is neque aſſereret locupletem eſſe diuitem, ſed de babente uirtutes, & ſapiente, tranſgrederetur profectò determinationem poſitorum nominum uſus, nam aliquis eſt plura poſſidens non de numero eorum qui plura ſciunt, ſed qui quærunt talia. Quod autem oporteat de locuplete boc nomine diues uti, ſufficiat uſus plurium. Qui uero concedit eſſe aliquem locupletem, non nominans autem hunc diuitem non congrue uteretur nomine, ſed neque ipſo utẽs de ipſo habente uirtutem. Rurſus multi dicunt fortunatũ eum qui bonis fortunæ proſpere potitur, qui autem aiunt fortunatum habentem uirtutem, quandoquidem non bonis fortunæ potiatur, igitur & hi tranſgrediuntur conuenientem uſum nominum. Cæterum dicendo {ſalubre dicendum eſſe effectiuum ſanitatis} adiecit hoc, uel ut plures dicũt, quòd perinde dicitur, ac ſi diceretur ſi fuerint aliquo modo plures dicentes. etenim de aliis quibuſdam plures nomine ſalubris utuntur non de ſolo ſanitatis efficiente, ſed etiam de ſignificatiuo. Vel dixit illud, ut plures dicunt, indicans ꝙ non de nomine hoc oportet contendere, ſed de utendo hoc quo plures utuntur. Etenim ſi non boc, ſed aliud quid erit illo utendum eſt, uel non eſt cum hoc, uel ſaltim ſeorſum, nam dicit {ut plures dicunt} nam effectiuum ſanitatis ſalubre dici à pluribus conſueuit. Vt autem prædictus locus utilis erat ad deſtructionem, ſic etiam ad conſtructionem. Non enim uolente aliquo concedere, ꝙ locupletes diuites ſint, probabimus hoc utentes, & hoc ſcilicet, quia opus eſt nominare res, ut plures ſic, ſed plures hos diuites aiunt. Similiter etiam contra negantem ſanitatem eſſe bonum aliquis inſtaret, nam ſic conſuetudo eſt. Si autem aliquis rurſus diceret ſanitatem ſic bonum ut felicitatem, uel partem felicitatis, quia plures ſic opinantur, rurſus deſtruimus huic utentes conceſſione, non tamen eo quod plures ſint domini huius, nam talis ſcientia, atque tale iudicium de ſanitate ſtudioſis conuenit.

Amplius ſi multipliciter dicatur, poſitum autem ſit, quoniam ineſt, aut quoniam non ineſt. Alterum demonſtrare eorum, quæ multipliciter dicuntur, ſi non utraque contingat. Vtendum autem in iis quæ latent, nam ſi non lateat multipliciter dictum, inſtabit quoniam non demonſtratum eſt id, quod ipſe dubitat, ſed alterum. Hic autem locus conuertitur, & ad conſtruendum, & ad deſtruendum, nam conſtruere uolentes, quoniam alterum ineſt, ſi non ambo poterimus. Deſtruentes autem, quoniam non ineſt alterum oſtendemus, ſi ambo non poterimus. Veruntamen deſtruenti quidem nihil oportet ex conceſſione diſputare, neque ſi omni, neque ſi nulli dictum ſit ineſſe. Nam ſi oſtenderimus, quoniam non ineſt, quodcunque id ſit, interimentes erimus omni ineſſe. Similiter autem, & ſi uni oſtenderimus ineſſe, interimemus nulli ineſſe.

Tres loci hic. ſ. & duo poſt hunc accipiunt occaſionem argumentationis ab his, quæ multipliciter dicuntur, quorum primus ab æquiuocis, nam ſi accidert ut alicui, uel nõ alicui poſitum ſimpliciter, & ſine determinatione æquiuocum inquit oportere diuidẽtes ipſum à ſeipſis. Aſſignauit autem nobis locos in primo libro ante hunc, per quæ poterimus cognoſcere, & diuidere ea quæ multipliciter dicuntur, ſi non in cunctis ſignificatis poſſumus oſtendere oppoſitum ipſi poſito in aliquo ipſorum, in quo non ſic poteſt oſtendi nam oſtendentes in hoc uidebimur deſtruere poſitum eo quod latet æquiuocatio, & ut ſimpliciter poſitum dicitur, ut ſi quis poneret ꝙ dormiens non ſentit, nã ſentire dicuntur qui habent potentiam ſentiendi. Rurſus ſi fuerit poſitũ, quòd ſtudioſum decet ciuilia tractare, oportet diuidere ipſum decens, & cõueniens, ꝙ qdem ſignificat honeſtum, & utile, & neceſſarium. Equidem neceſſarium, quando dicimus omne factum conueniens eſt corrumpi. Vtile uero quando dicimus eſſe decens uti deambulationibus, uel tali diæta. Et bonum ſiue honeſtum, quando dicimus conueniens eſſe iuſta facere, uel parere legibus, uel parentibus. Tot igitur ipſo ſignificante ſi oſtenderimus, quod non confert ſtudioſo ciuilia tractare, uel quod non eſt neceſſarium ipſi res ciuiles agere uidebimur deſtruere poſitum, quia hæc ſignificat ipſum conueniens. Quod ſi quis diceret non eſſe decens conueniensq; ipſi ſtudioſo ciuiliter agere, oſtendentes quòd ſit bonum. Nam præeſſe patriæ, atque opem ferre patriæ, & optima conſultare bonum eſt, decens autem hoc ſignificat, ſic tolleremus poſitum. Rurſus quodam poſito conuerſim ſequi uirtutes, uel non conuerſim ſequi diuidentes uirtutem, & accipientes uirtutem naturalem, & uirtutem ſecundum rationem, & de naturalibus oſtendentes quòd non conuerſim ſequũtur deſtruemus ipſum conſequi uirtutes, quod ſi de uirtutibus ſecundum rationem oſtendentes ipſas conuerſim ſequi tollemus ipſum non conuerſim ſequi. Nam quia latet ꝙ multipliciter dicitur, uidetur dictum dici de natura ipſa, de qua dicebatur etiam poſitum in problemate. Ideo etiam creditur ipſum eſſe deſtructiuum. Sunt præterea in quibus etiã omnia ſignificata accipientes, & in omnibus his poteſt deſtrui poſitum, ut ſi aliquis diceret, quod non oportet philoſophari, quia philoſophari dicitur etiam idipſum quæri, ſiue oporteat philoſophari, ſiue non, ut ipſe dixit in ipſo exhortatiuo. Item eſt Philoſophum adire contemplationem, unde utrunque oſtendentes homini peculiarem eſſe

undiq;

undiq; deſtruemus poſitum, igitur de hoc ſecundum ambo poteſt oſtendi propoſitum. Verum in primis exemplis non in omnibus, ſed uel per utrunque, uel ex quibuſdam. Patet autem, quòd in quibus poteſt in omnibus ſignificatis oppoſitum propoſito oſtendere, quod oportet manifeſtã facere diuiſionem illius, ꝙ multipliciter dicitur. Inquit autem hoc loco utendum eſſe in his quæ latent, ꝙ poſitum multipliciter dicitur, & ſecundum aliquod ſignificatorum ſic ſe habet, ut ponitur, & ſecundum aliquid non, nam ſi nõ latuerit, prompte inſtabit contra problema qui inſtare uoluerit, quia non quatenus ponit, inſtantiam contra ipſum, & deſtructionem facit, ſed ſecundum aliud ad nomen, & ſophiſtice obiectionem faciens. Porrò ad poſitum animal animatum eſſe inſtans, & oſtendens, quod picta animalia dicuntur, ſed non ſunt animata, & hæc obiectio inſtantia ue facile deprehenditur, eo quòd plana eſt duplicitas nominis, & perſpicuo ponitur animatũ non prædicari de animali ſic dicto. Inquit autem conuerti locum hunc. Etenim ad conſtructionem, & deſtructionem eſt utilis. Non enim ſolum deſtruendum eſt ipſum poſitum problema quo utebatur, ſiue affirmatiue, ſiue negatiue ponatur, ſed etiã probandum, ideſt uniuerſale poſitum, quòd tale eſt quale ponitur oſtendi, nam hoc conſtruere nunc dicit, uniuerſale oſtendere, ſed non deſtruere poſitum, nam maximè conſtruere de affirmatiue poſito dicitur. Vnde dicendo quòd etiam conſtruere, & deſtruere poſſibile eſt, & quia deſtruemus poſitum alicui, ſi alicui oſtenderimus nõ ineſſe, & probauimus, conſtruxerimus alicui ineſſe, quia uniuerſale affirmatiuum non conſtruitur, & probatur per particulare. Nã deſtruitur etiam uniuerſale affirmatiuum per oppoſita particularia, non probatur autem conſtruiturq;, nec uniuerſale affirmatiuũ, nec uniuerſale negatiuum per aliquod particulare. ubi quoddam diſcrimen ponit inter conſtruere, & deſtruere, nam poteſt etiam particulare affirmatiuum oſtẽdi, & particulare negatiuum, ut prius dictum eſt, ſi uſi fuerimus diuiſione multipliciter, ſed quia negatiuum particulare per ſe ſufficiens eſt ad deſtructionem uniuerſalis affirmatiui, ut etiam affirmatiuum particulare ipſius uniuerſalis negatiui. At minimè affirmatiuum particulare per ſe ſufficit ad conſtructionem uniuerſalis affirmatiui, ſed quomodo poſſumus per ipſum conſtruere dicit.

Conſtruentibus autem præconfitendum, quoniam cuius ineſt, omni ineſt, ſi ueriſimile ſit poſtulatum. Non ſufficit enim ad oſtendendum, quoniam omni ineſt, in uno diſputaſſe: Vt ſi hominis anima immortalis eſt, propter hoc anima omnis immortalis. quare præconfitendum, quoniam ſi quæcunque anima immortalis, omnis immortalis. Hoc autem non ſemper faciendum, ſed quando non facile poſſumus communem in omnibus unam rationem dicere: quemadmodum geometer, quoniam triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos. Si autem non lateat, quod multipliciter dicitur, diuidendum quotupliciter dicitur, & interimendum, & conſtruendum, ut ſi decens eſt, utile, aut honeſtum, tentandum ambo conſtruere, uel interimere de propoſito, ut quoniam honeſtum, & quoniam utile, uel quoniam neque honeſtum, neque utile. Si autem non contingat utraque, alterum oſtendendum, annotato, quoniam hoc quidem eſt, illud autem non.

Inquit oportere ex confeſſione idipſum tentare, ut demonſtretur, & accipiatur. Illud uero ex confeſſo eſt quòd dixit in primo libro in calce ex ſuppoſitione, nam cum dixerit ad quid utilis ſit conſideratio ſimilis, dixit, adhuc ad inductiuas rationes, & ſyllogiſmos ex ſuppoſitione, nam ſunt idem ex conceſſione, confeſſione'ue, & ex ſuppoſitione, ut in prioribus reſolutoriis demonſtrauit, tamen non conuertuntur. Sed quomodo fiant, indicauit addendo propter quid probabile eſt, ut forte in uno ſimilium eſt, ſic etiã in reliquis. Vnde ꝙ ibi ex ſuppoſitione communius dixit, nunc idem nominauit exploratius, accommodatius ex cõfeſſione, nam quia non ex ſe ſufficiens oſtenſum in uno aliquo exiſtentium ſub aliquo communi ad conſtructionem communis, & uniuerſalis: quandoquidem ipſum particulare non ſit oſtenſiuum uniuerſalis, inquit præconfitendum eſſe, & ſimul ponendum quòd ut in uno, ſic etiam in aliis. nam ſi prius ſimul ponentes, ut in anima aliqua ſe habet, ſic etiam in omni, oſtendemus eſſe aliquam animam immortalem, & haberemus per conceſſionem, & conſenſum etiã hoc, omnem immortalẽ eſſe. Similiter ſi præacceperimus, quòd ut in uno ſenſu, ſic etiam in omnibus, oſtendentes in uno, ut in tactu qui per paſſionem facit receptionem, habebimus etiam quòd in aliis ſimiliter. Eadem ratio etiam de oppoſitis, nam ſi conceſſum fuerit illud oppoſitorum in aliquo, ſic etiam in aliis, oſtenſo quòd ſcientia eſt eorum quæ ſunt ad aliquid eadem, uel ꝙ contrarium ex cõtrario ſit, erit poſitum hoc quod ſic ſe habet in aliis oppoſitis. Inquit autem hoc faciundum eſſe ſ. diuidendum eſſe, & in aliquo aliter ſe habente quærendum, & ſic ex conſenſu oſtendere, quando non abundabimus per aliquod commune, & id quod competit omnibus exiſtentibus ſub uniuerſali demonſtrationem facere. Nam ſi poſſibile fuerit illo modo oſtendendum eſt, ut geometra oſtendit uniuerſaliter triangulũ habentem tres angulos æquales duobus rectis, & non per conſenſum, & placitum acceptum. Nam ſi quis poteſt uniuerſale per ſeipſum mobile oſtendere animum immortalem, illo modo oſtendendum eſſet, ut uero affirmatiuum ex conſenſu demonſtrauit eſſe conſtruendum, ſic etiam uniuerſale negatiuum ex confeſſo eſt conſtruendum. Nam ſi fuerit propoſitum oſtendere quòd nulla anima eſt immortalis conſtruentes hoc aſſumemus, hoc ſi quæuis anima mortalis etiam omnes ſic ſe habent, & oſtẽdentes animas plantarum eſſe mortales, habebimus etiam per conceſſionem, quòd etiam omnis eſt mortalis. Hæc quidem ſi latuerint multipliciter dicta oportet facere, ſi uero non latuerint, ſed eſt notum, id quod multipliciter dicitur, inquit diuiſionem ipſius facientem, uel in ſingulis ſignificatis ſimiliter ſe habens oſtendere dictum, & ſic deſtruere poſitum, ut ſi de hoc philoſophandum eſſe demonſtraretur, uel rurſus quòd in nullo ſi fuerit poſitum affirmatiuũ, ut ſi fuerit poſitum decens eſſe ſapientem ciuilia tractare, quod cum notum ſit æquiuocum eſſe ipſum decens diuidendum eſt in ſignificata ſ. bonum, neceſſariũ, & utile oſtendendo, quòd ſecundum neutrum ſignificatorum ſapiens ciuilia tractabit. Si uero oſtendendum eſt quod non ſit decens, rurſus oſtendentes quòd ſecundum ambo ſignificata ſapienti ſit tractandum ciuilia ſi non poſſibile fuerit ſecundum ambo ſignificata, uel conſtruere, uel deſtruere poſitũ, tunc oportet diuidere, & oſtendere ſecundum aliquod ſignificatorum, ſic ſe habere ipſum, & ſecundum aliquod oppoſito modo, ſed non ſimpliter ut poſitum fuerat, ceu ſapientes ciuilia tractare, ſecundum bonum eſt decens, ſed non ſecundum utile. Nam, ſic oſtendemus ꝙ neutrum ſimpliciter, uerum dicens, uelut de duobus exiſtentibus ſignificatis, hoc quidem, ſed hoc non, adiecit.

Eadem autem ratio eſt, etiam ſi plura ſint, in quæ diuiditur.

Nam rurſus ſimiliter dicemus, quòd alia quidem, & alia non.

Rurſum quæcunque non ſecundum æquiuocationem dicuntur multipliciter, ſed alio modo. Vt diſciplina eſt una pluriũ, aut ut finis, atque ut eius, quod ad finem, ut medicinalis eius, quod ſanitatem fecit, ut quod cibat: aut, ut amborum finium, ueluti contrariorum eadem diſciplina: (Nihil enim magis finis alterum altero) aut ut eius, quod per ſe eſt, & eius, quod per accidens, ut per ſe quidem, quoniam triangulus tres angulos habet duos rectis æquales, per accidens autem, quoniam æquilaterus. Cum enim accidat triangulo æquilatero triangulum eſſe, per hoc cognoſcimus, quoniam duobus rectis æquales habet. Si ergo nullo modo contingit eandem eſſe plurium diſciplinam, manifeſtum quoniam omnino non contingit eſſe. Aut

ſi aliquo modo contingit, manifeſtum quoniam contingit.

Quia multipliciter dictorum alia habent quidem in nominibus duplicitatem, quæ appellamus æquiuoca, & quædam in oratione, quæ mos ipſis eſt appellare amphibologica. Cum itaque dixerit, quomodo oportet arguere ad problemata, in quibus aliquod æquiuocum ponitur, nunc dicit de habentibus duplicitatem in oratione.i.de amphibolis, & quomodo in his etiã conſtruemus, & deſtruemus problema ſubſcribit. Nam oratio dicens eandẽ eſſe ſcientiam plurium ſignificat plura, & eſt amphibola. Vel enim ſic de pluribus eadem, & una ſciẽtia ut finis, & eorum ante finem, ceu ædificatiua, & domus eſt ſcientia, ut finis, & quæ domus fit, quæ ſunt ante finem, igitur plurium eadẽ ſcientia. Simile & medicina eſt ſanitatis, & eorum quæ efficiunt ſanitatem, ut diætæ, ſectionis, uiſionis. Dicitur rurſus una ſcientia plurium, & finium, ut dicimus contrariorum unam eſſe ſcientiam, ceu ſanitatis, & morbi medicinam, & muſicem harmoniæ, & inconſonantiæ, & gymnaſticem .ſ. exercitatiuam bonæ habitudinis, & malæ. Nam qui ſciuerit bonam habitudinem, & malam, non ſic ambo hæc ſciunt, ut aliud ſit effectiuum, & aliud finis, ſed uelut ambo fines. Nã ut bona habitudo eſt eorum qui bona ponuntur habitudine finis, ſic etiam mala habitudo eorũ qui in aduerſam incidunt. Si ergo exercitatiua eſt horum amboum ſciẽtia, profecto erit ſcientia duorum finium. Et enim niſi finis uictoriæ cognitio, & factio malæ habitudinis, ſed ipſa mala habitudo eſt finis, quare qui habet ſciẽtiam, tanq̃ finis profecto eiuſdem ſcientiam haberet. Nam nihilomagis bona habitudo finis eſt eorum qui bona habitudine ponuntur, q̃ mala habitudo efficientium malæ habitudinis, & ſecundum aliud ſignificatum dicitur una eſſe plurium ſcientia; quando huius quidem per ſe fuerit, huius uero per accidens. nam dicitur ſcientia non ſolum horum eſſe, quorum eſt principaliter, ſed etiam accidentium his. Nam medicina eſt principaliter ſanitatis cognoſcitiua, tamẽ per accidens boni coloris & inſpirationis bonæ, quę accidunt ſanitati, & ſano, quinimo ipſius exiſtentis, nam hoc accidit ſanitati. Rurſus huius oportere confortandum ſenſum reſici, uel ægrotantem leuiter cibare per ſe medicina cognoſcitiua eſt, uerum ipſius oportere quædam afferre ut melicraton pertinet ad ſcientiam de reficiendo languentes, uel his uelut leuibus cibare, ut piſcibus per accidens. Nam accidit ipſi perito de reficiendis ægris uti leui cibo, & eo qui optimæ ſpei eſt in ſalutem languidi. Item geometra per ſe quidẽ ſciuit quòd triangulus habet angulos æquales duobus rectis, ſed per accidens quòd iſopleuri æquis .ſ. lateribus triangulus. Nam talis triangulus ſuapte ratione non habet æquales duobus rectis, ſed qua triangulus qui ineſt triangulo æquis lateribus conſtituto. Sciens igitur per ſe, ſecundum quod triangulus eſt per accidens ſciuit, quòd æquilaterus ſic ſe habet, nam accidit triangulum æqualiũ laterum triangulum eſſe, quia igitur oratio hæc plura ſignificat, & amphibola ambiguaq; erit, ut oſtenſum eſt, ut oportet in æquiuocis, ſic etiam in hac & uniuerſaliter in ambiguis orationibus facere. Nam ſi ſecundum nullum ſignificatorum oſtenderimus unam eſſe aliquorum pluriũ, deſtruximus uniuerſale .ſ. eandem eſſe ſcientiam plurium exiſtentium, uel oſtendentes ſecundum aliquod ſignificatorum, quòd non ſit eadem plurium horum ſciẽtia, rurſus deſtruemus uniuerſale affirmatiuum. Rurſus ſi fuerit poſitum hoc .ſ. ſcientiam hanc non eſſe plurium exiſtentiũ oſtẽdentes ſecundum aliquod ſignificatorum eandem pluriũ talium eſſe ſcientiam, rurſus deſtruemus poſitum, ut ſi quis diceret medicinam eſſe ſcientiam ſanitatis, & bonæ habitudinis, ſi oſtenderimus, quòd neque huius ut effectiui, ſed huius ut finis horum eſt, neque ut duorum finium. Non.n. eſt bona habitudo contraria ſanitati, nec finis oppoſitorũ ipſis ſanis, quæ ſunt morbida, ſic neque eadem eſt plurium ut finium, ſed neque huius quidem per ſe, & huius per accidens. Nõ enim accidit ſanitati bona habitudo, profecto tollemus poſitum. Similiter rurſus ſi quis diceret artẽ ædificandi eſſe domus, & ſanitatis ſcientiam, ut uero in hoc exemplo, ſic etiam oportet facere in omnibus ambiguis habentibus quandam quæſtionem.

Diuidere autem quotupliciter utile, ut ſi uoluerimus conſtruere, talia præſtatuenda ſunt, quæcunque contingunt, & diuidendum in ea tantum quæcunque utilia ſunt ad conſtruendum. Si autem deſtruere, quæcunque non contingunt, reliqua uero omittenda. Id autem faciendum in his. cum latuerit, quotupliciter dicuntur.

Inquit autem oportere diuiſionem facientem talium, & ſic dictorum non diuidere in omnia ſignificata, ſed in utilia ad propoſitum. Nam ſi erit propoſitũ nobis conſtruere problema in hæc in quibus poterimus oſtendere propoſitum, & conſtruere diuidendum eſt. Si autem deſtruere rurſus hæc ſumendum eſt, in quibus poterimus oſtendere quòd non ineſt poſitum. Nam ſi fuerit poſitum medicinã eſſe ſanitatis, & boni coloris, diuidẽtem illud plurium eſſe eandem ſcientiam, uel ut finium, uel huius quidem ut finis, alterius uero ut ante finem. nam ſecundum neutrum horũ modorum medicina ſanitatis, & boni coloris eſt, oportet deſtruere problema. Si autem aliquis rurſus diceret non eſſe medicinam ſanitatis, & boni coloris, oſtendet quòd ẽt ſcientia non plurium eſſe dicitur, quando huius per ſe, & huius per accidens. Sic autem & medicina propoſitorum eſt, poteſt autem aliquis, & uelut uniuerſale dictum hoc .ſ. Diuidere autem quotupliciter de omnibus quæ dicuntur multipliciter intelligere, ut quibuſdam uiſum eſt, & non in hoc ſolo .ſ. ſcientiam eſſe unam plurium, nam cum duplex ſit hoc ſcire omnem, qui plures accipit calculos uiciſſe. uel enim quatenus determinatum eſt hoc uniuerſale, uel quia omnes accipiuntur pro ſingulis. quod quidem fieri nõ poteſt, ut in hoc deducentes oſtendant, & tamen hunc uiciſſe non ſciuit, igitur non omnes uiciſſe qui acceperunt plures calculos ſciuit. Simile hoc eſt, de quo etiam Theophraſtus in loco de his quæ multipliciter dicuntur, meminit, ut ſcire omnem triangulũ quòd duobus rectis æquales habet tres angulos. uel enim ut uniuerſale, uel ut omnia ſingularia. uolentes igitur deſtruere, quòd geometra ſcit omnẽ triangulum habere tres angulos: uel enim ut uniuerſale, uel ut omnia ſingularia, uolentes igitur deſtruere, quòd geometra ſcit omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, traducenda eſt ratio ad ſingularia. Et enim hoc ſignificatur, & accipientes quòd illud quod neſciuit aliquis quod eſt triãgulus, nec ſi duobus rectis æquales habet, ſciuit, hoc aliquid prætractantes dicere oportet, quòd hoc non ſciuit, igitur ſi non ſciuit habere æquales duobus rectis, igitur non omnem ſciuit. Oportere itaque inquit ẽt in his, ut etiam in æquiuocis ſic facere diuiſionem, ſi latuerit quotupliciter dicitur. Nam ſi fuerit notum quotupliciter dicitur, deprehendentur qui adducunt quædam, & diuiſionem faciemus ad utilitatem noſtram. Quando igitur fuerint omnia ſignificata nota ponentes, in quibus demonſtrabimus ſic ſe habere, in quibus autem non poſſibile ſic ſe habere, ut dixit in æquiuocis, ſi in omnibus ſimiliter poſſibile fuerit, nam ſic non uidebimur abundare orationibus ad problema.

Et eſſe hoc quidẽ huius, aut nõ eſſe, ex eiſdem locis aſtruendum. ut diſciplina, huius quidem, aut ut finis, aut ut eorum, quæ ſunt ad finem: aut ut eorum, quæ ſunt ſecundum accidens. Vel rurſum non eſſe aliquid ſecundum aliquem dictorum modorũ. eadem autem ratio, & in deſiderio, & in aliis quæcunque dicuntur plurium. Eſt enim deſiderium huius, aut ut finis, ut ſanitatis: aut eorũ quæ ſunt ad finem, ut medicinæ conficiendæ: aut ut eorũ quæ ſunt ſecundum accidens, ut in uino amicũ dulce, nõ quia uinum, ſed quia dulce eſt, nã per ſe dulce deſiderat. uinum aũt per accidens. Si.n. auſterum ſit, non amplius deſiderat. per accidens ergo deſiderabat. Vtilis aũt eſt locus hic, & in his, quæ ſunt ad aliquid. Pene.n. talia ea quæ ad aliquid ſunt,

Cum

Cum uſus ſit exemplo ambiguo, hoc .ſ. eãdem eſſe ſciẽtiam plurium, & oſtenderit ſecundum quot ſignificata dici poſſit eadem eſſe ſcientia plurium. Et enim quod finis, & eorũ ad finem, & quod oppoſitorum ut finium, & quod huius uelut per ſe, & huius per accidens, uniuerſaliter inquit ex his locis cõſtruendũ, uel deſtruendum eſſe, & hoc, huius, ut ſi medicinam effectiuam ſanitatis, uel prorſus uoluerimus alicuius ſcientiam conſtruerere, demonſtrabimus ſecundum aliquid horum medicinam eſſe effectiuam ſanitatis, uel quòd ſi fuerit oſtenſum ipſa ſcientia; uel .n. ſanitatis & finis, erit autem et morbi ut contrarii ipſi fini, uel ut ad finẽ ceu cuiuſdam ſanitatis efficietiuũ, uel ſic ut per accidens, ut boni coloris tanquam ſi neq; propoſiti uelut conferentis ad finem medicina eſt ſcientia, neq; ut finis, neq; ut per accidens, neq; ſi principium erit medicina propoſiti, ꝙ igitur medicina non eſt ſciẽtia de cantibus & & rhythmis oſtendimus, quia neq; hæc quicquam conferunt ad finem hunc medicinæ, neq; ſunt fines eiuſdem, neque hæc accident alicui illorum, uel fini, uel alicui eorũ ad finem. Similiter ſi quis diceret rhetoricem ſciẽtiam eſſe iuſtorum, oſtendentes quòd neq; ut finis eſt. Non .n. hoc eſt ut finis rhetorices, neq; ut effectiui ipſius finis. non .n. iuſta ſunt effectiua rhetoricæ finis, deſtruemus problema, nam neq; per accidens eſt ipſius. Non .n. accidit fini rethoricæ iuſtum. Rurſus ſi appetitus alicuius diceretur, uel eius erit ut finis, uel ut eorum ad finẽ, uel per accidens, nã unius erit appetitus, uel ut finis erit ut ſanitatis, uel ut eorum quæ ad finem, ut ſecari. uel purgari, per quæ ſanitas fit, uel per accidens, ut dulcis amicus: uinum appetit. Non .n. qua uinum, ſed quia dulce per hoc ipſum ut amicus dulcis appetit. Nam accidit hoc eſſe ab ipſo deſideratum, & hoc dulce erat uinum eſſe, nam quòd non quatenus uinum deſiderat ipſum ex hoc liquet, quia dulcis amicus uinum auſterum non appetit, quanquam & ipſum ſit nihilominus uinum. Item oſtenderetur ipſum appetere uinum non ob uinum ipſum, ſed ob dulcedinem. Cæterũ illud (& in aliis quæcunq; dicuntur plurimũ) opponitur ne ſolum de ſciẽtia, & appetitu ſit ſermo, quæ ſolum ſint plurium horum prædictorum, uel ut finis, uel ut ad finem, uel per accidẽs. Item & ſi aliqua alia plurium ſunt aliorum quorundam, & nõ horum, ut ſenſus, nam cum ſit plurium aliorum eſt, nam plurium eſt ſenſus, quod uel proprii, uel cõmunis, uel ipſius per accidens, & hæc ſic oſtendunt. uerbi gratia qđ non eſt auditus receptiuus colorum, nam neq; ut proprii ſenſibilis, nam proprium ipſius ſunt ſtrepitus: neq; ut communis, nam color non eſt ſenſibile commune, nam proprium eſt alicuius ſenſus, & non cõmune, ſed neque ſecundum accidens. Non .n. accidit ſtrepitui color. Item oſtẽdas uacuum non eſſe cauſam motus dicta cauſa quadrupliciter, & ſecundum nullum modorum uacuum eſſe cauſam motus. Hunc quoq; locum inquit eſſe utilem his quæ ſunt ad aliquid, nam dicere aliquid alicuius, & aliud alterius eſt in his quæ ſunt ad aliquid, ſic etiam ſi aliquis diceret quẽdã morbum appeti, deſtruemus, oſtẽdentes quòd nec ut finem, nec ut id ad finem appetit, neq; per accidens aliquis poteſt appetere morbum.

Amplius transfere ad euidentius nomen, ut pro exacto in opinione, clarum: & pro curioſitate, cupiditas ſuperfluarum rerum. Euidentiori enim facto, bene argumentabilis eſt poſitio. Eſt autem hic locus ad utrunq; communis, ad conſtruendum, & ad deſtruendum.

Hic locus ex translatione, nam quia omne ſit magis argumentatio conueniet cum ſit euidentius, proinde inquit transferendum eſſe occultius in euidentius, & ſic arguere periclitandum eſt. Nam magis dubitabilior ad euidens ſit argumentatio, ſimiliter quoq; translatio in euidens utilis eſt ad conſtructionem & deſtructionem. Et .n. deſtruere uolentes aliquid transferentes ad euidentius demonſtrabimus facilius, ſimiliter & ſi conſtruere uoluerimus. Nam uolentes deſtruere & oſtendere quòd ſtudioſus non eſt curioſus tranſmutantes curioſitatem in ipſam negotiationem admodum cupidam facile deſtruemus propoſitum. Nã curioſus nõdum uidetur ſignificare euidens peccatũ, ſiquidẽ curioſus eſt is qui in multis negotiis eſt inuolutus atq; implicitus. Põt ẽt hoc a fortuna quadã aduenire, ſed negotiatio admodũ cupida & auida iam diſpoſitionẽ & proprietatẽ ad negotia indicat, inſuper ẽt ſtudium & electionem ꝙ longe eſt alienũ a ſtudioſo. Rurſus autẽ ſi uolumus conſtruere qđ omnis opinio ſtudioſi exacta & diligens eſt, quia exacta nondũ nota eſt. Nam uidetur etiã ſignificare neceſſariũ, nam exacta uidetur eſſe quæ ꝑ neceſſaria ſit, ꝙ non omnis ſtudioſi opinio habet, nã ſunt opiniones ſtudioſo, & de cõtingentibus transferentes exactũ in apertum, uel in uerũ, facilius & promptius propoſitum oſtendemus. Nã omnis ſtudioſi opinio plana & dearticulata & uera eſt. ſimiliter etiã expoſitam ad aliquã opinionem propriã de aliquo, ut de uoluptate qualis eſſe ipſi uidetur oſtendemus. Nã qui dicit exactã eſſe ipſius opinionem nondũ notum dicit. Si aſit exactũ mutauerit in euidens aliquis notũ faciemus ꝙ diceret, poſſumus etiã oſtẽdere ſtudioſos eſſe cupidos negotiorũ mutãtes auidã negotiorũ tractationẽ in ipſam multorũ negotiorum tractationẽ. Nam ipſum indagare atq; inquirere de cœleſtibus et his quæ natura cõſtant eſt tractare multa, multiſq; implicitum eſſe, talis autẽ eſt ſtudioſus, ſed ſtudioſi opinionem nõ euidentem tranſmutãtes euidens in exactum, nã ſi exactũ eſt neceſſarium, & non omnis opinio ſtudioſi exacta erit, quare nec plana erit. unde hoc loco utẽtes poſſumus oſtendere, aliquãdo quidẽ ꝙ ſtudioſus non tẽperans mutantes temperantem in continentem. Nam ſi continentis partes animæ inter ſe nõ conſonant, & ſtudioſi partes animæ conſonant, igitur ſtudioſus non erit continens, quare nec tẽperans ſi idem eſt temperantia & continentia. Rurſus aliquis poteſt oſtendere ſtudioſum continentẽ transferendo continentiam in temperantiam, ſiquidem ſtudioſus in conſono, & cõuenienti conſenſu potentiarum animæ adinuicẽ ſit, ſed potentiarum animæ inter ſe conſenſus eſt temperãtia. Sic etiam Demoſthenes cum uoluiſſet probare ꝙ non ſunt agendæ gratiæ Philippo ob ea quæ dedit, mutauit, tranſtulitq; ipſum dedit in ipſum reddidit. Item cum uoluiſſet Thucydides excitare Athenienſes cõtra Mitylenæos tranſtulit ipſorum diſtantiam in tranſmigrationem. Et cõſuetudo eſt plena tali uſu, mutantes ſemper nomina in ea quæ ſunt apparentiora, ut ſecare in diuidere, & comedere in mãducare, & ſubridere in ridere. Itẽ transferunt etiam aſtutum in prudentem, & audacem in uirilem, & manſuetum in ignauum, & immobilem. Item liberalem in prodigum, & œconomicum .ſ. eum qui ſtudet recte adminiſtrare domum in ipſum liberalem, ſic etiã Callicles in Gorgia apud Platonem temperatos transfert in ipſos inſenſatos ſtupidoſque.

Ad oſtendendũ autẽ contraria eidem ineſſe, cõſiderandum in genere: ut ſi uolumus oſtẽdere, quoniã eſt circa ſenſum rectitudo, et peccatũ, ſentire quidem iudicare eſt. Iudicare autẽ eſt recte, & non recte. Et circa ſenſum utiq; erit rectitudo, et peccatũ. Nunc ergo ex genere circa ſpeciẽ demonſtratio ſit, nam iudicare eſt genus ipſius ſentire, qui nanq; ſentit, aliquo modo ſentit. Rurſum ex ſpecie generi. quæcunq; .n. ſpeciei inſunt, & generi. Vt ſi diſciplina praua eſt, & ſtudioſa, & diſpoſitio praua & ſtudioſa. Nã diſpoſitio diſciplinæ genus eſt.

Locum quendam nobis aſſignat quo uti poterimus ad problemata in quibus proponitur oſtendere contraria eidem ineſſe, ceu ꝙ circa ſenſum eſt rectitudo & defectus, uel circa opinionem uerum & falſum. Hic autem locus inquit conſiderandum eſſe in genere propoſiti, ꝙ ſi fuerit genus ipſius contraria inſunt, & ſi fuerit hoc ita ſe habens eodẽ utentes demonſtrabimus, quia etiã circa propoſitũ ſunt contraria, ceu quia ſentire eſt iudicare aliquid. Nã genus ſenſus eſt iudicium, nam iudicamus non ſolum ſenſu, ſed etiam recte. Et iudicare poſſumus recte & male, quocirca ẽt ipſi ſentire ambo inſunt, rurſus ſi appreẽſio eſt ue-

ra & falſa, erit etiam opinio. Nam ſpecies apprehenſionis exiſtimationiſue eſt opinio, ſic igitur à genere incipientes de ſpecie poſſumus oſtendere quod contraria eidem inſunt. Item etiam econtrario à ſpecie incipiẽdo poſſums oſtendere de genere. Nam ſi quæratur an diſpoſitio ſit praua & ſtudioſa inuenientes in aliqua ſpecie alicuius diſpoſitionis hæc ambo, per eandem oſtenderemus, quòd etiã diſpoſitioni ambo inſunt, ut quia ars eſt ſpecies diſpoſitionis, nam diſpoſitio ſolũ ſcientię et artes, ſed etiam uirtutes, ſed ineſt arti prauum & ſtudioſum, nam artium aliæ ſunt prauæ, aliæ uero ſtudioſæ, nam nomine ſcientię communius pro arte utitur. ineſt etiam diſpoſitioni cum ſit genus artis prauum & ſtudioſum, ſimiliter rurſus ſi opinioni falſum & uerum inſunt, etiam apprehenſioni.

Primus autem locus falſus eſt ad cõſtruendum. Secundus autem uerus. non enim neceſſarium quæcunque generi inſunt, & ſpeciei ineſſe. Nam animal eſt uolatile, & quadrupes, homo autem non. Quæcunque uero ſpeciei inſunt, neceſſario & generi. Si.n. homo ſtudioſus, et animal ſtudioſum eſt. Ad deſtruẽdum autẽ & primus quidẽ uerus, ſecundus autẽ falſus: quæcunque enim generi non inſunt, neque ſpeciei. Quæcunq; uero ſpeciei non inſunt, non neceſſe eſt generi nõ ineſſe.

Cum dixerit fieri conſtructionem illius quo dicuntur oppoſita alicui ineſſe, & à genere ſpeciei & à ſpecie generi, inquit. deſcendentium à genere in ſpecie, & ſi propter quid generi oppoſita inſunt & exiſtimata eadem eidem ſpeciei ineſſe falſa ſunt, ſed à ſpecie in genere deſcendentia uera eſſe inquit, & huius cauſam tradit. Nam quia non neceſſarium eſt quæcunque generi inſunt & ſpeciei ineſſe, ob id non eſt uerus primus locus. Nam quæcunq; in ſubſtantia generis ſunt complentia ipſius eſſe, hæc neceſſario & ſpeciei inſunt, quia genera uniuoce de ſpeciebus prædicantur, ſed quæcunq; accidunt generi, non prorſus & hæc unicuiq; ſpeciei neceſſe eſt accidere. Nam accidere generi dicuntur & quæcunque alicui uni ſpeciei earum quæ in genere accidunt, uel etiam in ſubſtantia eſt ipſius, ceu animali accidit album, quia cygnus cum ſit animal eſt albus. Porro quę dicuntur ſic accidere generi nõ neceſſe eſt etiã ſpeciei accidere, ſed neq; quæcunque inſunt generi huic in ſubſtã ia ſunt alicuius ſpeciei ſub ipſo, ſed non ob id & omnibus ſub animali, ſed ut accidẽtia inſunt generi et oppoſita, nam impoſſibile eſt in ſubſtantia alicuius generis eſſe oppoſita, nã ſic ſimul eſſent oppoſita & inſeparabilia inuicem, ſed quia eorum quæ ſub genere ſunt, alia talia ſunt, alia uero hæc, ut praua & ſtudioſa, uel alba & nigra, qua ratione dicuntur oppoſita eſſe in genere. Item eo quod diuidũtur oppoſitis differẽtiis, ſic inſunt generi. Nã ſic in animali quadrupes & non, ideo non ſufficiens eſt ad oſtenſionem huius ꝙ oppoſita ſpeciei inſunt, oſtẽdere generi eadem oppoſita ineſſe. Verũtamen qui oſtendit ſpeciei alicuius generis ineſſe oppoſita, prorſus demõſtrauit hoc.ſ.& generi eiuſdẽ ineſſe eadẽ. Nam quia ſpecies ſub genere eſt, neceſſe eſt etiã omnia quæ inſunt ſpeciei in genere eſſe, & his quæ ſub ipſo. nam uniuerſaliter uerum eſt quæcunq; in ſpecie ſunt etiam in genere eſſe, nam ſi idem erat illud in aliquo eſſe cum hoc omni ineſſe, non eſſet uerum hoc quæcunq; in ſpecie & in genere. Nã rationale et bipes in homine quidem eſt, ſed minime & in animali eſſet, quia nõ omni animali ineſt, ſed neque albũ eſſet in homine, quia nõ in omni, nam contrarium uerum eſſet hoc, quæcunq; in genere etiã in ſpecie, ſed quia non idem eſt, nam ſpecies in genere in quo eſt ẽt homo in animali, non tamen omne animal homo eſt, neq; omne genus ſpecies neceſſe eſt fateri, quia quæcunq; in ſpecie ſunt, eadẽ in genere etiam contenta ab eodem ſed cum oſtendit ad conſtructiones locum à generibus de ſpeciebus conſtruentẽ falſum eſſe, & locum à ſpeciebus de generibus uerũ, econtra inquit ſe habere in deſtructionibus, nã cum eſſe uerum locum dicit ꝙ nõ ineſt generi, idẽ non ineſſe ſpeciei oſtẽdit, nam ꝙ non eſt in animali, prorſus neq; eſt in homine. ſed illum locum qui nititur oſtẽdere ꝙ non ineſt ſpeciei, hoc idẽ non ineſſe generi, falſum eſſe aſſerit. nam quadrupes, uel irrationale non ineſt homini, nõ tamen ob id neq; animali. Cauſa autẽ huius eſt, quia in plus eſt genus quàm ſpecies. Nam quod ineſt alicui exiſtenti in plus quàm aliquid aliud hoc non neceſſe eſt enã ineſſe ipſi in minus, & ſub ipſo niſi iti ſit omni in plus ſe habenti. Quod uero exiſtenti in minus & ſub aliquo cõmuni ineſt, hoc neceſſe eſt etiam exiſtenti in plus & cõtinenti hoc ineſſe. Rurſus ecõtra quod non ineſt alicui exiſtenti in plus, neq; alicui eorũ ſub ipſo ineſt, nam ſi ineſt ipſi in minus, neceſſe eſt in illo ſpecies qđ quidem genus ipſius. Si autem aliquid nõ ineſt exiſtenti in minus, non neceſſe non ineſſe ipſi in plus, nam alicui alii inexiſtentium ſub genere põt in illo eſſe, ut quia animali non ineſt inanimatum, neq; alicui eorum quæ ſub animali. Similiter quia hoc ſine ſenſu eſſe non ineſt animali, neq; alicui ſpeciei eius ineſt. Quod ſi quis calumniari prædicta tentarit, & dixerit homini ineſſe ipſum eſſe ſub animali, non amplius autem & animali. Non enim eſt animal ſub animal, dicendum eſt quod etiam animali ineſt hoc ſub animali eſſe, nam cui quòd eſt animal aliquid ineſt, & ipſi animali ineſt: ſed homini qui eſt aliquod animal ineſt ſub animali eſſe, quare & animali, nam minime ponebatur hoc in aliquo eſſe, quod in omni eidem eſt.

Quoniam autem neceſſarium eſt de quibus genus prædicatur, & ſpecierum aliquam prædicari, & quæcunque habent genus, aut denominatiue à genere dicuntur, & ſpecierũ aliquam neceſſarium eſt habere, aut denominatiue ab aliqua ſpecierum dici. Vt ſi de aliquo diſciplina dicatur, & grammatica, aut muſica, aut aliqua aliarum ſcientiarum prædicabitur. Et ſi aliquis habet diſciplinam, uel denominatiue à diſciplina dicitur, & grammaticam habebit, uel muſicam, uel aliquam aliarum diſciplinarum, aut denominatiue ab aliqua earum dicetur, ut grammaticus, uel muſicus.

Locus talis, quia genera non ſunt ipſa per ſe, ſed in ipſis ſpeciebus ſunt de quibus prędicãtur, neceſſarium eſt ſi genus, ut genus de aliquo prædicatur, de eodẽ ẽt ſpecies aliqua prædicetur, niſi fuerit proxima ſpecies ipſa generis prædicati. nã de animali uolatili prædicatur animal, nõ tamen ſpecies de ipſo prædicatur, quia ipſum eſt proxima ſpecies animalis, ꝙ quidem omiſit addere, quia neq; utile idem ad aſſignãdum locum erat, uel etiã de hoc ſpecies prædicatur ſiquidem prædicetur idem de eodem, ſpecies equidem eſt animalis. Porro cũ genera ſint talis naturæ, neceſſario inquit & quæcunq; dicũtur habere aliquod genus.i. quibus ineſſe et accidere dicitur genus aliqđ, his omnino & ſpecierũ aliqua quæ ſub genere ineſſe & accidere dicuntur. Itẽ quæcunq; denominatiue ab aliquibus generibus dicũtur (ſic ãt dicũtur quibus accidit genus) neceſſe eſt ẽt & hæc a ſpecie aliqua earũ illius generis denominatiue dici, ut ſi ſciẽtia alicui ineſſe dicitur, neceſſe eſt ẽt huic & aliquã ſpeciem earũ quæ ſub ſcientiã, ineſſe, uel muſicẽ, uel grãmaticam, uel aliquã aliam. Nã ſi nulla ſpecies ſcientiæ ineſt alicui, nec prorſus ſciẽtia eidẽ ineſt, ſed ſi denominatiue quis à ſciẽtia diceretur, ut ſciens, hunc quoq; neceſſe eſt ẽt ab aliqua ſpecierum ſcientiæ denominatiue dici. Vel.n. grãmaticũ, uel muſicum, uel geometrã, uel in alia quadã ſciẽtia. Nã ſi a nulla neq; diceretur ſciens a principio, ſed accipiendo uniuerſale & dicendo, ut ſi ſcientia de aliquo prædicetur uel grammatice, uel muſica, uel aliarũ aliqua ſciẽtiarum prædicabitur, mutaretur atq; proficiſceretur ad prædicata uelut accidentia, diceudo & ſi quis haberet ſcientiam uel denominatiue ab ipſa ſcientia dicitur. Nam qñ ſciẽtia de aliquo ſic prædicatur ut accidens eidẽ atque cõtenta ſub ipſo, de hoc etiam neceſſe eſt ut aliqua ſcientiarũ exiſtẽtium ſub ſcientia prædicetur. nã quia hoc eſt uerũ uniuerſale, illud de quo aliqđ genus prædcatur, de eodẽ etiam aliqua ſpecies prædicatur, & non põt eſſe aliquod genus ſubſiſtens niſi ſit aliqua ſpecies, ſit uerum etiã hoc cui dicitur accidere aliquod genus huic accidit ẽt

aliquid

aliquid eorum illius generis,& hoc ſine addendo cum illo ineſſe & accidere generis prædicationem faceret, ſiue etiã non adderetur ipſum ineſſe,uerum denominatiue ipſum à genere diceret,nam denominatiuę prædicationes,ut dixit etiam in principio huius libri fiunt ab accidentibus.

Si igitur aliquid ponatur dictum à genere quomodolibet, ut animam moueri,conſiderandum eſt, ſi ſecundum aliquã ſpecierum motus contingat animã moueri,ut augeri, uel minui, uel corrumpi,uel generari , aut quæcunque ſunt ſpecies aliæ motus.nam ſi ſecundũ nullam,palam eſt,quoniam non mouetur. Hic *autem locus communis eſt ad utrunque , & ad construendum,& ad deſtruendum.* Si *enim ſecundũ aliquam ſpecierum mouetur,manifeſtum,quoniam mouetur:& ſi ſecundũ nullam ſpeciem mouetur,palam quoniam non mouetur.*

Illud quomodolibet indicatiuum eſt huius, ſiue denominatiue,ſiue etiam addatur eidem ineſſe genus,& exemplo denominatiui uſus eſt,nam animam moueri dicendo denominatum à motu cum ſit moueri,prædicatur de anima,ſimiliter autem & ratio,ſi animę ineſſe uel accidere aliquis diceret ipſum moueri. Porrò hoc exiſtente problemate,oportet reſpicere ad ſpecies motus, quæ ſũt auctio, minutio,latio,alteratio,generatio & corruptio. Nã cõmunius & nunc dicit hos motus,perinde ac motus ſit genus, & ab aliquo horum motuũ animæ ſi poſſibile eſt denominatiuam efficere prædicationem,quo ẽt modo cõſtrui poterit ipſam moueri,ceu ſi ſit,ſi interitum habet anima,ſi augetur,ſi minuitur,ſi alteratur,ſi fertur,quod ſi nullus horũ motuũ ipſi ineſt,deſtrueretur ẽt poſitum à principio:ſ. ipſam moueri. Quod ſecundum Xenocratem anima eſt numerus ſeipſum mouens, uel ergo ipſum augeretur ab eodem uel minuaretur,uel alteraretur,uel ferretur,uel interiret,uel generaretur,ſed neq; aliqd ſeipſum auget : Nã ab aliquo addito auctum augetur,quod extra eſt id quod augetur. Item id quod augetur uel minuitur, uel alteratur incideret in alium numerũ,& ex ſua propria ſubſtãtia exiret atq; ſic egrederetur ex ſuo eſſe quod erat. Item nec aliquid ſeipſum generare nec corrũpere poteſt, minimeq; a ſeipſo,quare nec numerus poteſt. uel ſic diffinitio animæ eſſet deſtructa & diffinitiuum problema. Quod ſi quis diceret accidere ſubſtantiæ animæ exiſtenti ipſum moueri, oſtendentes quod nec augetur,nec minuitur, nec ſecundũ locum mouetur,nec ſit,nec corrumpitur,nã nullum incorporeũ poteſt aliquid horum pati. Item oſtendentes quod nec alteratur,quia alteratio eſt ſecundum ſenſilis differentias,quas non recipit anima cũ ſit incorporea,tollemus ſic ẽt & deſtruemus poſitum. Itẽ ſi quis diceret deum pati, oportet ipſum uel lætari,uel triſtari,aut metuere,uel deſiderare,quod ſi nullum horum deo ineſſe conſentaneũ eſt deſtrueretur etiã ipſum eſſe paſſibilem. Rurſus ſi peccans aliquis inuitus peccare diceretur,oportet ipſum uel ui,uel ignorantia peccare. Nam hæc ſunt ſpecies inuiti inuoluntariiq;.quod ſi ui , oportet eum extrinſecam cauſam habere,& nihil ipſum conferre ad hoc,nã tale eſt illud quod ui ſit, ſi uero per ignorantiam,oportet ſingula ignorare in quibus conſiſtit actio. Nam qui peccat uniuerſalis ignorantia,& ſi ignorando peccat,non tamen per ignorantiã, ſed per ſeipſum peccat, nam ipſe talis ignorantiæ eſt cauſa,ut in tertio libro de moribus ad Nicomachum oſtenſum eſt,quocirca neque illi ignoſcitur. ſi uero auditor,nec ui,nec ignorantia peccaret,neque inuitus peccaret,ſic certe deſtrueretur hoc ſcilicet peccata eſſe inuoluntaria. Poſtremo quod ad deſtructionem & conſtructionem locus utilis ſit,perſpicuum eſt,nam oſtendentes quod nulla ſpecies generis ineſt propoſito,deſtrueremus problema, qđ ſi oſtenderetur aliqua ſpecies generis ineſſe propoſito,cõſtrui poterit genus ineſſe ipſi.

Vide Platonẽ. 10. dialogo de legibus. ubi decẽ ſpẽs motus ponit, et uult animã nullo motu corporis primo moueri, ſed decima ſpẽ diuerſa a prædictis. unde rationes Ariſto. ubiq; nihil contra Platonem concludunt. lege ẽt Parmenidẽ de ſpẽbus motus.

Non abundanti autem argumentatione ad poſitionem,intendendum ex definitionibus,aut quæ ſunt propoſitæ rei , aut quæ uidentur,& ſi non ab una,ſed à pluribus. Facile enim definientibus argumentari erit.nam ad definitiones facilis argumentatio eſt.

Videtur iam mentionem feciſſe in prædictis de argumentis à loco diffinitionum,per quæ dixit. Alius eſt facere diffinitiones accidentis & cui accidit,uel amborũ ſecundum utrunq;,uel alterius , nam à diffinitionibus uelut ab euidentioribus,in eo quoq; loco putauit argumentationes ſumendas eſſe. Hoc aũt idem ẽt dicit , unde hoc non diffinibile,ſed per diffinitionem accidentis eſt deſtructio et conſtructio,hæc aũt ſunt diffinibilia in quibus quæritur ſi diffinitio eſt poſitũ,ſed uſus diffinitionis non diffinibile eſt. Eſſet itẽ additum ob locum hũc illud pluribus eiuſdẽ diffinitionibus utendũ eſt,non quod uere plures ſint eiuſdem diffinitiones,ſed ſecundum opinionem. Nam ob id adiecit,aut quæ uidentur, nã adductis diffinitionibus propoſiti putat utilius eſſe accipientes ad propoſitum oportere ab hoc arguere ad problema poſitum , quod poſitionem dixit. Rurſus aut conſtruendo ipſum aut deſtruẽdo idem euenit. Item argumentatio facilis eſt à diffinitionibus cũ multas habeat occaſiones,ceu poſito hoc æqualia eſſe infinita,diffiniendum eſt æquale, ut nobis ſit utile ad propoſitum,ideo oportet deſtruentem problema ſic diffinire æqualia ſunt quæ æqualibus partibus conſtant. Nã ſic non poſſunt eſſe infinita eo quod à principio infinita non poſſunt menſurari. At ſi uoluerimus conſtruere diffiniemus æqualia eſſe quæ nec ſeſe excedant, nec deficiunt. Nam ſic ſe habent etiam infinita inter ſe, ſed opus eſt his qui nõ abũdãt argumentis ut plures diffinitiones ſumãt eiuſdem,nam a pluribus facilior ſit inuentio ad propoſitũ ceu quæſitũ ſit,ſi uoluptas bonum ſit,cuius plures ſunt aſſignandæ diffinitiones,hæc quod ſit lenis motus, atque hæc quod ſit generatio in naturam ſenſilẽ,uel hæc quod eſt irrationalis profuſio,& hæc quod eſt actus ipſius habitus ſecundũ naturam impedibilis,uel aliquid quod ſit finis conſequens ultimos actus,nam pluribus aſſignatis diffinitionibus,facilius abundabimus etiam ad deſtruendum. porrò fieri poteſt ut ex traditis diffinitionibus de uoluptate argueretur quod non eſt bonum,& quod eſt bonũ. Itẽ poteſt illud contextus.ſ. nõ abundanti aũt argumentatione dictum eſſe nõ quia de quodam alio loco mentionem faciat,ſed uelut additum prædicto eſſe, nam ſi diuidentes genera in ſpecies nondum planè poſſumus deſtruere problema,eo quod in ſpeciebus ẽt relinquitur quædam dubitatio. porrò dicentes animam moueri nõ dicunt congrue accipientes ipſam non alterari,nam ipſa iraſcitur,triſtatur, & lætatur,diſcit,& meminit,ac opinatur,quia igitur dubitabile hoc eſſe uidetur,an ipſa anima hæc patiatur , uel is qui habet animã ſit q iraſcitur,uel triſtatur,ut dicimus. Itaq; aũt hæc dimittentes oportet diffinire quid eſt moueri, & accipiẽtes aſſignatas diffinitiones moueri & eligẽtes de his utiliorem ad propoſitum ab hoc argumentum eſt nobis faciendum,ut quod moueri eſt mutare locum ex loco,nam hoc poſito moueri,anima moueri non poteſt,q̃a nec mouetur ex loco ad locum, quandoquidem hæc mutatio de loco ad locum ſit peculiaris corporibus.

Conſiderandum autem in propoſito,quonam exiſtente neceſſe eſt poſitum eſſe,aut quid eſt ex neceſſitate , ſi propoſitũ eſt. Conſtruere quidem uolenti,quo exiſtente, propoſitũ erit ex neceſſitate:nam ſi illud oſtendetur eſſe,& propoſitũ oſtenſum erit. Deſtruere autem uolenti,quid eſt ſi propoſitum eſt. nam ſi oſtenderimus conſequens propoſitum non eſſe, interimentes erimus propoſitum.

Hic locus eſt ex illatione,duplex aũt eſt q̃ppe ſit cõſtructiuus & deſtructiuus,nã ꝓpoſito quodã ꝓblemate qđ uolumus,uel cõſtruere,uel deſtruere,inq̃t cõſiderãdũ eſſe & q̃rendũ q̃ hoc ſeq̃tur,& q̃ rurſum ipſum ſic ſequuntur. Et ſi uoluerimus ipſum cõſtruere,ſumẽdũ eſt aliq̃d horũ,qđ ſequatur ipſum. Nam illo prorſus poſito erit ẽt hoc,quia ſequitur ipſum,nam ſi antecedens & conſequens ſecundũ primum dictum indemonſtrabile exiſtens erit conſtru-

ctiuum erit problema ex illatione,& ſequela, ut ſi fuerit problema utrum omnis uoluptas bonum uel non. Et uoluerimus oſtendere omnem eſſe bonum, quærendum nobis erit quid ſequatur hoc ſcilicet omnē uoluptatem eſſe bonum & illud conſtruendum eſt, ceu ſi ſequitur hoc, uidelicet omnem uoluptatem eſſe ſecundum naturam hoc ſic ſe habere oſtēdendum eſt. Nam hoc oſtenſo erit cum ipſo ſimul oſtenſum etiam hoc omnem uoluptatem eſſe bonum. ſimiliter etiam ſi probaretur omnis uoluptas uirtus eſſe, ſequeretur rurſus hoc bonum eſſe omnem uoluptatem, ſic & Plato in Phædone uolens oſtendere animas apud inferos eſſe & ſeruari, accepit illud quod putauit ſequi ex illo.ſ.hoc ex mortuis fiunt uiuentes, & probauit per hoc, contraria ex contrariis fiunt, ſed cōtraria ſunt mori & uiuere. Item in Menone uolens oſtendere rurſus uirtutes eſſe docēdas, accepit id quod ſequitur hoc, quod eſt ipſas eſſe ſcientias. nam ſi uirtutes ſunt ſcientiæ, uirtutes ſunt docēdæ, hoc autem quod accipit ſic probaretur, qui optime diſponit animam omnium conuenientium & cōgruentium ſcientia callet, ſed habens uirtutes optime diſponitur anima, igitur habens uirtutes callet ſcientiā omnium congruentium, igitur uirtus eſt omnium congruentium ſcientia. poteſt etiam hoc oſtendi cuius præſentia aliquis ſciens eſt, hoc eſt ſcientia, ſed uirtutis præſentia fiunt ſcientes conuenientium, igitur uirtus eſt ſcientia. Item rhetores utuntur plerisq; in locis eodem arguendi loco. Porrò obiicientes alicui homicidiū oſtendunt ea quæ ſequuntur homicidium, ceu quod eſt inimicus, quod inſidiator, quod uiſus eſt eo tempore eoq; loco habere enſem. Itē adulterio quendam accuſantes, probant quod comptus & laſciue ornatus eſt, nam ſic uidetur ſequi. & uacuū probantes putant hoc ſequi motum, & ſic motum eſſe accipiunt. probantes igitur problema hoc quod ſequitur propoſitum illue eſſe oſtendemus. Si uero deſtrueremus, rurſus aſſumemus quæ ſequuntur propoſitū ad deſtructionem, & oſtendentes illa non eſſe, deſtruemus etiam propoſita. nam ſi non ſequens, nec præcedens ſecundum ipſum dictum locum ſecundum indemonſtrabilem qui eſt ex illatione deſtructiuus, ut ſi propoſitum nobis erit oſtendere, non omnem uoluptatem eſſe bonum, oſtendentes hoc conſequens hoc omnem uoluptatem bonum non eſſe, oſtendemus propoſitum, ut ſequitur hoc, ſcilicet omnem uoluptatem bonum eſſe id.ſ. etiam uoluptates cinædorū bonas eſſe. Rurſus quia diametrum non commenſurabilem lateri oſtendere uolentes & accipientes commenſurabilē eſſe conſequens, & oſtendentes abſurdum hoc eſſe, tollemus diametrum eſſe lateri commenſurabilem, nam ſequitur ipſum hoc ſcilicet imparia æqualia eſſe paribus, ut etiam in libro de priori reſolutione oſtenſum eſt, ſed hoc impoſſibile eſt, igitur & impoſſibile eſt illud quod ſequitur hoc. Rurſus oſtendentes illud quod ſequitur hoc, ſcilicet uacuum eſſe, quod eſt æqualis uelocitatis inæqualiter grauia fieri, quia hoc abſurdum, tollemus & deſtruemus uacuum eſſe. Sic etiā Plato in libro de ciuili deſtruit iniuſtitiam eſſe bonum conſilium accipiens id quod ſequitur ipſum uidelicet iuſtitiam eſſe malum conſiliū, & oſtendens non ita ſe habere. Item quod temperantia nō eſt uirtus oſtenditur per deſtructionem conſequentis hoc.ſ. temperantiam eſſe uirtutem. Nam ſi uirtus eſt temperantia, confeſſa diſpoſitio eſſet, ſed talis non eſt igitur nec uirtus. Itē qđ nec coloris propria diffinitio eſſe hæc, propriū ſenſile uiſus, ſic oſtenditur, n.ī ſi ſic, color eſſet de numero eorū q̃ ſunt ad aliqđ, ſed nō eſt ad aliquid, igitur eſt qualitas, talis aūt oſtenſio eſt diffinitiua. Itē ſi ſequitur hoc.ſ. uirtutē ex ſe ſufficientem eſſe ad felicitatem, illud.ſ. conſentaneā non eſſe deductionem, quod ſi eſt conſentanea deductio, non erit ſufficiens uirtus per ſe ad felicitatem.

Cicero ī rhetorica dedit exemplum.

Idem uide ī IoanneGrāmatico primo priorū.

Amplius ad tempus inſpiciendum, ſi alicubi diſſonat: ut ſi quod nutritur dixerit quis ex neceſſitate augeri. nutriuntur .n. ſemper animalia, augentur aūt non ſemper. Similiter aūt, & ſi ſcire dixerit quis reminiſci. nam hoc quidem præteriti temporis eſt. illud autem præſentis & futuri. ſcire .n. dicimur præſentia & futura, ut quoniam erit defectus ſolis. reminiſci autem non contingit alterius quam præteriti.

Cū dixerit de loco deſtructiuo ex illatione qui ex deſtructione conſequentium fit, adiungit prædicto locū deſtructiuum illum a tempore, qui eſt quod ſi poſitum ex neceſſitate ſequitur aliquid diſſonaret ſecūdum tempus tanquam exiſtente altero alterum nō ſit. Non enim amplius eſſent ea quæ ſic ſe habent æqualiter, ceu ſi fuerit poſitum hoc ut nutritos ex neceſſitate ſequatur auctio, hoc certe deſtruemus oſtendentes aliquem nutritum ali ſed minime augeri, nam animalia ſeneſcentia nutriuntur, alioquin non eſſent, minime tamen augentur. Item quod ipſum ſcire non ſequatur reminiſci, neque ſciens omnia memoriter teneat ex tempore oſtenditur, ſiquidem memoria fit duntaxat præteritorum, & ſcientia etiam præſentium & futurorum. Nam aſtrologus etiam futuri deliquii ſolis uel lunæ ſcientiam habet. Item quod non ſequitur reminiſcentia ipſas diſciplinas, quandoquidem reminiſcentia fit eorum quæ facta ſunt duntaxat, ſed diſciplina etiam futurorum, nam diſciplina eſt de futura eclipſi. Item nec ſenſum ſequitur ſcientia, nam ſenſus ab ortu natiuitateq; inſunt nobis, ſcientiæ uero poſterius. Item ob idem nec appetitum prælectio ſequitur, nam poſterius aduenit prælectio, ſed appetitus a natali die, ſic etiam nec ſenſitiuum ſequitur ſentire, quia dormientes etiam ſenſitiui ſumus, ſed minime ſentientes ſumus.

Amplius ſophiſticus modus eſt ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumentorum facultatem. Hoc autem erit quandoque quidem neceſſarium, quando que autem apparens neceſſarium, quandoque autem nec apparens, nec neceſſariū. Neceſſarium quidem, quando negante eo qui reſpondet aliquid utilium, ad illud rationes facit. Cōtingit aūt id taliū eſſe, ad quę copioſam argumentorum facultatem habemus. Similiter aūt & quando inductionem ad aliquid oppoſitum factum interimere conatur. hoc .n. interempto, & propoſitum interimitur. Apparens autem neceſſarium eſt, quando uidetur quidē utile, & accommodatum poni, non eſt aūt ad id, quod fiunt diſputationes: ſiue negante eo, qui diſputationem ſuſtinet, ſiue ab inductione probabili per poſitionem ad idē factam, interimere conetur id ipſum. Reliquū uero, quando nec neceſſariū eſt, nec apparens ad id, ad quod fiunt diſputationes, ſed ut accidat redarguere reſpondentem. Verū oportet deuitare poſtremū dictorum modorū, omnino .n. ſemotus & extraneus uidetur eſſe à dialectica. Quare oportet & reſpondentem non diſcordem eſſe, ſed ponendo, quę non utilia ſunt ad poſitionem, ſignificare oportet quęcunque non uidentur, ponere tamen, nā magis perplexos eſſe ut plurimū contingit eos qui interrogant, quando omnia huiuſmodi eis poſita fuerint, ſi non concludant.

Locus quē nunc tradit, eſt qđ transferatur problema, et ratio ad hoc ad qđ bene abundamus argumētis, quē dixit eſſe ſophiſticū modū, quia ſophiſtis cōſuetudo hæc eſt relinquere rationes de propoſito, & traducere ipſas ac transferre ad hoc ad qđ abundant argumētis, ut in Protagora Platonis ipſe Protagoras facit aliqñ fabulas quaſdā narrādo, aliqñ de poematibus rationē faciēdo, in quibus pōt abundare argumētis euitans facere rationes de ꝓpoſiti ꝓblematibus ſecundū interrogationē & reſponſionē. igitur tranſire à ꝓpoſitis ad alia q̃dā, ut abundet argumentis & rationibus, non tñ utilibus ad propoſitū planè ſophiſticū eſt, ſit aūt aliqñ & neceſſaria translatio & digreſſio, qñ in tale fieret qđ conſtructū utile eſt ad poſitū ex principio, iccirco ēt modū ſophiſticum cū ſit uniuerſalis dialecticis poſuit, nam dialectici digreſſio eſt in talia per quæ oſtenſa illud a principio poſitum ſimul probatur & cōſtruitur. Nā ut ipſe inquit, aliquando quidem in neceſſariū & utile ad poſitū ex principio tranſmutatio talis ſit, aliquādo aūt in

Hoc nō ſolū in Protagora Plato facit, ſed alibi ſæpe.

apparens

apparens neceſſarium,ſed minime neceſſarium,aliquando autem in alienum planè,& neque neceſſarium ad propoſitum,neque phantaſiam neceſſarii præbens, qui ſanè modus tranſlationis tranſumptioniſve planè eſt ſophiſticus, igitur ad neceſſarium fit tranſmutatio , quando aliquo interrogante propoſitionem non conferentem ad oſtenſionem propoſiti reſpondens non concederet,ſed mutans de ipſa eadem rationem faceret probando ipſam,& abundaret ad ipſam argumentis. Nam patet quod conſtructio & probatio talis propoſitionis confert aliquid ad problema ex principio , ſiquidem obtulit ipſam interrogans,ut per ipſam oſtenderet propoſitũ , ut ſi problema aliquis probando hoc omnem uoluptatem eſſe bonum acciperet in oſtenſionem huius,omne ꝙ eſt ſecundum naturam eſt bonum,& reſpondens non concederet,abundaret aũt magis ad probationẽ huius interrogans,& digrediens de hoc oẽ ſecundum naturã bonum eſſe ratiocinaretur oſtendendo, equidẽ partim quod ſecundũ naturã unicuiqꝫ propriũ eſt, & propriũ unicuiqꝫ eſt bonum,partim aũt quia illud quod eſt præter naturã unicuiqꝫ malũ illi & corruptiuũ eius eſt. Si aũt præter naturam malum,illud ſecundũ naturam,igitur bonum,ſiquidem contrario contrarium, & cõtrarium contrario. Nam talis tranſgreſſio utilis eſt ad poſitionem à principio,nam non conceſſo hoc,non poſſet propoſitũ oſtendi neceſſarium hoc ad poſitionem ex principio. Rurſus uolens aliquis oſtendere ꝙ animus immortalis,acciperet,quod mouetur ad oſtẽdendũ,ꝙ ẽt à ſeipſo,ſed aliquis non concederet ipſum moueri,ſed qui abundat ad idẽ argumentis transferendo ad hoc facit rationes oſtendendo quod mouetur,quod partim intelligit , partim diſcit, partim lætatur & triſtatur,& partim ſentit ac ſperat,& partim metu afficitur. nã ſi neceſſaria eſt ipſa tranſgreſſio ad propoſitum,& eſt talis modus tranſgreſſio ad propoſitum,& eſt talis modus tranſgreſſionis inductio , ut dixit in ſecundo libro de priori reſolutione. Similiter autem & quando inductionem ad aliquid per propoſitum cum feciſſet , deſtruere niteretur tale eſſet,inſtans contra interrogatam propoſitionem uelut utilem ad propoſiti oſtenſionem. Poteſt ẽt ſimpliciter non concedi dicendo nõ eſſe ueram propoſitionem dicentem,omne ſecundum naturã bonum eſſe. Item poteſt inductione idem deſtrui dicendo mori ſecundum naturam cum ſit,non eſſe bonum. Similiter etiam algere & ægrotare. Nam nil horũ eſt ſecundũ placitum,ſed ſecundum naturam. Cæterum illud,ſcilicet ob poſitum ſignificaret hoc per ipſam poſitam propoſitionẽ,nam propoſitio hæc,omne ſecundum naturam bonum eſt , ſed inductio per hanc eandem propoſitionẽ uidetur facta oſtendere ipſam eſſe falſam, nam accipit ſingularia quædam ſecundum naturam quæ palam uidentur nõ eſſe bona . Porrò qui tranſmutat oſtenſum per inductionem & poſitum, &hoc deſtruens ad neceſſarium propoſito tranſlationem facit,ceu ſi diuidens diceret quod non omne quod natura fit ſecundum naturam , ſed optimum eorum quæ fiunt natura,ſed eorum quæ aſſumpta ſunt per inductionem nihil tale eſt. Eadem autẽ ratio& ſi aliquis uolens probare hoc, nullam uoluptatem eſſe bonum,acciperet propoſitionem hanc, quod nullum bonum generatio tanquam aſſumpta ſit etiam hæc,ſed uoluptas eſt generatio. Poſſumus quoqꝫ ad hanc propoſitionem & ſimpliciter inſtare non concedendo. Item poſſumus per inductionem utendo propoſito facere falſam propoſitionem quæ dicit ſanari cum ſit generatio,eſſe bonum,& diſcere. Nam hoc ad oſtenſionẽ euiſdẽ propoſitionis à propoſito problemate digredi & deſtruere poſita per inductionem oſtendentia quod non ſimpliciter bona ſunt,neceſſarium eſt ad propoſiti oſtenſionem,ſiquidem ſublata eadem propoſitione per inductionem non poteſt illud à principio propoſitum quod nulla uoluptas eſt bonum,oſtendi. Nã hoc deſtructo,nullam generationem eſſe bonum,& propoſitum quod erat hoc,nullam uoluptatem bonum eſſe tollitur. igitur neceſſaria in talibus ad propoſitum tranſpoſitio problematis hęc ad talia,uel poteſt hæc de reſpondente dicere perinde ac ille per inſtantiam deducentem ut abundet inductionẽ utatur,nã uidebitur neque is aliquid abſurdũ facere,ſi per inductionẽ ad quã abundat rationibus tolleret poſitionẽ. Vel magis dictũ tale eſt ob uerba hęc,ſimiliter aũt & quando inductionem ad aliquid ob poſitũ factum interimere conatur,nam hoc interẽpto & propoſitũ tollitur, perinde contextus & ſcriptura ſit cum hoc uerbo(factũ) & non faciens. Nam diceretur,ſimiliter aũt & quando inductionem ad aliquid factã ob hoc propoſitũ, uidelicet hoc in quod tranſmutatio fit,& ad quod abundat argumentis, deſtruere niteretur hoc reſpondens eo quod inſtaret eidẽ. Nam hoc interempto per quod probabatur propoſitum problema,quod ẽt ipſum propoſitum dixit , deſtruitur etiam problema. igitur neceſſaria ſit in conſtructionẽ huius tranſmutatio rationis interroganti,nam ſi aliquid eſſet conſtructum problema ab interrogante per inductionem , nihilo tamen minus dialectici eſt hoc per inductionem oſtendere propoſitum,uel per ſyllogiſmum. Deinde in ratione inductiua & accipiente aliquid tale uelut utile ad demonſtrationem ad quod abundat pluribus rationibus diſputans cũ ipſo ad hoc inſtantiam faceret , quo fit ut ei neceſſaria ſit conſtruenti propoſitũ tranſmutatio rationis ad hoc , nam ſi reſpondente dicente nõ eſſe id quod eſt ſecundũ naturã bonum,interrogans per inductionẽ conſtruit, & probat idẽ accipiendo in unoquoqꝫ animali,quod quæcunqꝫ ſunt ſecundũ naturã uniuſcuiuſq; ipſorum ſunt bona, ut ſecundum naturam equi ſunt bona equo, & canis cani , & leonis leoni. Vtrum ipſi accipienti , quod etiam quæ ſunt hominis ſecundum naturam ſunt ei bona inſtaret contra hoc qui fauet oppoſito. ſed qui abundat ad hoc oſtendendum pluribus argumentis, tranſmutabit ſic ob quod abundat pluribus non aliter quam neceſſario, ſiquidẽ hoc nõ oſtenſo tollitur etiam oſtenſum ex principio hoc, ſcilicet omne ſecundum naturam eſſe bonum. Oſtenderet autem hoc accipiendo omne ſecundum naturam homini uel bonum honeſtumve,aut delectabile , aut utile eſſe , & cum unumquodque horum perſuaſerit poſt hæc aſſumeret quod omnia hæc ſunt bona. Nam erit huius hoc oſtenſiuum ad quod inſtantia quo conceſſo oſtenditur omne ſecundum naturam bonum eſſe, ut fiat in apparens neceſſarium , ſed non neceſſarium tranſmutatio,quando de aliquo nominatorum in problemate interrogans faceret rationem,quod tamen nil confert ad deſtructionem & conſtructionẽ problematis. Nam faciendo ad tale tranſmutationem efficit phantaſiam,uelut de aliquo utili ad poſitionem & problema faciendo rationes,ut ſi problema fuerit de hoc, mundum eſſe ſphæricum , & hic diſſereret de hoc ſi unus uel plures ſint mundi, uel de hoc ſi ſempiternus , uel genitus ipſe ſit,uel rurſus exiſtente problemate ſi uoluptas ſecundum naturam de natura aliquis diſſereret oſtendẽdo quid eſt natura,quia omne quod natura fit alicuius generi fit, hoc autem facit uel interrogato reſpondente & rationem ſuſtinente,uel etiam negante idipſum , ceu ſi hæc interrogaret,an ei uideatur omne quod natura fit alicuius gratia fieri,& hic negaret,& ille reliquens propoſitum problema de hoc oſtenderet abundans argumentis ad ipſum,uel etiam inductione aliqua probabili utendo non deducta in oſtenſionem propoſiti tanquam oſtendente tale, deinde in inductione utentes , & poſitione ad quam tranſmutatio fit perinde ac utile ſit hoc ad oſtenſionem propoſiti quod omne quod natura fit,gratia alicuius ſit , at qui tentat deſtruere hoc inſtat contra ipſum , nam fit tranſmutatio interroganti in hoc tanquam in apparens neceſſarium, quod utebatur hoc ut oſtenſiuo propoſiti problematis, ut ſi hic quidem per inductionem probabilem oſtendit quod omne quod natura fit gratia alicuius ſit , quod non èrat neceſſarium ad oſtendendum hoc omne ſecundum naturam bonum eſſe quod erat problema , uidebatur tamen neceſſarium , ſed hoc utente inductione , etiam reſpirare alicuius gratia fieri non concederet ſecum diſputans , ſed qui ad hoc rationes facit abundans ad idem argumentis , & eſſet tranſmutatio in tale dialecti-

ea quæ in apparens neceſſarium eſt. Et loci uſus eſt ad tranſumptionem & tranſmutationem in tale. Item aliquando fit tranſmutatio nec in neceſſarium, nec in apparens neceſſarium, ſed in contingens, & quoduis, ut ſi quis propoſitum oſtenderet quod ſolum honeſtum pulchrumq́, bonum eſt indagaret peteretq́; à reſpondente ſi pulchrum ipſi honeſtumq́; uidetur eſſe & aſſerente, conaretur oſtendere quod non eſt abundando argumentis ad oſtenſionem huius, & redargueret ipſum. Nam plana eſt diuerſitas problematis, & quia neutrum oſtenſorum in oſtenſionem alterius conferre poteſt eo quod nec neceſſaria, nec utilia dici poſſunt, quando aliquis dimittendo aliqua propoſiti oſtenderet quædam uitioſa oratione, uel præter hiſtoriam dicta, nam talia redargueret. Verum inquit ſeruandum eſſe talem digreſſionem tanquam omnino exiſtentem ſophiſticam & alienam à methodo dialectica. Item cenſet in talibus digreſſionibus reſpondentem animaduertere quando interrogans uellet alienum quippiam à propoſito problemate accipere transferendo problema, & ſi ipſi non uideatur ſic ſe habere, concedendo tamen ſic ſe habere ſubſignificet ac innuat quod ſibi non placet. Equidem ponit propoſitum gratia concludendi, nam accidit interrogantibus talia abundare argumentis, quando aliquis idem non moleſte contulerit hæc, cuius gratia hęc etiam proponunt, ſed concederet, nam perſpicui ſiunt eiſdem datis non potentes aliquo uti ad propoſitum.

Amplius omnis qui dixit unum quoduis quodam modo multa dixit, eo quod plura unicuique ex neceſſitate conſequentia ſunt. ut qui hominem dixit eſſe, quoniam animal eſt, dixit, & quoniam animatum, & quoniam bipes, & quoniam mentis, et diſciplinæ ſuſceptiuum. Quare quouis uno conſequentium interempto, interimitur, & quod in principio eſt. Cauere autem oportet in huiuſmodi difficilioris aſſumptionem facere. Nam quandoque quidem facile eſt ipſum conſequens interimere. Quandoque autem id ipſum propoſitum.

Hic locus idem eſt cum dicto pauloante qui ex illatione deſtruebat. nam dixit cõſiderandum eſſe quid eſt ex neceſſitate ſi hoc propoſitum eſt, & hoc deſtruere, nam ſublato hoc propoſitum etiã erit deſtructum quod ſequitur hoc. Idem autem & nunc dicit. Nam quia omne poſitum plura ſequuntur, quando aliquid ſequentium ipſum deſtruxerimus, erimus etiam deſtruentes & ipſum. Verum differt hic dictus locus ab illo, quia ibi inquit quærenda eſſe quæ ſequuntur poſitum, hic autem etiam inuentionem conſequentium ſubſcribit. nam quia omnis qui dicit modo aliquo plura dixit. Nam diffinitionem rei dictæ potentia dicit qui rem diffinitumq́; dicit, quandoquidem dicat genus ipſius & ſpecificas differentias & propria eiuſdem. Si autẽ qui dicit rem diffinitam potentia ẽt hæc dicit, patet quod hæc ſequuntur dictum, quare cum quippiam horum demonſtrauimus non eſſe, deſtruemus etiam poſitum à principio. Nam qui dicit hominem, iam & animal, animatum, bipes & rationale dixit, quare ſi quippiam horum non ens demonſtraretur, nec homo erit. Eodem modo quia eum qui dicit uirtutem ex ſe ſufficientem ad felicitatem ſequitur hoc non eſſe conſentaneam rationabilemve eductionem, atque non eſſe ſanitatem eligendã, nec quippiã aliud præter uirtutem, ſi aliquid horum deſtrueretur, ſublatum quoque erit hoc, ſcilicet uirtutem ex ſe ſufficientem eſſe ad felicitatem. Rurſus qui dicentem animam eſſe corpus, ſequitur corpus per corpus recipi, & ipſam eſſe elementum, uel ex elementis. quod ſi non eſt aliquid horum, neque illud erit, & quia dicentem motum fieri per uacuum, ſequitur, hoc inæqualiter grauia æqualis celeritatis eſſe, & uacuum fieri comparabile pleno, & inæquali tempore aliqd pertranſiri ſpacium idem per plenum & uacuum. Quod ſi hæc abſurda etiam poſitum eſt abſurdũ. Cæterum inquit cauendum eſſe ne fiat tranſlatio & tranſumptio difficilioris, & illius quod difficulter argumento oſtendi poteſt. Nã ſæpe facilius eſt ipſum deſtruere, quam id quod ſequitur ipſum, nam qui uult oſtendere quod iniuſtitia non eſt utilis, facilius longe de ipſa niteretur oſtendere hoc, quam ſi accipiendo id quod ſequitur ipſam, uidelicet cupiditatem lucri & auaritiam de hac rationes faceret, nam uidetur auaritia turpis eſſe, licet utilis & iuuans ſit. Vnde probabiliter oſtendendum eſt quod non eſt utilis iniuſtitia, interdum ut Plato eo quod ipſa eſt animi morbus, & nullus animi morbus, eſt utilis, aliquando autem quia omnis malitia nocet habenti ipſam, & iniuſtitia eſt malitia, igitur ab iniuſtitia proficiſcendo digrediẽdoq́; ad auaritiam de illa facere rationes non eſt dialectici.

Quibuſcunque autem neceſſe eſt alterum tantum ineſſe, uel non ineſſe, ut homini ægritudinem, uel ſanitatem, ſi ad alterum facile poterimus diſputare, quoniam ineſt, uel non ineſt, & ad reliquum facile poterimus, hoc autem cõuertitur ad utrunque. oſtendentes enim quoniam ineſt alterum, quoniam non ineſt reliquum oſtendentes erimus. Si autem quoniã non ineſt, oſtenderimus, reliquum ineſſe oſtendentes erimus. Manifeſtum igitur, quoniam ad utrunque utilis hic locus eſt.

Cum poſuiſſet quoſdam locos ex illatione & conſecutione conſtructiuos, poſt hæc tradit locum ex pugna & cõtrarietate conſtructiuum & deſtructiuum. Eſt autem locus ipſis immediatis contrariis congruens. nam quia hæc ſunt immediata contraria, quorum alterum neceſſe eſt ſuſceptiuo ineſſe, ſi fuerit problema aliquod taliũ poſitum ineſſe alicui, ſi quidem accipientes ſuſceptiuum immediatorum contrariorum de quo prædicaretur alterum, oſtendemus ipſi alterum non ineſſe, profecto demonſtrabimus quod alterum poſitum eidem ineſt, quod ſi oſtenderimus alterũ ineſſe eidem deſtruemus hoc alterum ineſſe eidem. Dignum igitur in his problematibus cenſet in quibus neceſſe eſt alterum ineſſe ſubiecto, & ambo ſimul impoſſibile eſt, ad quod aliquis abundant diſſerere. nam per alterum etiã alterum oſtenditur. nam ſi alterum oſtẽderetur ineſſe propoſito, alterum ſublatum erit, ſi uero alterum non inerit, alterum conſtructum erit. Quando igitur tale erit prædicatum de aliquo in problemate, quia oſtendimus contrarium eidem ineſſe propoſito, uel non ineſſe conſtruemus & deſtruemus propoſitum, ceu ſi de numero prædicetur par & impar ſi de aliquo numero aliquis efficeret rationẽ & aliquis diceret ipſum eſſe parẽ, deinde oſtenderet quod non eſt impar, igitur par, ſiue rurſus oſtenſum fuerit quod eſt impar, erit oſtenſum quod non eſt par. Similiter etiam ſi corpus animalis propoſitum fuerit, & diceretur ſanari, ſi uero oſtenderetur ægrotari, oſtenſum erit quod non ſanatur, quod ſi non ægrotans, quia ſanatur atque recte ualet, poteſt ſic etiam probari. Eodem quoq; modo poſito hoc ut ſit aliqua magnitudo infinita, quia omnis magnitudo; uel finita, uel infinita eſt, oſtendentes quod omnis eſt finita deſtruemus aliquam eſſe infinitam, ut demonſtrauit Ariſtoles in primo de cœlo, oſtendẽdo quod omne ſimplex corpus & compoſitum finita ſunt. Hic quoque locus congrueret contradictioni. Nam immediata eſt contradictio, & ipſa quæ non habet, ut contraria immediata ſuſceptiuis tantum neceſſitatem prædictam, ſed in omnibus. Nam neceſſe eſt de omni uel affirmationem, uel negationem eſſe. quare ſiquidem affirmatio, non erit negatio, ſi autem non affirmatio, erit negatio. Nam ſiue diuitiæ oſtenſæ fuerint quod ſint bonæ, ſublata erit negatio, ſiue quod non ſint bonum erit conſtructa affirmatio, ſed hic locus in contrariis mediatis non amplius eſt utilis ad ambas, ſcilicet ad deſtructionem & conſtructionem, ſed ad deſtructionem ſolam poſiti contrariorum, nam ſi oſtenderetur quod alterum ipſorum ineſt, & non poſitum ſuſceptiuo tolleretur alterũ ineſſe eidem, quandoquidem ſimul eſſe contraria nequeant, attamen non ſequitur ut ſi alterum non inſit, reliquum inſit eo quod poteſt aliquod mediatorum ipſi ineſſe. Nã corpus ſi album ex neceſſitate eſt non nigrum, ſi autem nõ album, non ob id ex neceſſitate nigrum. Item ſi quis felix is non infelix, non tamen ſi non felix eſt ex neceſſitate infelix,

felix, quãdoquidẽ non immediate opponantur felicitas & infelicitas quia contingit ut aliqs ſtudioſus ſit felix, & ſiquidẽ ſtudioſus nõ malus, ſi añt nõ ſtudioſus non ex neceſſitate malus. Non enim immediata uirtus & malitia ſunt, & ſapiens non furit non inſanit, non tamen non ſapiens inſanit quare non amplius ſic contraria ſunt pariter utilia ad deſtructionem, & conſtructiouem, & eſt demonſtratio magis, congruens immediatis, quæ per quintum dictum indemonſtrabilem locum qui eſt ex diuiſione & oppoſito, ubi unum eorum in diuiſione concludit reliquum, ſed mediatis demonſtratio congruit per quartum qui eſt ex diuiſione, & altero eorum in diuiſione deſtruens alterum.

Amplius argumentari transferẽdo nomen in orationem, cum longe magis conſentaneum uiſum fuerit tranſumere, quã ut ponatur nomen. ut boni animum, non fortem (ut ponitur) ſed bene animum habentem, quemadmodum etiam fidentem, bona ſperantem, Similiter autem & eudæmona, cuius utique dæmon fuerit ſtudioſus, quemadmodum Zenocrates inquit eudæmona eum eſſe qui animam habet ſtudioſam. Hanc enim unicuique eſſe dæmonem.

Locum nobis ab etymologia aſſignat, nam ſi nomina transferamus ad orationes ſecundum etymologiam, nam hoc ſignificat illud contextus, transferendo nomen ſecundum orationem, tanquam ſint horum magis ſignificantia, & cum cõueniens fuerit magis ſic intelligere nomina, quã ut iacent, abundabimus argumentis ad propoſitum, ut ſi uolumus oſtendere quod quæcunque uirtutem habens eſt boni animi, ſed non ſolus fortis, tranſumemus nomen hoc boni animi in orationem hanc ſecundum etymologiam. Eſt autem hæc {habens bene animam} id eſt qui bonam animam habet, ſed ſi boni animi eſt qui habet bonã animam, & bonam animam habet, & iuſtus, & prudens; & ſapiens, neque ſolus fortis boni animi erit, neque ſi fortitudo & ipſa bonitas animi. Quod uero boni animi eſt qui bene animam habet oſtendemus appoſitione ſimilium, etenim bene ſperans, qui bene ſperat, id eſt bona ſperat. Rurſus uolentes oſtendere quod ſtudioſus felix eſt tranſumemus felicem in orationem ſecundũ etymologiam. nam habens bonam felicitatem ſignificari uidetur à felici. Porrò ſi felix uniuſcuiuſq; anima, ut Xenocrati uidetur erit bene felix, & bene animam habens, ſed bene animam habet ſtudioſus, igitur ſtudioſus eſt felix. Rurſus oſtendere uolentes quod nõ eſt pręelectio in ipſo irrationali ſumemus orationẽm præelectionis, quę eſt hęc electio ante alterum, ſed aliud ante aliud eligi in his eſt in quibus etiam eſt conſulere, nam aliud ante aliud diſcernere cum oratione fit, ſed nullum irrationalium cõſultat, nec uult, quare neque præelegit. Rurſus uolentes oſtendere quod ſapiens non eſt continens tranſumemus continentẽ in ſeipſum coercentem & cohibentem. nam hoc ſignificat nomen, & oſtendentes quod ibi dominans coercenſq; eſt & hic cohibitum & imperatum aliquid erit, ſed qui coercetur & ſub imperio eſt inuitus, & pugnans eſt imperanti, & ubi aliud eſt dominans coercenſq; & aliud imperio ſub actum & cohibitum animæ non eſt hic conſenſus, ſed ſapiens habet partes animæ inter ſe conſentientes demonſtrabimus propoſitum. Eadem quoque ratio etiam ſit de intemperato & incontinente, eodem quoque pacto poteſt oſtendi amicum non eſſe beneuolũ, ſi beneuolus quidẽ ſit qui recte intelligit, & uera uel bona intelligit, ſed nõ omnino recte amicus intelligit. Cæterũ locus uerſimile & probabile, & dialecticum habet, non tamen ſanè dictum in omnibus. Nam neque bene marinus dicitur habens bonũ mare, neque bene manus habens qui tenet pulchras bonaſve manus, ſed pugillatiuus, neque magnanimus qui habet animam magnam, ideo neque felix ſtudioſus, ut iam etiam qui dæmonem bene & felicitatem habet in ſeipſo.

Quoniam autem rerum aliæ quidem ſunt ex neceſſitate: aliæ autem, ut in pluribus: aliæ uero ad utrumlibet, ſi quod ex neceſſitate eſt, ut in pluribus ponatur, aut quod, ut in pluribus, ex neceſſitate. aut ipſum, aut contrarium ei, quod eſt, ut in pluribus, ſemper dat locum argumentationis. Nam ſi quod ex neceſſitate eſt, ut in pluribus ponatur, manifeſtum quoniam non omni dicit ineſſe, cum inſit omni. Quare peccant, ſiue quod in pluribus dicitur, ex neceſſitate dixit, omni dixit ineſſe cum non inſit omni. Similiter autem & ſi contrarium ei, quod in pluribus eſt, ex neceßitate dixit. Semper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod eſt ut in pluribus, ut ſi, ut in pluribus praui homines, boni in paucioribus, quare multo magis peccant, ſi bonos ex neceſſitate dixit. Similiter autem & ſi quod ad utrunlibet eſſe, ex neceſſitate dixit, uel ut in pluribus. Neque enim ex neceſſitate eſt quod ad utrunlibet eſt, neque ut in pluribus. Contingit autem, & ſi non determinans dixerit, utrum ut in pluribus, an ex neceſſitate dixit, ſit autem res, ut in pluribus, diſputare ut ex neceſſitate is dixerit: ut ſi prauos exhæredandos dixit eſſe, non determinans, tanquam ex neceſſitate is dixerit, diſputare.

Hic locus occaſionem accipit ex differentia rerum & in plus eſt q̃ primus aſſignatus qui dignum eſſe uolebat, ut reſpiceretur ſi alio modo inſit tanquam accidens tradidit, nam in hoc loco trãſumptum quidem eſt ut genus, uel ut proprium, uel ut diffinitio inexiſtens in ipſum ex neceſſitate inexiſtens, nã ſic illorum unũquodq; accipitur, ſed accidens tranſumptũ eſt in id quod ut in pluribus, & plerunq; & in id quod utrolibet accidere poteſt, nam tale poteſt ineſſe, & non eſt alicui determinatum accidens. Item ſi etiam accidentia quædam ſunt inſeparabilia, erunt etiam hęc his quæ ex neceſſitate inſunt, ideo neque accidens opponitur huic ex neceſſitate. Neque enim utitur accidente, neq; aliorum aliquo, ſed uelut alia diuiſione utitur eo ꝙ neceſſario ineſt & non, nam habemus quod rerum aliæ quidem ex neceſſitate ſunt, ut hæc homo eſt animal. Nam id quod omni & ſemper ineſt, hoc ex neceſſitate ineſt, ſimiliter neceſſarium eſt Deum incorrupubilem eſſe, aliæ contingentes. Et harum contingentium aliæ ut plerunq; ut hominẽ quinq; digitis conſtare & ſenem caneſcere, aliæ uero raro ut oppoſita his. ſ. hominem quatuor digitis uel ſex naſci. Nam in his ſunt hæc, uel ſeneſcentem hominem non caneſcere, aliæ æqualiter, ut hominem ciuilia Rempublicamq; adminiſtrare, uel non, peregrinari etiam, uel nõ, lauari quoque uel non, cum igitur talis ſit differentia in his quæ ſunt ſi alio modo inexiſtens alicui quis ſecundum alium ineſſe diceret euarians modos inexiſtentiæ ipſorum occaſionẽ dat argumentationis logices. Nam ſi quis diceret contingere Deum eſſe incorruptibilem, uel hominẽ animal, uel rationalem, hic diceret id quod eſt impoſſibile, contingere ut ſit, nam impoſſibile eſt ut Deus non ſit incorruptibilis, uel homo non ſit, animal, ſed qui dicit ipſum contingere animal eſſe, is diceret contingere etiã ut non ſit animal, nam tale eſt cōtingens. Item ꝙ ſemper ineſt non ſemper ineſſe diceret, nam ꝙ ex neceſſitate ineſt ſemper & omni ineſt, ſed & ſi determinans ut in pluribus diceret eſſe illud quod eſt ex neceſſitate, idem error ſit, quia quod plerunq; ſit contingit etiam non eſſe. Nam ob id quod eſt ut in pluribus non eſt neceſſarium, ut ſi quis diceret demonſtrationem ut plerunq; ueram eſſe. Itẽ ſi quis hoc ut in pluribus mutans ex neceſſitate eſſe diceret conſimilis ratio ſit. Nam ſi quis diceret ex neceſſitate hominem quinque digitos habere diceret contingens neceſſarium eſſe, nam contingit etiam non eſſe quinq; digitorum, ſed qui dicit ex neceſſitate omnem eſſe quinque digitorum non inquit contingere non eſſe quinque digitorum. Sed ſi contrarium huic ut in pluribus ꝙ eſt in minus. Nam ut in pluribus opponitur pauciori, ſic etiam hoc ut plerunq; ei quod ut minus & raro. Porrò ſi quis id quod raro uel ex neceſſitate eſſe diceret, uel ut in pluribus, reprehẽderetur, uel quia ꝙ ut in pluribus cum non ſit impoſſibile eſſe, dicit non eſſe, uel quia

dum eſt quæ illorum ſint uera, nam illa ſi fuerit oſtenſa uera, deſtructum erit problema, quia impoſſibile eſt ut contraria ſimul uera ſint, & talis eſt loci aſſumptio. Verum plurium ꝙ dicitur fieret, ſi exponentes contrarietates & coniugationes factas ſecundum complicationes ipſarũ, oſtenderemus ſex omnes fiunt, & quomodo quatuor ſunt earum ſex quæ habent contrarietatem, & quæ eodem. Sunt porro duæ coniugationes contrariorum, una quidem iuſtum & iniuſtum, altera autem bonum & malum, & hæc connectantur inuicem quibuſcunque modis connecti poſſunt, modo ſeruetur & unaquæq; coniugatio habeat unũ terminum alterius contrarietatis, itaque erunt ſic compoſitis coniugationes compoſitorum non plures quàm ſex. Vel enim utrunque eorum ex altera contrarietate utrique eorum ex altera complicabitur, & erunt hoc modo ipſis complicitis duæ coniugationes complexorum, uel enim iuſto bonum, & iniuſto malum cõnectetur, & erit una hæc coniugatio quæ eſt iuſtum bonum, & iniuſtum malum, & ſubiectũ in utraque complicatione in una .ſ. eſt iuſtũ, in alia uero eſt iniuſtum, & prædicatum in una eſt bonum, in altera autem malum. Aliquando quoque econtra iuſto malũ, & iniuſto bonum ineſt perinde ac coniugatio ſit iuſtũ malum, iniuſtum bonum Aliquando autem eidẽ alteri ſubiectorum utrunque prædicatum diuiſim complicabitur, ut iuſto tunc bonum. & tunc malum, & erunt rurſus, aliæ dictæ cõiugationes, una quidem iuſtum bonum, iuſtum malum, altera autem iniuſtum malum, iniuſtum bonum. reliquæ duæ erunt quando econtra ambo ſubiecta ſeorſum, aliquando alteri prædicatorum complicabimus, aliquando autem alteri, ut iuſto & iniuſto, aliquando bonum, aliquando malum, & rurſus iniuſto aliquando malum, aliquando autem bonum. nam erit altera iuſtum bonum, iniuſtum bonum, & altera iuſtum malum, iniuſtum malum. Hæ igitur ſunt totidem ex duabus contrarietatibus complicitis prædicto modo cõiugationes & complicationes.

Prima coniugatio habens utrunque de utroque.
Iuſtum bonum — Iniuſtum malum

Secunda ſimiliter econtra habens utrunque de utroq;.
Iuſtum malum — Iniuſtum bonum

Tertia habens prædicata ambo de altero ſubiectorum in parte.
Iuſtum bonum — Iuſtum malum

Quarta & ipſa ſimiliter habens prædicata ambo in parte de altero ſubiectorum.
Iniuſtum bonum — Iniuſtum malum

Quinta habens idem prædicatum de utroque ſubiecto diuiſim ut
Iuſtum bonum — Et iniuſtum bonum

Sexta & hæc ſimiliter habens prædicatum de utroque ſubiecto.
Iuſtum malum — Iniuſtum malum.

Præter has non poteſt alia quædam inueniri complicatio, modo ſeruetur hoc ut complicatio habeat duos terminos ex utraque contrarietate, quæ eſt una ex ipſis ſex cõiugationibus, duæ quidẽ primæ dictæ in quibus utrũq; contrariorum complicatur nullã contrarietatem faciunt. Neque enim iuſtum bonum eſt cõtraria complicatio huic iniuſtum malum eſt, nam ambæ ſunt ueræ & ambæ eiuſdem habitus, nam eiuſdem eſt opinari iuſtum bonum, & iniuſtum malum, nam ambæ ſunt ciuiles. Neque rurſus ea quæ dicit iuſtum malum contraria eſt dicenti iniuſtũ bonum, nam rurſus & hæc ſimiliter falſa & fugienda ſunt & eiuſdem habitus, nam eiuſdem eſt opinari iuſtum malum & iniuſtum bonum, igitur inter ſe non pugnant ſed ſeſe conſequuntur, ſed contraria ſunt inuicem deſtructiua. Verum dicendo ambo fugienda eſſe ſecundo dicta & eſſe eiuſdem habitus moriſq;, & addendo quod fugiendum fugiendo non eſt contrarium, quia ponebatur in moralibus ſecundum unamquanque moralem uirtutem eſſe aliqua malitia, alia quidem in excellentia, alia uero in defectu, & inter ſe: Adiecit hoc, niſi alterum quidem ſecundum ſuperabundantiam, alterum autem ſecundum defectum, Quomodo igitur ibi contraria talia inter ſe & uirtuti eſſe dicuntur, & quòd non ſimiliter neque ſecundum idem uirtuti & inter ſe in illis dictum eſt, nunc autem dicit, quia prędicta ambo cum ſint fugienda non per ſuperabundantiã uel defectum ſunt fugienda ſed ſimpliciter, quia non ſunt contraria inter ſe. uerum demonſtrauit ſecundum coniugationem non habentem contrarietatem, non dicendo de prima, quia in prima per ſe ſufficiens erat, ut ipſæ ſimul ueræ eſſent. Nam contraria nunquàm ſimul eſſe ac ſimul uera poſſunt, licet ſimul falſa eſſe nihil uetet, nam contrariã non diuidunt uerum & falſum ut contradictio, quia igitur ſecunda coniugatio habens ambas complicationes fugiẽdas etiam habet ambas complicationes falſas: quod non eſt impoſſibile circa contraria, ob id ad oſtendendum ipſas non eſſe contrarias uſus eſt oſtenſione hac quod fugiendum fugiendo non eſt contrarium, ſed uel in ſolis in quibus circa idem aliquid alterum ſuperabundat, & alterum deficit. Item euidens & uniuerſaliter uerum eſt quòd bonum bono non eſt contrarium, ſed minime uniuerſaliter uerum fugiendum fugiendo non eſſe contrarium uerum. Cęteras uero relictas quatuor complicationes inquit fieri, quandoquidem ea quæ dicit iuſta bona, contraria ſit dicenti iuſta mala, ex quibus erat complicationibus tertia coniugatio. Vnde quòd hæ complicationes in his coniugationibus ſint contrariæ utitur demonſtratiuo à contrario habitu & more, nam contrarii more quando iuſtum bonum dicens, & is qui dicit iuſtum malũ quo metro contrariorum utens merito inueniet contraria eſſe plura quã unum. Item iudicare contraria contrarietate ſecundum mores probabile eſt & dialecticum, licet non uerum. Nã à contrario more eſt dicere iuſtum bonum & mœchari bonum, ſed nõ ſunt contraria inter ſe iuſtum bonum & mœchari bonum, eſſet autem contraria ſi eſſet ipſa mœchandi actio contraria iuſto, nam de his ſic ſe habentibus eſt ſermo. Item quarta coniugatio uidetur ex contrariis componi quæ dicit iniuſtum bonum contraria eſt dicenti iniuſtum malum, nam & ipſæ ſunt contrariæ à contrariis habitibus. Item quinta talis quæ dicit iuſtum bonum, & quæ dicit iniuſtum bonum. Nam hæ contrariæ & à contrariis habitibus: ſimiliter etiam ſexta habet dicens iuſtum malum, & dicens iniuſtum malum. Et enim hæ ſunt prædictis contrariæ, unde cum oſtendet has & dicet. In unaquaque enim coniugatione unum eligendum, alterum autem fugiendum, & alterum quidem boni moris, & alterum mali moris ſubdidit. Patet igitur ex dictis quod eidem plura contraria fieri accidit accipiendo hoc ut ſequens poſita, nam quam complicationem laudabilem uel ueram acceperimus hac ratione omnes uituperabiles, aut falſæ contrariæ erunt in omnibus coniugationibus, & non plures inueniuntur exiſtentes quam duæ, & ſimiliter quam uel uituperabilem, uel falſam hac ratione omnes quæ in omnibus coniugationibus laudabiles uel ueræ contrarie, quæ nec ipſe plures ſunt quam duæ. Eſt autem laudabile, ideſt uerum in prima coniugatione hoc iuſtum bonum opinari, uituperabile autem iuſtum malum, quare hoc erit contrarium illi. Item in ſecũda complicatione quæ habet ſubiectum iniuſtum in ambabus complicationibus, uituperabilis rurſus eſt complicatio quæ dicit iniuſtum bonũ. Erit igitur & hæc contraria huic dicenti iuſtum bonum, ſed in reliquis duabus coniugationibus uituperabiles complicationes eædem ſunt cum iam prædictis, nam in altera ipſarum quinta uituperabilis eſt hæc quæ dicit iniuſtum bonum, quæ erat etiam in quarta uituperabili complicatione, ſed in ſexta quæ dicit iuſtum malum eſt uituperabilis, ea quæ eſt etiam in tertia coniugatione uituperabili. Duæ

igitur ſunt contrariæ huic dicenti iuſtum bonum .ſ.ea quę dicit iuſtum malum,& ea quæ dicit iniuſtum bonum. Itē in uituperabili eorum quæ tertia cōiugatione duæ erunt contrariæ complicationes,quæ in ipſa eadem eſt hæc dicens iniuſtum bonum,& hæc in quarta dicens iniuſtū malum. Nā in quinta & ſexta coniugatione complicationes ſunt laudabiles. Rurſus eadē ſunt cum prædictis duabus, ſimiliter etiam laudabilium deinceps in tribus cōiugationibus,& uituperabilium complicationum unicuique oſtēdentur duæ eſſe complicationes contrariæ. Cum igitur unaquæq; complicatio exiſtentium ex contrariis exiſtens & continens contrarietatum duarum complicationū contrariarum,nam primæ duæ coniugationes ex contrariis quidē fuerunt & ipſæ,nō tñ contrarietatem continebant.

Accipiendum igitur eſt, contrariorum quodcunque erit ad poſitionem utile.

Inquit accipiendum eſſe utrum contrariorum ſi fuerit ad poſitionem utile quod quidem breuiter dixit,& ob id obſcure dictum eſt.ſed tale eſt,equidem eſt locus in contrariis ad deſtructionem utilis, ſed non amplius uniuerſaliter ad conſtructionem,nam in cōtrariis immediatis,& ad conſtructionem quando in ſusceptiuis ipſis ratio ſit ut iā prædictum eſt. Quia autem ſunt quædam & mediata cōtraria in quibus non amplius deſtructio alterius conſtruit alterum,ſed ſolum alterius poſitio,alterum deſtruit. Nā ſi album non nigrum,non tamen ſi nō album,iam & nigrū, nam poteſt eſſe etiam aliquod intermedium,ob id (ut dicebam) prædictus locus eſt utilis ſolum ad deſtructionē, nam impoſſibile eſt ut cōtraria ſint ſimul. Quando igitur problema aliquod fuerit ex contrariis cōpoſitum cui plura ſunt contraria probantes & cōſtruentes, idem oportet quæ ſunt eidem cōtraria accipere,& horum quod magis fuerit ob euidentiam apponendum utile,quod pertractātes & oſtendētes quod uerum eſt poſſumus deſtruere poſitum contrarium eidem tanquam non ſit uerum , ut ſi diceret aliquis iuſtitiam eſſe malum,quia huic cōtraria duo ſunt.ſ.iuſtitiam bonum eſſe,& iniuſtitiam malū ſi euidentius contrarium fuerit iniuſtitiam malum eſſe cū ſit morbus & malitia animę & corruptiua,hoc quidem communicationis in ciuitate , hoc autem omnis congregationis, certe contraria eſt & præter naturam hominibus. Nā homines natura inuicem conueniunt, porrò ſi hoc per hæc euidentius eſt hoc iuſtitiam,eſſe bonum, hoc demonſtrātes & ponentes cum ſit contrarium huic iuſtitiam malum eſſe oportet deſtruere ipſum. Sed in ipſis immediatis contrariis etiam probabimus propoſitum quia oſtendentes contrarium non ineſſe eidem ſuſceptiuo eius,quod quidē poterimus oſtendere ſecundum utrunq; contrariorum ſignificatum promptius. Hoc autē fieret ſi ambæ contrarietates,ex quibus complicatio contrariorū eſſet immediata. Nam ſic & alia immediata erunt oſtenſa , nam qui oſtēdit quod non eſt ſanitas malum iam demonſtrauit ꝙ ſanitas eſt bonum , ſi fuerint immediata contraria bonum & malum,ſimiliter etiam in ſanitate & morbo,nam dixit ꝙ locus eſt utilis ad coſtructionem conſtruenti & deſtruenti. Verum oportet magis in prædicatis terminis quærere utrum magis euidentius ineſt iuſtitiæ bonum uel iniuſtitiæ malum. Eadem ratio & ſi quædam alia contraria acceperimus ut uoluptatem & triſtitiam,& bonum, & malum , & hæc complicamus , ſimiliter & in his quibus ipſe utebatur,accipiamus amicos & inimicos,& benefacere & malefacere. Hic igitur eſt locus. Sed aliqs quærere poſſet quomodo rurſus hic plura uni cōtraria eſſe accepit acqueſcens huic ſententiæ,ꝙ unum eſt uni cōtrarium alias. Niſi quando ipſum unum ſimplex fuerit neceſſe eſt huic unū eſſe contrarium,ſed quando non ſimplex nihil prohibet huic etiam plura eſſe contraria , non ſecundum idem ſed alio atq; ſecundum aliud acceptis contrariis. At cum fuerit contrarium uni ſecundum idem nō poſſunt plura eſſe uni contraria,nam proprie plura eſſent eidem contraria. Equidem ſi aliquid unum ens numero plures habens uirtutes & potentias & unicuiq; in ipſo potentiæ haberet aliquid contrarium,non quia eſt unum numero acceptū ob id uni ſunt plura contraria, nam neq; prohibet unum aliquid numero exiſtens frigidum & album eſſe,ut in niue et habere contraria calidum & nigrum, ſed non ob id uni plura contraria ſunt,quia non ſecundum idem ambo .ſ. calidum & nigrum ſunt contraria niui,& in contrariorum complicatione idem accidit. Non enim ſecundum idem; huic uoluptatem eſſe bonum contrarium eſt , hoc uoluptas eſt malum,& triſtitia eſt bonum ,ſed prima quod cōtrarium de ipſo prædicatum fecit, & ſecunda quia contrarii idem. Nam duo compoſita & utriq; ipſorum proprii aliquid eſt contrarium,igitur neq; hic eidem aliquod pugnans dicit,quemadmodum neq; in libris de moribus ut demonſtrauimus in commentariis in illos.

Amplius ſi eſt aliquid contrarium accidenti,conſiderandū eſt,ſi inest ei,cui dictum eſt accidens ineſſe. Si.n.hoc ineſt,illud non inerit. Impoſſibile.n.eſt ſimul contraria eidem ineſſe.

Inquit ſi quis alicui accidere aliquid diceret,oportet cōſpicere ſi accidenti eſt contrarium. Hic autem locus idem eſt in quibuſdam cum eo qui dictus eſt prius , & ſolū uerbis differens ab illo,tanquā uериſimile ſit ꝙ Ariſto. diuerſis uerbis eundem locum deſignet, idcirco in quibuſdam ante hunc prædictum eſt. Sed locus eſt etiam ipſe à cōtrariis deſtructiuus. Nam quia impoſſibile eſt ſimul quædam contraria eſſe & accidere inquit,ſiquis aliquid alicui diceret accidere,reſpiciendum eſſe ſi ipſi dicto accidere ſit aliquid contrarium,& ſi ineſt huic cui ineſt aliquis inquit cōtrarium eidem,nam ſi oſtenderetur hoc ineſſe huic deſtructum erit poſitum ipſi accidere. Nam ſi quis diceret iniuſtitiam utilem eſſe habenti,quia utili nociuum eſt contrarium,& iniuſtitia eſt morbus animæ ſi acceperimus quòd omnis morbus eſt nociuus habenti ipſum ,habebimus qđ etiam iniuſtitia,ſi autem nociua,non utilis ergo erit. Nam contraria ſimul eidem ineſſe non poſſunt. Similiter ſi ꝙ dicitur ſanari oſtenderimus ægrotare,deſtruemus ipſum ſanari. Item ſi uoluptate bonum eſſe poſitum fuerit, oſtenſum quòd ſit malum,deſtructum erit ipſum eſſe bonum. Nam ſimul erunt circa eadem contraria. Verū differt hic lócus ab eo qui paulo ante dictus eſt , quod quibuſcunq; neceſſe eſt alterum ineſſe quandoquidem ille erat dictus de immediatis contrariis,ideo & conſtructiuus non ſolū deſtructiuus. At iſte eſt in contrariis mediatis, idéo eſt ſolum deſtructiuus.

Aut ſi quid tale dictum eſt de aliquo, quod cum inſit , neceſſe eſt contraria eſſe,ut ſi ideas in nobis quis dixerit eſſe. Nam & moueri & quieſcere eaſdem accidet,& etiam ſenſibiles & inſenſibiles. Videntur enim ideæ quieſcere, & immobiles,& intelligibiles eſſe iis,qui ponunt ideas eſſe. Attamen cum ſint in nobis,impoſſibile eſt immobiles eſſe, ſiquidem motis nobis neceſſarium eſt,& quæ in nobis ſunt omnia , ſimul moueri. Manifeſtum,quoniam & ſenſibiles,ſi in nobis ſunt. Nam per ſenſum,qui circa uiſum eſt,eam quæ in uno quoque eſt formam,cognoſcimus.

Addit prædicto loco etiam hunc,qui etiam eſt in contrariis & deſtructiuus. Eſt autem locus quia ſi quis cēſeret quærendum eſſe ſi aliquis tale aliquid prædicatum fecerit de aliquo uelut inexiſtens eidē quod ſequebatur hoc .ſ.ut ſimul contraria inſint rei ſubiectæ. Nam ſi erit tale poſitum alicui ineſſe,deſtrueretur & oſtenderetur impoſſibile ſimul contraria alicui ineſſe. Ipſe igitur uſus eſt exēplo idearum. Nam ſi quis diceret ideas in nobis eſſe tanquam ſint ſpecies noſtræ,hoc ſequetur ſimul hoc , ſcilicet dicere ideas immobiles eſſe,ſimulq; motas & ſimul intellectiles & ſenſiles , nam quatenus dicunt ideas intellectuales & immobiles hæc eis inſunt,ſed quatenus in nobis ipſas eſſe dicunt nobis motis una mouētur,& adhuc ſenſiles erunt. Nam uniuſcuiuſq; formam uiſu cognoſcimus quę ſi idea eſt ſenſilis erit, Poteſt etiam à nobis colorari is

ari is locus tollentibus hoc,ego mentior,eſſe propoſitio-
nem, nã ſi propoſitio ſimul erit uera & falſa,ut oſtenſum
eſt,ſed hoc impoſſibile eſt,nam contraria hæc,igitur non
propoſitio eſt hoc , ego mentior, nam ſi eſſet conceſſum
hoc.ſ.eſſe propoſitionem , deſtrueretur hoc ſcilicet om-
nem propoſitionem eſſe ueram uel falſam,nam ſi hoc eſ-
ſet etiam eadẽ uera uel falſa , ſed utrunuis ſupponeretur
eſſe ſequitur etiam contrariũ ipſi, nam ſuppoſito hoc ue-
ro ego mentior ſequi uidetur ipſum mentiri.nã ſic uerifi-
caretur dicendo ſe mentiri , rurſus eſſet falſum hoc uerifi-
care , ob id enim idipſum idem rurſus mentiretur dicẽdo
ſe mentiri,quia uerum dicit.Sed non omnis phantaſia ue-
ra propoſitio eſſet , nam ſimul uera & falſa, uera quidem
quia ipſa eſt etiam phantaſia , falſa autem quia non inquit
omnem uerã eſſe,hoc autem impoſſibile eſt . Item ex eo
quo aliquis dicit omnia miſceri cum omnibus,ſequitur ut
contraria ſimul ſint. Item ſequitur ex dicẽte ens unum eſ-
ſe & infinitum,ut unum ens ſit & plura, nam infinitum eſt
quãtitatis,& quantitas eſt accidens,igitur erit ſubſtantia et
quantitas.Item ſequitur ex ponente omnia moueri ut idẽ
ſimul moueatur & quieſcat. nam idipſum omnia moueri
quatenus uerum & firmum manet,immobile erit,ſed qua
tenus eſt de numero omnium etiã ipſum mouebitur. Cæ
terum cum dixit{Nam per ſenſum qui circa uiſum eſt,eã
quæ in unoquoque eſt formam cognoſcimus} demõſtra
uit quomodo in nobis dixit eſſe ideas . Nam dixit eſſe in
nobis, ut unamquamq; ſpeciem & formam . Et per hunc
locum deſtruerentur talia. Scit Dion quod mortuus eſt ,
nam ſimul ex hoc ſequuntur mori & uiuere. Similiter ex
hoc ſequitur & hoc non eſt eadem dies .

*Rurſum ſi poſitum eſt accidens cui aliquod contrarium
eſt:conſiderandum ſi & contrarii ſuſceptiuum eſt , quod &
accidentis eſt.Nam idem eſt contrariorum ſuſceptiuum . Vt ſi
odium ſequi iram quis dixerit , erit odium in furoris ſpecie .
Illic enim ira eſt.inſpiciendum igitur ſi & contrarium in fu-
roris ſpecie amor eſt.Nã ſi non ,ſed in cõcupiſcibili eſt amor,
odium iram non ſequetur.Similiter autem & ſi concupiſcibi-
le ignorare dixerit.Erit enim ſcientiæ ſuſceptiuum , ſiquidem
& ignorantiæ,quod quidem non uidetur concupiſcibile ſuſce-
ptiuum eſſe ſcientiæ.Deſtruenti ergo, quemadmodum dictum
eſt,utendum eſt:conſtruenti uero, quoniam ineſt quidem ac-
cidens : non utilis locus eſt , quoniam autem contingit ineſſe ,
utilis eſt,oſtendentes enim quoniam non ſuſceptiuum eſt con
trarii:oſtendentes erimus,quoniam neque ineſt accidens, neq;
contingit ineſſe.Si autem oſtenderimus,quoniam ineſt contra
rium,aut quoniam ſuceptiuum eſt contrarii: nondum oſtendẽ
tes erimus,quoniam accidens ineſt:ſed quoniam contingit in-
eſſe intantum ſolum oſtenſum erit .*

Locus iſte talis eſt, quia uidetur idem eſſe cõtrariorum
receptiuum, ſiquis aliquid alicui accidere inquit ſtatuit di
gnum,conſiderandum eſſe in ipſo quod dicitur accidere,
num ſit quippiam contrarium,& ſi fuerit,uidendum eſt ſi
ſubiectum eſt etiam receptiuum huius, nam ſi fuerit rece-
ptiuum cõſtrueretur quidem & huius eſſe receptiuum,nõ
tamen iam hoc et omnino idem in ſeipſo eſſet,ut enã ipſe
dicet . Quod ſi non fuerit huius receptiuum neque ipſius
accidere poſiti erit receptiuum,ſi autem non receptiuum
neque idem haberet. Vnde oportet etiam in illis loco uti
in quibus alterum contrariorum non eſt connaturale ſu-
biecto , ut in niue album ceu , ſi quis dixerit odium ſequi
iram,in quo patet quod ira in hoc & odium erit ſecundũ
ipſum.Eſt autem ira in præcordiis atq; in iraſcibili, in hoc
igitur & odium ponebatur,quia igitur amicitia eſt contra
ria odio,erit etiam iraſcibilis capax amicitiæ.Si ergo non
hoc , nam in cõcupiſcibili amare et amicitia ſunt,ſed odiũ
non erit in concupiſcibili , ſi autem hoc, deſtrueretur hoc
odium ſequi iram,ſi quidem ira in iraſcibili ſit,ſed odium
oſtenderetur eſſe in concupiſcibili. Rurſus ſi ignorantiam
aliquis diceret eſſe in concupiſcibili, ſequeretur hoc & co
gnitionis concupiſcibilem eſſe capacẽ,ſi hoc admittitur ,
itaque etiam ſcientiæ.Quod ſi hæc non eſt ſciẽtiæ capax ,
ſed intellectus neque profecto erit ignorantiæ ſuſceptrix
concupiſcibilis . Vnde hoc loco utentibus eſt oſtendere
quod nulla uirtutũ moralium eſt ſcientia, nam capax ſciẽ
tiæ & ignorantiæ eſt intellectus , quare ſi rationale eſt ca-
pax ignorantiæ & ſcientiæ idem,tamen paſſiuum in quo
morales uirtutes non eſt capax horum. Item oſtẽderetur
per hunc locum etiam quod deus non eſt uitæ recipiens ,
quia nec mortis , nam ipſe eſt uita & non uitæ capax , uel
per hoc non receptiuus , quia uiuere ſibi eſt ingenitum &
connaturale, ut niui album Igitur locus utilis eſt ſimplici-
ter ad deſtructionem. Sed conſtruere per ipſum quod ali
quid inſit, non poteſt,tamen receptiuum idẽ eſſe dicti eſſe
ipſi conſtrueretur.Si enim ineſt huic receptiuum eſſe con-
trarii,& quo ad hoc conſtrueretur quod materia non pri-
uatio,ſed receptiua priuationis , quandoquidem etiam ſit
formæ receptrix quæ eſt cõtraria priuationi.ſi igitur oſtẽ
ſum erit contrarium ineſſe ſubiecto , palam quod non in-
eſſet eidem poſitum ineſſe oſtenderetur . Quod tamen
eius eſt receptiuum eſſet conſtructum. Si uero ſuſceptiuũ
eſſet ſolum oſtenſum ſubiectum contrarii, qui eidem po-
teſt ineſſe idem & non ineſſe . ſi autem fuerit de numero
immediatorum & omnino ineſſe oſtendetur .

*Quoniam autem oppoſitiones ſunt quatuor , conſideran-
dum ex contradictionibus econuerſo ex conſequentia & in-
terimenti & conſtruenti . Sumere autem eſt inductione. ut ſi
homo animal, non animal non homo . Similiter autem & in
aliis.Hinc enim econuerſo conſequentia . nam hominem ani-
mal ſequitur , non hominem autem non animal nequaquam .
Sed econuerſo non animal non homo. In omnibus igitur tale
eſt exiſtimandum , ut ſi bonum ſuaue,& non ſuaue non bo-
num.Si autem non hoc,nec illud.Similiter autem & ſi non ſua
ue non bonum,bonum ſuaue . Manifeſtum igitur quoniam ad
utrunque conuertitur, quæ ſecundum contradictionem eſt cõ
ſequentia econuerſo facta.In contrariis autem conſiderandũ,
ſi contrarium contrarium ſequatur , an in ipſis conſequentia
ſit,an econuerſo, & interimenti,& conſtruenti.Sumere au-
tem & talia eſt ex inductione , & quantum quidem utilis ſit
in ipſo continentia , ut in fortitudine & timiditate nam illam
quidem ſequitur uirtus,hanc autem uitium:& illam quidem ſe
quitur eligendum,hanc autem fugiendum.In ipſis igitur et ſic
conſequentia eſt. Contrarium enim eligendum fugiendo eſt,
ſimiliter autem & in aliis. Econuerſo autem,conſequentia,ut
bonam quidem habitudinem ſanitas ſequitur.malam autem ha
bitudinem ægritudo nequaquam,ſed ægritudinem mala habi-
tudo. Manifeſtum igitur,quoniam econuerſo conſequentia in
his ſit. Raro igitur econuerſo accidit in contrariis, ſed in plu
ribus in ipſis conſequentia.Si ergo neque in ipſis contrarium
ſequitur contrarium, neque econuerſo, manifeſtum quoniam
neque eorum,quæ dicta ſunt,alterum ſequitur alterum.Si au-
tem in contrariis, & iis, quæ dicta ſunt , neceſſe eſt alterum
ſequi alterum .*

Hic locus eſt ex illationibus & ſequelis ſecundum op-
poſitiones ; unde oppoſita quadrupliciter opponuntur .
Vel enim ut affirmatio & negatio , uel ut contraria,uel ut
habitus & priuatio, uel ut ea quæ ſunt ad aliquid.Et eſt ſe
cundum unamquanque oppoſitionem quædam propria
et peculiaris illatio à qua illatione ſubſcribit , quomodo
incipientes poterimus conſtruere & deſtruere.Verum nõ
in cunctis oppoſitionibus eſt ſimilis illatio, ſed in contra-
dictione illatio facta econtrario ſe habet ſi bonum dele-
ctabile, quod non delectabile non bonum . Vnde non eſt
dicendum non bonum nõ delectabile. Nam cum affirma
tione dicente,bonum delectabile, uera exiſtente conuerti-

tur, quæ prædicatum in affirmatione contradictorie accipit, & ea quæ efficit ſubiectum de ſic accepto prædicatū in affirmatione, & idipſum negatiue. Nam prædictam affirmationem ſequitur, & conuertitur cum ea hæc dicens non delectabile non bonum, ſed minime hæc nō bonum non delectabile, nā ſic erat illatio in eadem, ſi ab aliquo initium ſumat affirmatio, ab eodem & negatiue acceptum, ſed hæc conuertitur cū prædicta affirmatione dicens non delectabile non bonum. Et uniuerſaliter accipientes oppoſitum conſequentis oportet ſi in ſuppoſitione fuerit, & propoſitione hypothetica, uel prædicati, ſi in categorica propoſitione illationū accipimus, & oppoſito antecedentis connectere ipſum, ut conſequens, ſi hypothetica fuerit propoſitio, uel eidē ſubiecti ſi categorica. Nam ſi affirmatio prædicta uera fuerit, & negatio talis uera erit. Et ſi negatio uera neceſſe eſt etiā, ut conuerſa eius prædicto modo affirmatio ſit uera. Similiter ſi quę harū falſa fuerit etiā reliqua erit. Nam ſi falſum eſt dicere malū delectabile, & dicere non delectabile non bonū. Et uera exiſtente hac homo animal eſt, uera etiā erit dicens non animal nō eſt homo, & rurſus exiſtente uera hac quod non eſt homo, neq; Socrates eſt uera ſit, & affirmatio dicens Socratem hominem, quod autē ecōuerſo illatio in contradictione accipiatur, inquit, hoc accipiendum eſſe ex inductione. Nā ſi homo animal non animal non homo, & ſi ſuſpicio diſpoſitio, & non diſpoſitio non ſuſpicio, ob id etiam ſi factum principium habet, ꝙ non habet principium non eſt factū. Verum non ut Meliſſus putauit hoc. ſ. non factum nō habens principium. Nam hoc falſum, nā plura ſunt ingenita, quæ principium habent. Item ſi impartile eſt expers dimenſionis, & non expers dimenſionis nō eſt impartile. Fit igitur aliquando & in eadē illatio uelut in proprijs, & diffinitionibus. Nā ſi homo riſibile, & non homo non riſibile, et ſi albū color ē diſgregatiuus uiſus, et nō albus color non eſt diſgregatiuus uiſus. Sed non uniuerſaliter talis cōuerſio fit, ſed in aliqua materia, ſed prędicta ē uniuerſalis. Et enim non in ſolis proprijs & diffinitionibus, ſed etiam in generibus & differentijs & accidentibus uera, & eſt talis conuerſio cum oppoſitione dicta, & talis illatio eſt in oppoſitione ſecundum contradictionem. Vtemur aūt eadem ſic, & ad deſtructionem & ad conſtructionē deſtruentes affirmatiuū, demonſtrando ꝙ negatiuum negatiue nō ineſt hoc faciemus, nā ſi non hoc, neq; affirmatiuum cum affirmatiuo, ecōuerſo acceptū erit, nā ſi non eſt uerum nō bonum non eſſe uoluptatem, neq; uoluptatē bonum eſſe erit uerum, ſed illud non eſt uerum, nam incontinentiū uoluptates cum nō ſint bonæ, ſunt tamen uoluptates, igitur non uoluptas eſt bonum. Sic deſtruemus quoq; lineas indiuiſiles, nam ſi indiuiſile ſecundū naturam impartile eſt, & non impartile non indiuiſile erit ſecundum naturā, quare nō ſint quædam lineæ indiuiſiles, quia neq; impartiles, nam ſola puncta ſunt impartilia, nam lineæ non ſunt puncta. Si uero conſtruxerimus affirmatiuum oſtendentes negatiuum negatiuo ineſſe, demonſtrabimus etiam affirmatiuum quod conuertitur cum ipſo, nam ſi non animal, nō homo, & homo eſt animal. Et ſi non bonū non eligendū, & bonum eſt eligendum. Item ſi non utile non bonum, et bonum utile, quare quia eligenda eſt ſanitas, & bona, & quia bona, & utilis, & ſi nō proprium non appetendum, & appetendum proprium. At appetendū diuinum nobis, & proprium igitur. Vt ergo a negatione deſtruitur, & cōſtruitur affirmatio, ſic etiam ab affirmatione cōſtruitur negatiuo, & deſtruitur, nam alterius ipſorum conſtructio etiā conſequentis ipſum eſt conſtructio, & deſtructio. rurſus ſimiliter, & talis quidem eſt illatio oppoſitorum ſecundum contradictionem, & tales ſecundum ipſas deſtructiones, & conſtructiones. Sed non accipit conſequens cōtradictionem tanquam ex uoce opiniones, ſed utranq; propoſitionum ex quibus cōtradictio, ut oſtēſum eſt, & ipſe dixit per hoc. Manifeſtum igitur, quoniam ad utrunq; ſecundum contractionē eſt conſequentia econuerſo facta. Sed in contrarijs illatio, & conſequentia talis ſi cōtrario contrarium, & contrarium contrario. Verum hoc dupliciter. Etenim in eadem, & econuerſo, in plurimis quidem in eadē. Sunt etiam a quibus ecōuerſo, in hæc igitur ſit contrariorum illatio quando duabus exiſtentibus contrarietatibus partes alterius ſequerentur alterius partes, ut fortitudo & timiditas contraria. Itē uirtus & malitia, & ſequitur fortitudinē uirtus, & timiditatem quæ eſt contraria fortitudini in ipſa malitia, & fortitudinem ipſum eligendum, & timiditatem fugiendū, nam cum ſint contraria eligendum, & fugiendū illis ſequitur utrunq; ex utroq;. Rurſus ſi bonum delectabile ſequitur, & turpe moleſtū in eadem eſt illatio, & ingenitum ſequitur incorruptibile, & genitum corruptibile, & & ſic in eadem eſt illatio, nam contraria ſunt in genitum, genitū, incorruptibile, & corruptibile, & ambo illa ut antecedētia hæc uelut cōſequentia ſequuntur, et quia album ſequitur diſgregatiuū, & nigrum congregatiuum. Sunt autem contraria diſgregatiuum, & congregatiuū, ut album, & nigrum, & talis quidem eſt in eadē contrariorum illatio, & conſequentia. Econuerſo autem ſi duabus exiſtentibus contrarietatibus non partes alterius ambas ſequerentur partes alterius, & ex utroq; utrunq;, ſed alteram partē alterius altera ſequeretur. Rurſus partem alterius in qua ſequebatur pars, alia alterius pars ſequeretur ut ſanitas & morbus ſunt cōtraria, & bona habitudo, & mala. Rurſus cōtraria & hæc, & ſequitur ſanitas bonā habitudinem, nā omnis qui bona habitudine potitur is eſt ſanus, ſed non ſequitur malā habitudinem, quæ eſt contraria bonæ ipſe morbus, qui eſt contrarius ſanitati, ſed ecōuerſo mala habitudo ſequitur morbum, nā omnis qui ægrotat in mala eſt habitudine, ſed non omnis qui eſt in mala habitudine ægrotat. Sunt. n. quidā nō ægrotantes, qui mala habitudine afficiuntur. Econtra uero illatio uidetur fieri, & in malitia, ac in uirtute, & felicitate, & infelicitate, nam malitiā uidetur ſequi infelicitas, ſed minime uirtutē felicitas, ſed ecōuerſo felicitatem uirtus. Nā felix ex neceſsitate habet uirtutem, et habens uirtutē non omnino felix, nam ut in ignaro artis ſufficit ignorantia artis ad peccandum ſecundum actiones materię præſentis. Sed artifici nō eſt ſufficiens ars ad recte agendum, ſed etiā eget quibuſdam inſtrumentis. Sic etiam in uirtute ſe habere uidetur, & malitia. Et tales ſunt contrariorum illationes, & conſequentiæ, & quod tales ſint inquit ſumendum eſſe ex inductione, ut in contrarijs ſecundum contradictionē, argumētationes autem ab his illationibus, & conſequentijs uolentes cōſtituere, & deſtruere ſequuntur hoc modo. Conſtruunt quidē, ſi ſequitur ex contrario contrarium, ſequetur etiam contrarium ex contrario uel in hoc, uel econuerſo, ſi uero deſtruemus oſtendentes ꝙ alterum contrariorū, alterum contrariorū nullo modo ſequitur, demonſtrabimus, ꝙ nec alterum ſequitur alterum, ceu de bono & malo, albo, & nigro ſi fuerit propoſitum oſtendere ꝙ malum non ſequitur nigrum oſtendentes ꝙ neq; bonum ſequitur album, oſtendemus etiam, ꝙ neq; bonum ſequitur album, ꝙ neq; malū ſequatur nigrum, ſic oſtēdemus ꝙ non eſt intēperantia malitia, oſtendentes quod neq; uirtus ſequitur tēperantiam, neq; econtra uirtutē temperantia. Porro inquit in paucis contrarijs illationem econuerſo fieri. Cæterum dixit, ſimiliter autē, & in alijs dicēdo. ſ. & in alijs malitijs, uel uirtutibus. Vt. n. in fortitudine, & timiditate, ſic etiam in ipſa iuſtitia, & iniuſtitia, ac continentia, & incontinentia, omnibuſque uirtutibus, & contrarijs malitijs in eadem eſt illatio.

Similiter autem contrarijs, & in priuationibus, & habitibus reſpiciendum. Veruntamen non eſt in priuationibus econuerſo, ſed in ipſis conſequentiam neceſſarium eſt ſemper fieri. ueluti uiſum quidem ſequi ſenſum, cæcitatem autem, inſenſibilitatem. Opponitur enim ſenſus inſenſibilitati, ut habitus priuationi. Nam eorum, illud quidem habitus, hoc autem priuatio eſt. Similiter autem habitui & priuationi, & iis, quæ ſunt ad aliquid utendum. In ipſis enim & horum conſequentia eſt. Vt ſi triplum multiplum, & ſubtriplum ſubmultiplum,

tiplum dicitur. Triplum.n. dicitur quidem ad ſubtriplum, & multiplum ad ſubmultiplum. Rurſus ſi ſcientia opinio, & ſcibile opinabile, & ſi uiſus ſenſus, & uiſibile ſenſibile.

Rurſus in oppoſitis ſecundum priuationem, & habitũ illatio, & conſequentia in eadem, ſed non ut in contrariis aliquãdo, & ecõuerſo, ut oppoſito ſecundũ habitum, & priuatione uiſus, & cæcitas, & ſenſatio, & inſenſatio, ſi uiſum ſequitur ſenſatio, & cæcitatẽ ſequetur inſenſatio. Rurſus audire, & ſurdũ eſſe ſunt inter ſe oppoſita, ut habitus, & priuatio. Similiter intelligere, & nõ intelligere oppoſita rurſus inter ſe, & ſi ſequitur ipſum audire ipſum intelligere, & ipſum ſurdũ eſſe ſequetur ipſum non intelligere. Rurſus ordo, & inordinatio, & forma, & priuatio, ſi ordinẽ ſequitur forma, ẽt inordinationẽ ſequetur priuatio. Itẽ uita, & mors opponũtur ſcd̃m habitum, & priuationẽ, ac ſenſatio, & inſenſatio, ꝙ ſi uiuere ſequitur ſentire, ẽt mori ſequetur nõ ſentire, igitur conſtruemus, & deſtruemus, uel demõſtrãtes alterũ ex altero ſequi, nã ſequetur ẽt reliquũ ex reliquo, uel oſtendentes ꝙ non alterũ ſequitur ex altero deſtruemus. Nã ſi non ſequitur uiuenti ſcientia neque mortuũ ſequetur ignorantia, nã exiſtenti, & uiuenti cõpetit ignorare. Cæterum uidendũ eſt in oppoſitis ſecundum habitum, & priuationẽ, ne quædam ambo oppoſita alterũ ſequatur ex his quæ ſunt alterius oppoſitionis. Nam ſi hoc, non amplius alterũ ſequetur ex altero. non.n. alterũ ſequitur ipſum, ſed ambo ſequuntur, ut ſe habet in uiſu, & cæcitate, uita atq; morte. etenim uiſum, & cæcitatẽ uita ſequitur, ideo neutrũ ſequitur mors. Similiter ẽt in ſomno, & uigilia ambo ſequitur uita, immo omnes ſenſus, & priuationes ipſorũ, igitur ſequetur ex altero alterũ, quãdo ſequetur ex altero alterũ ſolum, & non ambo ſequerentur. Non.n. põt priuatio ſequi illud ꝙ ſequitur habitus. Similis quoq; illatio eſt, & in oppoſitis ad aliquid. nã in eadẽ illatio eſt illa, quæ eſt in his quæ opponũtur ad aliqd. pater quidẽ & filius opponũtur inter ſe. Itẽ dñari, & ſub dominio eſſe inuicẽ opponuntur, & ſi ſequitur patrẽ ipſum dñari, & filiũ ſequitur ſub dño eſſe. Rurſus imperans, & qui ſub imperio eſt, & benefacere, & bene pati. ſi ergo imperantẽ ſequitur benefacere, ẽt eum qui ſub imperio eſt, ſequitur bene affici. Rurſus triplum, & multiplũ, & trinarum partiũ, & multarum partiũ. Item ſciẽtia ad ſcibile, & opinio ad opinabile, et quia ſcientiã opinio ſequitur, ẽt ſcibile ſequetur opinabile. Similiter & duplũ ad dimidiũ, & excedẽs ad exceſſum, & quia ſequitur duplũ excedẽs, ſeqtur ẽt dimidiũ exceſſum. Hæ igitur illationes, & horũ tales, ſed argumẽtationes quæ in ipſis cõſtruunt, & deſtruũt planæ ſunt. Nã ſi alterũ oppoſitorũ, uel ſecũdũ habitũ, & priuationẽ, de quibus prædiximus, uel ſecundũ id qđ ad aliquid alterũ oppoſitorũ ſimiliter ſeqtur, & reliquũ ſeqtur reliquũ, & ſi nõ alterũ ſequitur ex altero, neq; reliquũ ex reliquo addita dicta determinatione in habitibus, & priuationibus. Nõ.n. quia nõ ſequitur dormire ipſum mori, neq; uigilãtẽ ſequitur uiuere, nã ambo ſequitur uiuere.

Inſtantia, quoniã non neceſſe eſt ijs, quæ ſunt ad aliquid, conſequentiam fieri, quemadmodum dictum eſt, nam ſenſibile ſcibile eſt, ſenſus autem non eſt ſcientia. Nõ tamẽ uera inſtãtia uidetur eſſe. Multi.n. non dicunt ſenſibiliũ eſſe ſcientiã. Inſuper aũt ad contrariũ, non minus utile quod dictum eſt, ut quoniam ſenſibile non eſt ſcibile, neq; ẽt ſenſus ſcientia erit.

Cum dixerit hæc, inquit inſtantiam ad argumentationem ab eo ad aliquid poſſe ferri. Nã oppoſita ad aliquid ſunt ſenſus ſenſile, ſcientia, ſcibile autẽ ſequitur, & ſenſile ſcibile ſequitur, ſed minime ſenſum ſcientia. Verum dicendo inſtantiã hanc uerã non eſſe inquit. Neq;.n. concederetur ꝙ ſcibile ſequitur ſenſibile, porro ſenſus eſt animaliũ indiuiduorũ, ſed ſciẽtia non, ſiquidẽ ſcientia eſt uniuerſalium. Si autẽ exiſtentium ſenſibilium non eſt ſcientia, non erunt ſcibilia. Adiecit autem ꝙ magis ad contrarium exẽplum dictũ utile eſt. Eſt autem ꝙ dicit, quia conſtrueretur non eſſe ſenſibilẽ ſcibile, ex hoc magis quod ſenſus nõ eſt ſcientia quod eſt oppoſitũ huic, ſenſibile ſcibile eſſe, quod accipiebatur ad deſtructionem loci. Nam contrarium nõ proprie contrarium nunc dixit, ſed oppoſitum.

Rurſus in coniugatis, & caſibus, & interimenti, & conſtruenti. Dicuntur autem coniugata quidẽ huiuſmodi, ut iuſta, & iuſtus, iuſtitiæ, & fortia, & fortis, fortitudini. Similiter autem & effectiua, & conſeruatiua coniugata illi, cuius ſunt effectiua, & conſeruatiua, ut ſanatiua, ſanitatis, habituatiua, habitudinis. eodem autem modo & in alijs. Coniugata igitur talia ſolent dici.

Locus iſte a coniugatis eſt utilis ad conſtruendũ, & deſtruendum cum ſit ex illatione, & conſequentia etiam ipſe, nam ſequitur ut in uno coniugatorum oſtenderetur aliquid ſe habere, ẽt in aliis. Quædam aũt ſunt coniugata, et quædam caſus, & ꝙ etiam caſus in coniugatis numerantur. Nam caſus, & coniugata ſunt, ſed coniugata non amplius caſus, ut ipſe palã per exẽpla indicauit. Nã ſic ab aliquo denominata, ut iuſtum, & iuſtus a iuſtitia coniugata ſunt inter ſe, et cũ iuſtitia ipſa a qua denominata ſunt, & iuſtum & iuſtus quædã res ſunt. Nam factũ a iuſtitia, & alterum, et alterum habet iuſtitia, ſimiliter fortitudo, forte, fortis, rurſus cõiugata inter ſe fuerunt quædam res ſunt. Hoc igitur eſt habitus a quo denominata ſunt reliqua, & horũ reliquorum aliud eſt id ꝙ factum eſt ſecundũ habitum, & aliud ꝙ habet habitum. Et dicerentur coniugata ea quæcunq; res cum ſint ab aliquo denominata ſunt inter ſe, & cum eo a quo denominata extant, ut grammatica, grãmaticum, grammaticus: medicina, medicinale, medicus: muſica, muſicum, muſicus. Non ſolum autem hæc ſecundum medicinã, uel muſicem, uel aliquẽ alium habitũ denominata eo ꝙ ſunt ſcd̃m illam coniugata ſunt habitui, ut grãmaticũ & muſicum, ſed etiam quæcunq; uniuerſali, ſimiliter ſecundum dictionem formata, & ſic dicta, eo ꝙ ſunt effectiua illius a quo denominata ſunt, uel conſeruatiua, et hæc ſunt coniugata cum illo. Nam dicuntur etiam ſana, & bene habilia quorum quædam ſunt efficientia ſanitatẽ, & bonam habitudinem, quędam conſeruatiua ſanitatis, illud quidem ſanitatis, hoc uero bonæ habitudinis. Et hæc igitur ſunt coniugata his, quorum ſunt effectiua, uel conſeruatiua, a quibus etiam denominata ſunt. Vt autem conſuetudo talium eſt, & ſic denominationẽ, quæ a quibuſdam dicuntur coniugata ſic dicit, ideo & adiecit. {Coniugata igitur talia dici ſolent.}

Caſus autẽ, ut iuſte, et fortiter, et ſanatiue, et habituatiue; et quæcunq; eodẽ modo dicuntur. Videntur autẽ, & quæ ſunt ſecundum caſus, cõiugata eſſe, ut iuſte iuſtitiæ, & fortiter fortitudini. Coniugata autẽ dicuntur ſecundum eandẽ coniugationẽ omnia, ut iuſtitia, iuſtus, iuſtum, iuſte. Manifeſtum igitur, quoniã uno quouis oſtenſo eorum, quæ ſecundũ eandẽ cõiugationẽ dicãtur, ut bono, uel laudabili, et reliqua omnia oſtẽſa ſunt. Vt ſi iuſtitia eſt laudabilium, & iuſte, iuſtus, iuſtum laudabilium. Dicetur autẽ iuſte, & laudabiliter ſecundũ eundem caſum. (nam a laudabili) quemadmodum iuſte a iuſtitia.

Caſus aũt inquit dici q̃ ſic formãtur, ut hoc iuſte, fortiter, muſice. Nã hæc caſus aliud qdẽ huius {iuſtus} aliud huius {fortis} aliud uero huius {muſicus} uel hoc iuſtitię, et hoc fortitudinis, & hoc muſices. Nã ut denominatiua ab his ſic ẽt caſus horũ dicit. Differũt aũt cõiugata a caſibus, qa illa qdẽ res ſunt q̃dã, ſed caſus nõ ſunt rerũ ſubiectarũ indicatiui, ſed modũ actionis, uel diſpõnis alicuius, nã talia ẽt hæc muſice, medicabiliter, ſane. Dicit aũt & caſus, & cõiugata ſcd̃m hos eſſe cũ habitibus, quibus ẽt prædicata cõiugata denominata ſunt. Equidẽ caſus fortiter a fortitudine, & iuſte a iuſtitia, & hic caſus muſice a muſica, & aliæ ſimiliter. Perinde ac ſint cõiugata cũ iuſtitia iuſtũ iuſtus iuſte, & fortitudine forte fortis fortiter, igitur cõiugata ſunt oia oibus, ſed caſus nõ amplius ſimiliter. Nõ.n. ut hoc iu-

ſte cũ hoc caſu iuſte iuſtitia, ſic ẽt iuſtitia huius iuſte, & cõiugata, & caſus talia. Sed locus q ab ipſis eſt, ſi quæreretur de aliquo, ſi eſt aliquid eidem accidens, ut eligendum, laudabile, uel ſi quippiam aliud tale, ut bonum, fugiendum, uel aliquid aliud tale in coniugatis ipſi cenſeret tranſmutantes oſtendere quæſitum ineſſe idem, nam oſtenſo quæſito, quod uni coniugatorum ineſt, oſtenſum quoq; erit et huic. Nam quod uni etiã aliis, ut quæſito ſi iuſtitiæ laudabile inſit, ſi aliquis oſtenderet uni coniugatorũ laudabile ineſſe, erit ẽt propoſitum oſtenſum. Nam ſi oſtenderetur aliquid horum in cõiugatione ſic ſe habere, erit etiã oſtenſum ꝙ reliqua ſic ſe habent, ut ſi iuſtum, æquale, & iuſtitia æqualitas, & iuſtus æqualis, et iuſte æqualiter, et ſi fortiter, uel iuſte eſt magis, & minus, & fortitudo, & iuſtitia ſe habebit magis, & minus. ſi autẽ illa non ſic ſe habent, neque hæc ſe habebunt, ſimiliter ſi ſentire eſt magis, & minus, & ſenſus erit magis, & minus. Idem quoq; in uoluptate, & ſi iuſte autem eſt mori etiam laudabiliter eſt mori, quia iuſtum eſt laudabile, laudabiliter autem quia actio cum ſit laudabilis, & iudicium conueniens laudabilis relati ad iudicium, per quod moritur non ipſum morientem, ſiquis oſtenderet quod non eſt ſapiens diues (ut ferunt.) nam ſi in poſſeſſione ſapientiæ diuitiæ ſunt, ſapientia erit ipſæ diuitiæ, ſed non eſt, quare nec ſapiens, qua ſapiens eſt diues. Item ſapiens diues, etiam ſapienter erit ditanter. Patet autem quod tranſgreſſio erit ad notius eorum in coniugatione, & facilius quod poteſt oſtendit, nam natura primus habitus denominatorũ ipſi, & per hoc illi quædã accidere, & his accidit, ſed in oſtenſionibus primũ nobis fit notius, & ſi poſterius fuerit natura. Qđ ſi aliquid deſtruere noluerimus, ut ꝙ iuſtum non eſt inutile, ut putant quidã, oſtendentes ꝙ uni coniugatorũ ipſum nõ ineſt, ut iuſtitiæ, nã uirtus, & nulla uirtus inutilis eſt ei, cuius eſt uirtus, oſtẽdemus ꝙ neq; iuſtum tale. Verum dicendo cũ aliis coniugatis iuſtitiæ, & caſum hunc iuſte fore de numero laudabilium, quomodo laudabile huic iuſte congruat adiecit. Dicetur autem hoc iuſte, & laudabiliter ſecundum eundẽ caſum ab ipſo laudabili laudabiliter, ut iuſte a iuſtitia. Nã iuſtitia laudabilis dicetur, ſed iuſtũ laudabile, & iuſtus laudabilis, & iuſte laudabiliter. Vt enim iuſte caſus iuſtitiæ, ſic etiam hoc laudabiliter caſus laudabilis eſt.

Conſiderandum autem non ſolum in eo quod dictum eſt, ſed etiam in contrario contrarium: ut quoniam bonum non eſt ex neceſſitate eſt ſuaue, nec malum quoq; eſt triſte. Aut ſi hoc, & illud Et ſi iuſtitia eſt ſcientia, & iniuſtitia erit ignorantia, ſi quod iuſte eſt, ſcienter, & experienter eſt, q̃ iniuſte eſt, ignoranter, et inexperienter eſt. Si autẽ hæc, non nec illa, ut in eo, quod nunc dictum eſt, Magis .n. utiq; apparebit q̃ iniuſte eſt, experienter, quam inexperienter eſſe. Hic autẽ locus dictus eſt prius in contrariorum conſequentijs. Nihil .n. aliud nunc oſtendimus, quam contrarium ſequi contrarium.

Cum oſtendiſſet abundantiam a coniugatis ad argumentationẽ, adiecit prædicto loco, & hunc a cõtrariis ſingulis coniugatis. Eſt autẽ contrarium iuſtitiæ iniuſtitia, & huic iuſtus iniuſtus, & huic iuſtũ iniuſtum, & huic iuſte iniuſte. Oportet igitur (inquit) & a contrariis propoſito non ſolum a coniugatis facere argumentationẽ conſiderãtes, ſi contrarium ſit contrario, nam quæſito hoc an bonum delectabile, uidendum eſt ſi contrarium boni quod eſt malum contrariũ delectabile, ꝙ eſt triſte ſequitur. Et ſi quidẽ ſequeretur, oſtendendum eſt ꝙ etiam bonum delectabile ſequitur, ſi autẽ non. Nam ſunt quædam delectabilia mala, neq; ſi bonũ omnino ſequeretur delectabile. Itẽ quæſito ſi iuſtitia ſit ſcientia, conſiderandũ an iniuſtitia ſit ignorantia. Nã ſi hoc & illud, & ſi non hoc, neq; illud. Rurſus quia hoc iuſte, & hoc iniuſte contrarium, ſi quæreretur ſi hoc iuſte ſequatur ſcientifice & experienter, conſiderandũ ſi hoc iniuſte, ignoranter, & inexperienter ſequantur, nam ſi hoc ſequuntur & illud. Si autẽ non hoc, nec illud ſequiſtur ut uidetur, neq; ſi hoc iuſte illa ſequeretur. Nã uidetur illud iniuſte facta experte magis, quã inexperte fieri. Nam dedita opera, & uoluntarie ſæpe quod iniuſte eſt factum ipſum fit. Talia autẽ ab experiẽtia. Cauſa autẽ talis oſtenſionis eſt, quã prædixit ſuperioribus ſi contrariũ contrario, neceſſe ẽt eſt contrarium cõtrario, uel in rectũ, uel ecõtra, ut demõſtrauit in ipſis illationibus cõtrariorũ, ideo & ipſum adiecit ꝙ hic locus dictus eſt prius in ipſis illationibus contrariorum. Nam idẽ ibi dictum eſt, & oſtẽſum, & per hunc locũ firmatur, & ſtabilitur dignitate ſua. Sed hoc peculiare ſit a cõtrariis huic a coniugatis, quatenus ſecundũ eandem inflexionẽ, & caſum contrariũ accipientes per illud etiam oppoſitum oſtẽdimus, ut ſi quæreretur ſi hoc iuſte laudabiliter, hoc iniuſte accipientes, quæremus ſi uituperabiliter. Si autẽ non iuſte, ſed iuſtum, non hoc iniuſte rurſus, ſed iniuſtum accipiemus ſecundum eaſdem coniugationes contraria accipientes, quibus aſſumpta ſunt etiã propoſita, de quibus quærimus. Nam ſi caſus contrarii ineſt caſui contrarii, & caſui cõtrarii inerit caſus cõtrarii.

Amplius in generationibus, & corruptionibus, & effectiuis, & corruptiuis, & interimenti, & conſtruenti. Nam quorum generationes bonæ ſunt, & ipſa bona ſunt, & ſi ipſa bona ſunt, & generationes bonæ. Si autem generationes malæ, & ipſa mala. In corruptionibus autem econtrario. Si enim corruptiones bonæ, ipſa mala Sin autem corruptiones malæ, ipſa ſunt bona. Eadem ratio in effectiuis, & corruptiuis, quorum enim effectiua bona, & ipſa bona. Quorum uero corruptiua bona, ipſa mala.

Cum dixerit locos a generantibus oppoſita cõſtructiuos, & deſtructiuos, atq; eos a coniugatis, ſed oſtẽdit quãdam, & aliam abundantiã argumenti ſimilẽ prædictis ex illatione, & ad conſtructionẽ, & deſtructionẽ utilẽ. Eſt autem hæc a generationibus, et corruptionibus, & rurſus ab effectiuis, & corruptiuis, quorũ unuſquiſq; per ſe erit locus. Nam quorum generationes bonorũ, & ipſa bona, & conuertibiliter, ſi ipſa bona quæ ſiunt, & generationes bonæ, ut ſi generatio ſanitatis, quæ eſt diæta temperata, eſt bonum, & ſanitas, cuius generatio eſt hoc. ſic diætam ſeruare bonum, et ipſa, & ſi ipſa ſanitas bonum, rurſus & temperanter diętã ſeruare eſt bonum. Et quia etiam uirtus bonum, & generatio eius bonum eſt, quæ eſt a puero educatio, quãdo pueri feruntur per mores ad uirtutẽ. Et quia talis educatio bonum cum ſit generatio uirtutis, & factum, ſcilicet uirtus eſt bonum. Eſt ẽt hic locus quodãmodo a coniugatis, niſi quia coniugata dicuntur exiſtentia ut ſanum, ſalubre, ſanus, ſane, ſed non eſt ipſum ſanari coniugatum ſanitati, ſic oſtendes: ꝙ quia educatio bonum, & educare, inſtruereq; eſt bonum. nam hoc generatio educationis eſt. Vel generationẽ nunc nõ dicit illam, per quam ſit, ſed ipſum fieri, nam ſi bonũ eſt fieri ſanitatẽ, & ſanitas eſt bonum, & ſi ſanitas eſt bonũ, & hoc fieri ſanitatẽ bonum. Eadẽ quoq; ratio, & in uirtute. Sed in corruptionibus nõ amplius ſimiliter ſit, ut in generationibus, ſed econuerſo eſt illatio. nã quorum corruptiones bonorum, hæc malorum, quorum autem corruptio malũ hæc bona, ut ſi bonum eſt corruptio morbi, malum morbus eſt, nam corruptio morbi cum ſit temperata diæta bonum, & ſi malum corruptio ſanitatis, bonũ ſanitas eſt. Nã intemperans diæta cũ ſit malũ eſt corruptiua ſanitatis. Vel ẽt in his nõ corruptiua ſumenda ſunt. nã illa ſunt effectiua, de q̃bus dicet, ſed ipſum corrũpi. Vt aũt ſe habet in generationibus, & corruptionibus, ſic ẽt in effectiuis, & corruptiuis. nã quorũ effectiua, & conſeruatiua bona, & ipſa bona, ut q̃a effectiua ſanitatis bona, ẽt ſanitas bona, & econtra, quia ſanitas bona, ẽt effectiua ſanitatis bona. Quorũ aũt corruptiua bona, hęc malorũ, & quorũ corruptiua mala, hęc bona. nã morbi corruptiuũ bonũ, quia malũ morbus, & ſanitatis corruptiuũ malũ, q̃a bonũ ſanitas. Quęreret aũt aliq̃s de effectiuis, ſi quẽadmodũ quorũ effectiua bona, et ipſa, ſic ẽt quorũ effectiua mala, & ipſa mala. et adhuc ſi bonorũ, et effectiua bona, nã ſi hoc uidebitur pulchř dici a Stoi

cis,

cis,ut illud quod fit per malum non eſt bonum, ſed diuitiæ fiunt per lenocinium ꝙ eſt malum, igitur diuitiæ non bonum. niſi locus ſit probabilis,non tamen uerus,non.n. prohibitum eſt aliquod bonum eſſe quod a malo fit,ut ſanitas per uſtionem, & inciſionem,quæ ſunt mala,niſi hoc etiā uidebitur dicere,& diuidere, nā dicendo,eadem autē ratio & in effectiuis, & corruptiuis,adiecit quomodo hic ſcd̄m quid dixit. nā quorum effectiua bona erant, & ipſa erant bona,quorū autem corruptiua bonorum,eadem et malorū,ſed non amplius adiecit hoc quorū facta bona,& horum efficientia bona. neq; hoc,quorum effectiua mala, & facta ab illis mala,nam ut ex ueris prorſus uera concluduntur,non tamen omnino, & uerū ex ueris,nam ex falſis uerū, ſic etiā ꝙ a bonis fit, eſt bonum,nō tamen omnino bonū,& effectiua bona,nam pōt bonum fieri etiā a malo. Dixit igitur ſic uſq; ad hoc,ut dictis oſtendat in generationibus, & corruptionibus ſimilibus exiſtentibus effectiuis,& corruptiuis conuenientiā. Inuenies autem & generationis differens effectiuum,ꝙ generatio de ipſa re diceretur,uelut in effectiuis eius, ut ſi uirtutem fieri bonum, & uirtus bonū, & ſi uirtus bonum,& fieri ipſam eſt bonū, rurſus ſi corrumpi uirtutē malum, uirtus bonum erit,& ſi uirtus bonum, & fieri ipſam bonum eſt,& corrumpi malum,& ſi corrumpi morbum eſt bonum,& morbus malū erit. Verum paulo ante dicta generationum exempla,nō generatio, neq; corruptio ſit,ſed effectiua, in quibus ſolū uerum eſt illud,ſi effectiua bona, & facta bona,& ſi corruptiua bona hæc malorum in numero ſunt, non tamen ſi quid econuerſo eo quod poſſunt, & aliqua bona a malis fieri,ut ſanitas ab uſtione,& inciſionibus,& tabe quadam, & diuitiæ a lenocinio.

Rurſum in ſimilibus,ſi ſimiliter ſe habent:ut ſi ſcientia uera plurium,& opinio. Et ſi uiſum habere eſt uidere,& auditum habere eſt audire. Similiter autem,& in alijs, & in ijs, quæ ſunt, & in ijs,quæ uidentur. Vtilis autem eſt hic locus ad utrunq;,nam ſi in aliquo modo ſimilium ſic ſe habet,& in alijs ſimilibus, Si autem in aliquo non,nec in alijs ſimilibus.

De quo loco nunc mentionem facit, hic eſt etiam ex illatione in illis ſecundū proportionem ipſorum & ſimilitudinem: ut quia ſimiliter ſe habet ſcientia ad ſcibilia, & opinio ad opinabilia,ſi ſcientia una plurium, erit oſtēſum quod etiā opinio,nam cōſequitur, & ſi ita ſe habet in opinione,erit rurſus in ſcientia idem oſtenſum ſic accipiētes, quod ſimiliter uiſus ad uidendū, & auditus ad audiendū, oſtendetur,quia habere uiſum non ſufficiens eſt ad uidendum, quādo quidē indigeat lumine & diſtantia,neque auditum habere ſufficiens eſt ad audiendū. Similiter ſi auditum habet non eſt ſufficiens ad audidendum, neque ſi uiſum habet,ſufficiens erit ad uidendū,& ſi alterū ſufficiens, & alterum. Nam adhuc locus eſt cōſtructiuus, & deſtructiuus. & quia ſimiliter ſe habet ars ædificandi ad domū, & nauifactiua ad nauem: ſi ſufficiens eſt præſentia artis ædificandi domum ad ædificationem domus, ſufficiens etiam erit, & præſentia nauis ſtruendæ artis ad ſtruēdum nauem:ſi autem non eſt ſufficiens alterius præſentia, neq; altera ſufficiens eſſet ad efficientiam eorū quæ ad ipſam attinent. Porro inquit hoc loco utēdum eſſe,& in his quę ſunt uere ſimilia, & in his quæ uidentur: igitur in his quæ ſunt uere ſimilia, erit etiam uere oſtenſum,ſed in his quæ uidentur uere quidem, ſed non apparens. proinde ſtatim nō omnino ſcientia ſimiliter ſe habet ad ſcibilia,ut opinio ad opinabilia, ſiquidem ſcientia ſine fide eſt circa ſcibilia, ſed opinio non eſt talis. Item nec ſimiliter ſe habet uiſus ad uidendum, & tactus ad tangendum, nam hic per medium quoddam,& hoc illuminatum recipit propriū ſenſibile, ſed tactus non ſic eſt apparens. Item ſimilitudo eſt ſecundum figuram dictionis, nam uidetur ſimile eſſe ipſum uidere, ipſi clamare,& laborare ipſi facere,& texere, ſanare. ſi autem aliquis cenſeret,quia clamare facere eſt et uidere ipſum facere eſſe, & quia laborare eſt pati,& facere pati eſſe, & quia texere agere eſt, & ſanare ſimiliter ab apparenti ſimilitudine efficiet argumentationem, non.n. re prædictorum eſt ſimilitudo, ſed dictione ſola. Ideo ſueperficietenus,& ſophiſticus eſt uſus huius loci ad talia.

Conſiderandum autem, & ſi in uno,& ſi in pluribus ſimiliter ſe habeant. Aliquoties enim diſſonant,ut ſi ſcire eſt cogitare, & multa ſcire eſt multa cogitare. Hoc autem non eſt uerum. Contingit enim plura ſcire,cogitare autem non. Si igitur non eſt hoc, neque eſt illud quod eſt in uno:ut ſcire ſit cogitare.

Etiam hic locus eſt ex illatione. Eſt autē talis,ſi ab uno unum aliquid, & in pluribus plura talia. nā ſequitur,ut ſi docere unum iuuare eſt unum, & hoc plures docere plures iuuare erit. Vel ſi non hoc,neq; primum. Rurſus ſi memoriter tenere aliquid cum ipſo imaginari de eodē, etiā plura memoriter tenere, cū imaginari de pluribus fieret. Et ſi unus homo rationalis,& plures rationales, & ſi ſcire eſt diſcurrere,& plura ſcire ſimul,erit plura ſimul diſcurrere,ac intelligere. quod ſi impoſſibile eſt ſimul plura intelligi, neq; ſcire erit intelligere, aut diſcurrere. quod autem non ſequatur hoc ſimul plura ſcire hoc, & intelligere ſimul plura,patet,quia,ſcire ſimul plura poſſibile eſt,ſed ſimul plura intelligere eſt impoſſibile,nam omnis qui intelligit unum aliquid intelligit, nam intelligere eſt actus, & tranſitus animæ. Vt.n. impoſſibile eſt plures orationes ſimul dici,ſic etiam intelligi ſimul plura,nam intellectio eſt quædam oratio ipſius animæ,quæ dicit in ſeipſa. Vel nō neceſſe eſt ſi non poſſibile eſt plura ſcientem, ſimul plura intelligere,neq; ſcire eſſe intelligere, ꝙ etiam ipſe uidetur dicere, nam addendo hoc. Aliquoties.n. diſſonat ſubdidit,ut ſi ſcire eſt cogitare intelligere, & hoc plura ſcire eſt plura cogitare,ſed hoc non eſt uerum. Vel hoc dixit,ſcilicet aliquoties diſſonat non ob calumniam loci,ſed oſtendens,in quibus utilis ſit locus ad deſtructionē,nam in quibus uidetur in uno ſic ſe habere,nō amplius autem in pluribus eſt hoc poſſibile. equidem in his incipientes a pluribus deſtruemus id quod etiam in uno apparet, ut ibi in hoc ſciente cogitare intelligereue. Nam ſi huic ſe habere uidenti aduerſatur non poſſe plura ſcientem ſimul,& plura cogitare intelligereq;, ideo neq; illud ſi uerū fuerit,uel & in uno ſciente exiſtente, non neceſſe eſt etiam plures, & uno nigro non neceſſe eſt etiam plures eſſe nigros,& uno cum ſex digitis non amplius plures ſic erunt. uel locus in his,quæ ſunt natura,uel ſecundum naturam.

Amplius ex magis, & minus. Sunt autem eius, quod eſt magis, loci quatuor. Vnus quidem ſi magis ſequitur magis. Vt ſi uoluptas bonum,& magis uoluptas,magis bonum. Et ſi iniuriam facere malum, & magis iniuriam facere, magis malum. Vtilis autem ad utrunque hic locus, nam ſi ſequatur ad ſubiecti incrementū accidentis incrementū, quemadmodū dictum eſt, manifeſtum,quoniam accidit: Si autem non ſequatur,non accidit. Hoc autem inductione ſumendum.

Item ex ipſo magis, & minus tradit nobis locos,atque ex ipſo ſimiliter conſtructiuos, & deſtructiuos. Sunt autē & loci hi utiles comparabilibus, nam in his magis, & minus,& ipſum ſimiliter inueniuntur. Et primo mentionem facit de locis ab ipſo magis, & minus, deinde addit ipſis locos a ſimili. Inquit autem quatuor eſſe locos a magis, & totidem a minus, quorum aſſerit unum quemque utilem eſſe ad conſtructionem, & deſtructionem. Sunt autem quatuor, ut dicet. Vel unus de uno, ſecundum magis, & minus accipientis comparationem, uel unius circa duo, uel duorum de uno, uel duo de duobus. & eſt talis unius de uno, de quo primo mentionem efficit. Si quæreretur de aliquibus, ſi alterū alteri ineſt ambobus recipiētibus magis,& minus,uidendum eſſet,ſi cui magis ineſt ipſum magis,& cui ſimpliciter ipſum ſimpliciter ineſt. Si uero non ineſt alicui magis id quod magis ineſt, & cui ſimp

pliciter id ꝙ ſimpliciter non ineſſet ut ſequeretur utrum uoluptati bonū ineſt magis, uel non, quia ambo habent ipſum magis uidendū, ſi magis uoluptati magis bonum ineſt. Nam ſi magis uoluptati magis bonū, & uoluptas bonum eſſet: ſi autem non fuerit magis uoluptas, quā uoluptas minor magis bonum, neque uoluptas bonū erit. Rurſus ſi quæratur an iniuriam agere ſit malum, quærendum eſt ſi magis ſit iniuriā agere, quam ipſum minus ſit magis, & magis malum, & ſi quidem oſtenderimus ſic ſe habere, demonſtrabimus etiam iniuriam agere malum eſſe. Si uero oſtenderetur magis iniuriam facere non eſſe magis malum, nec a principio iniuriam facere eſſet malum. Videtur autem quibuſdam tyrannidem exercere magis iniuriam agere non eſſe malum. Rurſus ſi magis algere eſt magis malum, & algere tale, & ſi magis paupertate premi magis malum, & premi inopia. Item ſi magis laboris amicū eſſe magis bonū, & laboris amicū talis erit. Sunt autē loci incipientes ab ipſo magis deſtructiui, & ab ipſo minus cōſtructiui. Nam cum oſtenditur nō ineſſe magis deſtruitur & ipſum ſimpliciter, & ipſum minus, ſed in oſtēdēdo minus ineſſe cōſtruitur, et ſimpliciter, & magis. ſi autē incremento ſubiecti etiam prędicati ineſt incrementum, ꝙ per inductionem accipientes oportet perſuadere, ut magis uoluptas eſt, quæ circa uenerea, & quæ circa cibos, & potus uidentur eſſe uehementiores, ſed illa uehementior eſt magis talis. Si ergo ipſæ non ſunt magis bonæ, quia nec appetitus ipſarum boni ſunt, neque uoluptas bonum erit. Verum uidetur locus magis probabilis, quā uerus eſſe, nam plurium excellentiæ potius non bonæ, & malæ ſunt, ſed ipſa tamen bona ſunt, ut exercere mediocriter & menſurate bonum eſt, nā effectiuum ſanitatis eſt, ſed eius excellentia habet malum, nam excedentia exercitia ſunt corruptiua ſanitatis, & exceſſus diuitiarum nō bonus, ſed diuitię tamen bonæ ſunt, uel nō eſt malum in multitudine diuitiarum ſi aliquis uteretur eis, ut inſtrumento bono, immo tale eſt bonū. Item ſi exercitia definita ſint, eo quòd effectiua ſunt ſalutis, & bonæ habitudinis, quæ hæc non efficiunt non ſunt exercitia, quandoquidem non cadant ſub diffinitione exercitii, nam in his magis, & minus, in quo magis poteſt ſeruari propria natura.

Alius uno de duobus dicto, ſi cui magis uidetur ineſſe non ineſt, nec cui minus: & ſi cui minus uidetur ineſſe ineſt, & cui magis.

Secūdum locū ab ipſo magis tradit, qui dicitur eſſe unius circa duo, qui etiā talis eſt. Si quæratur de aliquo uno, qd' uidetur pluribus ineſſe, an inſit alicui ex ipſis, uel ne, quærēdum eſt ſi, quia magis uidetur ipſi ineſſe, & non ineſt, & ſi cui magis ineſſe uidetur nō ineſſet, nec propoſito ineſſet: ſi aūt cui minus ineſſe uidetur ineſſe, oſtēderetur, & efficiētia bona, & facta bona, & ſi corruptiua bona cū ſint mala non propoſito ineſſent, nā id cui magis ineſt, ſi non inexiſtens fuerit, nec cui minus ineſſet. Illud autē cui minus ueriſimile eſt ineſſe inerit etiā cui magis, ut ſi quæratur an ſanitati, & diuitiis inſit bonū, ſi magis uideretur ſanitati ineſſe, oſtenderetur aūt non ineſſe, uel quia pōt alicui ſanitas ad malū ineſſe, uel quia non efficit bonum habentē ipſam neq; diuitiis inerit. Si aūt exercitio, cui minus uidetur ineſſe bonū, quam diuitiis oſtenderetur bonū ineſſe tanquā effectiuum ſanitatis, & diuitiis erit oſtenſum ineſſe, nam in his unū bonum circa duo dicitur, nā de ſanitate, & diuitiis, uel de exercitio, & diuitiis. Rurſus ſi magis bonū uoluptas, quā carentia triſtitię, nō eſt aūt bonum uoluptas, nec carentia triſtitiæ erit bonū, ſi aūt carētia triſtitiæ uiſa fuerit eſſe minus bonū, quā uoluptas, et uoluptas bonū erit. Et ſi magis prudentia exiſtens finis uoluptatis nō eſt finis, neq; uoluptas eſſet finis: & ſi pugna præſtantiores ſunt Lacedæmonii reliquis aliis græcis, non ſunt præſtantes pugna & ualidi, profecto nec reliqui græci ſint pręſtātes pugna. Itē ſi magis cōſentaneū eſt ut ſenes ſint magis iunioribus prudentes, & hi nō ſunt prudētes, nec iuuenes prudētes ſint. Verūtamē nō amplius in his q̄ ſic ſe habēt, uel cui minus ineſt, nō ineſſe aliqd oſtendit, uel cui magis ineſt ꝙ ineſt.

Rurſum duobus de uno dictis, ſi quod magis uidetur ineſſe, non ineſt, nec quod minus: aut ſi quod minus uidetur ineſſe, ineſt, & quod magis.

Tertius locus eſt conuerſus aliquo modo cum ſecundo. Nā in ſecundo unum erat de duobus dictū, ſed in hoc duo de uno. nam cum duo uidentur ineſſe eidem. ſiquidē quod magis uidetur eidem ineſſe non ineſt, neq; ſi minus eidem ineſſet. Si autem ꝙ minus ineſſe uidetur, inſit, & id quod magis inerit, ut ſi diſcere ipſi uidetur magis utile ineſſe, quam ſuaue, & non ineſt, neque utique inerit ipſi ſuaue, uel ſi hoc, et illud. Item ſi audax magis fortis, quā prudens nō eſt fortis, nec prudēs eſſet. Rurſus ſi modeſtus minus uiſus iuſtus, quam manſuetus eſſe iuſtus eſt, utiq; erit etiā manſuetus. Item ſi inferre iniuriam magis conferens, quàm malum, ſi non eſt conferens, nec malum erit.

Malū pro bono dicit, deceptus ſimilitudine nominum καλὸν, & κακὸν. L.M. Femicus.

Amplius duobus de duobus dictis, ſiquid alteri magis uidetur ineſſe, non ineſt, nec reliquum reliquo: Aut ſi quod minus uidetur alteri ineſſe, ineſt, & reliquum reliquo.

Quartus autem locus eſt, ſi duo fuerint, quæ inſunt, & duo quibus illa inſunt, & alterum alteri magis uidetur ineſſe, et alterum alteri minus. Et.n. in his, ſi ꝙ magis uidetur ineſſe alicui demonſtraretur non ineſſe eidem, nec quod minus uidetur ſimul ineſſe alicui eidem ineſſet. Si autem quod minus ineſt proprio ſubiecto ineſſe oſtenderetur, & ꝙ magis ineſſe uiſum proprio ſubiecto eidē ineſſet, ut ſi minus uoluptas bonum, quā labor malū. Eſt autē bonū uoluptas, & labor erit malū, & ſi prodigus magis uidetur liberalis eſſe, quam temperatus illiberalis, & non eſt prodigus liberalis, nec erit temperatus prudens illiberalis. Et ſi minus moderatus iuſtus, quàm immoderatus iniuſtus, & eſt moderatus iuſtus, & immoderatus iniuſtus erit.

Amplius ex eo, q. ſimiliter ineſt, uel uidetur ineſſe, tripliciter, quēadmodum in eo, q. magis, ut in poſterioribus tribus dictis locis dicebat. Siue.n. unum quiddā duobus ſimiliter ineſt, aut uidetur ineſſe, ſi alteri non inſit, nec alteri. Si aūt alteri ineſt et reliquo. ſiue duo eidē ſimiliter, ſi alterum nō inſint, nec reliquum: ſi autem alterum, & reliquum. eodem autem modo, & ſi duobus duo ſimiliter inſunt. nam ſi alterum alteri nō ineſt, nec reliquum reliquo: ſi autem ineſt alterum alteri, & reliquum reliquo. ex eo igitur quod eſt magis, et minus, & quod eſt ſimiliter, tot modis contingit argumentari.

Addit quatuor locis ex ipſis magis, & minus locos ab ipſo ſimiliter. Et.n. hi ſunt inter eos qui habent comparationē, & dicūtur cōparabilia a magis, et minus, nā primo dicto ab ipſo magis per quē oſtendebatur uni ineſſe unū aliquid, quia ēt intenſione eiuſdem intenſio non eſt, niſi ſecundum proportionē ſimilis. Nam oportet oſtenſum in locis a ſimili oſtendere ſimile per ſimile, unde nō eſt hoc oſtēſum per id ꝙ magis ineſt, uel minus, ſed oſtenſum eſt per ipſum ſimiliter. Non.n. magis eidē, & minus ineſt quā ſimiliter eidem ineſſet. Igitur ſi quid uidetur duobus ſimiliter ineſſe: ſi alteri non ineſt, neq; alteri inerit, ſi uero alteri ipſorum ineſt, oſtenderetur etiā reliquo ineſſe. Nā ſi ſimiliter opinio, & diuitiæ bona uidētur eſſe, & nō eſt opinio, famaq; bonū, nec diuitiæ erunt bonum, uel ſi bonum ipſa opinio, & fama, ēt diuitiæ oſtenderētur eſſe bonæ. Et erit ſimiliter parendum legi, & patri, ſi parendum legi erit, ēt patri, uel duo rurſus in uno, ſimiliter eorum quæ uidentur ſi alterum inſit, ut ſi ſimiliter iuſtitiæ bonum, & utile, ſi nō utile, nec bonum ipſi ineſſet, uel ſi alterum, & alterum, & ſi ſimiliter forti ineſt confidere, audereq; quando oportet, & timere, quando oportet, ꝙ ſi non ineſt ipſi timere, quando oportet, neq; audere quādo oportet, ineſſet eidē, uel ſi hoc, & illud inerit. Itē ſi duo eorū quæ uidētur ineſſe duobus inſint, ſimiliter utrunque alteri, ſi alteri duorū alterū duorum non ineſt, nec reliquo reliquum ineſt, ſi uero ineſt alterū alteri eorū quæ uidētur ſimiliter aliquibus ineſſe, ēt

alterum

alterum alteri inerit,ut ſi ſimiliter uidetur forti audacia ineſſe,et timido ſecuritas, ſed nō ineſt forti audacia,nec ſecuritas timido ineſt,uel ſi huic ſecuritas, & illi audacia.Itē ſi ſimiliter fortis circa timorem, & audaciam uidetur eſſe,& temperatus circa uoluptates,et triſtitias. Itē ſi ſimiliter iuſtus eſt diis amicus, & iniuſtus diis inimicus,ſi alterum, & alterum, uel ſi non alterum,nec alterum. Item ſi ſimiliter uoluptas bonum, & labor malum, ſed labor malum, & uoluptas bonum.

Laborē ꝑ dolore ponit deceptus ambiguitate nominis. πόνος. Maretus.

Amplius autem ex appoſitione, ſi alterum ad alterum appoſitum faciat bonum,uel album,cum non fuerit prius albū, aut bonum,quod appoſitum eſt,erit album. uel bonum, quale quidem & totum facit. Amplius autem ſi id, ad quod eſt appoſitum aliquid facit magis tale, quale erat, & ipſum erit eiuſmodi, ſimiliter autem & in aliis. Vtilis autem non in omnibus hic locus, ſed in quibus ipſius magis crementum accidit fieri. Non tamen locus iſte conuertitur ad deſtruendum. nam ſi non facit,quod appoſitum eſt,bonum: nondum manifeſtum ſi ipſum eſt nō bonū. Bonum.n malo appoſitum, non ex neceſſitate bonū totum facit:nec albū nigro,nec dulce amaro,

Duos locos affert conſtructiuos ſolum ex appoſitione unius ad aliud. Eſt autem primus ipſorum talis, quod additum alicui tale ipſum facit,cum non prius fuerit tale,ipſum multo prius fuit tale,ut ſi additum alicui non exiſtenti albo, ipſum fecit album & id additum multo prius fuit album. Item ſi additum aliquid alicui non exiſtenti odorabili odorabile fecit & ipſum odorabile, & ſi non dulci alicui additum aliquid, fecit pſum dulce, & multo prius additum erat dulce. Similiter & ſi figuræ alicui aliquid additum triangulum efficiet ipſam & eadem addita figura erit triangulus, & ſi uirtus addita alicui efficit bonum, & ipſa talis eſt, patet autem quod oportet in his quæ ſunt natura, ſed non lege aliqua & placito tali dictorum uti loco. nam uncia undecim unciis iam addita efficit libram, non tamen ipſa eſt libra, nam uncia & libra ad placitum ſunt, porro alia ab aliis uncia & libra ſtatui ſolent,uel propter hoc uncia non libra eſt,quia confert ad libram ut ſit totum, & ea quibus adduntur undecim; libræ ſed minime ipſæ conferunt, ut decem unciæ grauiores fiant, nam grauitatem a ſeipſis habent,ſed grauitatem maiorem accipiunt ab ipſo addito, ideo quia totum grauius fit additione unciæ neceſſe eſt etiam ipſam eſſe grauem, ut oſtendit ſecundus locus ſic etiam Plato oſtendit animam eſſe uitam, ſi autem anima eſt uita, neq; ſuſceptrix erit contrarii,ſic autem & immortalis.inſtantia ad locum, quia plura pharmaca etiam aliquibus addita uidentur totum efficere ſalutare uel mortiferum, cum nullum ſolum ex ipſis tale ſit. uel etiam in his dicendum quòd ſi ſolum additum cauſam habet, erit etiam & ipſum tale, ſi autem ex mixtione omnium & temperantia talis qualitas adueniat cunctis in ipſam deſinentibus nihil diceretur contra locum, nam locus eſt,ſi quid non exiſtens tale additione alicuius tale ſit ſubiecto non cooperante ad identitatē, nam hoc ſubaudiendū eſt, additum cenſeri debet,& prius tale eſſe: ſed non amplius ſi ex mixtione aliquorū ſit tale, & unumquodq; mixtorum tale eſſe dicitur, nam uinum commixtum melli,facit totum uinum mel quod non erat tale ante. Quod uero non id quod additur ultimo cauſa ſit ut totum ſit tale ſolum,patet ex hoc, & ſi hoc ſupponamus miſcēdo mutemus, & aliud quid horū tandem ſubiectorum auferentes poſterius addamus totū ſimile fieri. Et talis eſt locus primus locorum ab appoſitione. Et ſecundus iſte ſi alicui additum aliquid magis tale facit, & ipſum erit tale. Patet autem quando & hic locus eſt utilis in quibus eſt magis & minus, nam ſi additum alicui dulci fecit ipſum dulcius & ipſum dulce erit,& ſi albius,& hoc albū, & ſi eligibilius, & ipſum eligibile, & ſi grauius & ipſum graue,ut dicimus in uncia.Sic oſtenderetur unumquodq; dictorum indifferens, & a iunioribus prius adductum eligibile & bonum, nam unumquodq; ipſorum additū uirtuti totū eligibilius facit ipſi ſtudioſo, nam eligibilior uita eſt ſecundum uirtutem ſi cum uncia erit, & ſi cum abundātia, & ſi cū bona fama,nam eligenda & fugienda iudicantur electione ſtudioſi & fuga. Verum cum dixerit{ſi additū alicui magis idipſum tale facit, adiecit {ſimiliter autem & in aliis}quia non ſolum in quali hoc}ſed etiam in quanto.Nam ſi additū maius ipſum efficit & ipſum in magnitudine,& ſi plus & ipſum in multitudine. Vel dicēdo ſi ad inexiſtens additū aliquid magis facit tale ut in aliquo uno & definite, adiecit{ſimiliter autē & in aliis;oſtēdens quòd nō in hoc ſolum tali facto magis procedit locus, ſed ēt in aliis ſic ſe habentibus.Sunt autem prædicti loci utiles ſolū ad conſtructionem,ſed minime ad deſtructionem. Non.n. ſi additum aliquid alicui nō efficit ipſum albū uel dulce, uel albius uel dulcius, ob id neq; idipſum erit album uel dulce,nam parum mellis abſinthio mixtum non efficit ipſum dulce,non tamen ob id,nec ipſum erit dulce,nec quia diuitiæ additæ malitiæ non efficiunt totū eligibile, ob id diuitiæ non ſunt eligibiles. Sed neq; ſi uinum dulce mixtum melli non efficit totum dulcius, ob id neq; ipſum eſt dulce. Verum locus nō eſt utilis in omnibus{ſed in quibus accidit fieri exceſſus ipſius magis}dixit,quia non omnia ſuſcipiunt magis & minus,nam ſubſtantia non eſt magis & minus ſubſtantia,ideo locus ad hoc non eſt utilis,nā nil additum ſubſtantiæ ipſam ſubſtantiā magis efficiet.Item exceſſum ipſius magis in omnibus accidit fieri ante appoſitum,quæ certæ ſunt iam talia dulcia futura ſunt dulciora, & calida calidiora,quia uero qualitas ſuſcipit magis & minus,locus erit utilis ad ea quæ ſunt ſub qualitate. Item;bonum malo additū non ex neceſſitate bonum totum facit} ſic dixit, quia pōt aliquando bonū magnum paruo malo additum totum eligibile facere,ut uirtus paupertati addita.nā uirtus & ſi fuerit cum paupertate eſt uirtus.Itē mors cum ſit malū additum bonum a fortitudine totū eligibile facit. Nā ob id aliquis mortalis ſit glorioſus,tamē non omne bonū additū malo efficit totū bonū. Porro diuitiæ morbo additæ nō efficiunt totū eligibile. Verū eſſet additū hoc peculiarius loco ante hunc per quē ſtatuebat ſi alterum ad alterū adderetur faciēdo bonum uel albū, cum non ſit prius bonū uel albū additum fiet album uel bonū.

Rurſum ſi quid magis & minus dicitur, & ſimpliciter ineſt.Quod.n.bonum,aut album non eſt neq; magis,neq; minus bonum,uel album dicetur.Nā malum de nullo magis, uel minus bonum,ſed magis malum,uel minus dicetur. Non conuertitur autem hic locus ad deſtruēdum. Multa.n.eorum,quæ non dicuntur magis, ſimpliciter ſunt: homo enim non dicitur magis,aut minus,ſed non propter hoc non eſt homo.

Hic locus etiā ipſe eſt in ſuſcipientibus magis & minus, & cōparationem ſcđm hoc utilis,& eſt ſimiliter ſolū probatiuus,ut prædictū,ſed nō deſtructiuus. Nam ꝙ magis aliquid uel minus eſt aliquo,hoc ēt ſimpliciter eſt,non uelut natura eius exiſtentis talis, ſed uelut talis inexiſtentis ipſi, quatenus magis aliquo uel minus eſt, ut ſi magis aliquo eſt uel minus hoc aliquid dulce, & ſimpliciter eſt dulce,nā ſi non eſſet uniuerſaliter dulce,nec magis & minus aliquo dulci diceretur. Nihil.n.ꝙ non participat aliquo,ipſum dicitur aliquo magis & minus habere,ut ſi nō participat albo, neq; magis aliquo uel minus eſt,album, eo ꝙ minus proprie nos utimur. Si autem non participaret aliquo, nullo certe ſcđm ſe magis uel minus eſt.ꝙ magis et minus eſt aliquo,hoc ēt illo ſimpliciter participat.Qū igitur quæremus ſi ineſt alicui aliquid horū magis & minus ſuſcipientiū,quærendū eſt ſi alicuius additum ſcđm hoc quo quærimus ſi ineſt eidem magis uel minus.Nā ſi aliquid huic ineſſe oſtenderetur,oſtenſum quoq; erit ꝙ etiā ſimpliciter illi ipſi ineſt, ut ſi quæreretur ſi magis eligibilis eſt ſanitas quam uirtus, certe uirtus eſt eligibilis. Et minus album eſt pallium quā nix,ꝙ certe eſt albū. Sed uidetur locus habere inſtantiā,nā terra dicitur leuior terra,& non ſimpliciter

Vinū mel, pro mulſo ſnepte dicit οἰνόμελι. Maretus.

ipſi ineſt leue. Niſi nō proprie leuiora dicunt de terra, ſed pro hoc minus grauia. Item neque paupertas ſimpliciter uirtus, quanquam dicatur eligibilior morbo. Niſi quod in talibus non eſt proprie eligibilius, ſed pro minus fugiendo. igitur ad conſtructionem (ut dixit) locus eſt utilis, ſed minime ad deſtructionem, nam hoc non eſt uerum, ſi aliquid non ſuſcipit magis & minus, hoc nec ſimpliciter eſt: uel ſi quid ſimpliciter non eſt, hoc magis & minus eſſe aliquo. nam neq; ſubſtantia ſuſcipit magis & minus, neq; aliqua quantitas, ut in prædicamentis oſtenſum eſt, ideo nō neceſſarium eſt non eſſe hominem quendam, cum nec ſit, nec magis, nec minus homo.

Eligenda. Errat autē interpres, q αἱρετὴ legens ἀρετὴ uirtutem.

Eodem autem modo conſiderandum eſt, & in iis, quæ ſecundum quid, & quando, & ubi ſunt. Nam ſi ſecundum quid contingit, & ſimpliciter contingit. Similiter autem & quando, & ubi. Nam quod ſimpliciter eſt impoſsibile, neque ſecundum quid, neque ſecundum ubi, neque ſecundum quando contingit. Inſtantia eſt, quoniam ſecundum quid quidem ſunt natura ſtudioſi ut liberales, uel caſti, ſimpliciter autem non ſunt natura ſtudioſi. Nullus enim natura eſt prudens. Similiter autem & quando cōtingit corruptibilium aliquid non corrumpi, ſimpliciter autem non contingit non corrumpi. Eodem autē modo & ubi: expedit .n. tali uictus obſeruantia uti, ut in morboſis locis. Simpliciter autem non expedit. Adhuc autem alicubi unum tantum poſsibile eſt eſſe. ſimpliciter autem non poſsibile eſt unum tantum eſſe. Eodem autem modo & alicubi bonum eſt quidem patrem ſacrificare, ut in Tribalis, ſimpliciter autem non bonum. An hoc quidem non ubi ſignificat, ſed quibuſdam, nihil enim refert ubicunque ſint. Vbique enim erit eis bonum in Tribalis. Rurſum expedit quidem medicari, ut quādo ægrotat, ſimpliciter autem, non. An neque hoc quando ſignificat, ſed in eo, quod afficitur aliquo modo? Nihil enim refert quandocunque, dummodo ſic affectus ſit.

Cum dixerit locum cōſtructiuum ab ipſo magis & minus, Quod enim magis & minus aliquo eſt, hoc etiam ſimpliciter eſt, tanquam aliquam habeant ſimilitudinem cum prædicto loco, apponit hunc ab eo ſecundum aliquid, & illum a quando illumq; ab ubi. Vt enim quod magis alicui ineſt, & ſimpliciter illi ineſt: Sic etiam ꝙ ſecundum aliquid ineſt alicui, uel quando, uel ubi, uidetur & ſimpliciter ineſſe illi. Nam ſecundum quid aſpiciens animal & ſimpliciter aſpicit. Similiter etiam ſecundum aliquid audiens & ſecundū aliquid odorans uel guſtans. Item unumquodq; corpus generabile aliquādo exiſtens & ſimpliciter eſt. Itē ſi alicubi eſt hippocentaurus, uel Scylla, & ſimpliciter erit: Item æſtate ſanus ſimpliciter ſanus eſt, & ſanus in græcia & ſimpliciter ſanus eſt & corpus ubi exiſtens, & ſimpliciter eſt. igitur in talibus exemplis conſonāt loci, non tamē in omnibus ſunt ueri, oportet porro ipſis ut uerisimilibus, ſed non ut habentibus uim uti. Veriſimilitudo autem eſt conſtructionis ipſorum qua uſus eſt ipſe, nā ſi uniuerſale .i. ſimpliciter impoſsibile eſt ineſſe alicui, hoc nec ſecundum aliquid, nec aliquādo, nec ubi poteſt ineſſe eidem cōſentaneum uidetur ꝙ ſecundū aliquid, uel ubi, uel aliquando ineſt alicui, hoc ſimpliciter etiam ineſſe, nō tamen hoc uerum eſt. Non .n. ſequitur conuerſionem ſimpliciter ineſſe, ſed poſſe ineſſe quod eſt uerum. Quod enim ſecundū aliquid ineſt alicui, patet quia etiam poteſt ineſſe eidem. Similiter & quando, & ubi, quare uerum erit inexiſtens ſecundum aliquid poſſe, & ſimpliciter ineſſe, nam ꝙ non uerum ſimpliciter ineſſe, manifeſtum etiam ipſe facit, nam quando æthiops partim aliqualiterq; albus exiſtens, quippe ſecundum dentes eſt albus, minime ſimpliciter eſt albus, nam ſimpliciter hoc dicitur, ut ipſe inquit calumnians locum, quod ſine adiectione dictum uerum eſt: quod uero eget additione, ut ſit uerum, hoc nō eſt ſimpliciter, ob id æthiops ſimpliciter non eſt albus quia ſine adiectione non eſt hoc uerum, æthiops eſt albus, ſed addito ipſo ſecundum quid ſit uerum. Item ſecundum quid ſtudioſi quidam ſunt qui non ſunt ſimpliciter dicendi ſtudioſi. Nā natura liberales, uel honeſti, totum hoc natura honeſti, uel natura liberales ſint, non tamen & ſimpliciter. Nam contingit etiam eos qui ſunt ad hæc apti bene fieri nequā flagitioſoſue, quia flagitioſe, nequiterque nutriti, educatiq; ſunt, nam oportet ſimpliciter ſtudioſum prudentem eſſe. Nullus autem ſit natura prudens, ut in libro de moribus oſtenſum eſt. Verum ſecundum dictionem hanc, ſimpliciter autem non ſunt, addit id quod natura imparceſt. Eſt .n. ſufficiens de ſe hoc dictum. Simpliciter autem nō ſunt ſtudioſi. Rurſus in quando, nam aliquando cōtingit aliquid corruptibilium non corrumpi, non tamen & ſimpliciter contingit aliquod corruptibile ens non corrumpi, & aliquādo quidē non reſpirare, aliquod animal reſpirantium contingit, non tamen et ſimpliciter non reſpirare, rurſus in ubi partim quidem confert uti tali diæta, ut in morbidis locis, non tamen & ſimpliciter, & aliquo modo quidem unum ſolum poſsibile eſt eſſe, ut in theatro unum ſolum hominem eſſe poſsibile eſt, non tamen & ſimpliciter unū hominem ſolum poſsibile eſt eſſe, ob tales inſtātias de locis his ſic dixit. Eodem autem modo conſiderandum eſt & in eo quod eſt ſecundum quid, & quando, & ubi, oſtendens qđ in locis opus eſt conſideratione an ipſis utendū ſit, an non. Verum ipſe utendo nonnullis exemplis, alio quod ſignificat ipſum ubi, & alio quod ſignificat quando, correxit hæc, tanquam non ſint horum ſignificātia. Nam bonum eſſe patrem ſignificare poſuimus tanquam ubi ſignificatiuum hoc ſit, nā in Tribalis, ſed corrigitur hoc tanquam non ſit ſignificans ubi, ſed hoc aliquibus, nam ubi fuerint Tribali, hoc ipſis bonum. Item ægrotātibus pharmacum recipere utile eſſe poſuit uelut ſignificatiuum quādo, nam quando ægrotant. Item correctum eſt hoc tanquam non ipſius quando ſignificatiuum, ſed ipſius aliquo modo diſpoſiti, nam ſic diſpoſito ſemper ſana hæc, nō aliquando, nec hoc aliquibus bonum & ſimpliciter bonum; nec diſpoſitis aliquo modo hoc & omnibus.

Simpliciter autem eſt, quod nullo addito dicis, quoniam bonum eſt aut contrarium: ut patrem ſacrificare non dicis bonum eſſe, ſed quibuſdam bonum eſſe. Non igitur ſimpliciter bonum. Sed deos honorare bonū dicis, nihil addens. Simpliciter enim bonum eſt. Quare quod nullo addito uidetur eſſe honeſtum, uel turpe, uel aliquid talium, ſimpliciter dicetur.

Cum dixerit inſtantias contra prædictos locos. Et .n. ſecundum aliquid quidam exiſtentes ſtudioſi non ſunt ſimpliciter tales: & aliquando nō corruptum aliquid non eſt ſimpliciter incorruptibile, et ubi quidē confert uti tali diæta ut in locis morbidis, ſimpliciter autem non, ꝙ nullum horū ſimpliciter eſt, uel dicitur oſtendens ſimpliciter quid eſt, indicauit prædictas inſtantias qđ recte dictum eſt firmans, quod .n. ſine adiectione alicuius uere eſt dicere ſimpliciter eſſe, hoc autem eſt tale. Exemplo autē dicti bono & malo ipſi uſus eſt. Nam ꝙ ſine adiectione bonum, hoc ſimpliciter bonum, & ꝙ per ſe mouetur ſine adiectione, hoc ſimpliciter mouetur. Quod uero indiget adiectione, ut uere de ipſo prædicetur moueri, hoc nō ſimpliciter mouetur. de quo .n. uerum eſt dicere per accidens mouetur, & nō poteſt ſine adiectione uere de ipſo moueri prædicare, hoc non mouetur ſimpliciter, & in propoſitis ſane quibus cū additione dictis uel hac, aliquo uel ubi, uel aliquando, poſſumus & ſimpliciter additionem auferentes inferre, uere & ſimpliciter hæc dicerentur, ut ſecundum oculos uidere uerum eſt, immo huius uidentis ſecundum oculos uidere ſine adiectione uere prædicatur, ſed minime ſi natura liberale uere prædicatur, omnino & ſimpliciter liberale ſine adiectione, & in aliis ſimiliter.

Finis ſecundi libri.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER III.

PRÆFATIO.

ARISTOTELES cum in ſecundo libro expoſuerit locos, qui ad accidẽs pertinent, quibus poterimus uel affirmare aliquid accidere alicui ſimpliciter, uel infirmare, & probare non accidere id, quod accidere dictum ſit: in hoc tertio exponit nobis locos, quibus utamur ad quæſtiones cõparatiuas, & oſtendamus aliquid magis uel minus alicui conuenire: ſed hi etiam loci ex accidente erunt, quemadmodũ ipſe in primo libro dixit. omnes quæſtiones quæ ex comparatione fiunt, ſub iis, quæ ex accidente oriuntur, conſtitui. Nam ibi poſteaquam de accidẽte locutus eſt, addidit etiam hęc uerba. Accidenti quoq;, inquit, ſubiiciantur mutuæ comparationes, quouis modo ab accidente dictæ. Itemq; aliter. Perſpicuum eſt comparationem in ſolis accidentibus fieri. nam ſolum accidens poteſt aliquibus magis, & minus ineſſe. genus.n. nõ poteſt magis et minus ineſſe ei, cui proxime ineſt, neq; etiam proprium, neq; definitio, accidens autem eo ꝙ eſt extra ſubſtãtiam rei, cui accidit, poteſt magis & minus alicui idem, & aliud magis alio, & minus ineſſe, ubi etiam ex parte quadam poteſt cõuenire. Materia autem cõparatiuis quęſtionibus ſubiecta patet per philoſophiã uniuerſam. nam & in morali uerſatur, quandoquidem ea quæ de optabiliori quæri ſolent, ſunt moralia: ſi quidem relatio expetendorum ad actionem & moralem philoſophiã refertur. Quæ uero de naturalibus rebus cõparantur, naturalia dicuntur, ueluti quando quæritur, utrũ maior ſit luna quam terra, et uter eſt melior ſenſus, uel ſciẽtia, & uter motus ſit ſimplicior, circularis, ne an rectus. Iam uero in logicis quoq; comparatiuæ quædam quęſtiones ſunt, ut utrum maiorem fidem faciat inductio, an ratiocinatio. & utrum prior ſit ratiocinatio categorica, uel hypothetica. et utra figura ſit prior, uel melior. Vnde non ſolum ſecundum has, ſed etiam ſecundum alias ſcientias, & artes inuenire eſt quædam comparatiua quæſita, nam muſicum problema eſt, utrum acutior ſit harmonia, lydia, uel phrygia. Item aliquis quæreret hoc, metrorum pulchrorũ heroum in muſica materia. Rurſus econtra, utra cura eligibilior uel per inciſiones, uel per pharmaciã exiſtens problema comparatiuum habet materiam medicinalem ſubiectam. igitur materia comparatiuorum problematum fere ſecundum omnem ſcientiam & artẽ eſt. Prædicamẽta autem in quibus ſunt quæſita ſecundum comparationẽ nouem uidentur eſſe, nam ſecundũ ſubſtantiam ſolam nõ uidentur conſtare problemata comparatiua, nam ſecundum accidens eſt comparatio, ſed ſubſtantia nulli accidit. Omnis igitur comparatio eſt ſub ipſo ad aliquid. Secundum quæ autem comparatio fit, aliquando quidem qualitas eſt, ut quãdo quęretur de aliquibus, quale albius, uel calidius, uel lenius, uel magis muſicũ, uel aliquid horum talium. nam omnia talia ſecundum qualitatem. ſed ſecundũ quantitatem quando quæreretur, utrum luna maior quã terra, nam ſecundum quantum quæſtio talis. Sed ſecundũ aliquid, quando quæreretur utrum magis ſcientia geometria an muſica, et qualis magis ſenſus tactus an auditus. ſed ſecundum ipſum ubi quæſtio, quando quæreretur utrum magis principale eſt in corde an in cerebro. ſed ſecundum ipſum quando quærit quærens utrum eligibilius ſit nauigare poſt æquinoctium uel æſtatem. ſed ſecundum facere, utrum ſecans magis medetur quam qui dat pharmacũ, ſed ſecundum pati, utrum magis bene patiatur corpus, quam anima. Item ſecundum habere, utrum magis habẽt animalia animam quã plantæ. Item ſecundum poni quãdo quæreretur utrum ſol terræ proximior quam ueneris aſtrum. Sed uidetur etiam ſecundum ſubſtantiam fieri cõparationem, quãdo quæremus ſi prima ſubſtantia magis ſubſtantia quam ſecunda. Sed quorum comparatio fit aliquando quidem ea duo ſunt ſecundum aliquod unum accidens comparata, ut quãdo quæreretur utrum eligibilior ſit ſanitas quam diuitiæ. Nam ſecundum eligibile ambobus comparatio inuicem. Aliquando autem plurium ad plura fit comparatio ſecundum aliquod commune eis inexiſtens, ut utrum eligibilior ſit prudẽtia cum diuitiis, quã ſanitas cum prudentia. Item poteſt unus ad plura eſſe cõparatio, ſi aliquis quæreret an eligibilior ſit prudentia quã ſanitas cum diuitiis. fit quoq; comparatio unius ſecũdum duo accidentia, ut utrum prudentia ſit agibilior, quã moralior. fit item duorum quorundam aſſumptorum ſecundum duo accidentia cõparatio, ut ſi quis quæreret an prudentia cum ſapientia uerſetur magis circa actiones quam circa moralia. Item duo de duobus poſſunt quæri, ut utrũ prudentia magis uerſetur circa actiones, quã ſapientia circa ſpeculabiliora. Item duo ſecundum plura accidentia, utra ſapientia uel prudentia magis circa actiones ſimul & ſpeculabiliora uerſetur. Et de materia cõparatiuorũ problematum & prædicamentorum quibus conſtant etiam comparatorum ſecundum quot modos inter ſe componuntur & congregantur totidem dicta ſint. Sed quæſtione dignum eſt cur in hoc libro dicendo de comparatiuis nõ omnes locos comparatiuos in hoc libro conſiderauit, ſed quoſdam dixit etiam in libro ante hunc, nam comparatiui fuerunt hi etiam a magis & minus, & hi a ſimili, et alter demonſtrantium ex adiectione, & ab ipſo magis aliqd uel minus aliud alio dici oſtendens, quod etiam ſimpliciter. Niſi quod ei non eſt propoſitum in hoc de comparatiuis locis dicere, ſed de cõparatiuis problematibus. Sunt autem comparatiua problemata in quibus comparatiuũ quæſitum & oſtenſum eſt, de quibus omnibus quomodo poſſint hæc oſtendi conſtructiue uel deſtructiue in hoc dicit, ſed hi loci comparatiui quibus uſus eſt, in libro ante hunc non fuerunt aliquid comparatiuum oſtendentes, ſed ſimpliciter inexiſtens uel non exiſtens. Vnde non eſt idem per comparatiuum aliquid oſtendere, & comparatiuum de quibus in hoc dicit, facit autem doctrinam hanc de cõparatiuis problematibus uel locis in exemplo eligibilis, quia apertior debuit ſic ipſorum aſſignatio fore, facta in aliquo definito. Sed eligibilius prætractauit, quia plurima ſunt ſecundum philoſophiam quæſita ſecundum hoc. Et utiliſſima cognitio & diſcretio eligibilioris uel maioris & calidioris, uel alicuius talium. Item per plures argumentationes & locos demõſtratio eiuſdem, tamen poſt aſſignationem locorum in hoc oſtendet quod etiam ad comparatiua problemata utiles ſunt prædicti loci, docens nos ꝙ non ad unã aliquam ſpeciem problematum ſunt loci aſſignati utiles, ſed etiam ad omnia quæſita comparatiue.

VTRVM *autem eligibilius aut melius duorum: pluriumue, ex his perſpiciendum.* Primum *autem determinetur, quoniam conſiderationem facimus nõ de plurimum diſtantibus, & magnam adinuicem differentiam habentibus: (nullus enim dubitat, utrum felicitas, an diuitiæ eligibiliores) ſed de iis, quæ propinquã ſunt, & de quibus dubitamus utro oportet apponere magis, eo quia nullam uidemus alterius ad alterum præeminentiam. Manifeſtum igitur ex his, quoniam oſtenſa una præeminentia uel pluribus, conſtituetur ratiocinatio, quoniam id eligibilius eſt, quod eorum eſt præeminens.*

NON intelligenda ſunt hæc poſita.ſ.eligibilius & melius eſſe ex his quæ pariter idē ſignificant & uiciſsim conuertuntur, nam in plus eſt melius quam eligibilius, nam eligibilius in eligendis ſolis, ſed melius ēt in alijs. Et.n. in ſpectatiuis & ſpeculabilibus ac naturabilibus & logicalibus fit quæſtio melioris, nam quærens utra melior ſubſtantia immobilis, uel mota naturale problema tractat: & logicum qui quærit utrum melior inductio, quā ſyllogiſmus. Item dixit duorum uel plurium, quia ut prædiximus, aliquādo quidem circa duo quæſtio ſecundum comparationem ſecundū unum comparatorum fit, aliquando plurium ad plura, uel unius ſecundum plura accidentia, uel pluriū de pluribus. Nam in uno non fit comparatio niſi ſecundum tēpus quando quęremus hoc aliquid nunc albius quam prius. Verum fiunt enā in his duo aliquo modo ea de quibus quæſtio fit adiectione temporis differentiā accipientia. Nam idem aliud & aliud fit appoſitione differētium temporum & comparatiua problemata in his & horū ac ſecundū hæc fiunt. Sed ante aſignationem locorum, primo ſubſcribit quomodo ſe habere debent comparanda inter ſe, & ad quæ aliquo modo ſe habentia inter ſe oporteat uti aſsignatis locis, nā ſic & ipſorum utile demonſtratur. Inquit autem quod non in diſtantibus plurimum inter ſe, & apertā magnamq; differentiam habentibus inter ſe oportet facere comparationē, nam perſpicuum eſt omnibus ſic ſe habentium differentia, & non eſt digna quæſtione. nam ob id nullus dubitat, utrum ſelicitas uel diuitiæ eligibiliores, nō quia non ambæ eligibiles ſunt, ſed quod manifeſta & perſpicua eſt excellentia felicitatis quo ad eligibile, ideo neq; ſi aliquis abundaret oſtendendo excellentiā diuitiarum ſecūdum aliquid reſpectu felicitatis, creditur nec perſuadet, ſed in bis quæ ſunt inuicem proxima & habent dubitationem, quia nō eſt manifeſta excellentia alterius ipſorum ad alterum, ut in ſanitate, & bona habitudine, & uidere & audire, & contemplatiua uita & actiua. Non.n.ſic proxime exiſtentibus, & ob id quæſtione dignis ſi oſtēdatur aliqua excellentia, uel unius, uel plurium, ob oſtenſa componuntur, & intellectus uelut errans eſt, ꝙ alterum ipſorum alterius, uel in altero, uel in alio quodā, quatenus querebatur & oſtendebatur ineſſe. Quemadmodum autem uelut in primo de cognitione differentium dicendo, & de quæſtione ſimilium in dignitatibus dixit faciendas eſſe electiones. Quæruntur autem & differentiæ in his quæ prope inuicem ſunt, nam quo differunt dæmon, & Deus quæreret aliquis, ſed nō quo lapis et Deus differunt, & quo lupus & canis, ſed non equus & canis. Item quo differt temperantia a prudētia ſed non a ſapientia. Similitudo autem in diſtantibus multum, nam quæreret aliquis quid ſimile haber homo cum equo, ſed non quid homo cum homine. Vnde ſic dicit problemata comparatiua habere quæſtionem in habentibus occultam excellentiam, & ſi quis oſtenderet breuem paucamq; excellentiam ſit dignus fide. Quia autē comparatiua problemata non ſolum inexiſtentiam alicuius petunt, ſed excellentiam inexiſtentis quatenus comparatio fit, & ipſius exceſsi, oportet etiam argumentationes & locos id facere, & non ſolum ineſſe oſtendere, ſed huius quidem excellentiam, huius uero defectum. Nō enim qui oſtendit aliquod bonum iam & eligibilius demonſtrauit, niſi etiam oſtenderet quod magis hoc eſt bonum quā hoc cui comparatur.

Primum igitur quod diuturnius, aut firmius, eligibilius eſt, eo quod minus huiuſmodi eſt.

Primum locum aſsignat per quem oſtendemus aliud alio eſſe eligibilius ab ipſo diuturnius & firmius, nam quę uidentur ſecundum alia ſimiliter ſe habere, ſi alterum altero oſtenderetur diuturnius eſſe uel firmius, eligibilius erit. Sed ſunt in quibus uidebitur diſſonare, nam poteſt aliud alio eſſe firmius, & eo tamen minus diuturnum, ut ſcientia ſenſu, nā ſenſus diuturnior eſt, quippe nos ab ineunte prima q; ætate ſentimus, ſed ſcientia fit iam adultis, licet firmior fiat & difficulter magis remouenda quam ſenſus. Quo circa oportet quatenus ſit utile nobis tractare locū. Vnde hoc loco utentes poſſumus oſtendere eligibiliorē eſſe bonam famam quam diuitias, nam cum ambo ſint eligibiles, fama bona & poſt mortē durat, ſed ſi nullus fuerit nullus erit diues. Vnde ſi uirtute uel felicitate bona fama diuturnior oſtenderetur, non iam & eligibilius ꝙ manifeſta eſt uirtutis & felicitatis excellentia qua excedūt bonam famam, ueruntamen ſi fuerit & principio bona fama a uirtute proficiſcens, & ſecundum hoc erit uirtus eligibilior bona fama. Quod ipſa & principium eius bonæ famæ ſit et cauſa. Oſtenderetur autē & ſic ſanitas bona habitudine eligibilior eſſe, uel contra, ſeruādum eſt diuturnius contentum in ipſo minus diuturno, nam ſi ſic ſe habuerit, eligibilius ſit, id quod minus diuturnū eo quod habet in ſe, tunc diuturnius cui coextenditur, & extrinſecus additionem alicuius eligibilis facit. Nam tale eſt bona habitudo, neq; ſine ſanitate ſit, & præter ſanitatem, babet etiā quippiam aliud eligibilius, ubi ergo fit additio alicuius eligibilis poſterius, & ſi minus diuturnius fuerit eligibilius, ubi autem alterum eſt alterius cauſa, primum rurſus eſt eligibilius, & ſi minus diuturnius fuerit, igitur ſecundum diuturnius ſanitas, ſecundum autem alia quædam rurſus bona habitudo. ſed utentes firmiore, ſcientiam recta opinione demonſtrabimus eſſe eligibiliorem cum ambæ ſint eligibiles. Item uirtutem bona fortuna, & illud ſecundum artem eo ꝙ fit a fortuna, & id quod prius in uoluntate & cōſilio uenit, eo quod inconſulto ex temporeq; facto & correcto. Item neceſſarium cōtingente ſi ambo fuerint eligibilia. Item id quod eſt in nobis eo ꝙ eſt in alijs, ſic bonum conſilium eligibilius eſt opinione. Nam illud in nobis. ſed opinio non in nobis eſt, ideo & firmius conſiliū & opinio inſtabilis. Item ſpeculatiua uita practica, nam plura ſunt impediētia practicam uitam, quia inſtabilior. Item media uita eligibilior eſt ea, quæ eſt in excellentia. Porro dicitur quod plura optima inſunt medijs, medius uolo eſſe in ciuitate. Huius quoq; teſtis eſt illud Euripidis, Aemulor autem hominem qui habet uitā ſine periculo, ultimus ignotus, ſine gloria: at eos qui ſuut in honoribus minus æmulor. Item diuturnior eſt memoria ſenſu, & cognatus amico, unde utentes his occaſionibus poſſumus etiam fugibilius aliud alio oſtendere. Nam fugiendorum diuturnius fugibilius, ut ignobilitas malaq; fama ipſa paupertate, & firmius eo ꝙ minus tale, ut indigēnia ꝓdigalitate, & illiberalitas mollitie, nam illiberales difficilius mobiles ſunt, nā & ſecundum hoc timiditas ignauiaq; fugienda magis eſt quam intemperantia eo quod intemperātia ceſſat corpore declinante ſeneſcenteq;, nam ceſſant appetitus quibus fit intemperantia, ſed timiditas procedente ætate ſuſcipit incrementum, ſic & malitiam aliquis oſtenderet aduerſa fortuna fugibiliorem eſſe, ſiquidem malum ſit maius, & fugibilius.

Et quod magis eligit prudens, aut uir bonus, aut recta lex, aut ſtudioſi circa ſingula delecti, quatenus tales ſunt, aut in unoquoq; genere periti, aut quæcunq; plures, uel omnes (ut in medicina, uel ædificatoria, quæ plures medicorum, uel omnes) aut quæcunque omnino plures, uel omnes, uel omnia, ut bonum. omnia enim bonum appetunt.

Secundum locum oſtendendi ab eligibiliore aſsignat hunc ex electione meliorum & iudicio, nam melioribus eligibilius eſt. Meliores autem ſunt prudentes non prudētibus. equidem boni meliores non bonis, & lex certa ipſa non recta, & uniuerſaliter ſtudioſi circa aliquid quatenus tales ſunt eligētes, hoc ſunt dignores fide, quam hi qui circa & ipſa non ſunt ſtudioſi. nam artifices ſunt meliores circa proprias artes quam hi qui eorum artium ſunt ignari, & adhuc magis cuncti qui circa eandem artem idem dicunt. Probabile autem eſt quod cuncti, uel plurimi artifices eligunt eligibiliora dicere quam ea quæ non ab omnibus

nibus eliguntur, quare in his ſecūdum artes quod omnes uel plures eligunt, eligibilius eſt his, quæ uidentur ignaris artium eſſe, uel inferioribus lōge his qui ſunt periti arte. Sic ēt ꝙ ſimpliciter omnibus uel plurimis uidetur, eligibilius erit, nam eligibiliora ſunt ea quæ omnibus quā ea quæ non uidentur omnibus: & ea quæ pluribus quam ea quæ paucioribus. Prudens autē, uel bonus non dixit, ueſlut ea quæ pariter & conuerſim ſignificat. Non.n. æqualiter prudens & bonus, ſed in plus eſt bonus, nam bonus eſt etiam prudens, non tamē ſolus. Et enim fortis & prudens, bonus. igitur hoc dictum æquale eſt huic prudens, uel uniuerſaliter bonus. Nam omnis bonus non ſolū prudens fide dignior circa electiones, quam qui non eſt talis. Item poteſt dici ſapiens ſecundum rationalem uirtutem; & bonus ſecundū moralem, nam proprie dicitur bonus ſecundū has uirtutes ut rurſus ſapientes eos ſecundum rationales, quia ſcd̄m has magis agentes ſunt quam boni; nam prudentia eſt iudicialis, ſed uirtutes moris ſunt practicæ. Illud. igitur .ſ. oportere bonos præ alijs honorare eligibilius eſt, quia ſic prudentibus uidetur eſſe. nam hoc eſt iudicium prudētis. Item oportere communia præhonorare proprijs nam cōmune coniungit & colligit, at proprium ſeiungit ciuitates, ut Plato etiam & Thucydides ferunt. Nam pulchre ferens hoc per ſe corrupta patria nihil minus corrumpitur, & mala fortuna in bene fortunata multo magis ſeruatur, & bene facere quā bene pati eſt eligibilius, quia bonis hominibus hoc eligibilius eſt. Similiter illud iniuria affici eligibilius eſt quam iniuria afficere, quia bonis hoc uidetur eſſe eligibilius. Item mori glorioſe, quam ſeruari iniuſte per idem eligibilius. Item laborare paupertate magis iuſte agendo & tractando res ſuas, quam iniuſta faciendo diteſcere eligibile eſt. Rurſus quia non cunctæ leges rectæ ſunt, equidē ſunt quædam et laudandæ ut rectæ, ceu Lycurgi leges, ac Zaleuchi, & Solonis, quādo aliquod ambiguū fuerit eorum quæ determinata ſunt a legibus, quod rectæ leges diffiniunt eligibilius eſt, quādoquidem etiam rectæ leges ſecundum prudētiam ponerentur, non iam idem putandum eſt hoc prudens, uel recta lex. Nam hoc legibus determinatum eſt, eo de legibus dicitur, ſed hæc prudentes ad tempora, ad circunſtātias, ad fortunas congruunt, & alia in alijs ſunt, ſic oſtendentur conuiuia eligibiliora eſſe in ciuitatibus, quia rectæ leges determinarunt ipſa eſſe, atque eos qui uirtute præſtant dominari debere, & nō qui diuitijs pollent. Item iudicium modeſti poterit locum habere ſi putet dignum eſſe non reſpicere ad decretum & ſcriptum in legibus, ſed ad ſentētiam animumq; ſcribentis, & quid faciebat ille ciuens, & ſecundum rectam rationem & legem iudicans, ſed non ſecundū ſcripta ipſius, unde non omnino ſane ſe habet qui habet alias cauſas & alios colores ac prętextus. Itē eligibilius ſunt ea in bello quæ circa ipſa boni eligūt, ut ſeruare ordinem, & non egredi aliquo. Item parere duci exercitus. Item habere ante oculos. Item

Vide Xenophōtē de legibus Lycurgi.

Homerus Ilia. M.

Vnum augurium optimum pugnare pro patria.
Tale quoq; eſt illud Vlyſſis cum dicit hunc in modum.
Non bonum multorum principatus, unus princeps ſit,
Vnus rex.

Iliade quoque B, quādo Vlyſſes facit orationem Græcis.

Item ſecundum rempublicam eligenda ſunt quæ circa hæc boni eligunt, ſic illud eligibilius eſt nō gratificari multitudini potius quam facere ea quæ ſunt utilia. Nam bonis circa hæc id eligibilius eſt. Item ſecundum artes eligibiliora ſunt quæcunque uel omnibus uel plurimis artificū uidentur, ſed adiecit illud (quatenus tales) quia de medicis talibus medicorū electionem ſequi debemus, & de muſicis electionem muſici. nam qui ſunt præclari in muſica de his quæ ſunt in medicina dicunt aliquid, ſed non qua muſici dicent. Similiter autem medici de his quæ in bello geruntur, dicent, igitur eligibiliora ſunt ſecundum unamquāque artem quæcunque omnes artifices illius artis eligunt quod per ſe ut uerum accidit, ſed illud quæcunq; plures improbabile eſt, non tamen uerum. Nam ſæpe unius melioris ſecundum artem electio, & iudicium melius eſt quā iudicium omnium aliorum, ideo in talibus ad ambo fit argumentum. Enim a pluribus, & a meliore fit, non ſolum autem in his ſecundū artes quæ omnes uel plures artificū dicunt eligibiliora ſunt, ſed etiam quæ ſimpliciter cuncti uel plurimi hominum eligunt eligibiliora eſſe demonſtrarentur quam ea quæ non omnes dicunt. Sic etiam aliquis oſtenderet quod eſſe eſt eligibilius ipſo diſcere uel ſcire, nam eſſe omnes eligunt, ſed ſcire & diſcere minime cuncti eligunt. Item lætari & uoluptate frui quam exercitari. Porro Plato utens hoc uelut exiſtente probabile dixit bonum eſſe quod omnia appetunt. Item Eudoxus demonſtrauit uoluptatem eſſe maximum bonorum ex hoc, qđ cuncta animalia hanc eligunt, & nullum aliud bonum ſic habere electionem, ob id & ſanitas opinione eligibilior eſt, quia cuncti homines eligunt ſanos eſſe ſed non omnes famam & opinionem. Item plures eligunt magis diuitias quam exiſtimationem, quare oſtenderetur per hoc quod diuitiæ ſunt eligibiliores exiſtimatione & fama. Item artes habere pluribus eſt eligibilius quam non habere.

Oportet autem ducere ad id, quod fuerit utile, quod dicendum eſt. Eſt autem ſimpliciter quidem melius ac eligibilius, quod eſt ſecundum meliorem diſciplinam, ut ſi melior diſciplina ſit philoſophia quam ædificatoria, & ſimpliciter eligibiliora erunt, quæ ſecundum philoſophiam ſunt, his quæ ſunt ſecundum ædificatoriam. Alicui autem, id, quod eſt ſecundum proprium.

Inquit oportere unoquoque dictorum uti ad quod eſt utile, non enim omnia omnibus congruunt, quandoquidem per eadem nequeat oſtendi quod uoluptas ſit eligibilior uirtute, & quod uirtus ſit eligibilior uoluptate, ſed qui uult oſtendere uoluptatem eſſe eligibiliorem uirtute electione omnium, uel electione multorum utetur, & qui uirtutem eligibiliorē, electione ſtudioſorum utetur, quia autem de eligibiliore ſermonem faciebat, & non amplius idem omnibus eligibilius, & de hoc diuidit & dicit. Equidem ſunt quædam ſimpliciter eligibiliora & nonulla quibuſdam, ſimpliciter eligibiliora ſunt ſecundum meliores ſcientias, ut ſi melior eſt ſcientia philoſophiæ ipſa arte peritiaq; fabricandi, & ſimpliciter eligibiliora erunt ea quæ in philoſophia tractantur quā in arte fabrili. Veruntamen fabro ea quæ ſecundum fabrilem artem his quæ ſecundū philoſophiam, & egente aliqua arte fabrili eligibiliora uiderentur, poteſt autem aliquis etiam uti dicto loco ad iudicium ſimpliciter eligibilioris.

Deinceps uero, quod quidem hoc quod, eo quod non in genere eſt, ut iuſtitia iuſto: nam illa quidem in genere bono, hoc autem non. Et illa quidem quod quidem bonum eſt, hoc autem non. Siquidem nihil dicitur quod quidem genus eſt, quod non eſt in genere, ut albus homo non eſt, quod quidem color ſimiliter autem & in alijs.

Illud quod quidem apud ipſum ſignificat hoc .ſ. proprie, ac ſi adderetur hoc quod quidem huic proprie illud ſignificat, ceu quod quidem homo proprie homo, & ꝙ quidem uere ens proprie ens & quod quidem uereq; bonum eſt proprie bonum. Et prædicatorum de alio uti ꝙ uere adderetur hoc proprie de illo prædicari ſignificat, & eſſe ſubiectum proprie in hoc, & hoc, quia igitur genera prædicamur de his quæ ſunt ſub ipſis proprie in quid eſt eſt prædicata, in eo quod uere ipſa prædicari dicuntur, & ea quæ ipſo genere eſſe inquit, ut color in eo quod uere prædicatur de albo, & album eſt id quod uere eſt color. Rurſus animal de homine, in eo quod uere & homo animal, quia igitur prædicatorum hæc partim, ut genera prædicantur, & partim ut accidentia, nam color de hoc ueluti colore albo prædicatur ut genus, ſed de corpore albo ut accidens locum quendam ab hoc nobis tradit, per quem eligibilius cognoſcemus. nam quorum comparationem facimus ſi aliud quidem erit, ut in genere horum, quatenus horum cōparatio fieret, ut in eligibile & bono, aliud

uero ut id quod habet accidens, profecto eligibilius erit id quod eſt uelut in genere quam hoc habens accidens, nam hoc uelut in genere exiſtens bono quod quidem bonum ſit, & ꝙ quidem eligibile quod eſt huius proprie indicatiuum, ſed illud non ens in ipſo ut in genere, ſed habens accidens ipſum non proprie eligibile, neq; ſimiliter bonum. Si ergo proprie eligibile hoc non proprie eligibili eſt eligibilius & quod in genere quod eſt bonum prędicatur de habente bonum, non ut genus autem eligibilius eſt, nam uniuerſaliter comparatorum adinuicem ſecũdum aliquid magis eſt ens in genere hoc quatenus ſit cõparatio eius non ſic exiſtentis in ipſo, ſed habentis ipſum accidens, nam magis quantum de quo ut genus quantũ prædicatur, quam id quantum ſecundum accidens, ut ſuperficies albi, et magis quale de quo ut genus qualitas prędicatur, quam hoc de quo ut accidens;, nã albedo magis color eſt quam album. Breuiter autem dixit locum dicendo, hoc quod quidē hoc eo quod non eſt in genere, per hoc non in genere dixit item iuſto homine, ſed non cum dixit, qui eſt in habitu, nam hoc ſimiliter eſt cum iuſtitia, & ipſum in genere bono, hoc loco utentes demonſtrabimus iuſtitiam, & unamquanque uirtutum eligibiliorē eſſe, & magis bonum eſſe quam id quod habet habet unãquanq; ipſarum, ut magis quam iuſtum, prudens, fortis. Nam uirtutum unaquæq; eſt in genere uirtutis, & ut ipſe nunc communius ut genus accipiens bonum dicit in bono, ideo & unaquæq; ipſarum quandoquidem ſit uirtus, & quod uere bonum, ſed nullus habentium uirtutes eſt in genere uirtutis, & boni, nam iuſtus, neq; quod uere uirtus eſt, neq; quod uere bonum, ſed eſt bonum, quia habet accidentem ſibi uirtutem, & bonum, ſed ſiquidem nihil dicitur quod quidem genus eſt, quod non eſt in genere, hoc eſt perinde, ac dixerit, nihil enim dicitur quod quidem & prædicatum de ipſo eſſe, niſi fuerit, ut in genere prædicato, nam color prædicatur de albo, & dicitur quod quidē color eſſe album, quod quidem eſt ut genus de ipſo prædicatum, ſed de albo homine prædicatur color, non tamen per hæc quod uere color eſt homo, quia non ut genus de ipſo, ſed ut accidens color prædicatur. Eadē quoque ratio, & in aliis prædicatis, ut enim color de his ut genus, & de his non ut genus prædicatur, ſic etiam in aliis ſe habet, uerum poteſt illud, ſimiliter autem & in aliis additum ſignificatiuum eſſe huius, ut in uirtutibus, & bonis eligibilius eſt id quod uelut in genere boni exiſtens eſt, quã id quod non eſt in genere eius, ſic etiam in aliis magis unũquodq; illud quod eſt in genere hoc quatenus comparatio ipſius .ſ. exiſtentis in illo non ut genus, ſunt etiam aliqua uelut in ſpecie, &.n. ea ſunt ſpecie, quorum ſunt ſpecies in eo quod uere prædicantur, etenim fugiendum magis hoc uelut in genere exiſtens fugiendi, quam hoc quod non eſt, ut in genere fugiendi.

Et quod propter ſe eligendum eo eligendo, quod eſt propter aliud, eſt eligibilius: ut ſanum eſſe, quam exercitari. Illud enim propter ſe eligendum, hoc autem propter aliud eſt.

Manifeſtus eſt etiam hic locus, nam quia bonorum, & eligibilium aliqua ſunt propter ſe eligibilia, ut felicitas, & quæcunque honorandæ, & quædam ob aliud, ut ſecare, & exerceri, lucrari, & prorſus quæcunque ſunt utilia: quædam uero propter ſe, & propter altera ut uirtutes, etenim propter ſe, & propter felicitatem eas eligimus, ſimiliter ſanitas, diuitiæ, & quæcunq; ut potentiæ bona, patet quod eligibilius eſt id quod propter ſe aliquis eligit, quam id ꝙ non eligitur propter ſe, ſed ob aliud, ut etiam per exēpla notũ fecit ſi eligamus, nam eſt hoc eligibilium propter ſe, ſed exerceri propter alterum, quippe ob ſanitatem, uel ob certamen, uelleq; coronam, & eligibilius ſanitas, quam ipſum exerceri. Sic etiam amicos eligimus propter ipſos, ſiquidem amicus alter ipſe, ſed pecuniæ non propter ſe, igitur eligibilior eſt amicus, quam pecuniæ. Nã unuſquiſq; ſibi propter ſe eſt eligibilis, quare & amicus. Item ſomno uigilia eſt eligibilior, ſi ſomnus habet relationem ad uigiliam, nam ut poſſimus uigilare, ſomno, & requie indigemus, ſic oſtenderetur quod etiam philoſophia eſt eligibilior rhetorica.

Et quod per ſe eo quod per accidens, ut amicos iuſtos eſſe, eo quod inimicos. Illud enim per ſe eligendum, hoc autem per accidens eligimus. Inimicos enim iuſtos eſſe eligimus per accidens, ut nihil nobis noceant. Eſt autem hoc idem ei, quod ante hoc. Differt autem modo, nam amicos iuſtos eſſe per ſe eligimus, et ſi nihil nobis debeat fore, quanuis apud Indos ſint. Inimicos autem propter alterum, ut nihil nobis noceant.

Adiecit prædicto loco, & alium quod per ſe eligibile, eo quod eſt per accidens eligibilius eſt. Eſt autem per ſe eligibile quod per propriam naturam, & præſentiam eſt eligibile, ſed per accidens cui uelut non exiſtenti propria natura eligibili, accidit ob aliquam circunſtantiam eſſe eligibile, & quale ſit per exempla ipſa utrunq; ipſorum indicauit. Nam illud amicos iuſtos eſſe per ſe eligibile eſt, nõ enim propter nos, neq; ut aliquid nobis ex hoc adueniat, ipſum eligimus, ſed quod amicitia eſt uoluntas bonorũ illius gratia eligimus bona amicis ineſſe, bonum quoque eſt iuſtitia habenti, ſed illud inimicos iuſtos eſſe eligibile nobis eſt, non propter ſe amplius, nõ enim proprium inimicitiæ eſt uoluntas bonorum, ut illorum gratia hoc eligamus, alioquin idē eſſent inimicitia, & amicitia, ſed hoc non propter ſe, ſed per accidens eligimus, nam quia accidit iuſtis non inferre iniuriam, ut non afficiant nos iniuria inimici, eligimus ipſos eſſe iuſtos. Si autem hoc per accidens eligibile, illud autem per ſe, patet quod illud uelut per ſe eligibile, eſt eo, ꝙ eſt per accidens, eligibilius. Eundem autem inquit eſſe hunc locum dicētem id quod propter ſe eligibilius eſſe, eo quod per accidens, cum prædicto qui oſtendit id per ſe eligibilius eſſe, quam illud per aliud, eo quod propter ſe eſt idem cum hoc per ſe, & hoc per aliud, eo quod eſt per accidens, nam hoc amicos iuſtos eſſe, & propter ſe, & per aliud eligibile eſt, ut etiam ſanitas, illud uero inimicos eſſe iuſtos per accidēs. Nam accidit eis factis iuſtis nõ nocere alicui, ac idem eſt per aliud, quandoquidem ſit ut nos nõ lædant, tale quoque eſt exerceri, etenim per aliud, quia propter ſanitatem, & per accidens, quia accidit exercitantibus ſe ſanari, uerũ ſolam differentiam eſſe inter utrunque locum, ſecundum modum prolationis, quia in uno his propter ſe, & per alterum utimur, ſed in alio utimur hoc per ſe, et per accidens, uel in dictis exemplis duntaxat modo prolationis eſt differentia, ſed in aliis plura inuenire magnam ſecundum modũ prolationis differentiam. Sunt autem quædam eligibilia, non tamen propter ſe, porro his qui frigeſcunt per ſe eligibile eſt calida ueſtis, ſi autem per ſe non per accidens, non tamen propter ſe, ſed per aliud. Nam non frigeſcere ex ipſa ſit, ſed per accidens, aut albũ, aut fuſcum, aut quemuis colorem habeat ueſtis, quam per ſe frigeſcentes eligimus. Item equitanti per ſe eligibilis eſt equus. Nam ſic aget ſecundũ equitandi actionem, non tamen & propter ſe, quandoquidem nec equitare ipſum, ad qđ uſus equi, propter ſe eſt eligibile, per accidēs autem albus, uel niger. Itē quia nutrire eget alimento per ſe quidem non propter ſe eligibile eſſe uidetur. Igitur ea quæ ſunt propter ſe eligibilia ſequitur illud quod eſt per ſe eligibile, ſed minime uidebuntur conuerti, uel uniuerſaliter per accidens bonum, quod non eſt bonum ſuapte natura, propter quid bonum accidens ipſi bonum dicitur, nam ſic illud eſt inimicos iuſtos eſſe, quia non exiſtenti ipſi bono aliquod bonum accidit, nam non iniuria affici ab illis bonum eſt non illorum gratia, ſed noſtrum bonum eſſe per accidens uidetur, non ut diuitiæ, neque aliud quippiam inſtrumentorum bonorũ eſt bonum, imo per ſe quidem, ſed non propter ſe. Nam per ſe quidē diuitiæ, quæ ſuapte natura ſunt inſtrumenta actionum bonarum, ſed non propter ſe, quia omne inſtrumentum propter aliud eligibile eſt, igitur erit omne eligibile per accidens omnino per aliud eligibile, ſed illud per

aliud

aliud eligibile non prorſus erit, & per accidens, nam plura ob alia eligibilia ſuut cum ſint ſuapte natura bona, ſed ſola per accidens quæ propter aliquid accidens ipſis habent eligibile. ſic enim eligibilis ſit aliquando paupertas & morbus, & mors, quare ſi non per ſe idem eſt cum eo, quod eſt propter ſe neque hoc propter aliud eſt idem cũ eo, quod eſt ſecũdum accidens, quare nec loci iidem ſint.

Et quod cauſa boni, per ſe, eo quod per accidens cauſa, quemadmodum uirtus fortuna. Nam illa quidem per ſe, hæc autem per accidens eſt cauſa bonorum, & ſi quid aliud huiuſmodi. Similiter autem & in contrario, nam quod per ſe eſt cauſa mali, fugibilius eſt eo, quod per accidens, ut uitium, quam fortuna. Nam illud quidem per ſe malum, fortuna autem per accidens.

Cum dixerit eligibile per ſe eſſe eligibilius, eo qđ eſt per accidens, quia etiam in cauſis eſt talis differentia, nam quædam ſunt aliquorum per ſe cauſa, quædam uero per accidens, nam per ſe ædificator domus eſt cauſa, ſed per accidens Athenienſis uel albus. ideo locum nobis quendam etiã a cauſis ad iudiciũ eligibiliorum aſſignat. Nam quãdo duo quædam bona alicuius boni, & eligibilis cauſæ fuerint, quorũ unum eſt per ſe cauſa, & alterum per accidens, eligibilius eſt id quod per ſe cauſa eſt. Hic autẽ locus produceretur in confeſſo, & conceſſo quod quando aliquid eſt cauſa alicuius eligibilis, idipſum etiã eſt eligibile, ſic uirtus eſt fortuna eligibilior, nã uirtus eſt per ſe cauſa eorum quæ diriguntur, & fiunt ob ipſam, ſed quando etiam fortuna cauſa fieret, per accidens eſſet, nã uniuerſaliter per accidens fortunã cauſam eſſe demonſtratum eſt, ſic etiam medicina eligibilioe fortuna eſſe oſtenderetur, quando ambæ ſint cauſæ ſanitatis. Item ſanitas bono colore eligibilior eſſet ob idẽ, nam ſanitas per ſe, bonus autem color per accidens boni eſt cauſa, & exerceri eligibilius ipſo ſecari, nam hoc per ſe, illud uero per accidens eſt cauſa efficiens ſanitatis. Nã quia exercetur, et qui hoc aliquo exercitatus eſt, patet ſed non ob exerceri, ſed ob ipſum una exerceri. Itẽ oſtenderetur ſecundum eãdem rationem etiã fugibilius eſſe id quod eſt per ſe cauſa mali, quam id ꝙ eſt per accidens, ut inaliuia fortuna, & gubernator deterior ipſe qui nauem ſubuertit eo, cuius ob abſentiam nauis ſubuerteretur, nam is eſt cauſa per accidens, ille uero per ſe eſt cauſa ſubuerſionis nauis. Similiter ratio eſt etiam de duce exercitus, & medico, nam dux quo præſente deſtrueretur exercitus, peior eo eſt qui ob abſentiã eſt cauſa cladis, & deſtructionis exercitus. idem etiam de medico.

Et quod ſimpliciter bonum eo, quod alicui eligibilius eſt, ut ſanum fieri, quam incidi. Nam illud quidem ſimpliciter bonum, hoc autem alicui indigentium inciſione.

Simpliciter ſana ſunt, quæ fruentibus ſanitate, & ſecundum naturã habentibus ſunt talia, ceu inãbulationes, exercitia, cibus talis: quędam uero nõ ſimpliciter ſunt ſana, ſed quibuſdam, ut ægrotantibus, ceu inciſiones indigentibus eis, & diætæ, & quies, & pharmaca: ſic etiã bona quædam ſunt ſimpliciter bona, quæ omnibus ſuapte natura habentibus ſunt talia, quædam uero alicui, ut ſanitas ſimpliciter bonum. Nã habentibus omnibus ſecundum naturam bonum ineſt, morbus autẽ ſimpliciter malum, fieret autem ſi alicui aliquando bonum, ut Theagi, ſiquidem ipſum corporis male affecti in philoſophia ponunt, ut inquit Plato. Similiter diuitiæ, & fama ſimpliciter bonum, fieret autem alicui aliquãdo etiam paupertas bonum, & ignominia: ſi ob paupertatem, & ignominiam nihil inſidiari ſi pateretur, nec tolleretur deſtrueretúrque a tyranno aliquis, cum tyrannus claros, & diuites deſtruat. His porro ſic ſe habentibus inquit eligibiliora eſſe ſimpliciter bona his quæ non ſunt ſimpliciter bona, ſed aliquibus, & aliquando, & locus manifeſtus eſt. Eſſet autem hic idem locus cum eo qui paulo ante dictus eſt, qui eſt ab eo quod eſt per ſe, & per accidens.

Et quod natura eſt, eo, quod non natura, ut iuſtitia iuſto. Illud enim natura, hoc autem acquiſitum.

Hic locus eſt quidem ídem potentia cum prædicto, nã quæ ſunt ſuapte natura bona etiam ſimpliciter ſunt bona: & quæ ſut aduentitia non ſimpliciter, nec omnibus bona, uerum differunt quo ad inſidias, non.n.quia ſimpliciter, ſed quia natura tale eſt. uniuerſaliter autẽ ea quæ natura conſtant, ſunt meliora his quæ non natura, ſed aduentitia, quæꝗ artibus, aut hominum inſtitutionibus conſtant. Nam quæ ſecundum artes ſunt naturæ æmula ſunt, & inferiora ipſa natura. Item ea quæ ſunt ſecundum mores, & placita, & leges inferiora ſunt his quæ conſtant natura, n l quibuſdam natura peculiaris eſt, talibus etiam eſt cauſa ipſum eſſe, & quibuſdam placitum de ipſis, ſed aliquorum uel mos, & bonorum quæcunque ſuapte natura ſunt bona eligibiliora ſunt talibus non natura, ut iuſtitia, quemadmodum igitur & omnis uirtus ſuapte natura bona eſt, illud tamen apud unumquemꝗ iuſtum non ſuapte natura tale eſt, ſed uel ſecundum morem, uel ſecundum legem, nam alia ab aliis ſunt inſtituta, & decreta impoſita, & ſunt ſingulis peculiaria decreta bona & eligibilia, ſed cum ſint ambo bona. ſ. iuſtitia, & iuſta lege impoſita iuſtitia ſecundum naturã iuſto tali eligibilior eſt, quia hæc natura eſt, illud uero (non natura) nam iuſtum nunc non natura accipit, cum ſit aliquid etiam natura, nam iuſtum ſecundũ iuſtitiam factum ale, uel de iuſto dicit habente iuſtitiam, nã eſt adueniens huic bonum iuſtitia, & non natura ſiquidẽ non natura iuſtum, quod eſt iuſtum, iuſtitia autem ſuapte natura bonum eſt.

Et quod meliori, et honorabiliori ineſt, eligibilius: ut Deo *quam homini, & animæ quam corpori.*

Planus eſt iſte locus, nam dicit per ipſum quod melioris bonum eligibilius eſt bono deterioris, non enim eſt dictum, ut ſi uideatur, quia hoc meliore eligibilius, hoc etiã eſt eligibilius, nõ enim facit comparationem horum quæ ſunt eidem bona, uel eligibilia, ſed differentibus naturis. Verum hic locus indiget diſtinctione aliqua, nam ſi ſimpliciter uidetur accipere eligibilius ſuapte natura, & non faciendo iudicium ipſorũ ſimpliciter locus eſt uerus, quia autem hoc meliori, & honorabiliori, quatenus melius eſt, & honorabilius eligibile eligibilius eligibile nõ tali, & magis bonum. Porrò quæ diis eligibilia ſimpliciter eligibiliora, & meliora eligibilibus ab hominibus, ut immortalitas, uel uniuerſorum digeſtio, & impoſſibilitas ſunt eligibiliores ſapientia, ſanitate, diuitiis, uirtute, philoſophia, quæ talia ſunt de numero eorũ quæ ab hominibus eligũtur. Si autem iudicium eligibilioris eligibiliori fieret, non amplius ſimpliciter ſanus locus eſſet. Nõ enim eligibilia diis eligibiliora uirtutibus a nobis, ſiquidem impoſſibilia plura ſint nobis eorum quæ eliguntur ab illis, equidem inſenſati ſtupidique eſt hominis eligere impoſſibilia. Ideo indigeret adiectione hac, ſi poſſunt eſſe ambo, nam ſi eſſent ambo poſſibilia facienti iudicium de eligibiliore, eligibilius hoc quod eſt eligibile meliori, & honoratiori, ut communis utilitas eligibilior eſt propria utilitate, nã ambæ ſunt poſſibiles homini, & diis cõmunis utilitas eſt eligibilis, & ſecundum naturam. ſimiliter etiam benefacere eligilius quam bene pati. Nam diis eligibile eſt benefacere, & ambo ſunt poſſibilia homini, ſic etiam ſi animæ ſoli eligibile eſt prudenter agere, & uniuerſaliter uirtutes, & corpori ſanari, & calere, roburꝗ habere, eligibilius eſt ſapere prudenterꝗ agere, & uirtutes, & uniuerſaliter eligibiliora ea ſunt, quæ honoratiori, & meliori eligibilia ſunt. Nam anima eſt longe corpore melior. ſimiliter etiam ſcire eſt eligibilius ipſo ſentire, quia ſentire magis ad corpus attinet (nam per corpus ſit) ſed ſcire proprium & peculiare eſt animæ. uerũ differret hic locus a iam prædicto, hoc

etiam quod magis eligeret prudẽs, quam bonus uir, quia in illo a magis eligibili meliori fiebat argumentum cum ambo eſſent eligibilia eidem. Hic autem quãdo aliud quidem fuerit meliori eligibile, & aliud deteriori, illud quod meliori oſtenderetur eſſe eligibilius, ut ſe habet anima ad corpus, non enim ambo utrique eligibilia ſunt. Item ibi quærebatur eligibilius eligibile, hic autem ſimpliciter eligibilius, & non hoc alicui.

Et quod melioris proprium, melius quam quod peioris: ut quod Dei, quam quod hominis. nam ſecundum communia quidem utriſq; nihil differunt ab inuicem, proprijs autem alterum alteri differentijs ſupereminet.

Cum aſſignauerit locũ ob eligibile meliori conſtituentem eligibilius, quia non omnino eligibile alicui, iam eſt ẽt proprium eius, nam ſanitas eſt eligibilis homini, non tamen proprium homini eſt ſanare: porro nunc a proprio aſſignat locũ, nam melioris propriũ melius eſt eo, ꝙ eſt deterioris proprium minime faciendo ſecundum comparationem eligibilius, ſed ſecundũ ſimpliciter melius. Nã hoc melioris ſi nõ poſſibile deteriori fuerit, nec eligibilius erit ei, uel melius ſimpliciter, & eligibilius ſimpliciter eſſe accipit, ideo & differentiis ipſis utitur, non enim comparationem facit eligibilioris alicui ſemper, ſed etiam ſimpliciter, & ſecundũ propriam naturam, ut faciebat etiam in primo loco. Quod uero melioris propriũ melius ſic demonſtrauit ob id, quia melius, & ſecundum aliquid melius eo, ſed ſecundũ communia, & ſimilia peiori, & meliori neutrum excedit neutrum. Neq; enim differt. proinde relinquitur ut differentia ſit ſecundum propria ipſorum, & ſecundum hoc melius excedit deterius, ſi autem ſecundum hæc differentia, & exceſſus ineſt ipſis, & melioris propriũ melius erit, ceu ſi Deus, homo, & equus animalia ſecundũ genus commune non differrent inter ſe, ſed cum melior ſit Deus homine, & homo equo, relinquitur differentiam ipſorum eſſe ſecundũ propria, ſi ergo Dei propriũ eſt immortalitas, & hominis ſuſceptiuum eſt ſcientiæ propriũ, & equi hinnibile, certe immortalitas eſt melior ſcientiæ ſuſceptiuo, & ſcientiæ capax melius eſt hinnibili. Sic etiam ſi animæ proprium eſt impetus, motuſq; & corporis fluxus, & momẽtum inclinatio, certe impetus motuſue eſſet momento inclinationeue melior, quia & anima corpore longe melior eſt, uidetur autem mihi melius, & peius ipſa accipere in his quæ ſunt ſimilis generis, quia etiam eſt cõparatio in habentibus conuenientiam inter ſe. Ideo etiã dixit, nam ſecundum communia quidem utriſque nihil inuicem differunt, perinde ac comparanda debeant etiã habere quædam communia.

Et quod in melioribus, uel prioribus, uel honorabilioribus eſt melius, ut ſanitas, robore & pulchritudine, nam illa quidem in humidis & ſiccis, & (ut ſimpliciter dicatur) ex quibus prius conſtitutum eſt animal, hæc uero in poſterioribus, nam robur in neruis, & oſſibus, pulchritudo autem membrorum quædam commenſuratio uidetur eſſe.

Locus talis eſt ſi comparatorum inuicem ſecundũ eligibile aliud in melioribus fuerit, & aliud in peioribus, uel aliud in prioribus, & aliud in poſterioribus, uel aliud quidem in honoratioribus, & aliud in talibus minus, melius eſt id quod eſt in excedentibus, ut ſi quæreretur, utrum ſciẽtia, uel ſanitas eligibilior, oſtenderetur autem ꝙ ſcientia ſit eligibilior cum ſint ambæ eligibiles & ſcientia in anima, & ſanitas ĩ corpore, & melior eſt anima corpore. Qđ in prioribus etiam ſi quidem ſanitas conſiſtat in commenſuratione primarum corporearum uirium, quæ ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, illarum autem robur eſt in commenſuratione neruorum ſimilium partium, & oſſium, atque ſpiritus, & pulchritudo in commenſuratione diſſimilium partium, ceu faciei, colli, manuum, & aliarum partium quæ poſteriora ſunt primis uiribus, eadem rurſus ratione oſtenderetur, & robur eſſe eligibilius pulchritudine, nam prima quæ ſunt ſimilium partium in nobis, in quibus robur eſt ſunt priora his quæ ſunt diſſimiliũ partium in quibus eſt pulchritudo, nam unumquodque diſſimilarium partium ex ſimilaribus componitur, ut facies ex oſſibus, & neruis, & carnibus, ideo & ſimul tolluntur ſublatis illis, & non ſimul deſtruunt ſublata. Rurſus ſi quæreretur utrum eligibilior ſit contemplatio, quã actio oſtenderetur quod cõtemplatio, eo quod eſt circa honorabiliora, & præſtantiorem actionem in ipſa, nam actio circa agibilia, & ea quæ ſunt in nobis, ſed contemplatio circa diuina, & quia ineſt præſtantiſſimæ parti animæ, nam mens eſt honorabiliſſima potẽtiarum animæ, cuius actio eſt contemplatio.

Et finis iis, quæ ſunt ad finem, eligibilior uidetur eſſe.

Fere hic locus continetur in eo, qui iam dictus eſt paulo ante, ſcilicet qui dicit, & propter ſeipſum eligibile eligibilius eo, quod eſt propter alterum. nam finis propter ſe eſt eligibilius, & illud ad finem ob aliud, nam propter finem eſt, uerum differunt, quia ibi ea, quæ ſunt ad finẽ non comparabãtur fini, ſed eligibilibus propter ſe, & quocunque ea quæ propter alia eligibilia uniuerſaliter, & non propter ſe tanquam ſint finis ipſorum erant eligibilia, ſed propter aliquid aliud. Hic autem finium, & eorum ad fines ſit comparatio, ſi ſanitas eligibilior eſſe exercitiis oſtẽderetur, ceu inambulationibus, cibis, uniuerſaliterque diæta, quia ſanitas eſt finis, & hæc ſunt illius gratia. Item felicitas, uirtute, ſanitate, diuitiis, atq; aliis bonis, nam finis, hæc autem ſunt illius gratia. Item ſcire eligibilius diſcere, & ſecundum habitus agere, eo quod eſt habitus habere.

Et duorum, quod propinquius eſt fini.

Locus iſte habet comparationem in his quæ conferũt ad finem. nam ſi fuerint duo quædam ad unum aliquem finem habentia relationem, illud quod eſt proximius fini eſt eligibilius, & melius eo, quod eſt remotius a fine, ut ſanitatis cauſa eſt exerceri, ſecare, ſed quia exercitiũ eſt proximius ſanitate, igitur melius, & eligibilius, nam quod eſt proximius fieri uidetur habere eandem rationem ad cauſam, quæ eſt ante ipſum, cum ipſa ſit finis ad ipſum. Nam finis aliquo modo etiam eſt hæc illius, ſic etiam ſecundũ uirtutem actio habitu eligibilior eſt, nam proximior felicitati eſt, quæ eſt finis amborum. Videtur enĩ ſic ſana pharmaca, ut cõſeruatiua eligibiliora eſſe efficiẽtibus ipſam, nã ſimul ſunt cum ſanitate, & quædam ſunt ad eam, ſic etiã equitandi ars melior eſt ea quæ facit frenum, cum ambæ conferant ad militiam, quia proximior eſt ars equitandi. Item ars fabricandi eſt melior arte quæ docet ligna ſecare, cum ambæ ſint utiles ad artẽ deſtruẽda naue. Item melior eſt ars exercendi ipſa medicina, cum ambæ conferant ad bonam habitudinem.

Et omnino quod ad uitæ finem, eligibilius, quam quod ad aliud: ut quod ad felicitatem contendit, quam quod ad prudẽtiam. Nam quod ad felicitatem contendit, eligibilius.

Nam quæ ad finem ultimum, & perfectiſſimum conferunt eligibiliora ſunt conferentibus ad aliquid aliud, nam finis perfectiſſimus ultimuſque, qui eſt felicitas, quippe cũcta alia in hanc relationem habeant, ſi ergo & aliorum fines ad felicitatem habent relationem, patet quod etiam quæcunque cõferunt aliqua ante illa, poſteriora erunt his quæ conferunt ad felicitatem. ſed hic locus eſt potentia idem cum ſuperiore. Nam quia unus eſt finis ultimus, etenim alia quæcunq; uidentur fines aliorum eſſe, ſunt gratia ultimi finis, & fines aliorum quorundã etiam ipſa ſunt gratia ultimi finis, ſed differentia eſt inter hos locos, quia quædã proxima ſunt ultimo, & perfectiſſimo fini, & quædam remota, ut felicitas quidem ultimus finis, prudentia autem finis etiam ipſa, ſed non alicuius exiſtens, & ipſa eſt gratia felicitatis, ſit igitur & ipſa, & ea quæ ob ipſam habẽtia finem felicitatem gratia felicitatis, ſed prudẽtia proxima eſt felicitati, nam proxime ei eſt finis, ſed prudentiæ factiuum, ceu educatio proximam quidem finem habet

ipſam

ipſam prudentiam, ſed ultimum ipſamq; felicitatem. Nam proximior eſt prudentia felicitati, quam educatio, & efficientia prudentiæ, conſentaneum eſt ut ipſa ſit eligibilior. Si ergo quæreretur an ſanitas eligibilior ſit, quam diuitiæ, quia ſanitas ad finem uitæ habet relationem. i. ad felicitatem, ſed diuitiæ ad actiones liberales, quæ etiam habent relationem ad felicitatem, erit quoq; ſanitas eligibilior diuitiis, & efficientibus prudentiam. Actio quoq; ſcdm iuſtitiam eligibilior eſt, nam ipſa eſt effectrix felicitatis. Oſtenderetur autem per hunc locum, quod uirtus eligibilior ſit honore regio, ſiquidem finis uirtutis ſit felicitas, ſed honoris regii finis eſt imperare alicui genti.

Et *poſſibile impoſſibili.*

Hoc autem non amplius ſimpliciter eligibilius, ſed eligibili. planus autem locus eſt, nam ſi comparatorũ aliud fuerit impoſſibile, & aliud poſſibile, eligibilius eſt poſſibile huic cui aliud eſt impoſſibile, ceu quia longa uita homini eſt poſſibilis, ſed immortalitas eſt impoſſibilis, eligibilior erit homini ipſa lõgitudo uitæ, quam immortalitas. ſimiliter etiam moderate pati, quam ipſa impaſſibilitas, nã ſimpliciter immortalitas eſſet eligibilior, & impaſſibilitas, quia meliori ut Deo hæc ſunt eligibilia. nam quod impoſſibilia dicit eligibilia non his dicit, quibus ſunt impoſſibilia, ſed ſimpliciter ſi eſſent talia, demonſtrauit per hoc, quia efficit comparationem hanc ſecundum eligibilius etiam de impoſſibili, nam hoc eligibilius, ſimpliciter igitur poteſt, & impoſſibile eligibilius exiſtens oſtendi, quam poſſibile, ſed eligibili poſſibile eſt eligibilius.

Amplius cum duo effectiua fuerint, cuius finis melior, & ipſum melius.

Obſcure dictum eſt ob breuitatem, ſed locus eſt talis, ſi duo quædam fuerint effectiua finium, cuius finis melior, & eligibilior, & ipſum melius eſt, ſic oſtenderetur educatio exercitiis eſſe melior, ſiquidem exercitia ſunt ſanitatis effectiua, ſed educatio prudentiæ, & eſt prudentia eligibilior ſanitate. Rurſus exerceri eligibilius eſt quam lucrari, nam hoc diuitiarum eſt effectiuum, hoc uero ſanitatis, igitur melior eſt ſanitas diuitiis. Patet autẽ quod ſi ambæ acciperentur effectiuæ propriarum finium, uel ſimiliter locus ſanus eſt. Nã ſi finis fuerit proxime effectiuus minus eligibilis, & remotius ab eligibiliore non omnino effectiuum eligibilioris eligibilius erit. Non enim eligibilius eſt ſcindere, quam lucrari, & tamen aliud ad ſanitatem cõfert, & aliud ad diuitias ducit, ſed plurimum abeſt ſcindere a ſanitate, & magis longe, quam lucrari a diuitiis.

Cum autem ſit effectiuum, & finis, ex proportione quando pluri ſuperat finis finem, quam ille proprium effectiuum, (ut felicitas pluri ſuperat ſanitatem, quam ſanitas ſalubre) effectiuum nimirum felicitatis melius erit ſanitate. Nam quantum felicitas ſuperat ſanitatẽ, tantum & effectiuum felicitatis ſuperat ſalubre. Sanitas autem ſalubre minus ſuperabat. Quare plus ſuperat effectiuum felicitatis ſalubre quam ſanitas ſalubre, quapropter effectiuum felicitatis melius ſanitate. Manifeſtum igitur, quoniam eligibilius effectiuum felicitatis, quam ſanitas, nam id plus ſuperat.

Cum dixerit per locum ante hunc, quod eſt effectiuum melioris finis melius eſſe, perinde ac fines habeant inter ſe proportionem, & ipſa effectiua, nam quanto finis finem excedit, tãto ẽt effectiuum excedit effectiuum. Hac igitur proportione utens quendã locum nos docet, quo utentes poterimus comparare finẽ alicuius, & factiuũ aliqd' alterius finis, nã ualde elegans, & exacta inuentio loci eſt. Nam inquit quod ex hoc quod inueniemus proportionẽ, & in hoc excellentiã, & eligibilius, nam ſi accipiamus, & propriũ finem effectiui cõparati ipſi fini, cuius eſt effectiuum, & rurſus finis comparati effectiuo propriũ effectiuum, & inueniemus quãto excedit finis effectiuũ cõparati finis ipſi, patet quod ẽt habebimus quanto cõparatũ effectiuum excedit effectiuum quod eſt cõparati finis effectiuum, nam ut finis, ſic ẽt effectiuum, ut oſtenſum eſt per locum ante hunc. His igitur ſic ſe habentibus ſi finis ipſius finis plus extiterit, quã finis cõtentus proprii effectiui, erit etiam effectiuum excedentis finis plus exiſtens finis effectiui exceſſi, quam finis exceſſi effectiui proprii. Nã ſi quãto finis finem exceſſit, tanto ẽt effectiuum excedit effectiuũ, & plurimo finis excedit finem, quam contentus finis proprium effectiuum, patet quod etiam effectiuum lõge plus excedet effectiuum, quã proprius eius finis, ſed id qd' excedit idem plus eſt melius excedentis minus, igitur excedet effectiuum etiã finem cui comparatum eſt, & eligibilius ipſo erit, ut eſto prudentia effectrix felicitatis, & quæratur utrum prudẽtia ſit eligibilior cum ſit effectrix felicitatis, quam ſanitas, quæ ẽt finis eſt, porro ſi acceperimus felicitatem, cuius prudẽtia eſt effectrix, & quod eſt effectiuũ ſanitatis exiſtentis finis, ut exercitium, erit uelut finis ad finẽ felicitas ad ſanitatem, ſic etiam effectiuum ad effectiuum prudentia ad exercitiũ. Nam ut ſe habet felicitas ad prudentiam proprium effectiuum, ſic etiam ſanitas ad proprium effectiuum, ꝙ eſt exercitium, ſic autem ſe habentibus, & ut præcedens ad pręcedens felicitas ad ſanitatẽ, ſic conſequens ad conſequens, ſcilicet prudentia ad exercitium, porro quanto eligibilior eſt felicitas ſanitate, tanto etiam prudẽtia exercitio. His poſitis rurſus quærentes, ſi quantum excedit felicitas ſanitatem, & ſanitas exercitiũ, quod erat ipſius effectiuum, uel plus, uel minus. Nã ſi plus excelleret felicitas, quã ſanitas, uel ſanitas, quã exercitium, erit ẽt prudentia effectrix felicitatis plus excedens exercitium, quam ſanitas. ſi autem plus ipſum excedit, patet etiã quod eligibilior erit ſanitate, nã cum plus excedat ipſum etiam excederet hanc. Si uero æqualiter felicitas ſanitatẽ, & ſanitas exercitium excederet, ęqualiter ẽt prudẽtia exercitium excederet, & ſanitas, ſi uero æqualiter, ſimiliter erit etiam eadem uirtus, ſi uero minus felicitas excedit ſanitatem, uel ſanitas exercitium, minus etiã prudentia excederet exercitium. quam ſanitas, ſed cum minus excedens, patet etiam quod minus ipſa eſt eligibilis, & ſic eſſet finis minus eligibilis oſtenſa ſanitas, quam ipſum effectiuum, i. prudentia cui comparabatur. Item oſtenderetur felicitas plus excedens ſanitatem, quam ſanitas exercitium, eo qđ non ſic eget felicitas ſanitate, ut ſanitas eget exerceri, nam exerceri eſt effectiuum ſanitatis, ſed ſanitas, & ſi confert ad felicitatem, ſed non uelut efficiens eius, ſed remotius, quare plus excederet felicitas ſanitatem, quam ſanitas exercitium, nam plus etiam prudentia excedit exercitium, quam ſanitas. Illud uero quod idem excedit ſecundum bonum, & eligibilius eſt, ſed non ſolum inuenit locum non ſuperflue, ſed etiam interpretatus eſt utiliter, & breuiter.

Amplius melius eſt, quod propter ſe, & honorabilius & laudabilius. Vt amicitia diuitys, & iuſtitia ſanitate, et robore: nam illa quidem propter ſe honorabilium, hæc uero nõ propter ſe, ſed propter aliud. nullus enim honorat diuitias propter ſe, ſed propter aliud. Amicitiam uero propter ſe, et ſi nihil nobis debeat aliud ab ea eſſe.

Communius nunc nominibus utitur his. ſ. meliori, honorabiliori, & laudabiliori. Nam in diuiſione bonorum dixit quædam honorabiliora eſſe principaliora, ut deos, parentes, felicitatem: bona autem, & laudabilia uirtutes, & actiones ſecundum ipſas. Potentias autem dixit quibus ineſt uti bene, & praue. Et utilia ea quæ ſunt horum effectiua bonorum, & conferentia in eadem, nunc autem bonum, laudabile, & honorabile, uidetur etiã dici de bonis, ut uiribus, & potentiis, ſed locus eſt talis, quod per ſe melius, ideſt ſuapte natura melius, & honorabilius, & laudabilius, & eligibilius, eo quod eſt minus ſuapte natura tale eligibilius eſt. Nam melior ſuapte natura, & honorabilior, ac laudabilior eſt amicitia diuitiis, ſimiliter etiã iuſtitia fortitudine, nam diuitiæ & fortitudo roburque, & ſi per ſe bona & pulchra, ac honoris & ſtudio digna eſſe uidẽtur, ſed ad alterum eſt relatio electionis ipſorum, quip-

pe diuitiarum relatio ſit ad uſum, & roboris ad faciẽdum propoſitum ſine impedimẽto. ſed amicitia, & iuſtitia propter ſeipſa honorantur. Sed aliquis quæreret, quo hic locus differt a prædicto paulo ante, in quo dixit ea quæ p ſe eligibilia ſunt eligibiliora iis quæ ſunt per accidens, uel ea quæ propter ſe eligibilia his quæ propter alia eligibiliora. Equidẽ in illis eligibiliora propter ſe dixit eligibiliora eſſe his quę propter alia, & ea quæ ſunt eligibilia per ſe his quæ ſunt eligibilia per accidens comparans utilia bonorũ eligibilibus propter ſe. Nõ.n. oportet hos locos ab exemplis iudicare, hic aũt bonorum, & honorabiliũ quæ ſunt habentia melius propter ſe, & honorabilius, & laudabilius inquit eſſe eligibiliora, perinde ac ambo habeant idem propter ſe, quamuis unum magis, quam alterum. Sic autẽ differret hic locus ab illo etiã, in quo dixit, & natura ab eo, quod non natura, nã hæc ambo ſunt natura, nã amicitia, & iuſtitia diuitiis, & robore ſecundũ melius eſſe propter ſe, & honorabiliora, & laudabiliora etiam ſunt eligibiliora, cum ſint hæc etiam natura eligibilia, illud autem contextus, nullus.n. honorat diuitias propter ſe, ſed propter alterum nõ eſt deſtructiuum huius diuitias. ſ. eſſe ſuapte natura eligibiles. Nam quatenus inſtrumentum tale, quatenus autem in ſua natura habet aliquod dignũ ſtudio ad actiones ſecundum uirtutẽ inſtrumentum eſt, ſed nõ a ſtudioſo ad actiones ſecundum uirtutem ſit inſtrumentũ tale eſt per ſe bonum, & eligibile, nam habet ſuapte natura ut ſit utile, nam quod nõ ſtudioſus talem efficiat ipſum, patet eo quod ipſe non efficit paupertatem talem, atque utendo, hac etiam diuitiæ præ paupertate eligentur.

Amplius quando duo aliqua fuerint ſibimet ipſis ſimilia, & non poterimus præeminentiam aliquam conſpicere, alterius ad alterum, uidendum ex iis, quæ ſequuntur. Nam cui conſequens eſt maius bonum, hoc eligibilius. Sin autem ſint conſequentia mala, id cui conſequens minus malum eſt, hoc eligibilius eſt. Vtraq;.n. cum ſint eligenda, nihil prohibet moleſtum quid ſequi. Dupliciter autem ab eo, quod ſequitur conſideratio eſt. Nam & prius & poſterius ſequitur, ut addiſcentem ignorare prius, ſcire autem, poſterius: melius autem, ut plurimum quod poſterius ſequitur. Sumendum igitur eorum, quæ ſequuntur, quodcunque fuerit utile.

Locum nobis tradit ex conſequentibus, nam quando quorũ faciamus comparationẽ quærentes, utrum eſt ipſorum eligibilius ſi fuerint ſimilia inter ſe, & ob id difficile iudicio, & difficilẽ cõprehẽſione habuerit excellentiã, oportet (inquit) ex conſequentibus iudiciũ ipſorũ facere, nam quod ſequitur maius bonũ aliis ſimilibus exiſtentibus ipſis, hoc eligibilius eſt, ſi uero mala fuerint ea quæ conſequuntur ipſa, nam nil uetat eligibilibus quibuſdam exiſtentibus extare aliqua difficilia, & fugibilia quod ſequitur minus malum, hoc erit eligibilius, ut quærentes utrũ diſcere, quam exerceri eligibilius, & non egens quam id quod indiget, accipiemus quæ ſequuntur hæc. Sequitur autẽ hoc diſcere ipſum ſcire, & ipſum exerceri ſequitur ſanare, maius igitur dicemus bonũ eſſe diſcere, quã exerceri, & eligibilius ſimiliter, & non egens eo quod eget, quando quærimus, utrum eligibilius ſit benefacere, quam bene pati, qa hoc benefacere ſequitur hoc, ſimiliter diis, & nõ indigentibus eſſe, & illud bene pati eſt mortaliũ, & eorum qui egẽt dicemur, quod benefacere eſt eligibilius ipſo benę pati. Sic quoq; oſtendetur eligibilior eſſe continentia, quam tolerantia, ſiquidem continentiã ſequetur ipſum uincere, & & tolerantiam non inferius fieri ſuperarique. Equidem eligibilius eſt uincere, quam non ſuperari, ſed ſi fuerint ſequẽtia mala iudicium eligibilioris faciemus a minori malo, nam ſi quæramus utrum eligibilius ſit curari, quam nauigare, quia ipſum nauigare ſequitur naui præeſſe, atq; uehi naue, & curari, mederiq; ipſum urere, & ſecare, & eſt maius malum ipſum urere, quam nauibus uehi, dicimus eligibilius eſſe nauigare, quã curari. ſed in eiſdem ipſis, & a bonis ſequẽtibus eſt faciendũ iudicium, nã quia ipſum curare ſequitur ſanitas, & nauigare, uel lucrũ, uel narratio, & maius bonũ horũ eſt erit ſanitas, & ſcdm hoc curare erit eligibilius ipſo nauigare. Itẽ utẽtes hoc loco poſſunt oſtẽdere uitam contẽplatiuam eſſe eligibiliorem actiua. Nã ſequitur cõtemplatiuũ hoc deſpicere, nihilipendere, aſpernari, ſed actiuã ſequitur inuidere, inſidiari, quæ ſunt maiora mala, quã deſpicere, & aſpernari. Itẽ oſtenderetur, qđ fama eſt eligibilior diuitiis, quia famã exiſtimationẽque ſequitur mollities, ſed diuitias, ira, iniuria, quæ eſt maius malum, quã mollities, & ſic eligibilibus cõparatis exiſtẽtibus poſſunt oſtendi quædam mala quæ ſequuntur ea. Item a cõſequentibus malis, & fugibilibus exiſtentibus põt oſtendi quod aliud eſt alio fugibilius, nam quia iniuriam inferre ſequitur ipſum odio habere, & iniuria affici, ſequitur ipſum miſereri, & eſt maius malũ odio habere, quam miſereri, minus fugiendum erit iniuria affici, quam iniuria afficere. Rurſus ſi ſuis familiaribus inſidiari maius malũ, quã alienis, ſequitur autẽ ſeditionem hoc familiaribus inſidiari, & bellũ ſequitur inſidiari alienis, minus fugiendum erit bellum gerere, quam ſeditionẽ mouere. ſic etiam oſtendetur quod furor ſit minus malũ, quam ira, ſiquidẽ furor inſaniamq; ſequitur non fieri uoti compos, & iram ſequitur peccare, q; eſt maius malum, quã non fieri uoti cõpotẽ. Dicit etiam quandam differentiam quorundam ſequentium. nam quædam ſunt tẽpore priora his quæ dicuntur ſequi, quædam uero poſteriora, & fieri ſolet plerunq; in cõſequentibus, ut poſteriora ſint meliora prioribus, nã ipſum diſcere, primo quidẽ ſequitur ipſum ignorare, nam ſi diſcit ignorat, nã in ſuppoſitione eſt illatio, & cõſequtio; quare poſterius eſt ſcire, nã ſi didicit ſcit. Itẽ curari uelut primũ ſequitur ægrotare, ſi.n. curatur ægrotat, tanquã ſecundũ ſit ſanari, & curari, nã ſi curatur ſanatur. Itẽ ipſum lucrari, ut primũ ſequitur ipſa paupertas, ut autẽ ſcdm ſequitur habere nummos. Item tempore, & generatione ut primũ non eſſe, ut poſterius eſſe. ecõtra in corrũpi, & uniuerſaliter in fugibilibus. Et.n. morbũ uelut primũ ſanitas, autẽ poſterius corruptio. Itẽ amiſſionẽ ut primum poſſeſſio, ut uero poſterius egeſtas. Item in his quæ rediguntur in ſeruitutẽ, ſeu in captiuis, primum quidem libertas, poſterius autẽ captiuitas, & ſeruitus, quare ſunt in quibus primũ melius, & ſcdm deterius. Cum ergo oſtẽderet conſequentium duplicitatẽ inquit, ſemper oportere hoc accipere cõſequentium qđ ad oſtenſionẽ ſubiecti utile eſt. Nã in his conſequẽtibus bonis poſterius oſtendemus, qđ diſcere eſt eligibilius ipſo ſanari, quia illud ſequitur ſcientia, & hoc ſequitur ſanitas, ſed maius bonũ eſt ſanitate ſcientia, & ſcire ſanari, quia hoc ſequitur illud quo anima bene diſponitur, hanc uero illud quod eſt bene ſe habere corpus cũ ſit minus, quã animam bene diſponi. Rurſus autẽ ex malis ſequentibus poſterius oſtẽdetur cupidũ amicumque eſſe cõtemplationis eligibilius eſſe, quã robur corporis habere. Nã ſequitur amicos contẽplationis malum neceſſariorum, ſ. negligentia, & ignorantia, ſed robuſtos corpore audacia, & iniuria, quæ eſt maius malũ, quam ſit neceſſariorũ negligentia, & ignorãtia, & ex poſterius bonis, & malis oſtẽderetur fieri. Nã eos qui in bello moriuntur ſequitur bonum hoc gloria, ſed malũ miſereri, ſed fugientes bonum ſequitur uiuere, & malum in ſeruitutem redigi. proinde ſi uita gloria eſt maius bonũ, & miſererię ſeruitus minus malũ, ſecundum ambo certe eſſet eligibilius mori bellum gerentem, quam fugienti in ſeruitutem redigi, ſed propter prima ſequentia bona, & mala oſtenderetur rurſus diſcere eligibilius eſſe, quam ipſum ſanari. Nã ipſum diſcere præcedit uelle ignorantia liberari, & ipſum ſanari præcedit uelle liberari morbo, & ambobus exiſtẽtibus eligibilius uelle ignorantia liberari eſt eligibilius, quaee & hoc quod ſequitur eligibilius eſt, econuerſo ſe habent mala præcedentia ipſa. Nam ipſum diſcere ignorantia præcedit. & ipſum ſanari morbus, & eſt minus malum morbus, quã ignorantia, quare ſcdm hoc uideretur eligi

bilius

bilius eſſe ipſum ſanari,quā diſcere, uel non proprie hæc conſequentia, ideo reducerentur ad alium locum exiſtimantem eligibilius eſſe,per q.p maius aliquis a malo ceſſat,uel per quod minus. Item ad utilitatem propoſiti poteſt accipi uiciſſim ſequentis prius,& illius poſterius ſequentis,nam ſcientiam uoluptatem oſtendemus eſſe eligibiliorem accipientes ſcientiæ id quod prius ſequens ipſam eſt, quod eſt diſcere, & uoluptatis poſterius qđ eſt frui, quia eligibilius eſt diſcere, quam frui, erit etiam ſcientia uoluptate eligibilior.

Amplius plura bona,paucioribus, uel ſimpliciter:uel quādo altera alteris inſunt,pauciora in pluribus. Inſtantia,ſi alicubi alterum alterius gratia. Non enim eligibiliora utraque, quam unum.ut ſanam fieri,& ſanitas,quam ſanitas.Bo quod ſanum fieri ſanitatis gratia eligimus.

Plura,inquit bona eligibiliora eſſe paucioribus,uel ſimpliciter,quādo differentia inter ſe acciperentur,ut ſanitas, & nobilitas,diuitiæ,monumentum,honos,robur.Nā ſimpliciter hæc accepta ſunt,& differentia inter ſe,eo quod in diuerſis nihil diuerſorum eſt,uel non ſimpliciter,ſed quando diuerſa in diuerſis, & pauciora in pluribus fuerint contenta,nam uidetur hoc uerius eſſe,nā in ſimpliciter,& omnino diuerſis nō uerū, nam poſſunt pauciora numero eſſe meliora pluribus ſi fuerint pauciora maiora, & plura non talia,nam iuſtitia cum prudentia eligibilior eſt ſanitate,diuitiis,fortitudine,pulchritudine,nobilitate ſimul acceptis,ſed minime hoc fieret ſi pauciora in pluribus, nam ſanitas,& diuitiæ,honor,& nobilitas eligibiliora ſunt ſanitate,& diuitiis,ſed cū dicat locum inquit ipſum habere inſtātiam. Non.n.prorſus plura ſunt eligibiliora paucioribus; ſi aliqua quidē continerent, & aliqua continerentur, nam quando acciperentur duo bona.ſ.finis, & illud cuius gratia,ut ſanari,& ſanitas,& compararetur ad ſanitatem quæ in erat primis duobus dictis bonis non ſunt ea duo eligibiliora ſanitate, quanquam plura ſint,quia ſanari gratia ſanitatis eligimus.Similiter ſcientia cum ipſo diſcere nō eſt eligibilior ſcientia,quæ eſt una de illis duobus,quia diſcere ob ſcientiam eligimus. Item nec felicitas cū uirtutibus eligibilior eſt ſola felicitate, quia in felicitate continentur & uirtutes. Item ipſo benefacere ciuitati continetur, hoc etiam benefacere familiaribus,quare nō eſſent ambo eligibiliora hoc benefacere ciuitati. Et bona habitudo continens in ſeipſa ſanitatem non fit eligibilior ipſa ſanitate. Non enim continuantur quę continentur cum ipſis continentibus,ut in primo de moribus dictum eſt,ideſt non cōparantur.ideo oportet determinare illud in his eſſe plura, & continentia bona eligibiliora paucioribus,& contentis in his quæ ſunt apta nata numerari.

Et non bona,bonum nihil prohibet eligibiliora eſſe,ut felicitatem, & aliud aliquid,quod non eſt bonum, iuſtitia, & fortitudine.

Dicit quod bonum aliquod cum non bono nihil prohibet pluribus bonis eligibilius eſſe, non enim omnia nō bona aſſumpta bonis eligibiliora eſſent, ſed ſi bonum cū non bono componeretur,nam illud eſt impoſſibile. Potentia autem inſtantiam, quā nos diximus ad primum dictum, quod plura bona paucioribus ſimpliciter eligibiliora ſunt,per hæc ponit,prudētia.n.cum aliquo indifferenti, ut lechito paruo,uel tumore duro,uel mollitie capillorū, uel diſtantia,uel deambulatione, uel aliquo malo paruorum,ut ignominiæ eligibilior eſt ſanitate, diuitiis, robore. Si uero cum aliquo malo exiſtens prudētia eligibilior ſimul exiſtentibus pluribus bonis,ut diuitiis,nobilitate,exiſtimatione, patet quod etiam ſola erit eligibilior ipſis. Sic autem non amplius plura bona paucioribus eligibiliora eſſent,neque ſi non finis fuerit plurium oppoſitus ipſis,ſimiliter & felicitas cū aliquo indifferenti eligibilior eſt prudentia,& fortitudine.

Et eadem cum uoluptate magis,quam ſine uoluptate.

Hic locus non efficit comparationem aliorum ad alia, ſed eorundum ad eadem, nam ipſa bona cum uoluptate eligibiliora ſunt,quam ſine uoluptate,& fortitudo cū uoluptate eligibilior, quam ſine eadem,uel ſi etiā uoluptas eſſet ſuapte natura bonum,eſſent etiam hic plura bona eligibiliora paucioribus oſtēdens hoc,quia minora pauciora in pluribus continentur.

Et eadem cum indolentia,quam cum triſtitia.

Item ſi cum non uoluptate eadem fuerint, ſed carentia doloris eligibiliora fiunt cum aliquo malo, quam ſi ſine hoc acciperentur, ſi cum triſtitia eſſent,& merito,nam eadem minus fiunt eligibiliora cum aliquo malo,quam ſi ſine hoc acciperentur,unde perſpicuum eſt, quod dicit indolentiam carentiamque triſtitiæ,aliud quid a uoluptate.

Et unumquodq; in quo tempore magis habet,in hoc & eligibilius: ut carentia triſtitiæ in ſenectute,magis quā in iuuentute. Magis.n.in ſenectute ualet.Secundum hæc aūt,& prudentia in ſenectute eligibilior. Nemo.n.iuuenes eligit duces, eo quod non conſtat eos prudentes eſſe.Fortitudo autē econtrario, in iuuentute enim magis neceſſaria ſecundum fortitudinem operatio.Similiter autem & in temperantia. Magis.n. iuuenes quam ſenes concupiſcentijs ſtimulantur.

Per hunc locū oſtendit quod eligibilium unumquodque eligibilius eſt in illo tempore in quo plus poteſt, pōt autem unumquodq; plus quando maxime eſt eius uſus, nā oſtendit uniuſcuiuſq; potentiam,& uini uſus maxime, & merito,nā plenum,neq; uoluptate frui, neq; triſtari dicit, equidē illum uoluptate frui qui nutritus eſt in ipſa indigētia dicit,& qui nō uidet aliquid ſuaue, nec audiens aliquod tale,neq; delectatur,neq; triſtatur,ſed delectatur qui eſt in his, ceu quia eligibilior eſt carentia doloris.Equidē ſenes ſunt iuuenibus triſtiores, nā iuuentus habent connaturalē ſibi iucunditatē,ideo in ſenectute magis carētia triſtitiæ eligēda eſt quā in iuuentute,nā plus tunc ualet,præualet.n.triſtitiæ quæ tum in his eſt magis, & eius magis uſus eſt.Itē prudētia cum ſit eligibilis eligibilior eſt in ſenectute,nā magis eius uſus ſenibus eſt, cū hi etiā hoc requirant & uerſentur in his quæcunq; egent prudentia. Nam iuuenes nihil tale requirunt & diligens inquiſitio fortis prudētiæ in hoc fit. Rurſus fortitudo iuuenibus,& in hac ætate eligibilior eſt, quippe quod magis uſus eius ſit tunc iuuenibus,& hoc requirunt & conueniens ipſis.Similiter & tēperantia in iuuenibus magis præualet,nā hi ſunt qui a uoluptatibus maxime ſtimulantur ad quas tēperandas opus eſt temperantia.Eadem quoq; ratione oſtēderetur,& paupertas in ſenectute eligibilior eſſe, nam ob imbecillitatem ſenectus pluribus eget,imbecillitas autem in iuuentute nō eſt,nam hi maxime egent fortitudine.

Et quod in omni tempore,uel in pluribus utilius, ut iuſtitia & temperantia fortitudine. Nam illæ ſemper,hæc autem aliquando utilis.

Cum dixerit in omni tutius fecit dictū addendo hoc ſcilicet in pluribus,equidem planus eſt etiam hic locus, nam eorum quæ inuicem æqualiter uidentur eligibilia eſſe,eligibilius eſt quo in omni tempore indigemus quam quo non. ſic iuſtitia & temperantia fortitudine eligibilior oſtenderetur eſſe, quia iuſtitiæ & temperantiæ in omni tempore uſus eſt. etenim belli & pacis tempore, & fortitudo tempore belli ſolo, uerum non ſunt comparanda ambæ iuſtitia & temperantia ſimul fortitudini, ſed ſeorſum utraque.ſic eligibilior oſtenderetur prudentia, quam alia omnis uirtus, nam illarum una quæque circa aliqua determinata eſt,ſed prudentia circa omnia.uerum non diceret de omnibus uirtutibus, nam illæ ſimul ſunt inter ſe, uel etiam ſimul, ſed non & actiones ſimul ſecundum eaſdem,neq; uſus ipſarum.

Et quod cum omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quam quod cum haberemus, indigeremus reliquo, ut in iuſtitia & fortitudine. Nam ſi omnes eſſent iuſti, nihil utilis fortitudo. Si uero omnes eſſent fortes, utilis iuſtitia.

Cum fuerint duo eligibilia, ſi quidem talis ſit locus, ut ſi cuncti idẽ haberẽt, deſtrueretur alterius uſus, & nihil eo eſſet opus, aliud autẽ tale eſſet, ut ſi omnes idem haberent opus eſſet eos habere etiam uſum alterius, eligibilius inquit eſſe id quod habẽtes non amplius altero indigemus. hoc modo utẽtes poſſumus oſtendere iuſtitiam eſſe eligibiliorem ſortitudine. Nã exiſtentibus omnibus iuſtis nihil opus eſt fortitudine, ſiquidem contra bella opus ſit fortitudine, tollitur autem bellũ ſi omnes fuerint iuſti, nam tolerantiæ ſed non fortitudinis uidetur eſſe ad tolerandũ uulnera & cruciatus. tñ cũctis exiſtẽtibus fortibus opus eſt etiã iuſtitia. Non.n. deſtruuntur cõmercia, cõmeatuſq; ad quæ facienda opus eſt iuſtitia. Itẽ ad ipſa bella opus eſt iuſtitia, quod autem non accipiat uirtutes perfectas per exẽpla patet, ſic rurſus amicitia eſt eligibilior iuſtitia, nam amici non egent iuſtitia, ſed iuſti indigent amicitia.

Amplius ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & ſumptionibus, & contrarijs. Quorum enim corruptiones fugibiliores, ipſa eligibiliora. Similiter autem in abiectionibus et in contrarijs. nam ſi abiectio uel contrarium fugibilius, ipſum eligibilius. In generationibus autem & ſumptionibus, econtrario. quorum enim ſumptiones, et generationes eligibiliores, & ipſa quoque eligibiliora.

Loci uſus eſt in ſcdo cum conſtructionẽ huius, uel quippiam eligibile ſit, uel fugiendũ dixit, certe illis utitur a corruptionibus & generationibus & effectiuis & contrariis ſic, cuius corruptiua fugienda hoc eligibile, & cuius effectiua eligibilia, & ipſum eligile. Econuerſo autẽ cuius corruptiua eligibilia idipſum fugibile eſt, & cuius effectiua fugibilia, etiam ipſum fugibile, hos porro transfert ad comparatiuum, nam ſi cuius corruptiuum fugibile, hoc eligibile, & cuius corruptiuum fugibilius hoc eligibilius, ſic oſtenderetur etiam quod ſcientia ſit eligibilior ſanitate. Nam obliuio fugibilior quæ eſt corruptiua ſciẽtię quam morbus qui eſt corruptiuus ſanitatis. Item ſcientia diuitiæ, ſiquidem fugibilior ſit prodigalitas cum ſit corruptiua diuitiarum, obliuione, quę ſcientiæ eſt corruptiua. Cæterum illud (abiectionibus) dixit ex his quæ uiciſſim idẽ ſignificant cũ corruptionibus, nam eadẽ congruunt corruptionibus & abiectionibus, niſi corruptio ſit horũ quorũ non eſt regreſſus neq; reaſſumptio, ut ẽt in priuationibus: ſed abiectio eſt horum, quæ ẽt reſumi abiecta rurſus poſſunt. Nã cecitas & ſurditas ſunt corruptiones, ideo ſi corruptio uiſus fugibilior eſt corruptione auditus, eligibilior uiſus quã auditus eſſe oſtenderetur. Itẽ abiectiones in ſanitate, & diuitiis ſunt, quæ ẽt reſumi abiectæ poſſunt, nã ſi ſanitatis abiectio fugibilior eſt diuitiarum abiectione, profecto & ſanitas erit eligibilior diuitiis. Sed ſi in his corruptiones, qũo adhuc eſſent uirtutes quædã corruptiones (nam ipſæ erunt priuationũ corruptiuæ, ſed non põt eſſe priuationũ corruptio. Niſi ergo corruptio de inſeparabilibus dicatur, quorũ abiectio per corruptionẽ ſit, quia ipſa nequeunt ſeruari ſeparatim ab his in quibus ſunt. Tales autẽ ſunt habitus & qualitates, ſed abiectio eſt in potentibus ſeparari qualia ſunt poſſeſſiones, nam ſi regionis prædiorumue abiectio fugibilior eſt, quã abiectio domus, regio erit eligibilior quã domus. Adiecit aũt hoc (& cõtrariis) quia uti in illis ſic ſe habet ẽt in contrariis ecõtra, nã quia actionum aliæ ſunt ob præſentiã cõtrariorum, aliæ autẽ ſolum abiectiones, adiecit abiectionibus amiſſionibuſq; contraria, nã eſt abiectio ſicuti non per contrarium. Item neq; obliuiſci cõtrarium eſt ipſi ſcire, quod quidem eſt abiectio ipſius ſcientiæ, ut neq; impleri eſt abiectio ſanitatis cõtrariũ eſt ipſi, & ſi latere ſit fugibilius ipſum impleri, et ſcientia eligibilior eſt ſanitate, morbus autem & paupertas ſunt contraria ſanitati & diuitiis, & ut in corruptionibus & abiectionibus, ſic etiam in his & talibus ſe habet, nam quorũ contraria fugibiliora hæc eligibiliora, & quorum eligibiliora contraria hæc fugibiliora addito hoc, ſi non ſimul inferat alterum, nã ob id morbus cum ſit fugibilior quam mala habitudo, non eſt ſanitas eligibilior bona habitudine, quia bona habitudo ſecum infert ſanitatẽ. ſic quia iniuſtitia fugibilior eſt prodigalitate, & iuſtitia eligibilior liberalitate, ut autem quorum corruptiones uel abiectiones, uel cõtraria fugibiliora ſunt, nã ſi morbi abiectio eligibilior eſt abiectione ignorãtię, fugibilior eſt morbus ignorantia. rurſus ſi fuerit abiectio uirtutis fugibilior abiectione ſanitatis, & uirtus eligibilior ſanitate, econtra autem in generationibus & aſſumptionibus ſolũ habet, ut etiã ipſe dicit. Nã quorum generationes & aſſumptiones eligibiles ſunt, ipſa eligibiliora ſunt, & quorum fugibiliores, & ipſa fugibiliora, nam ſi diſcere eligibilius eſt exerceri ipſo & eſt ipſum diſcere generatio ſcientiæ, & exerceri eligibilius ſanitate, & ſcientia eligibilior ſanitate, & ſi exerceri eligibilius ipſo lucrari, erit etiam ſanitas diuitiis eligibilior, & ſi hoc. ſ. uiuere honeſte, & cum honore deberi eligibilius eſt quam uiuere neglecte & uerecunde cum pudore, & aliud eſt effectiuũ Philoſophi uitæ, & aliud forenſis uitæ, & Philoſophus eligibilior eſt forenſe uiro. Item ſi lętari magis ſcire uel apparere eligibilius eſt, & aliud eſt effectiuum moris Philoſophi, & aliud ſophiſtici, & illud Philoſophum eſſe eſt eligibilius quam ſophiſticum eſſe. Rurſus ſi latere turpia eligibilius eſt quam ſanari, ignorantia de numero turpium eligibilior erit ſanitate. Item ſi eligibilius eſt ut peccans luat pœnam quam ipſum ſanare. Rurſus ſi rapere ui aliena fugibilius eſt quam in morbum incidere, & iniuria morbo fugibilior. Item ſi diſcere eligibilius lucrari & ſcientia diuitiis, nam ambæ diſcere & lucrari ſunt aliquid accipere, ipſe tamẽ talibus locis uſus eſt ad ſolam oſtenſionem eligibiliorum.

Alius autem locus eſt, quod propinquius bono, melius atque diligibilius. Et quod ſimilius eſt bono, ut iuſtitia iuſto. & q. meliori eorum eſt ſimilius, quemadmodum Aiacẽ Vliſſe dicunt aliqui meliorem eſſe eo, quod ſimilior eſt Achilli.

Hi ſi & duo loci acciperẽtur, primus erit dicens qđ eſt proximius bono eligibilius eſſe, qui eſt iam idem cũ prędicto qui dicebat de duobus id quod eſt proximus fini, nam hoc quod eſt proximus bono eſt æquale huic quod eſt proximius fini. Nam cõſtat quod dicit finem ueluti de bono, uel ergo huic idẽ erit, uel prædicto q dicebat. Deinde autẽ quod quidẽ hoc aliquid hoc non in genere. Et.n. exempla quibus ad idem utitur, talia eſſe uidentur, nam iuſtitia inquit iuſti proximior eſt bono, hoc autem eſt quia iuſtitia eſt in genere uirtutis & boni, & iuſtus nõ amplius, uel nõ hoc iuſtũ dicit habentẽ iuſtitiã, ſed iuſtum aliquid quod põt poſitione & lege & non natura eſſe tale. Et ſic differẽtia autẽ eſt ipſorũ, quia iuſtitia in genere boni, & iuſtum non omnino. Nam qũo alter proximior iuſtitia ipſi bono acciperetur, niſi quis dicat q̃ fini & felicitati proximior ſit. Et is locus prædictus eſt (ut dixi) Si autẽ unus erit locus certe diceret per ipſum quod id qđ eſt proximius bono eſt melius. Vnde exponens quomodo proximius dixit, adiecit, & ſimilius bono, nã qđ eſt proximius & ſimilius ipſi eſt eligibilius ſi autẽ hoc, locus erit dicendũ quod eius ſunt duo exẽpla, uel quod iuſtitia ſit ſimilior bono, id eſt felicitati, uel iuſtum negotium, uel iuſtus. Et.n. nõ dixit quod eſt proximius bono & ſimilius bono, quæ ſignificarent principaliſſimum bonorum. Item cũ hoc hic locus eſt a ſimilitudine ad alia bona, ſic ẽt oſtenderetur & uirtus eſſe eligibilior bona fortuna, nã proximior & ſimilior eſt felicitati. Item quod gloria uoluptate, nam ſimilior eſt bono. Item quod benefacere amicis eligibilius ſit quam lædere inimicos, quia magis habet ſimilitudinẽ ad bonũ, et ſi diuideretur locus, eſſet exemplũ de proximiore bono. Itẽ ſecundum uirtutẽ actio & ipſi habitus, nã proximiores ſunt actiones ipſi felicitati, & ſimilius eſt benefacere,

quam

quam bene pati, nam ſimilior eſt felicitas ipſi benefacere. Adiecit autem prædicto loco aliũ dicentem, quod etiam id quod amborum comparatorum meliori ſimilius id ſit melius & eligibilius quod notum fecit per exemplum. Nam in Aiace & Vliſſe melior eſt Achilles, quandoquidẽ horum ſit melior ſimilior Achilli, ideo Aiax melior Vliſſe, quippe qui Aiax ſimilior ſit Achilli.

Inſtantia huius eſt, quod non uerum ſit, prohibet enim nihil non qua ratione optimus eſt Achilles, eadem ſimiliorem eſſe Aiacem, cum erit alter quidem bonus, non ſimiliter autẽ. Conſiderandum autem ſi et in ridiculoſioribus ſit ſimile, ut ſimia homini quam equus, cum non ſit ſimilis. Non enim eſt ſimia melior, ſimilior tamen eſt homini.

Inſtantiam contra locum additam fert, nam ſi non qua melior eſt aliquis exiſtens eadem ſimilior non erit alterius minus ſimilis eodem melior ſi ille eodem ſit melior. Nã quatenus melior ſimilis erat, ut Achilles, erat quidem etiã fortis, & ſecundum hoc melior Aiace & Vliſſe. Erat autẽ & iracundus, ſi ergo comparatorum adinuicem, alter quidem ualde ipſi ſecundum iram ſimilis fuerit, & alter ſenſim ſecundum fortitudinem, non quia iracundus ſimilior ei, ob id melior erit altero. Verum oportet in contextu intelligere dictionẽ illam (cum erit alter quidem bonus nõ ſimiliter tamẽ.) Perinde ac dicat non ſimili pro hoc non æqualiter ſimili, nam ſic cõparatiuum ſeruaretur, uel põt etiam ſimpliciter dici. Et.n.in ipſo illato non minus dicit equum homini ſimilẽ eſſe quam ſimiam, ſed ſimiam quia ridiculoſior eſt ſimilem dicit, & equũ neq; uniuerſaliter ſimilẽ dicit. Nã poteſt aliquis (ut inquit) ſimilis alicui eſſe, et quo ad ridiculoſius, ut ſimia homini, non quia ſimilis eſt ipſi homini meliori exiſtenti quã ſimia & equus, iã melior erit equo. Oportet igitur ſimilitudinẽ ad meliora & nõ ad ridiculoſiora eſſe, ſi debet eſſe ſimilior meliori melior. Sic quoq; qui dat oſtenderetur melior eſſe recipiente, nam ſimilior Deo, & contemplatio ipſa actione per idem.

Rurſum in duobus ſi hoc quidem meliori, illud autem peiori eſt ſimilius, erit melius, quod meliori eſt ſimilius. Habet autem & hoc inſtantiam, nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum ſimile eſſe, illud autem peiori, ualde: ut ſi Aiax quidem Achilli parum, Vliſſes autẽ Neſtori ualde. Et ſi hoc quidem meliori in peioribus, illud autem peiori in melioribus: ut equus aſino, & ſimia homini.

Cum dixerit locum a ſimilitudine unius exiſtentis ad quem ſimilitudo accipiebatur comparatorum inter ſe, addit alium, ſi non unũ fuerit cui ſimilius quæritur, ſed duo, & melius ipſorum, & minus tale, & ſi cõparatorum aliud ſimile eſſet meliori, & aliud deteriori, id quod eſt meliori ſimile melius. oportet autem & hic ſi debet aliquis inſtantias ſeruare ſimilitudo eſſe ſecundum melius, & non huius remiſſe, & huius magis ſimilitudinem accipi. Nã ſi nõ ad melius eſſet aliquid ſimile ei non melius, nam ob id, nõ eſt melior ſimia ipſo equo. Quamuis alter ſit ſimilis homini, & alter aſino, ſed alter quidem quo ad peius, & nõ quo ad melius, & alter quo ad melius. ſiue rurſus ſimilius meliori remiſſe fuerit ſimile ipſi, & illud peiori ualde, nec ſic melius omnino meliori ſimile. Nam ſi Vliſſes remiſſe fuerit Neſtori ſimilis, qui eſt melior Achille, & Aiax ualde Achilli ſimilis, non iam Vliſſes melior erit Aiace, ipſe tamen per exemplum ut meliorem Achillem accipiens ipſo Neſtore, ſic comparationem fecit. Verum ſumendæ ſunt ſimilitudines ſecundum utrunq; horum ad quæ ſimilitudo habet aliquid bonum, ſic poteſt oſtendi ſuperbiam faſtumque ſimiliorem eſſe magnanimitati, & audaciam fortitudini, nam ponitur magnanimitas melior uirtus eſſe, & benefacere quam beneficio affici: ſiquidem aliud ſimile non indigenti, & aliud ſimili uideatur egenti, & uirtus ſecundum actiones eius in habitu, nam alia uidetur exiſtentibus actu, alia uero his in potentia.

Alius, quod maxime nobile eo, quod minus tale eſt. Et quod difficilius, magis enim amamus, cum habemus, quæ non eſt facile ſumere. Et quod magis proprium eo quod communius. Et quod malis incõmunicabilius: nam magis eligendum quod nulla moleſtia ſequitur, quam quod ſequitur.

Duobus eligibilibus habentibus alia æqualiter, inquit nobilius minus tale eligibilius eſſe, erit autem nobilius & clarius benefacere ciuitati quam benefacere uni, & dominari quam priuatim uiuere, ac benefacere quam ditari, & concionari quam dare pœnas, ac fortitudo quam temperantia, & magnificentia quam liberalitas, ſic oſtenderet aliquis etiam actionem eſſe contemplatione eligibiliorẽ, nam nobilior clariorq; eſt uita actiua quam contemplatiua. Adiecit autem prædicto eligibilius eſſe, & difficilius faciliore, nã rara & acquiſita difficilia ac ardua bona poſſidere aliquis magis diligit, & ſtudium huic adhibet, ſic uictus oſtẽderetur eſſe eligibilior diuitiis & ſanitati, nã rarius & difficile ſumptu eſt. equidem ſecundum Heſiodum, Virtutem uoluere Dii ſudore parari,

Item contemplatio eligibilior eſſe actione, nam difficilior eſt Deorum cognitio. Item pulchritudo diuitiis, nam rara & difficillima ſunt hæc poſſeſſionum. Item inquit, & quod magis proprium eligibilius eſſe communiore, proprium magis eſt id ꝙ ſoli uel cum paucis ineſt homini, ſic unde eligibilior eſt prudentia quam ipſa ſanitas. Nã aliud proprium eſt eius, aliud uero cõmune ipſius & ad alia animalia, & ſcientia robore eligilior, & ſermo pulchritudine. Diligitur autem & nobilitas magis quam pecuniæ, nam magis proprium eſt habentibus ambo. Item pulchritudo diuitiis, quippe quæ propior eſt. Item bonis propior eſt uirtus quam pecuniæ, nam pecuniarum etiã mali participes ſunt, ſed nullo pacto uirtutis. ſic etiam & quæcunq; inueniunt quidam ſecundum ſcientias & artes magis diligunt. Item dicit incommunicabilius eſſe eligibilius, ſic oſtenderetur quod temperantia eſt continentia melior. Nam temperantia eſt extra omne malũ deſideriũ, ſed illa habet prauos & uehemẽtes appetitus. Itẽ ꝙ ſpeculatiuus eſt eligibilior practico, nã immixtus eſt atq; alienus a perturbationibus circunſtantibus & minus moleſtatur. Oſtẽderetur aũt ſic ẽt ſanitas eſſe eligibilior diuitiis, eo ꝙ diuitiæ ſunt cũ timore. Item temperantia quã fortitudo, ſi fortitudinem ſequuntur labores & uulnera, & pulchritudine nobilitas ſimiliter oſtenderetur eſſe eligibilior.

Amplius ſi hoc illo melius, et ſimpliciter optimum eorum, quæ in hoc melius eo, quod in altero optimum, ut ſi melior eſt homo quam equus, & optimus homo optimo equo melior. Et ſi optimum optimo melius, & ſimpliciter hoc illo melius, ut ſi optimus homo optimo equo melior, ut ſimpliciter homo ſimpliciter equo melior.

Locus talis eſt, ſi quid ſimpliciter aliquod genus aliquo genere, uel aliqua ſpecies aliqua ſpecie melior, & hoc in meliori genere uel ſpecie optimũ melius erit quam optimum in minori. uerũ oportet hoc intelligere in tali loco, ut in genere, & ſpecie, ceu ſi animatũ totum genus uniuerſo genere inanimati eſt melius, & optimũ animatorũ melius eſt optimo inanimatorũ, et ſi ſimpliciter homo eſt melior ſimpliciter equo, et optimus homo optimo equo melior erit. Et ſi anima melior corpore, & optima anima optimo corpore melior, & ſi uir muliere melior & optimus uir melior optima muliere. Itẽ ſi optimũ eorũ in aliquo genere eſt melius optimo aliorũ in alio genere, & ſimpliciter genus genere erit melius, & hæc eſt conuerſio primi loci, nam ſi optimus uir optima muliere eſt melior, & uir muliere melior. Et ſi optimus homo optimo equo melior, & homo equo melior. Inſtaret autem aliquis contra conuerſionẽ dicendo, quod optima immortalitas eſt melior optima ambulatione, non tamen ſimpliciter & mors eligibilior eſt deãbulatione. Vel non optima mors in ſpecie mortis, ut optimus homo in ſpecie hominis, nã optimus homo maxime homo, nam ſcd'm uirtutẽ hominis, et

omne quod in aliquo genere eſt optimũ etiam illud maxime eſt, ſed optima mors nõ eſt maxime mors, nam hoc bene de morte non in ipſa morte fit, ut in homine, ſed in in quodã alio id quod in morte bene, & quatenus mors, ſed ſecundum alicuius alterius præſentiam, nam ſecundũ uirtutem, non illam mortis, ſed illam morientis, nam mixta eſt optima mors & uirtute hominis & ex morte, igitur propoſitum morti exiſtenti malo uirtutem magnum bonum eſſe, huic melior eſt quam ſanum & optima ambulatione, ſed ſi dictum eſt quod bonum aliquod eſt cum non bono, nihil uetuit bonis exiſtentibus pluribus eligibilius eſſe, neque ſi bonum paruum fuerit quale eſt ſalubre cũ media, ſit deambulatio.

Amplius ea, quibus eſt amicos participare eligibiliora, quam quibus non eſt, Et quæ ad amicum agere malumus, quã quæ ad quemlibet, illa eligibiliora, ut iuſte agere, & beneface re magis, quam uideri. Nam amicis benefacere uolumus magis quam uideri, quibuslibet autem econuerſo.

Cum uidentur duo eligibilia eſſe æqualia inter ſe, inquit eligibiliora eſſe quibus participare poſſibile eſt & amicos, uel quorum non. Sic oſtenderetur uirtus eſſe eligilior ſanitate & diuitiæ nobilitate, nam horum eſt etiam participare amicos, & his non poſſunt communicare inter ſe, ſic etiam educatio uoluptate eligilior eſſe oſtenderetur, nam ſolus delectans uoluptate fruitur, & liberalitas manſuetudine, ſiquidem manſuetudo ipſum ſolum habẽtem contra iram manſuefaciat. item robur pulchritudine, ſiquidem pulchritudo ipſius ſolius habentis ipſam ſit decor, & robur etiam amicis utiliſſimum eſt. Item quę ad amicum agere malumus quã quę ad quemuis & hęc eligibiliora, ſi oſtẽderetur quod iuſta facere ſit eligibilius quã uideri iuſta facere, nã ad amicos eligimus iuſta uere, facere, ſed ad quoſuis & uideri iuſta facere putamus ſat eſſe. Oportet autem meminiſſe quod probabiles & ueriſimiles argumentationes ſunt. oſtenderet autem aliquis ſic & commodare eſſe eligibilius quam mutuo dare, nam commodatio ad amicos, ſed mutuo dare & fœnerari ad quoſuis. Item docere quam ipſum oſtendere, nam docere ad amicos eligimus, & oſtendere ad quoſuis.

Et quæ ſunt ex circunſtantia, neceſſarijs meliora, aliquando autem & eligibiliora. Melius enim quam uiuere, bene uiuere. bene autem uiuere eſt ex circunſtantia. ipſum autem uiuere neceſſarium. Aliquando autem meliora, & non eligibiliora. non enim ſi meliora, neceſſario & eligibiliora. Philoſophari ſiquidem melius quam lucrari, ſed non magis eligendum indigenti neceſſariis. ex circunſtantia autem eſt, quando exiſtentibus neceſſariis, alia quædam adiciuntur bonorum. Fere autem eligibilius quod neceſſarium eſt, melius autem quod ex circunſtantia.

Quædam eſſe ex circunſtantia, & quædam neceſſaria, primum ſcire oportet, nam ſic uti loco poſſumus, neceſſaria igitur ſunt ſine quibus impoſſibile eſt eſſe aliquid, ex circunſtantia autem quorum præſentia non exiſtens neceſſaria, & ut ipſe dicet, quando exiſtentibus neceſſariis, alia quædam adiciuntur bonorum, ut uiuere neceſſariũ, ex circunſtantia autem eſt bene uiuere, nam præſentia ipſius bene non exiſtenti neceſſaria ad eſſe ornat uiuere ꝙ eſt neceſſarium. Meliora porro inquit ea eſſe quæ ex circunſtantia neceſſariorum ſunt. Nam melius eſt ipſum bene uiuere, quam ipſum uiuere, & bene uiuere quam dicere, ſic etiam nobis eligibiliora alicui meliora, & ſi ſimpliciter eligibiliora. Porro nobis impoſſibilia ſi meliora eſſent poſſibilius eſſent eligibiliora, & aliter minime. Nam melior eſt immortalitas quam longa uita, ſed nobis non eligibilius. Item horum ex circunſtantia, alia quidem ad meliora eſſe & eligibiliora ſunt, ut ipſum bene dicens eligibilius eſt quam ipſum dicere, & aliqua meliora quidem ſunt, non tamen & eligibiliora. Porro philoſophari & cõtemplari melius quidem eſt quam lucrari, non tamen & eligibilius exiſtentibus in indigentia & non potentibus aliter eſſe, nam ſecũdum Phocylidem oportet quærere modum uiuendi, uirtutem autem quando qua uita. ſic etiã ſanare eligibilius ipſo philoſophari eſſet ægrotanti, ideo & fere inquit meliora eſſe quæ ex circunſtantia, eligibiliora autem neceſſaria & illud (fere) addens in melioribus eligibilioribus. Etenim uidetur ſecundum naturam eſſe electio eorum ex circunſtantia poſt neceſſaria. Nam primum eſſe oportet, deinde ſic eligi ea ex circunſtantia, ſed ad eſſe neceſſaria conferunt, ut enim bona habitudo in ſanitate ſit & acute uidere in uiſione, & celeritas in motu, & uniuerſaliter unumquodqꝫ bene in illo præexiſtenti, ſic etiam illud ex circunſtantia in præexiſtentibus neceſſariis habere uidetur electionem, neque enim horum utilitas ab illis, quia non poteſt eſſe ſine illis.

Et quod non eſt ab alio exquirere, quam quod eſt ab alio, quale ſuſtinet iuſtitia ad fortitudinem.

Videntur rariora communioribus eligibiliora eſſe ob id quod non poſſunt ab alio exquiri, ſed uel ſolus aliquis habet, uel ab ipſo ſolo poteſt poſſideri eligibiliora ſunt his, quæ poſſunt ab alio fieri, ſic oſtendes uirtutes eſſe bonis & fortuitis meliores. Nam horum per nos ſolos eſt poſſeſſio, & horum plures occaſiones, & cauſæ poſſeſſionis ſunt. Rurſus autem oſtendes nobilitatem diuitiis eligibiliorem, nam diuitiarum plures uiæ, & a pluribus poteſt aduenire, ſed nobilitatem nobilemqꝫ proſapiã a nullo poteſt poſſideri, ſic etiã in poſſeſſionibus & libris circa hæc maxime ſtudentes, quæ ab alio accipi non poſſunt, & ſi a communiora, & ea quæ a pluribus exiſtentia relinqueret. Ideo circa propria conſcripta ſtudii plurimum adhibere ſolemus, ſic oſtenderetur & exercere eligibilius eſſe ipſo mederi, & uictores pugnatorum coronari eligibilius eſt, quam is qui ſtudio præualet. Dicit autem & ipſe hoc ſuſtinere iuſtitiam ad fortitudinem, ſed fieret dictum apertum ſi primum fuerit nobis notum aliquid penes utranqꝫ uirtutem. uidetur porro a fortitudine nobis aduenire, quę eſt ex periculis ſalus, & a iuſtitia illud diſtribuere eque unicuiqꝫ quod ſuum eſt. Horum autem ſalus ſit a fortitudine, poteſt etiam ab aliis nobis aduenire cum ipſi non ſint fortes. Illud autẽ .ſ. diſtribuere ſingulis æqualiter ſine propria iuſtitia alicui aduenire non põt, ideo eligibilior eſt iuſtitia fortitudine. Poteſt etiam econuerſo dici, nam illud ex periculis ſeruari propter ſe, illud uero a iuſtitia æquale ab aliis poteſt, & id quod non eſt ab alio exquiri dici de his, quæ non amplius poteſt aliquis abiiciens poſſidere. eo quod non eſt horum amplius faciens, ut ſi liber cuius non eſt exẽplar, uel artificiale alicuius nõ exiſtentis opus.

Et ſi hoc quidem ſine illo, eligendum, illud autem ſine hoc, non. Vt poteſtas ſine prudentia, non eligenda: prudentia uero ſine poteſtate, eligenda.

Cum duo ſint quædam eligibilia, ſi alterum ipſorum ſine altero non fuerit eligibile, & alterum eligibile fuerit, & per ſe, & ſine altero ipſorum eligibilius eſt, ſic prudentia erit poteſtate eligibilior, ſiquidem poteſtas ſine prudentia non ſit eligibilis, ſed prudentia ſine potentia eſt eligibilis. non ſolum autem in proprie dicta poteſtate hoc, ſed etiã in aliis bonis quæ mos eius eſt dicere poteſtates & uires, ſimilis ratio eſt. Nihil enim ipſorum eligibile eſt ſine prudentia. Oſtendes autem & uirtutem uoluptate ſic eligibiliorem eſſe. Nam uoluptas ſine uirtute non eſt eligibilis, ſed uirtus et ſine uoluptate eſt eligibilis. Item ſanitas eligibilior eſt uoluptate, nam ſanari etiam ſine uoluptate eſt eligibile. Et frui uoluptatibus ægrotantium ſine ſanitate nemo haberet, ſic etiam ipſum ſanari eligibilius eſt quam ipſum diteſcere, uel probabili eſſe oſtenderetur eligibilius, nam nihil horum eſt eligibilius abſente ſanitate, ſanari autem & ſine his eligimus.

Et duorum ſi alterum negamus, ut reliquum uideatur nobis ineſſe. illud eligibilius, quod uolumus nobis uideri ineſſe: Vt laborem diligere negamus, ut ingenioſi eſſe uideamur.

Si duorũ eligibilium alterũ negamus adeſſe nobis pro hoc uideri alterum nobis adeſſe, quod uolumus magis uideri adeſſe nobis eligibilius, ſic indoles oſtenderetur eſſe eligibilior aſſiduo labore. Nam aſſiduos eſſe labore eligimus uolentes uideri eſſe bonæ indolis boniq́ ingenii. Hoc ſimiliter in diſciplinis, ſimiliterq́ & in gymnaſiis. Itẽ negantur mulieres qui ſunt adulterio depræhenſæ, & natura bonæ uidentur eligendum eſſe, ſic etiam ipſum temperari quam frui uoluptate, & ipſum poſſe magis quam non laborare eligibilius eſſe oſtenderetur. Etenim uoluptates deſpicere ſimulamus, ut uideamus temperati eſſe. Itẽ deſpicere fingimus labores, ut uideamus potẽtes eſſe.

Amplius pro cuius abſentia minus increpandi ſunt moleſte ferentes, hoc magis eligendum.

Quia moleſte ferentium in aliquibus abſentibus eligibilium, alios quidem conſentaneum eſt increpare, & alios minus, quorum ea quæ moleſte ferentibus in abſentia minus increpanda ſunt, hæc eligibiliora ſunt his, in quibus dignum eſt increpare magis moleſte ferentes in abſentia. Item ea quæ non ægre ferentibus digna ſunt increpatione, & hæc eligibiliora his in quibus minus dignum eſt increpare non moleſte ferentes in abſentia ipſorum: ut quia minus increpamus ægre ferentes in abiectione liberorũ quam pecuniarum, ideo etiam ſunt eligibiliores pecuniis: & ſanitas uoluptate eadem ratione eligibilior, nam minus ſunt digni increpatione moleſte ferentes in abiectione ſanitatis quam ægre ferentes in abiectione uoluptatis, & ægre ferens in abiectione neceſſariorũ minus eſt increpatione dignus quam is qui eſt in abiectione famæ exiſtimationiſque, quare eligibiliora ſunt neceſſaria quam ipſa exiſtimatio. Similiter autem & diuitiæ oſtenderentur eſſe eligibiliores exiſtimatione, nam minus increpamus ægre ferentes in paupertate, quam eos qui ſunt in ignominia: et amici pecuniis, nam minus dignum eſt increpare ægre ferentes in abiectione amicorum, quam ægre ferentes in ablatione pecuniarum.

Et pro cuius abſentia non moleſte ferentem magis increpandum id eligibilius.

Hæc ſcientia eligibilior ſanitate oſtẽdi poteſt, nam magis increpamus nõ moleſte ferentes in ignorantia, quam eos qui ægre ferunt in morbo. Rurſus ſanitas eſt eligibilior diuitiis, nam eos qui negligunt eam magis increpamus. Item communium cura eſt eligibilior quã cura propriorum, nam magis increpamus eos qui non moleſte ferunt eſſe in negligentia communium, quam non ægre ferentes in negligentia propriorum: & parentum ob negligentiam ſecundum hoc eligibilior eſt cura liberorum, nã magis digni ſunt increpatione non ægre ferentes eſſe in negligentia parentum. Item educari ipſo exerceri, nã magis increpãtur qui educationẽ uel exercitia paruipẽdunt.

Amplius eorum, quæ ſunt ſub eadem ſpecie, quod habet propriam uirtutem eo, quod non habet. Vtriſq; autem habentibus, quod magis habet, eligibilius.

Quia propria uirtus uniuſcuiuſq; eſt extremitas & perfectio propriæ naturæ eius, et omne eligibilius perfectum ſimpliciter, merito eorum quæ ſunt ſub eadem ſpecie, ꝙ habet propriam uirtutem eligibilius eſt eo quod non habet. Homo quidem habens uirtutem homine non habente uirtutem eligibilior eſt, nã ſub eadem ſpecie cuncti homines ſunt, & equus equo, & canis cane. Itẽ uas uaſe præbens propriũ uſum ad quem faceret eligibilius, nam hæc uirtus uaſis eſt. Per hunc locum oſtendes quod poculum terreum adhibendum aptius eligibilius eſt poculo aureo & argento, nam hæc eſt uirtus poculi terrei & non multa perfectio. Item domus ad tegmen regendumq; aptior eligibilior eſt quã ædes fabrorum, quod non ſimiliter præbent bene utilitatem uſumque a cooperimento. Eadem quoq; ratio in uſte, nam calefaciens non purpurea qua utilis, & in gladio, non enim erectius ſed utiliſſimum eſt ad acutatem gladii eligibilius. Diligenter adiecit hoc (quæ ſunt ſub eadem ſpecie) nam ſic uerus eſt locus, non enim amplius uerum dicere eorũ dicere eorumq; ſunt ſub idẽ genus habet propriam uirtutem, melius non habente, nõ enim lepus habens uirtutem, leporis melior eſt homine non habente propriam uirtutem, nam nullus lepus eſt melior homine. Sed ſimilium ſpecierum & receptiuorũ eiuſdem uirtutis id quod habet proficuã uirtutem eſt melior non habente. Si uero ambo quæ ſunt ſub eadẽ ſpecie habuerint propriam uirtutem, quod magis habet eſt eligibilius, nam eligibilior eſt uiſus acutior, & auditus ad audiendum promptior. Equus autem magis obedit & currens eſt, & ſcientia diligentior.

Amplius ſi hoc quidem facit bonum illud, cui adeſt: illud autem non facit, quod facit eligibilius. Quemadmodum calidius quod calefacit eo, quod non. Si autem utrunque facit, ꝙ magis facit, aut quod melius, & principalius facit bonum. Vt ſi hoc quidem animam, illud autem corpus.

Quia bona multipliciter dicuntur, & quędam ipſorum quæ propria præſentia bonos efficit habentes ipſa, ut uirtutes, & quædam non, ut diuitiæ, nobilitas, uoluptas, talia ſunt eligibiliora bonis quæ præſentia bonos efficiunt, ſic omnis uirtus eligibilior omni uoluptate eſt & omni bona fortuna extrinſecorum & corporalium de quibus oſtẽderetur, hoc eſſe magis bonum & eligibilius, ut calidum & calorem efficiens eo quod non eſt calidum, nam calidior eſt ignis niue, cũ & ipſa habeat caliditatẽ, quia ignis calefacit, & hæc non, uel hoc quidẽ magis, hæc uero minus. Quod ſi ambæ faciunt bonos præſentia comparata, eligibilius eſt quod magis efficit bonum. Item erit & ſecundum hoc perfecta uirtus oſtẽſa quod ſit eligibilior naturali, nam ambæ bonos faciunt habentes, ſed magis perfecta uirtus. Item quod melius bonum facit faciente deterius bonum eligibilius eſt, ſic uirtus ſanitate & robore eligibilior, nam uirtus eſt bonum animi, aliæ autem bonum corpus efficiunt, ſed melior eſt anima corpore. ſic & ſapiẽtia eligibilior eſt temperantia, nam alia mentem bonam efficit, alia uero uim concupiſcibilem. At melior eſt mens ipſa animæ parte concupiſcibili.

Amplius autem a caſibus, & uſibus, & actionibus, & operibus, & hæc ab illis. Sequuntur enim ſeſe inuicem, ut ſi quod iuſte eſt eligibilius quam quod fortiter, & iuſtitia fortitudine eligibilior. Et ſi iuſtitia quam fortitudo eligibilior, et quod iuſte quam quod fortiter, ſimiliter autem & in aliis.

Vt eligibile in eo ante hunc ſimpliciter a caſibus & cognatis demonſtrauit oſtendi poſſe, ſic etiam eligibilius, nã loci communes & hi, ut etiam hi qui a generationibus & corruptionibus oſtenſi ſunt. Nam ſi quorundam prolatorum ſecundum caſum id ſecundum alterum caſum eligibilius eſt eo ſecundũ alterum, & ſimpliciter dictum ſimpliciter dicto quorum fuerunt caſus eligibiliores. Eſt autẽ caſus hoc, iuſte, fortiter, & quæcunq; ſic dictione formata ſunt, quorum autem iidem caſus iuſtitia, fortitudo, ſi alter altero, ut hic iuſte hoc fortiter eligibilior eſt, certe & iuſtitia fortitudine eligibilior: & econtra ſi iuſtitia eligibilior fortitudine, & illud ſecũdum caſum iuſtitiæ eligibilius eſt ſecundum caſum fortitudinis, ut autem in caſibus, ſic etiã in uſibus. Nam ſi hic iuſte eligibilior eſt hoc fortiter, & iuſtus uſus eligibilior eſt forti uſu, ideſt qui utitur iuſtitia, qui quidem eſt iuſtus eligibilior eſt utente fortitudine qui eſt fortis. Et iuſta actio, & iuſtum opus eligibilius eſt forti actione, & forti opere, nã eſt aliqua & actio iuſta & opus iuſtum. Similiter & in fortitudine, & conuertuntur omnia inter ſe, nã quia ex eiſdem eligibilius eſſe acciperetur uno, & alia aliorum. Et eſt æquale dictum cum hoc a cognatis. Erunt autem cognata, iuſtitia, iuſte, iuſtus, iuſtum. Nã uniuerſaliter cuius uſus eſt eligibilior, & utentes utente, & habitus habitu, & opus opere. Et econuerſo poteſt & alius eſſe locus a caſibus ab actionibus, & alius ab operibus. Et enim uſus proprie dicuntur de utilibus, nam uſus alicuius

eſt uſus, nam quædam actio eſt circa utile, & utilis: utilia autem dicuntur eſſe bonorum proprie inſtrumenta. Quorum igitur uſus ſunt eligibiliores, & hæc eligibiliora ſunt. Nam ſi uſus diuitiarum eligibilior eſt uſu roboris & diuitiæ eligiliores ſunt robore, & econtra ſi diuitię eligibiliores ſunt robore, & uſus diuitiarum erit eligibilior uſu roboris. Rurſus alius ab actionibus. Eſt autem actio cõmunis quidem omnis rationalis actio, proprie autẽ & principaliter ea ſecundum præelectionem ideſt quæ ſecundum uirtutem uel malitiam actio facta. Quorum igitur actiones eligibiliores, hæc eligibiliora, ut ſi iuſta facere eligibilius eſt fortia agere, & iuſtitia eligibilior eſt fortitudine, & econtra, ſi iuſtitia eligibilior fortitudine, & iuſta agere eligibilius erit fortia agere. Similiter autem & ab operibus locus, nam cuius opus eligibilius & ipſum eligibilius eſt, ut opus ædificãdi artis eſt eligibilior fabrilis opere, & ecõtra ſi ædificandi ars fabrili eligibilior, & opus opere eligibilius, & quia opus amici eligibilius eſt quam opus beneuoli, etiam amicitia eligibilior eſt beneuolentia. Eſt autem amici opus actio uoluntaria bonorum in amicum, & beneuoli uoluntas ſolum, & econtra, quia amicitia eſt eligibilior beneuolentia, & opus amicitiæ eſt eligibilius opere beneuolentiæ, benefacere amicis eligibilius eſt hoc malefacere hoſtibus. Et eſt quidem benefacere amicis, opus liberi, & malefacere inimicis fortis uiri, & liberalitas eſt eligibilior fortitudine, & rurſus econuerſo. Si medicus ædificatore melior, & medici opus eſt melius ædificatoris opere. Eſt aũt actio ad finẽ tendens operatio, & opus eſt finis.

Amplius ſi aliquo eodem hoc quidem maius bonum eſt, illud autem minus, magis eligendum maius. Aut ſi maiore maius fuerit alterum. Sed & ſi duo quædam uno aliquo ſint eligibiliora, quod longe eligibilius eo quod minus eſt eligendum, eligibilius eſt.

Ideſt ſi aliquo eodem aliud maius bonum eſt, & illud minus, eligibilius eſt maius, ut hoc maiore aliqua magnitudine maius, & minore eſt maius. nam ſi tricubitũ eſt maius bicubito, patet quod etiam cubito quod minus eſt bicubito maius erit. Sic etiam ſi aliquo maius bonum, & ipſum eligibilius eſt hoc, & quorum minus ipſo maius bonum eſt eligigilius. Sic oſtendetur uirtus uoluptate eligibilior, quia ſanitate uel quod eſt uoluptate eligibilius excedit eligibile. Similiter etiam cõtemplatiua uita eligibilior eſt fruendi uita, quia etiam practica, qui eſt eligibilior uita uoluptuoſa. Item ſi duo quædam uno aliquo eligibiliora, aliud eligibilius eſt ipſo, & aliud minus eligibilius eligibiliore. Nam aliquo continentium maius & continens, ut quia diuitiis uirtus & ſanitas eligibilior, plus excellentia eſt uirtutis uel ſanitatis, uirtus eligibilior eſt ſanitate, ſic ẽt ſcientia recta opinione eligibilior, nam ambæ eligibiliores ſunt ſenſu, & magis ſcire quam recte opinari.

Amplius cuius ſuperabundantia eſt ſuperabundantia eligibilior, et ipſum eligibilius, ut amicitia pecuniis. Nam eligibilior ſuperabundantia amicitiæ quam pecuniarum. Et id, cuius utique magis eliget quis, ut ipſe ſibi cauſa ſit, quam cuius alter, ut amicos pecuniis.

Cuius inquit extremitas & ex ſuperabundantia eligibilior eſt & ipſum eligibilius eſt, ut quia, extremitas in amicitia extremitate in diuitiis eligibilior, & amicitia eligibilior eſt diuitiis, & quia extremitas in ſanitate eligibilior eſt extremitati in uoluptate, & ſanitas uoluptate. Nam eſt ſanitatis extremitas bona habitudo. Voluptate autem eſt eligibilius id quod eſt immixtum triſtitiæ magis eligeret, ut ipſe ſibi cauſa ſit, quam cuius alter ideſt quod propter ſe aliquis magis eligit poſſidere. hoc eligibilius ipſo eſt quod eſt propter aliud, ut amicos propter ſe magis eligimus poſſidere, quam ob alia. Pecunias autem magis ab aliis accipere uolumus, quam ipſi aliis dare, igitur eligibiliores ſunt amici pecuniis. Sic oſtenderẽtur & bonæ actiones eligibiliores uictoria, nam nos uolumus ipſi eſſe cauſę bonarum actionum, ſed uincere etiam propter alia eligimus. Item contemplatrix uita ciuili eligibilior eſt, nam cõtemplationem nobis ineſſe eligimus & propter nos fieri actionem per ſe, ſed ciuilia tractare eademq; aliis bene adminiſtrare. Nam ſic habebimus ad contemplandum plus otii. Et ſi liberare patriam, propter nos, ſed rerũ copiam facere propter alia, igitur libeta patria eligibilior eſt quã abundantia & copia rerum. Non eſt autem hic locus idẽ cum paulo ante dicto, ſcilicet huic. Et quod nõ eſt ab alio exquirere, quam quod eſt & ab alio, nam ibi quod non eſt ab alio exquirere, ſed propter ſe ſolũ. Hic autẽ cuius magis ipſe cauſa quã cuius alter. Etenim eligimus magis ea quę ſunt propter nos, quam ea quę poſſunt eſſe ob aliud.

Amplius ex appoſitione, ſi eidem appoſitum aliquid quod totum eligibilius facit. Cauere autem oportet extendere ad ea, in quibus altero quidem appoſitorum utitur commune, uel alio quolibet modo cooperatiuum eſt. Reliquo autem non utitur, neque cooperatiuum eſt, ut ſerra & falce cum arte fabrili. Nam eligibilior ſerra conſociata. Simpliciter autem non eligibilior.

Locus iſte ſi adderetur eidem in parte aliud & aliud, & fieret totum cum additis aliquando eligibilius, & aliquando minus, cuius additione eligibilius fit illud, eligibilius aliis additis eidem, ut ſi diuitiis addita uirtute, & rurſus ſanitate eligibiliores ſunt diuitiæ quæ ſunt cum uirtute, quã illæ quæ ſunt cũ ſanitate. Et uirtus ſanitate eligibilior eſt; & in ipſo uiuere, aliquando quidem hoc iuſte, aliquando autem hoc ſuauiter addito ſi iuſte uiuere eligibilius ipſo uoluptuoſe uiuere, & id iuſte eligibilius hoc ſuauiter. Sic autem & iuſtitia uoluptate. Rurſus ſi mori addito hoc ſine triſtitia, & hoc cum bona exiſtimatione eligibilius eſt mori ſine triſtitia, quam cum bona exiſtimatione & ſine triſtitia opinione eligibilius. Oſtenderetur autem ſimiliter & triſtitia fugibilior eſſe mala exiſtimatione, ob id triſtans mori fugibilius eſt quã hoc ignorans. Vt enim cuius additione aliquid eligibilius fit illud eligibilius eſt. Sic etiam cuius additione fit aliquid fugibilius, illud fugibilius eſt. Sed non in cunctis uidebitur locus uerus eſſe. Non enim quia liberalitas cum diuitiis eligibilior eſt liberalitate cum robore, & iam diuitiæ eligibiliores ſunt robore. nec rurſus quia robur cum fortitudine eligibilius, nec diuitiæ cũ fortitudine, & ob id rurſus robur eligibilius diuitiis. nam eſſet idem eodem minus, & magis eligibilius, ſiquidem in libertate diuitie robore, & in fortitudine robur eligibilior diuitiis, quod quidem abſurdum eſt. Sed neque ſi robur cum fortitudine eligibilius, uel cum temperantia, iam & fortitudo temperantia eligibilior. Sed cauſa cur locus uerus non ſit in cunctis, quia in pluribus commune cui ſit additio altero oppoſitorum, uel utitur, uel uniuerſaliter eſt ipſi cooperans: ideo non exiſtente ipſo eligibiliore, tamen totũ eligibilius ſit. nam diuitiis liberalitas utitur non utendo robore ſecundum peculiarem actionem. Rurſus autẽ robore fortitudo utendo non utitur diuitiis, & robur eſt cooperans fortitudini, ſed prudentiæ nullo pacto. Ideo & ipſe dixit. Cauere oportet extendere talia ad ea, in quibus altero quidem appoſitorum utitur cõmune, uel alio aliquo modo cooperans eſt. Reliquo autem non utitur, neque cooperans eſt. Nõ enim ſi ſerra cum arte fabrili eligibilior eſt falce, ob id neceſſe eſt ut ſerra ſit eligibilior falce. Nam quia inſtrumentum artis fabrilis eſt ſerra. Itẽ nec eſt falx ob id eligibilior, quia rurſus falx cum arte meſſoria, ideo eligibilior eſt falx, rurſus quam ſerra. In quibus igitur addita ſimiliter ſe habent ad commune in his locus eſt uerus.

Rurſum ſi minori appoſitum aliquid, quod totum maius facit. Similiter autem, & ex ablatione. Quo enim ablato eodem quod reſtat, eſt minus, illud maius utique erit: Quando quod ablatum eſt, reliquum minus facit.

Locus talis additum minori bono, & totum maius bonum efficiens eligibilius eſt maiore addito, & totum toto

minus faciente, nam ſi fuerint quædam duo bona, aliud maius, & aliud minus, & addiderit quædam utrique ipſorum, ut fiat per additionem ipſorum tunc, ut minus bonū maius, & minus hoc ut maius, id quod eſt additum minori eligibilius eſt addito maiori, nam duo bona ſunt bona habitudo & ſanitas, quibus addantur, ſcilicet ſanitati minori exiſtenti bono uirtus, & bonæ habitudini maiori bono exiſtenti diuitiæ, quia ſanitas cum uirtute eſt maius bonum, quam bona habitudo cum diuitiis, & uirtus eligibilior eſt diuitiis. Rurſus quia dicere, et tacere cum duo ſint, & quoddam eligibilius ipſum dicere, quia etiam multo utilius. Additis his tacere hoc prudēter, & huic dicere rhetorice, certe prudenter tacere eligibilius eſt, quam rhetorice dicere. Et prudentia eligibilior eſt rhetorica. Et quia bona habitudo ſanitate eſt maius bonum. Additis autem ſanitati hoc contemplari, & huic bonæ habitudini hoc agere, eligibilior eſt contemplatio cum ſanitate, quam actio cum bona habitudine, & contēplatio eſt eligibilior actione. Similiter quoque ex ablatione. Similiter inquit oportere arguere, ut ab ipſa additione, ſic etiam ab ipſa ablatione. Nam ſi ablatis quibuſdam eligibilius æqualiter relictum ablationi alterius minus fieret, quam ablatione alterius: cuius ablatione minus fit, illud eligibilius eſt. nō ſolum autem ſi duo quædam ſimiliter eligibilia ſumpta fuerint, ſed etiam ſi unum aliquid eligibile, deinde auferretur ab ipſo, ideo eligibilius, uel ſi duo quædā fuerint ablatione alterius ipſorum magis, ſecundum ablationem diminutū, cuius ablatione minus eligibile ipſum fit, illud eligibilius altero, quo poſt ablationem eligibilius. Hoc autem perſpicuum maxime eſt in magnitudinibus, & numeris. Nam minora decem ſunt, tum trium, tum quinque ablatione, ſed quia magis minor fit ablatione quinque, quam ablatione trium, quandoquidē quinque ſint plura tribus. Eadem quoque ratio in magnitudinibus, & in uirtutibus, in quibus facit rationem, ſic ſi oſtenderetur a ſanitate, a diuitiis, a pulchritudine ſimul cum tria, minus relictis duobus eligibilius fit ſanitas ablatione, quam diuitiæ, ſanitas porro eligibilior eſt diuitiis. Nam minus eligendæ ſunt diuitiæ cum pulchritudine, quam pulchritudo cum ſanitate, & ſic quidem de eodem. Itē ſi poteſt oſtendi. Si æqualiter exiſtentibus uirtutibus, ceu diuitiis cum robore, & ſanitate cum nobilitate, ſublatis diuitiis a robore, & ſanitate a nobilitate diuitiæ minus eligibiles ſanitate fiunt, patet quod robur eſt eligibilius nobilitate. Nam æqualiter eligibile minus eligibile fit ſublatis quibuſdam ab ipſis, quando magis eligibile fuerit ablatum.

Et ſi hoc quidem propter ſe, illud autem propter gloriam eligendum: Vt ſanitas pulchritudine. Terminus autem eius quod eſt ad gloriam, eſt, quod nullo conſcio, non ſtuderet ineſſe.

Eligibilius certe eſt, id quod propter ſe eligimus, quam id propter opinionem, & exiſtimationem ab aliis, ſic ſanitas eſt eligibilior pulchritudine. Nā ſanitatem propter ſeipſam eligimus, & ſi nullus unquam futurus eſſet. Pulchritudo autem ob exiſtimationē, & gloriam in ipſa. Fruſtra porro uidetur pulchritudinem eſſe non cognitā, diffinitum eſſet enim, & hoc ad opinionem, & famam eligibile. Nam nullo conſcio nullus ſtuderet ineſſe eadē, hoc eſt per gloriam, & famam eligibile. Sic oſtenderentur diuitię eſſe eligibiliores honore, & domus bene habitabilis, quā illa ornata, & ueſtis utilior ſumptuoſa, & ea quæ ferunt redditus poſſeſſionum, quam ea quæ ſunt in agris apparentibus, & ſemper exiſtentibus ſic, ut per ipſos ſit iter.

Et ſi hoc quidem propter ſe, & propter gloriam eligendum: illud autem propter alterum tantum. Et utrumuis magis propter ſe honorandum hoc, & melius, & eligibilius. Honorabilius utique fuerit ſecundum ſe, quod cum nihil aliud debeat eſſe propter ſe eligimus magis.

Eligibilius inquit eſſe, quod per ambo eligibile, quam id quod eligitur per ſolam exiſtimationem exiſtimo, & hoc propter ſe ſi de eodem aſſumptum fuerit, nam propter ambo eligibilius perſpicuum eſt, quod etiā propter ſe ſolum eligibilius eſt eo ad gloriam, & famam, & hoc per ambo inquit hoc eligibilius ad alterū ſolum, nā hoc propter duo eligibilius eſt eligibile per alterum ipſorum. Sic domus habens ornatum cū utilitate eligibilior eſt ea quæ ſolo ornatu compoſita eſt, uel ea quæ ſolam utilitatem habet. Similiter autem ueſtis, uel uas. Item equus eligibilior eſt qui ad ſuſtinendum labores, celerque, & aſpectu pulcher eſt, altero habente unum ſolum horum alterum. Item & aliæ poſſeſſiones habentes ambo ſunt eligibiliores his quæ ſolum alterum habent. Oſtenderetur autē ſic, & id quod eſt in aſpectu plurium bona adeſſe eligibilius quam ea latere. Item id quod eſt iuſtum, & uidetur eſſe eligibilius eſt eo, quod eſt ſolum unum, ſimiliter & in aliis eligibilius. Vnde dictum eſt, & ignotum nihil haberē bonum. Similiter etiam oſtenderetur, & fugibilius, quod propter ſe, & per famam fugibile eſt, quam id per ſolum alterum. Nam fugibilius eſt plane inferre iniuriam, quam id quod occulte, & id intemperanter agere ſimiliter. Et utrū magis propter ſe honorabile, hoc etiam melius & eligibilius, quemadmodū propter ſe eligibile eo eſt eligibilius, quod eſt ob famam, & ob ipſum, & propter exiſtimationem, eo quod eſt propter alterum. Sic etiam eligibilium propter ſe, & honorabilū, id quod magis propter ſe eligibile eligibilius erit, & honorabilius ut ſi magis propter ſe honorabilis eſt cōtemplatio, quam actio. Nā bis actio ad recte quippiam ad agendum fieri uidetur. Et contemplatio ipſa propter ſe eligibilior eſt, & ſi magis propter ſe prudentia fortitudine honorabilior, & eligibilior eſt. Nam illius actio ubiq; quæritur, ſed huius eſt in periculis. Item diffinitum eſt id quod eſt propter ſe honorabilius .i. eligibilius, ut etiam eligibile ad opinionem paulo ante. Nā quod nullo alio eget, ut inſit propter ſe eligimus magis .i. per ſe, & propter ſe eligibilius, ſic ſanitas honorabilior eſt diuitiis, ac nobilitate, fortitudine, & pulchritudine.

Amplius diuidendum quoties quod eligendum eſt, dicitur & quorum gratia, ut utilis, uel honeſti, uel delectabilis. Nam quod ad omnia, uel ad plura eſt utile, eligibilius fuerit eo, quod non ſimiliter. Si autem eadem utriſque inſunt, utri magis inſunt, conſiderandum. ut utrum delectabile, an honeſtum, an utile magis. Rurſum quod gratia melioris, eligibilius: ut quod uirtutis gratia, quam quod delectationis. Similiter autem & in fugiendis, nam magis eſt fugiendum quod magis impedit uirtutes, ut ægritudo turpitudine. Voluptatis etenim & eius quod eſt ſtudioſum eſſe, prohibentior eſt ægritudo.

Oportet (inquit) etiam ex diuiſione eligibilis accipere occaſiones, nam ſi diuiſerimus quot modis dicitur eligibile, quia uno modo, abundabimus argumentis ad conſtructionem eligibilioris. Dicitur porro eligibile trifariā. Etenim bonum, delectabile, & cōferens eligibilia ſunt, cui proinde omnia hæc inſunt, & propter omnia eſt eligibile, & non habentibus hæc omnia eligibilius. Et cui plura eligibilius eſt his quibus pauciora, ſi ſimiliter eiſdem ineſſet, quia poteſt hoc ſecundum aliquid unum ualde eligibile eligibilius eſſe eo, quod eſt ſecundum omnia eligibile, non tamen ualde. Porro prudentia propter ſe duntaxat exiſtens uirtus eligibilior eſt robore per omnia exiſtente uirtute. Etenim propter ſe, ſortitudo, & robur eligibile eſt, & ut bonum, & ut conferens, & ut delectabile, ſed excedit prudentia horum omnium eligibile propter ſe, ſed & ſi alterum quidem propter ſe fuerit eligibile, & aliud ob delectabile, & utile, hoc autem propter ſe eligibile, & proprie exiſtens eligibile eſſet eligibilius, & eligibile propter illa, & hoc exiſtente eligibile per plura. Porro temperantia propter ſe ſolum cum ſit eligenda eligibilior eſt honore, & ob delectabile, & ob utile cum ipſa ſit uirtus. Vel omnis uirtus, & propter ſe, & proprie delectabile eſt uirtus, quia delectabiles ſunt actiones ſecundum uirtutem,

ideo & ſecundum plura erit aliquid eligibile non exiſtens uirtus, eo ꝙ propter ſe, & propter delectabile minus ſit uirtute, minus erit eligibile eius. Erit igitur eligibilius illud, ſecundum omnia eo, ſecundum aliqua, & illud ſecundum plura, eo quod ſecundum pauciora eſt, ſi fuerit eligibile ſecundum plura, ſimiliter cum eo, quod eſt minus eligibile, ſecundum unaquæq; eligibilia. Item ſi pauciora in pluribus continerentur. Sic in moralibus demonſtrauit amicitiam per bonum eligibiliorem eſſe ea quæ eſt ob delectationem, atq; ea quæ eſt ob utilitatem, nã quæ eſt propter bonum, ut ob id propter bonum ſit eligibilis, delectationem et utilitatem habet, nam alia ob ſolum cõferens, alia uero bonum, & ſuaue, delectabileq; habere uidetur. Item ſanitas uoluptate eligibilior. Etenim delectabile, & conferens habet. Si autẽ fuerint cõparata ob ipſa eligibilia, cui magis inſunt hæc, illud eligibilius erit. Sic temperantia cõtinentia, quippe propter hęc ambo. Verum magis temperantia, & ipſum diſcere, quæ exerceri eligibilius eſt. At qui ambo per conferens eligibilia, ſed magis ineſt ipſi exerceri ipſum diſcere. Sic oſtẽdetur etiam iuſtitia eligibilior eſſe fortitudine, nam ambæ propter bonum, & delectabile. Sed non ſimiliter fortitudo habet delectabile ob uulnera, & deſtructiones. Item eligibile gratia melioris eligibilius eſt, ut diſcere ipſo exerceri. Nã illud ſcientiæ gratia, & hoc roboris. Item utiles mores ſunt eligibiliores exercitio corporis. Nam ob Philoſophiam aliud eſt, alia eſt eligibilis ob certamen. Item educare pueros, quã ludere diebus feſtis, nã aliud eſt uirtutis gratia, aliud uero gratia uoluptatis. Hic uero locus potẽtia iam, & in primis dictus eſt, nã quorum fines eligibiliores, & ipſa eligibilia ſunt. Eadem quoque ratio in fugibilibus. Etenim in his fugibilius, ꝙ eſt plurium bonorum impeditiuum, & magis deſtructiuum bonorum, ſic morbus turpitudine. Nam plurium impeditiuus eſt morbus, etenim uoluptatis, & eſſe ſtudioſum: ſed turpitudo ſolius uoluptatis. & paupertas fugibilior eſt ignominia, & animi indoles corporis aptitudine. Nam magis eligibilis impeditiuum, & abiectio diſciplinarum abiectione pecuniarum, nam melioris deſtructiuum. Eſſet autem hoc per gloriam eligibile, uel ob delectabile, uel ob conferens.

Amplius ex ſimilitudine demonſtrari poteſt fugiendum, & eligendum, quod propoſitum eſt. Minus enim eligendum huiuſmodi eſt, quod æque & eligeret aliquis, & fugeret, altero, quod eligendum eſt tantum. Ad ſeinuicem igitur comparationes (quemadmodum dictum eſt) faciendum.

Ideſt ſimiliter oſtendi poteſt fugibile, & eligibile, nã minus eligibile ſimiliter eligibile, & fugibile, eſt eo ꝙ eſt ſolũ eligibile, ceu ſi tractare ciuilia eligibile, & fugibile. Nã fugibile eſt ob moleſtias & accenſiones iraſq;. Sed philoſophari eligibilius ſolũ eligibilius eſt philoſophari, & ſi exiſtimatio, pulchritudo, diuitiæ fugibilia, & eligibilia. Nam ob ipſas inſidias propter ſe habet aliquid & fugibile. Sanitas autem, & robur eligibilia ſolũ, eligibiliora hæc illis eligibilibus, & fugibilibus. Erit etiã nauigare, & mercari ob pericula maris ſeſe habentia ad eligibile, & fugibile: ſed terram colere eſt ſolum eligibile.

Iidem autem loci utiles, & ad demonſtrandum quod uis eligendum, et fugiendum Nam auferre ſolum eam oportet, quæ ad alterum eſt, præeminentiam. Si enim quod honorabilius, eligibilius & honorabile eligendum. Similiter autem et in alijs, quæcunque huiuſmodi habent comparationem.

Aſſignando locos, per quos poſſibile eſt facere cõparationes ſecũdum eligibilius facere, eoſdem locos inquit locos congruere & ad oſtendẽdum, quod ſimpliciter eſt aliquid eligibile, nam quia eligibilius ut utilius, & melius, ac bonum, ſi excellentias, & cõparationes adinuicẽ uniuſcuiuſque ipſorum auferamus, oſtẽderemus ipſa ſimpliciter exiſtentia talia per eoſdem locos, nam eo quod honorabilius eſt eligibilius, hoc etiam honorabilius aliquo eligibilius illo, quare in accipiendo quod honorabilius erit etiam quod eligibile accipies. Similiter etiam utilius eſt eligibilius, quia utile eſt eligibile auferẽtes, igitur oportet accipere comparationem adinuicem, omne honorabile eligibile, principatus, uerbi gratia honorabilis, & eligibilis eſt. Similiter etiam de utili, utile eſt eligibile, & diuitiæ ſunt utiles. Eadem ratio & in alijs oſtenditur ſecundum eligibilius, quæcunq; conceſſo eligibilia ſunt, quatenus comparatio ipſis eligibilior eſſe oſtenditur. Non enim ſolum honorabilius, & utilius eſt eligibilius, ſed etiam id quod eſt magis carens ſic fortuna, & ſuaue, & quod ſtudioſus eligeret magis, & ſecundum quæcunq; alia talia, ſecundum eligibilius excellentia fieri oſtenſa eſt, ſecundum omnia ſi auferentes comparationem, & excellentiam adinuicẽ illud ſimpliciter accipimus, erimus oſtendentes unumquodque eligibile ipſorum.

In aliquibus enim ſtatim ſecundum eam, quæ ad alterum eſt, comparationem, & quoniam eligendum utrunq;, uel alterum dicimus: Vt quando hoc quidem natura bonum, illud autem non natura bonum dicimus. Nam quod natura bonum, manifeſtum quoniam eligendum eſt.

Inquit in quibuſdam ſtatim ſecundum eam quæ eſt ad alterũ comparationem contineri, & fieri argumentũ poſſe, & utrunq; ipſorum eligibilius eſſe, uel alterum plane. Prorſus enim ambo obortet eſſe talia comparata, tamen perſpicuo alterum poſitum tale eſſe ponit. nam cui additur bonum, perſpicuo hoc habet, & alterum appoſitũ, non amplius ſimiliter plane eſt eligibile in comparatione ſecundum utile continetur. Eſt igitur quid dicit, quia in aliquibus non opus eſt conſtructione ad oſtendendum eligibilius dictis ſecundum comparationem, nam æque ad oſtendendum utile eligibile, uel delectabile, uel carens triſtitia, uel longæuum eget ratione. Sed in quibus comparatio ſecundum bonum. Hæc perſpicuo eligibile haberet, nam eligibile bonum, uel non, hoc eſt dictum per hoc. Similiter autem & in alijs quæcunq; habent talem comparationem, ſed quia aliqua dictorum ſecundum comparationem non omnino, & ſimpliciter planum, & manifeſtũ habent. Non.n. ſi uno excedens aliquid plus illo, & propter hoc tria plura duobus, iam quod & plura eſſe poſſent tria per hunc locum poteſt oſtendi auferentes excellentiam eius ad duo, ſed neq;, quia omnis accepta magnitudo & ſi parua fuerit continet aliquid, & quod continet aliquid eſt iam maius, quia maius, & magnum ob id, ergo adiecit hoc quæcunq; talem habẽt, id quod talem aut habeat cõparationem eligibilius aliud alio oſtendere oportet aliquid eſſe longioris æui, & firmioris, quam talibus. Nam dicendo id quod natura bonum eligibilius eſſe eo, quod non eſt natura bonum, eo quod bonum eſt eligibile, idem in ambobus accipit, & quod ambo ſint eligibilia ponit. Etenim ſi quid natura boni eſt, hoc eligibile eſt, & ſi non natura autem fuerit aliquid, licet hoc etiam bonum ſit eligibile. Nam omne bonum eligibile, comparantes igitur dicimus natura bonum eligibilius eſſe, eo ꝙ nõ eſt natura bonum, & eſt natura bonum ſanitas, non natura autẽ uincere pugnantem, igitur eligibilior eſt ſanitas uictoria in bello. Oſtendentes autem eligibile dicimus natura bonum eligibile, natura autem bonum ſanitas eſt, igitur & eligibile. Rurſus etiam omne bonum eligibile, quare etiam bonum non natura. Similiter & in honorabiliore, ſi hoc, eo qđ eſt honorabilius eligibilius eſt, quia honorabilius eſt eligibile, & honorabilius aliquo honorabile. nam non eſſet honorabilius non exiſtens honorabile, hoc igitur eſt eligibile. Similiter ſi hoc, eo quod longi temporis bonum eſt hoc eſt eligibilius, idem quia eſt longi temporis eligibile erit. Patet igitur quomodo poteſt uti comparatiuis locis, & ad oſtenſionem ſimpliciter eligibilis. Sed quæreret aliquis ſi in omnibus ſanum integrumque aliquod magis exiſtens, & ſimpliciter ſit. Nam dicitur terra leuior terra, quãquam non ſit ſimpliciter leuis, & ignis igne grauior, & non eſt ſimpliciter grauis. Niſi quod non proprie in his

comparatiua

comparatiua dicuntur non recipientium rationem huius, quatenus comparatio. Nec enim terra leuis rationem ſuſcipit, quæ quidem ſimpliciter eſt grauis: leue autẽ quod ſuapte natura fertur in locum ſuperiorem, nec ignis ſimiliter recipit diffinitionem grauis. Nõ enim dicitur una terra leuior altera terra, eo quod celerius ſuapte natura ſurſum fertur. ſed eo quod bene ui, & facilius ſurſum impellitur, quod non eſt leuis. Similiter & ignis grauior dicitur, quod facilius deorſum ſequitur, itaque ſimilitudine hæc quædam dicuntur non proprie.

Sumendum autem quam maxime uniuerſales locos de eo, quod eſt magis, & minus: nã ſic ſumpti ad plura utiles erunt. Fieri autem poteſt, ut eorum qui dicti ſunt, quoſdam uniuerſales magis quis faciat, parum tranſmutans ſecundum appellationem: Vt quod natura tale eo, quod non natura tale magis tale. Et ſi hoc quidem facit (illud autem non facit, quod habet tale) cuicunque inſit, magis tale eſt, quod interdum facit tale, quam quod non facit: Si autem utrunque facit, quod magis facit tale.

De magis & maiore, & prorſus de his quæ ſunt in cõparatione aſſignans nobis comparatiuos locos in quodã diffinito, nam de eligibili, quippe cuncti ſecundum hoc faciebant comparationem, quia lõge melius ſequitur, & cõgruentior eſt locorũ aſſignatio in aliquo definito, ut natura eligibile bonũ. Natura autẽ bonum ſanitas, ſanitas aũt natura eligibile. Sunt autem quædam natura eligibilia nõ omnino bona, ut bonum ſanitas prima propoſitio, ut diximus facta, quia non fit comparatio, ſecundum eligibile ſolum, ualde cum docendi norma, & uia ſuboſtendit nobis, per quæ addit quomodo his eiſdem locis uniuerſaliter, & ad alia omnia ſecundum quę comparatio fit, uti poterimus, nam quia magis comparatiuum exiſtens, & maius, ſimiliter non in bonis ſolum, uel malis, & eligibilibus, & fugibilibus dicitur, ſed etiã in aliis, maxime quidem in magnitudinibus, & in numeris autẽ & grauibus, & in aliis infinitis fieri cõparatio ſecundum maius, inquit oportere comparatiuos locos ut indicauit appoſitione hac de his magis, & maius, perinde ac, uniuerſaliores accipiat, nã ſic accepti ad plura erunt utiles, & non ſolum ad eligibilia, et fugibilia, ad quæ nunc ipſis uſi ſumus. Sed dicendo hoc quomodo poſſibile eſt prædictos locos uniuerſales efficere ſupponit. Nam ſi parum mutauerimus in expoſitione ipſorum cõmunius pro ſpecialiore addentes, fieret prædictum, & quomodo hoc fieret per exẽpla indicat in locis. Primum quidẽ natura bonum hoc non natura bono eligibilius eſt. Nã ſic dictus locus in bonis ſolum, & comparatione horum utilis fit. Quia uero non ſolum natura bonum, bono non natura magis bonum, & eligibilius. Item natura fugibile fugibilius, eo quod non natura, & quod natura album, eo quod nõ natura albius. Et in ſano, & dulci, & ſimilibus his eadem ratio, porro ſi dicamus pro hoc natura bonum hoc, ſcilicet natura tale non natura tali magis tale, uniuerſalem faciemus locum, & uti ipſo ad omnia poterimus in quibus eſt hoc natura, & hoc non natura. Nam ſic omnia concederentur ſic poſito. Rurſus ponatur faciens præſentia bonos eligibilius non faciente, ſi pro hoc efficiens bonos eligibilius eſt non faciente ſpecifice dicto, accipiamus efficiens habens idipſum tale aliqd non faciente eſt magis tale, uniuerſalem efficiemus locũ, & ad plura ipſo uti poterimus. Ipſe autem ſic poſuit locum, nam ſi facit ipſum habentem talem, cui ſi inſit, hoc autem non efficit magis talem, quando quidem efficit, uel quod non facit, nam ſic & efficiens calidum eſt calidius nõ faciente, & efficiens dulce, & efficiens bonum, & efficiens delectabile: ſi autem ambo facit idem magis efficiens, tale magis, ut ſi ambo faceret habens dulce, uel calidum, uel bonum, uel maius, nam tranſpoſitio eſt in generaliſſimum, quod quidem eſt tale communiorem fecit locum, & longe utiliorem.

Amplius ſi eodem aliquo, hoc quidem magis, illud autem minus tale. Et ſi hoc quidem tali magis tale, illud uero non tali tale: manifeſtum, quoniam primum magis tale.

Aſſignauit quendam & talem locum, ſi eodem aliquo aliud maius bonum eſt, & aliud minus, eligibilius eſt maius, nam ſic bona habitudo diuitiis eligibilior eſt, quia ſanitate bona habitudo eligibilior eſt. Item diuitiæ minus eligibiles. Quomodo igitur & hunc uniuerſaliorem faciemus, expoſitione, & appellatione dicit, nam ſic dictus eſt locus. (Si eodem aliquo hoc quidem magis, hoc autẽ minus tale,) magis tale quod eodem magis eſt tale. Nã uniuerſale erit accipientibus nobis pro hoc bonum tale, nã hoc poſito, & maius aliquid aliud alio, & plus, & calidius, & dulcius, & omnia his ſimilia oſtendere poterimus, eo quod cunctis ipſis congruit tale. Et ſi hoc magis tale, quã tale. Hoc autem non taliter tale patet, ꝙ primum dictum magis tale eſt huius loci dicẽns ſi aliquo bono maius erit bonum, & bonum quidem erit, nullo autem bono maius eligibilius aliquo bono maius, & uniuerſalis eſt hic quem exponit, nam poſſumus per eũdem, & calidius aliud alio exiſtens oſtendere, & dulcius, & alia infinita, eo quod tale pluribus competit ſi non eligibilibus ſolis. Videtur alius quis locus præter dictos eſſe iſte, ſi aliquis ipſum ſic intelligeret. Nam calidum ſi calidius magis calido magis calidum, & hoc magis quam dulce. Similiter & in frigido, & amaro, & talibus.

Amplius ex additione, ſi aliquod eidem additum, totum magis tale facit.

Oſtendit quomodo loci ex appoſitione, & ablatione, quos expoſuit, & ipſi fierent uniuerſaliores. Quos igitur expoſuit ex appoſitione hi fuerunt. Si eidem additum totum eligibilius facit, & minori additum totum maius facit. ad quos autem nunc trãſponit ipſos hi ſunt. Si eidem additum totum magis efficit tale, nam magis tale uniuerſalius hoc eligibilius. Congruit etiam hoc in albo, dulci, malo, & talibus.

Aut ſi ei, quod minus eſt tale, additum totum magis tale facit.

Nam minus tale, & magis tale uniuerſaliora ſunt minus tale, & magis tale.

Similiter autem et ex ablatione. nam quo ablato reliquum minus tale eſt, ipſum magis tale.

Dictus locus erat de eligibili, nam quo ſublato ab eodem relictum eſt minus, illud maius erit aliquãdo ablatum relictum minus facit. Sed in quem nunc tranſmutat eſt iſte, quo ſublato reliquum minus tale idem magis tale, nam hoc minus, & maius, quibus utebatur minus tale, & magis tale communiora, & uniuerſaliora ſunt, ideo ſic poſito loco poſſumus uti in pluribus.

Et quæ contrariis ſunt impermixtiora magis talia, ut albius quidem nigro impermixtius.

Hic locus translatus eſt etiam ad uniuerſalius, ab hoc immixtum malo bonum erit eligibilius mixto, nam eadem dixit in carentia triſtitiæ eligibiliora ſunt, quam cum triſtitia, nam uniuerſaliter dixit magis talia qualia eſſe dicuntur immixtiora contrariis, nam album magis immixtius eſt cõtrario, & dulce ſimiliter, ſed ſuaue, & in aliis quibus eſt aliquid contrarium. Poteſt etiam ab ultimo loco dicto ſic translatus eſt, ad hunc amplius, ſi ſimiliter oſtendere fugibile.

Amplius præter ea, quæ dicta ſunt prius, quod magis ſuſcipit propoſiti rationem. Vt ſi albi eſt ratio, color diſgregatiuus uiſus, albior is eſt, color magis diſgregatiuus uiſus.

Pręter locos comparatiuos aſſignatos, hunc in pręſentia exiſtentem addit a diffinitione. Non.n. mentionem fecit de ipſo in comparatione ſecundum eligibile, nam recipiens magis diffinitionem illam propoſiti magis tale. Album quidem magis id, ꝙ albi rationem recipiens eſt, nam color diſgregatiuus uiſus magis album, quia albũ eſt co-

lor diſgregatiuus uiſus. Similiter & dulce eſt, quod recipit magis rationem dulcis, & eligibile ſecundũ hæc ipſa erit, ꝙ magis recipit rationem eligibilis. & uoluptuoſum id ꝙ habet magis rationem uoluptatis, quem forte nõ aſſignauit locum in locis demonſtrantibus eligibiliora, quia nec eligibiles boni, neq; una eius erat ratio, nam multipliciter dictorum ſunt bona, & eligibilia.

Si autem particulariter, & non uniuerſaliter problema ponatur, primum quidem dicti uniuerſaliter conſtructiui, uel deſtructiui, loci omnes utiles. Vniuerſaliter enim interimentes, uel conſtruentes, & particulariter monſtramus. Nã ſi omni ineſt, & alicui, & ſi nulli ineſt, nec alicui. Maxime autem opportuni, & cõmunes loci, qui ſunt ex oppoſitis, & cõiugatis, & caſibus. Similiter enim probabile eſt exiſtimare, ſi omnis uoluptas bonum, & triſtitiam omnem malam eſſe: Et ſi aliqua uoluptas bonum, & triſtitiam aliquam eſſe malum. Item ſi aliquis ſenſus non eſt poteſtas, & inſenſibilitas quædam non eſt impotentia: & ſi quoddam opinatum diſciplinatum, opinio quædam diſciplina. Rurſum ſi aliquod iniuſtorum bonum, & iuſtorum aliquod malum. Et ſi aliquod eorum, quæ iniuſte malum, & aliquod eorum, quæ iuſte bonum. Et ſi quoddã delectabile fugiendum; & delectatio quædam fugienda. Secundum hæc autem ſi aliquod delectabile utile, delectatio quædam utilis.

Cum dixerit in ſecũdo, & in hoc libro de uniuerſalibus problematibus quæcunque continent accidens, uel ſimpliciter queſtionem habentia, uel comparatiuam, & qui ipſis congruunt loci, nunc de comparatiuis problematibus nõ amplius dicit: Sed oſtẽdit quomodo poſſibile eſt aſſignatis locis uti, & ad conſtructionem, & deſtructionem problematum particulariorum. Et primum oſtendit, ꝙ etiam principio dixit ſecundi quod uniuerſales dicti loci non ſolum ſunt ad uniuerſalia problemata utiles, ſed etiam ad particularia, nam conſtructo uniuerſali, & particularia ſimul conſtruuntur. Et rurſus deſtructo uniuerſali etiã particularia deſtruuntur, ſi etiam particulare fuerit problema poſitum. Vtiles ſunt uniuerſales loci, nam ſi quæratur, an hæc uoluptas ſit bonum, qui oſtendit omnem uoluptatẽ eſſe bonum, demonſtrauit ꝙ etiam quæſita. Rurſus ſi fuerit propoſitum oſtendere hanc quandam uoluptatẽ non eſſe bonum, qui oſtendit nullam exiſtentem uoluptatem bonum, demonſtrauit, quod nec propoſita. De his autem mentionem fecit (ut dixi) etiam principio libri ſecũdi, per quæ dixit. { Sunt autem ad utraq; genera problematum communia uniuerſalia conſtructiua, & deſtructiua.} Nunc autem apertius hoc explicauit dicendo omnes uniuerſales utiles eſſe ad particularia problemata, nam omne uniuerſale oſtẽſum ſimul oſtendit, & id quod eſt ſub ipſo maxime in opportunitate temporeq;. Et communes inquit eſſe locos ad uniuerſalia, & particularia problemata eos dicens ex oppoſitis, & cognatis, & caſibus. Non enim omnia particularia poſſunt per uniuerſalia oſtendi, eo quod ſunt aliqua particularia, & per ſe uera, & falſa, ideo oportet ad hæc, & propriorum quorundam locorum. Nã ad oſtendendum quendam hominem muſicum non eſt poſſibile, ut utamur hoc, omnem eſſe muſicum, quia hoc non eſt uerum, neq; ad hoc quendam non eſſe grammaticum hoc uti poſſumus nullum &c. Et quia quadrifariam dicuntur oppoſita in unaquaq; ſpecie oppoſitionis ſine oppoſitis ſecundum contradictionem oſtendit ꝙ idem locus ſimiliter conueniet, uniuerſali exiſtente problemate, & trãſlato ac particularia ad hæc ab illo. Et primum in contrariis oſtendit hoc. Similiter .n. inquit probabile eſt, ſi hoc quæratur nunquid omnis triſtitia malum putando, ſi omnis uoluptas bonum, et omnis triſtitia malum erit qui eſt locus a contrariis uniuerſalibus, & ſi quæratur an quædã triſtitia malum, putando dignum queſtione, ſi uoluptas quædam bonum, & triſtitiam quandam eſſe malum, nam eſſet in bonis actionibus uoluptas bonũ, & in eiſdẽ actionibus triſtitia malum, nam cum problema ſit uniuerſale, & quæritur ſi omnis triſtitia malum hoc probabile ex contrario argumentationem facere uniuerſalem ſic. Si omnis uoluptas bonum. & omnis triſtitia malum. Si autem particulare fuerit problema quæſito hoc utrum triſtitia quædam malum, aut non, nihil minus probabile confirmans, ſi uoluptas quædam bonum eſt, & triſtitia quædã eſt malum. Rurſus quia oppoſitis hoc etiam ſecundum habitũ, & priuationẽ ſic poſſumus uti ad uniuerſalia problemata, & ad particularia ſolum mentionem fecit, ut in primis libris dixit de uniuerſali. Sũt enim ſenſus, & inſenſatio oppoſita ſecundum habitum, & priuationem, dicendo autẽ in particularibus inquit ſi ſenſus aliquis non eſt uis, potentiaque, nec aliqua inſenſatio erit impotentia, nam ſi uolumus oſtendere, quod aliqua inſenſatio non eſt impotentia, oſtenderemus accipientes quod aliquis ſenſus non eſt potentia. Si autem erat nobis propoſitum oſtendere problema uniuerſale .ſ. omnem inſenſationem eſſe impotentiam, uniuerſale etiam oppoſitum accipientes in habitu, ꝙ omnis ſenſus eſt potentia, oſtendens quod etiam omnis inſenſatio eſt impotentia, nam ſimilis dignitas eſt in unoquoq; problematum. Et rurſus ſi uolebamus oſtendere quod nulla inſenſatio eſt impotentia, accipiebamus ꝙ nullus ſenſus eſt potentia. Nam hoc conſequens, & exemplum quod adiecit. Si aliquis ſenſus potentia non eſt, & inſenſatio quędam non eſt impotentia, nam cuius ſenſus habitus ſumeretur non exiſtens potentia, eiuſdem nec priuatio eſſet impotentia. Apponit autem exempla etiam oppoſitorum ad aliqua oſtẽdens particularia, qđ eſt transferre uniuerſale in particulare. Nam quęſito hoc ſi aliqua opinio eſt ſcientia ab oppoſito ſic aliquis argueret, ſi aliquid opinabile ſcibile, & opinio ſcientia, nam opinio eſt opinabilis. Si aut eſſet problema uniuerſale, et quęreretur ſi omnis opinio eſt ſcientia, acciperetur & oppoſitũ opinionis opinabile uniuerſale ſic. Si omne opinabile ſcibile, & omnis opinio ſcientia. Non amplius autem mentionẽ fecit de oppoſitis, ſecũdum affirmationem, & negationẽ, quia non eſt contradictio in particularibus, nam eo quod aliquid eſt, uel non eſt non fit oppoſitio, nam oppoſitiones ſecundum contradictionem fiunt uniuerſalium oppoſitorum ad particularia, ideo qui oſtendit quod falſa eſt uniuerſalis affirmatio in aliquo oſtendit quod uera eſt negatio particularis de eodem. Et ſi oſtenderet falſam eſſe negationẽ particularem, demonſtrauit ueram eſſe uniuerſalem affirmationem. Similiter etiam in uniuerſali negatione, et particulari affirmatione, non amplius tamẽ qui oſtendit falſum particulare affirmatiuum per ſe, ſed ſi quidem oſtendit, eo oſtendit quod eſt ſub ipſo uniuerſali. Non enim qui oſtendit aliquem hominem muſicum demonſtrauit iam & hoc, aliquem hominem non eſſe muſicum. Dicens autem de oppoſitis, & oſtendens quomodo poſſumus ipſis locis etiam in uniuerſalibus uti, & in particularibus rurſus, oſtendit quomodo loco a caſibus, & in problematibus particularibus uti poſſumus. Nam caſus hic iniuſte eſt iniuſtum, quæſito autẽ hoc particulare ſi aliquid iniuſtũ bonum a caſibus ſic aliquis arguere poteſt, ſi aliquid bonum eorum, quæ ſunt iniuſte, & aliquod iniuſtum bonum. Si autem uniuerſale quæreretur, ſi iniuſtũ bonum, ſimpliciter accipiebatur caſus, ſi hoc iniuſte, bene eſt, & iniuſtum bonum. Nam ſimile uniuerſale eſt in uniuerſali. Sic etiam in particulare accipiendum eſt particulare. Deinceps autem a cognatis locum oſtendit congruentem particularibus. Cognata autẽ inter ſe ſunt fortitudo fortis, fortiter, forte. Rurſus uoluptas, uoluptate fruens, uoluptuoſe, uoluptuoſum, & omnia quæ ſic ſe habent inter ſe, ut in primis dictum eſt, ſi quæſitum fuerit particulare, utrum aliqua uoluptas fugienda, uel non a cognato ſic fit argumentatio, ſi uoluptatum aliqua eſt fugibilis, uel nõ a, uoluptate fit argumentum. Et ſimiliter ſi aliquid uoluptuoſum eſt utile, & quædam uoluptas eſt bonum,

nam utile bonũ. Si aũt ſimpliciter uniuerſale quęrebatur de omni uoluptate ſi fugibilis, uniuerſale accipiebatur, ſi oĩa uolupiuoſa fugibilia, & omnis uoluptas fugibilis.

Et in corruptiuis autem, & generationibus & corruptionibus ſimiliter. Nã ſi aliquid corruptiuum delectationis, uel diſciplinæ bonum eſt, erit quædã delectatio, uel diſciplina malorũ. Similiter aũt & ſi corruptio quædã diſciplinæ bonorum, uel generatio malorum, erit quædam diſciplina malorũ, ut ſi obliuiſci quæ quis turpia egit, bonorum eſt, uel reminiſci, malorum erit ſcire quæ quis turpia egit malorum, ſimiliter autem & in aliis. in omnibus enim ſimiliter probabile.

Similiter inquit cũ locis ab oppoſitis caſibus, & cognatis, & locos a corruptiuis, generationibus, & corruptionibus, & tempore communes eſſe, & ad particularia problemata, & probabile ſimile habet in uniuerſalibus problematibus, & in particularibus. Vt.n. probabile uniuerſale hoc ſi omne uoluptatis corruptiuũ bonum eſt, et omnis uoluptas malũ eſt, ſic probabile & hoc, ſi corruptiuũ alicuius uoluptatis bonum eſt illud quoq; erit uoluptatẽ malũ eſſe. Nã ponebatur quorũ corruptiua bona hæc ſunt mala, quorũ autẽ mala, hæc bonorũ. Econtra aũt in generationibus, ut in corruptiuis, ſic etiã in corruptionibus. Sunt autẽ corruptiua ſcientiæ ſi cõtingerit obliuio, corruptio aũt eſt ignorãtia, & corruptiuũ ſanitatis eſt impleri, corruptio autẽ eſt morbus. Eadẽ quoq; ratio eſt de ſcientia. Vt.n. probabile uniuerſale, ſi ſcientiæ malæ corruptiuũ bonum, aliqua ſcientia malum, ſic probabile, & particulare acceptũ. Nam ſi bonũ alicuius ſcientiæ corruptiuũ, aliqua ſcientia malũ. Et hæc quidẽ exempla a locis corruptiuorum. Sed exẽpla uniuerſalia a locis corruptionum, & generationũ, erunt talia. Si ſcientiæ corruptio bonũ, ſciẽtia malũ: & ſi generatio ſciẽ malorũ, ſciẽtia eſt malum, nã eſt locus a corruptionibus, cuius corruptio bonũ idipſum malũ, & cuius corruptio malũ, ipſum bonũ, ut dixi, locus autẽ a generationibus, cuius generatio malũ, & idipſum tale, & cuius generatio bonũ, & hoc bonum, igitur uniuerſalium locorum exempla talia. Verum ipſe nõ amplius apponit præueniendo cum dicat iam dictũ eſſe de his. Sed problemata in parte, de quibus nunc ſermonem facit oſtendens ſimiliter, & ad hæc utiles exiſtentes locos hos. Si corruptio ſcientiæ bonorum eſt generatio malorũ. Eſt aliqua ſcientia malorum, nã ſimul ambobus locis exiſtẽtibus, ex quibus exẽplum. Nã ſi latere turpia facta alicui bonum, ſcire autẽ turpia facta malum, & hoc quidem a corruptionibus, & corruptiuis exemplum, nã corruptiuum ſciẽtiæ, & cognitionis eſt latere, nam cõmunius nomine ſcientiæ pro cognitione utitur. Corruptio autem eſſet latere, & huius a generationibus ſi reminiſci turpia facta eſt malum, & ſcire ipſa malum, nã reminiſci eſt quędã generatio. Eodẽ autem modo inquit, & in aliis ſe habere, nam ſimile probabile in uniuerſalibus problematibus, & in ſingularibus. Illud autẽ, ſimiliter autem & in aliis, uel ad exempla dictum eſt. Non.n. ſolum in dictis, ſed etiam in aliis prætractabimus uerum, igitur cuius corruptiuum eligibile, ipſum eſt fugibile, & cuius generatio malorũ, & idipſum malum nõ in ſcientia ſolum. Vel in aliis dicit cõſequẽtibus generationes, & corruptiones, ut efficientium, partim uſuum, partim aſſumptionum. Nã ponebatur cuius effectiuũ bonum, & idipſum tale, & cuius uſus, uel aſſumptio eligibilis, & ipſum eligibile. Item ut cuius corruptiuum bonum, idipſum malum, ſic etiam ecõtra. Cuius corruptiuum malum, uel corruptio ipſum bonum. Et in his inquit ſimile probabile, quia in uniuerſalibus, & particularibus problematibus eſt.

Amplius ex eo, quod eſt magis, et minus, & ſimiliter. Si enim magis quidẽ eorum, quæ ſunt ex alio genere aliquid tale, illorum autem nihil eſt, nec quod dictum eſt, erit tale. Vt ſi magis quidẽ diſciplina quædam bonum, quam uoluptas: nulla autẽ diſciplina bonum, nec uoluptas bonũ erit. Et ex eo quod eſt ſimiliter quidem, & minus eodem modo, nam erit & interimere, & conſtruere. Veruntamen ex eo, quod eſt ſimiliter utraq;. ex minus autem conſtruere ſolum: deſtruere autem non. Si.n. ſimiliter poteſtas quædã bonum, & diſciplina. Eſt autem quædam poteſtas bonum, & diſciplina. Si autem nulla poteſtas bonum, nec diſciplina. Si autem minus quædã poteſtas bonum, quam diſciplina, eſt autem quædam poteſtas bonum, & diſciplina. At uero ſi nulla poteſtas bonum, non neceſſe eſt, & diſciplinam nullam eſſe bonum. Manifeſtum igitur, quoniam conſtruere ſolum ex eo, quod minus eſt.

Item loci aſſignati ab ipſo magis, & minus, & ab ipſis ſimiliter, ille qui eſt ex ipſo magis eſt ſolum deſtructiuus, Nã ſi magis aliquod ens nõ eſt, neq; minus ens erit. Locus uero ex minori cõſtructiuus, nã ſi minus aliquod ens eſt, & magis idem eſſet. Et a ſimili locus ſic ad ambo utilis ad conſtructionẽ, & deſtructionem, nam ſi ſimiliter alicui ens eſt illud, & hoc ſimiliter eidem erit. Et ſimiliter alicui eidem aliquod ens non eſt, neque ſimiliter eidem eſſet. Inquit autẽ & hos locos, ſimiliter, & in problematibus particularibus uerisſimile habere, ut etiam in uniuerſalibus. Verũ non amplius mentionẽ facit de differentia ipſorum quã cum aſſignationẽ ipſorum faciebat, expoſuit. Dicẽdo unum circa duo dici, uel duo circa unũ, uel duo circa duo, nã præuenit uno, ut tamẽ utitur exemplo in quo unum dicitur circa duo, nã bonum de ſcientia, & uoluptate per exẽplum dicitur, unum eſt ſimilibus uti, & ſi duo de dicerẽtur, nã ſi magis aliqua iniuſtitia cõferens, uel delectabilis exiſtens nõ eſt conferens, neq; delectabilis erit. Itẽ ſi duo circa duo dicerentur, magis aliqua prodigalitas, liberalitas quædã temperantia, & dementia, ſi nõ primum, nec ſcdm, non amplius in particularibus problematibus locum haberet primus eorum a magis traditus, cuius exemplum erat. Si magis uoluptas, magis bonũ, & uoluptas ſimpliciter bonũ. Rurſus & in his de uniuerſalibus non ferit mentionem, ut ideo dixit de his. Oſtendit autem ſimilitudinẽ particularium in his, facit autẽ demõſtrationẽ primum in hoc deſtructiuo a magis. Cũ igitur ſit uniuerſale problema, erit exemplum uniuerſale. Si magis ſciẽtia bonum exiſtens, quàm uoluptas nõ eſt bonum, nec uoluptas bonum erit. Sed de hoc particulari ipſe ſic mentionẽ fecit. Nam ſi magis aliquid tale eorum ex alio genere, & illorum nihil eſt, neq; certe dictũ erit tale. Quid autem ſit ex alio genere, ipſe per exemplũ ſignificauit dicendo, ut ſi magis ſciẽtia quædam bonum, quã uoluptas, & nulla ſciẽtia bonum, nec uoluptas erit. Nã aliud genus eſt ſciẽtia, & aliud uoluptas. Si quidẽ igitur erat ſimpliciter ſumptũ. Si magis ſciẽtia bonũ, quã uoluptas, uniuerſale erat dictũ in differẽtibus generibus, ut ſi ẽt dicebatur, ſi magis hoc genus tale eſt, quàm hoc ut ſciẽtia quã uoluptas, nunc autẽ addidit, eo quod aliquid, atq; eo ꝙ aliquis particularia efficit ipſa. Cũ uero problema fuerit particulare, deſtruens ipſum uniuerſale dicit. Nulla uero ſcia eſt bonũ, quia nõ eſt aliter deſtruere affirmatiua particularia, ſi ſimpliciter deſtruerẽtur indefinite poſita, uel per uniuerſale negatiuũ, ut ẽt ipſe procedendo dicet. Vnde nõ ſolũ locus eſt procedens in differentibus generibus, ſed ẽt in his quæ ſub idẽ ſunt. Nã ſi eorum, quę ſunt in eodẽ genere, quod maxime tale uidetur aliquis accipiens, oſtẽderet & non tale ens deſtruet, & aliud quid eorũ ſub ipſo tale erit, ut ſi maxime tale eſt id quod uidetur, nõ eſt tale, neq; aliud quid eorũ in genere tale erit. Nã ſi uoluptas quę talis maxime uidetur optima eſt: Hæc aũt eſt ea animæ, nõ eſt optimum: neq; aliqua quædã uoluptas optimũ eſſet. Rurſus ſi ꝙ maxime contingentis ſcibile apparet, nõ eſt ſcibile, neq; aliud quippiã contingens ſcibile erit. Sed maxime cõtingentis ſcibile exiſtens uideretur eſſe hoc, ut in pluribus. Si ergo nõ eſt ſcibile, igitur neq; quippiã aliud cõtingens ſcibile erit. Sic neq; aliquis ſenſus eſt ſciẽtia, quia neq; maxime, ut aſpectus, ſed neq; aliqs hõ impaſſibilis,

quia neq; maxime ſi uideretur, iſte autem eſt ſtudioſus, & ipſe autem quod eſt, & in hoc genere deſtructionem ex ipſo magis fieri paulo procedendo dicit. Vt autem loco uti poſſumus a magis (inquit) & in ſingulis ſingularibuſque problematibus deſtruere. Sic etiam in his a ſimili, & minus poterunt tolli particularia, & cõſtrui. Verum hoc intereſt, quod locus a ſimili, ut prædictũ eſt deſtructiuus, & cõſtructiuus eſt, ſed locus a minus ſolum eſt constructiuus, ut etiã locus ſolum a magis eſt deſtructiuus. Et addit exẽpla, per quæ planũ oſtendit, alium a ſimili, & conſtructiuum, & deſtructiuũ eſſe, ut in uniuerſalibus problematibus, ſic ẽt in particularibus, & aliũ a minus ſolũ eſſe conſtructiuum. Nã quia nõ poſſibile ſit uti loco a minus ad deſtructionẽ demõſtrauit, nã poſito hoc ſi minus quędam potẽtia bonum, uel ſcientia, ſi aſſignaretur, hoc. Eſt autem aliqua poteſtas bonum oſtenditur & conſtruitur quod etiam ſcientia. Quod ſi aſſumeretur nullam poteſtatem bonum eſſe, non oſtenditur illud neq; ſcientiam. Non enim neceſſe eſt ſi minus aliquod ens non eſt, neq; magis eſt, ut neceſſe eſt ſi minus aliquod ens eſt, & magis aliquod ens eſſe. Sed exemplum etiam in his quo uſus eſt, habet unum circa duo dictum, nam bonum de poteſtate & ſcientia dicitur.

Non ſolum autem ex alio genere eſt deſtruere, uerum & ex eodem dum ſumit quis, quod maxime tale eſt, ut ſi poſitum eſt, diſciplina quædam bonum, oſtenditur autem quoniam prudentia non bonum, nec alia ulla erit quia nec, quæ maxime uidetur.

Quod loco a magis exiſtente deſtructiuo non ſolum eſt in differentibus generibus, ut iã dixit, ſed ẽt de eodẽ dicit. Iam præuenimus hoc oſtendentes per plura exempla. Sed per exemplum cõmunius de uirtutibus ut ſcientiarum exiſtentium dixit hoc neq; magis congruens exẽplum ſi oſtenderet uirtutes non exiſtentes ſcientias, ob id, quia maxime uidetur ipſorum ſcientia eſſe. Hæc autem eſt prudentia poteſt oſtendi quod non eſt ſcientia ſed ab ipſo dictum erit, perinde ac dixerit ſi fuerit problema, an quædã ſcientia bonũ, quod eſt æquale huic, ſi quædã uirtus bonũ ſi oſtenderetur qđ maxime ſcientia .i. maxime uirtus non eſt bonũ, neq; quædam alia uirtus bonũ erit.

Amplius ex ſuppoſitione ſimiliter probantes ſi uni, & omnibus ineſſe, uel non ineſſe. Vt ſi hominis anima immortalis, & aliæ: Si autem hæc non, nec aliæ. Si igitur ineſſe alicui poſitum eſt, oſtendendum, quoniam alicui non ineſt, nam conſequetur per hypotheſim nulli ineſſe. Si autem alicui nõ ineſſe poſitum eſt, oſtendendum, quoniam ineſt alicui. Nam & ſic conſequetur omnibus ineſſe. Manifeſtum igitur eſt, quoniam qui hypotheſi utitur: facit problema uniuerſale particulariter poſitum. Nam particulariter confitentem, uniuerſaliter probabit confiteri, quoniam ſi uni & omni ſimiliter probabit ineſſe.

Cum expoſuerit qui ſint loci utiles ad ſingularia problemata, & primum oſtendens quod etiam per quæ uniuerſalia oſtẽduntur, per hæc etiam particularia eo quod ſunt ſub uniuerſalibus ſecundo exponens locos, ut ſimile probabile habentibus in uniuerſalibus & particularibus dicti. Et oſtendens qđ ſimiliter ab eiſdem ad ambo eſt agere nunc dicit locũ ex ſuppoſitione, quos ẽt ipſos oſtẽdit conuenientes ut uniuerſalibus, ſic ẽt ſingularibus. Nã utendum (inquit) loco ex ſuppoſitione eſt in ꝓblematibus particularibus. Quis aũt eſt locus ex ſuppoſitione, indicauit addendo ſimiliter dignũ exiſtimãt ſi uni & omnibus ineſſe par eſt. Et .n. conſtructiuus & deſtructiuus iſte locus ex ſuppoſitione eſt. Nam ſi fuerit quęſitum, an omnis anima immortalis uniuerſale problema & utemur loco ex ſuppoſitione dignitatẽ tanquam ponentes quod ſi una oſtenderetur, & cunctæ ſic ſe haberent. Nã oſtendẽtes quod anima hominis ſic ſe habet, oſtendemus etiam per ſuppoſitionẽ quod omnis, ſi uero deſtruxerimus accipientes quod una non eſt immortalis neq; alia erit, igitur oſtẽdentes animã hominis uel aliã quandã non eſſe immortalem, oſtẽdemus uniuerſale qđ nulla. Si autem fuerit quæſitũ anima immortalis, ut anima hominis particulare erit problema. Similiter autẽ utentes loco ex ſuppoſitione & accipiẽtes hoc ꝙ ſi aliqua immortalis, & omnis anima immortalis. Nã oſtendentes aliquam immortalẽ, & per hoc, & omnẽ immortalẽ eſſe, accipiẽtes, oſtẽdemus ẽt animam hominis immortalẽ eſſe, cuius erat in problemate oppoſitũ. Rurſus quod non eſt immortalis oſtẽdentes, & quod nec una haberemus, ex quo cõcluderemus qđ neq; anima hominis eſt immortalis, de qua quæſtio erat. Qđ aũt ſic oſtẽdentẽ neceſſe ſit uniuerſale oſtẽdere ſi ẽt ꝓblema particulare fuerit notũ. Non .n. poſſibile eſt aliter uti oſtenſione ex ſuppoſitione. Nã dignitatẽ ſtabilire oportet, quod ſimiliter ſi uni, & omnibus, ſi ergo ineſſe alicui ponitur, dictũ eſt qđ ſi erit affirmatiuũ particulare poſitũ qđ uolumus deſtruere, oportet tẽtare utẽtes loco ex ſuppoſitione oſtendẽdo alicui non ineſſe, petẽtes hoc quod ſi demõſtraretur qđ alicui nõ ineſt oſtenſum fore, & illud nulli per quod tolletur & illud alicui ineſſe quod deſtruere uolumus. Si aũt alicui nõ ineſſe fuerit poſitum, econtra eſt oſtendere affirmatiuũ particulare & per ipſum accipere ex ſuppoſitione hoc & omni. Manifeſtum autem eſt quoniam qui hypotheſi utitur facit problema uniuerſale, æquale eſt huic per ſuppoſitionem uniuerſaliter oſtendit per particulare quoque propoſitum particulare deſtruendũ ſit, qa erat problema particulare.

Cum autem indefinitum eſt problema, uno modo deſtruere contingit: Vt ſi dixerit uoluptatem bonum eſſe, uel non bonum, & nihil aliud quicquam determinauerit. Nam ſi aliquam uoluptatem dixerit bonum eſſe, oſtendendum uniuerſaliter, quoniam nulla, ſi debeat interimi propoſitum. Similiter & ſi aliquam dixerit uoluptatem non eſſe bonum, oſtendendum uniuerſaliter, quoniã omnis. Aliter uero non contingit interimere. Si .n. oſtenderimus quoniã eſt quædã uoluptas bonum, uel non bonũ, nondum interimitur propoſitũ. Manifeſtum igitur, quoniam interimere quidem uno modo dicitur.

Inquit cũ igitur indefinitũ ſit problema, & ipſa ſunt de problematibus particularibus. Nã quædã ſimpliciter & indefinite dicũtur, & quædã cũ aliqua definitione uel ẽt plurũ. Oſtẽdit igitur quõ quidem indefinita particularia deſtruere & cõſtruere poſſibile eſt, & quõ definita, & horũ quõ aliqua minus. & quõ aliqua magis. & quod indefinita conſtrui facilius eſt quã deſtrui. Merito autẽ in dictis de accidẽte & oſtẽſionibus particularium problematũ. Vt enim iã ſæpe dictũ eſt in ſolo accidẽte maxime ꝓblemata particularia. Sunt aũt particularia indefinita problemata, ceu aliqua uoluptas bonũ, aliud affirmatiuũ, aliud uero negatiuũ, ut hoc aliqua uoluptas eſt nõ bonũ, nã particulare eſt & hoc incõtinentiæ uoluptas bonũ, ſed ſic definitũ particulare & nõ ſimpliciter dictũ, perinde ac poſſit ẽt æquale huic uoluptas bonũ qđ proprie indefinitũ dicitur, & aliqua uoluptas, & rurſus uoluptas non eſt bonũ, ſic utitur eo. Nã ob id quod hi particulares indefiniti, qđ eiſdem particularibus indefiniti æquiualere poſſunt. Nã prædicẽdo ceu ſi quis dixit uoluptatẽ eſſe bonũ, uel nõ bonũ, eo qđ uoluptas bonũ eſt tãquã idẽ accipit hoc aliquã uoluptatẽ eſſe bonũ, & idẽ huic nõ eſſe bonũ uoluptatẽ, hoc aliquã uoluptatẽ nõ eſſe bonũ. Nã dicit. Similiter autẽ & aliquã uoluptatẽ dixerit nõ eſſe bonũ, ipſę igitur indefinitę particulares, & quia nõ eſt determinatũ utrũ ꝑ uniuerſale, uel per ſeipſos ponit, id qđ eſt in parte, definitas aũt dicit particulares cũ dicit hanc aliqua uoluptas bonũ, et aliqua nõ, et ſpectatiuã uoluptatẽ ſolã bonũ. Cũ autẽ ſint hæ differẽtiæ in particularibus, primũ quidẽ de indefinita in parte ſermonẽ facit, & inquit talẽ particularẽ deſtrui quidẽ uno mõ, & conſtrui dupliciter. Nã

dicentem

dicentem aliquam uoluptatem bonum duntaxat eſt deſtruere oſtendẽtem uniuerſale, qđ nulla uolupras bonũ. Nam qui oſtendit aliquam uoluptatẽ non eſſe bonum, non deſtruxit hoc aliquam bonum eſſe, quia pōt & eadẽ uera eſſe oſtenſa illa. Similiter & dicentem quandam uoluptatem non eſſe bonum duntaxat eſt deſtruere oſtendẽdo quod omnis uoluptas bonum. Nondum.n.qui oſtendit aliquam uoluptatẽ bonũ ſuſtulit hoc non eſſe aliquã bonum. Vtrũ cum ipſe de particulari negatiua dicat, quia per ſolã uniuerſalem affirmatiua deſtruitur, adiecit. Si.n. oſtẽderimus, quoniam eſt quædam uoluptas non bonũ, nondum interimitur propoſitum, & in negatiua particulari hoc dicit. Vnde plura de particulari affirmatiua de qua præueniẽdo prædixit. Verum non amplius apponit ſimile in particulari negatiua oſtendens quod in affirmatiua particulari non deſtruitur, ut notum factum, & hoc per dictum in affirmatiua particulari.

Conſtruere autem, dupliciter. Siue enim uniuerſaliter oſtenderimus, quoniam omnis uoluptas bonum, ſiue, quoniam eſt quædam uoluptas bonum, oſtenſum erit, quod propoſitum eſt. Similiter autem & ſi oporteat diſſerere, quoniã eſt quædam uoluptas non bonum, ſi oſtenderimus, quoniam nulla bonum, uel quoniam quedam non bonum, oſtendentes erimus utroque modo, & uniuerſaliter, & particulariter quoniam eſt quædam uoluptas non bonum. Cum autem determinata fuerit poſitio: dupliciter interimere erit. Vt ſi ponatur alicui quidem ineſſe uoluptati bonum eſſe, alicui autem non ineſſe. nam ſiue omnis oſtendatur uoluptas bonum, ſiue nulla. interemptum erit propoſitum.

Inquit conſtruere dupliciter eſſe utrunq; ſic particularium. Et.n.uniuerſale oſtendentes omnem uoluptatẽ bonum, & particularem aliquam uoluptatem bonum conſtruemus, ſcilicet particulare affirmatiuũ. Similiter & particulare negatiuũ conſtrueretur, ſi oſtenderetur, qđ nulla uoluptas bonum. Si.n.nulla neq; aliqua, & ſi aliqua non erit bonũ, nam ſit utroq; modo oſtenſum, quia quædam uoluptas non eſt bonũ. Si autem determinatũ fuerit problema quod poſitionẽ dixit, & ſi fuerit determinatio talis in problemate. Si quædã uoluptas, bonũ, aliqua autẽ nō. Videtur autẽ mihi hoc, aliqua aũt non, adiecit non ut prorſus id quod debet poni in propoſitione, ſed ut indicatiuum non huius ut non ſit particularis per ſe uera ſolum, ſed ob uniuerſalem in qua eſt, neq; indefinite. Et.n.ſi fuerint duæ propoſitiones poſitæ, nō amplius una propoſitio dupliciter deſtrueretur: ſed duæ exiſtentes ſub duas, altera affirmatiua ſub uniuerſali affirmatiua, & alia negatiua ſub uniuerſali negatiua, porro dupliciter inquit, cōtingit ſic diffinitam deſtrui particularem. Et.n.cum fuerit oſtenſum quod omnis uoluptas bona, deſtruetur aliquam eſſe & aliquam non. Et ſi nulla bonũ exiſtens oſtenderetur. Non enim poſſibile eſt nulla exiſtente bona uoluptate aliquam oſtendere bonam eſſe & aliquam non. Si autem ſic ſe habet diffinitio particularis.

Si autem unam ſolam uoluptatem poſuerit bonum eſſe, tripliciter contingit interimere, oſtendentes.n.quoniam omnis; uel quoniam nulla, uel quoniam plures quam una bonum: interimentes erimus, quod propoſitum eſt. In pluribus uero poſitione determinata (ut quoniam prudentia ſola uirtutum ſciẽtia eſt) quadrupliciter eſt interimere. Oſtenſo enim quoniam omnis uirtus ſcientia, uel quoniam nulla, uel quoniam et alia quædam, ut iuſtitia, uel quoniam eadẽ prudentia non eſt ſcientia interemptum erit propoſitum.

Inquit ſi una ſola uoluptas bonum, tripliciter deſtructio eius erit, nam & omnis uoluptas bonũ exiſtens oſtẽderetur, tolleretur, deſtrueretur q; una ſola, & ſi nulla, nã ſi nulla bonũ non uerum erit, neq; una ſola, ſed & ſi oſtẽderint plures eſſe bonas, et ſic deſtrueretur hoc unam ſolam bonã eſſe. Si autem ad huc in pluribus determinatio particularis problematis fieret, & haberet ſic. Si prudentia ſola eligibilium eſt ſcientia quatuor modis erit eius ſublatio. Et.n.quod omnis uirtus ſcientia eſt oſtenderetur, & ſi quod nulla uirtus ſciẽtia, & ſi quod plures, ut iuſtitia. Nō amplius.n.ſola, & ſi quod prudentia non eſt ſcientia, profecto aliqua alia exiſtente, nam & ſi aliquæ aliæ fuerint, hæc autem non, deſtruitur poſitum. Itẽ ſi poſitum fuerit has tres ſolas aliquas uirtutes ſcientias eſſe, quinq; modis deſtrueretur ſcđm ipſum ſubdeductũ modum. Et.n.per ꝑ hoc omnis, & ꝑ hoc nulla, & per hoc plures, & ꝑ hoc pauciores, & per idẽ eunus, & hæ tres quæ fuerunt nominatæ in problemate deſtruẽtur. De his etiam Theophraſtus in calce libri de affirmatione uidetur feciſſe ſermonẽ.

Vtile autem & inſpicere in ſingularibus, in quibus ineſſe aliquid, uel non, dictum eſt, quemadmodum in uniuerſalibus problematibus.

Vt in ſecundo libro dignitatem ſtatuit de uniuerſalibus problematibus, poſito ꝓblemate inſpicere ad ſingularia, uel ad ea quæ ſub uniuerſali. Et ſi quidem inueniretur ineſſe nulli poſitũ uniuerſaliter ineſſe plura accipere redacta ſub eodẽ uniuerſali, qđ nulli inſit, uel ſi pluribus uideretur ineſſe, ponere quod cunctis uel ferre inſtantiã de aliquo non ſic inquit oportere facere & in particularibus problematibus. Nã hoc dixit per hæc ineſſe in quibus aliquid uel non dictũ eſt. Nã ſi fuerit poſitum quod aliqua uoluptas bonum oportet recipere ad uoluptates particulares, ut ſi fuerit poſitum uniuerſale quod omnis uoluptas bonum. Et ſi nō inueniretur in tali reſpicientia, aliqua uoluptas exiſtens bonũ oſtenſum erit propoſitũ. Si autem in pluribus non ſic ſe habere inueniretur uniuerſale dignitatis loco nullam eſſe bonum. Sic autẽ deſtruemus & propoſitum particulare, quare & hic commune problematibus particularibus.

Amplius in generibus inſpiciendum, diuidenti ſecundum ſpecies uſque ad indiuidua, ſicut prius dictum eſt. Nam ſi omni appareat ineſſe, ſiue nulli multa proferenti, poſtulandum uniuerſaliter confiteri, aut ferret inſtantiã in aliquo non ſic.

Erat etiam hoc in uniuerſalibus problematibus dictũ in ſecundo libro, quod in quibus problematibus generale aliquid aſſumptum eſt oportet diuiſionem eiuſdem facere in ſpecies, & rurſus in ea quæ ſunt ſub ſpecies & uſq; ad indiuidua conſiderare. Si unicuiq; ipſorum ineſt hoc generi problematis poſitum ineſſe, nam ſi fuerit ꝓblema, utrum eſt oppoſitorum eadem ſcientia, uel non quia oppoſita multipliciter dignitatem ſtatuebant ut unumquodque ipſorum diuiſim acciperemus, deinde propria ſub unoquoq; ipſorum & conſiderare ſi in unoquoq; ipſorũ eadem eſt ſcientia, nam utile eſt hoc & ad deſtructionem & ad cōſtructionem, ut in uniuerſalibus, ſic inquit faciendum etiam in problematibus ſingularibus, quando aliquod generale in ipſis fuerit, ut ſi fuerit problema ſi aliquorum oppoſitorum eadem ſcientia, diuidendum ſimiliter oppoſita & in unoquoque reſpiciendum eſt ipſum & ea quæ ſub ipſo. Et ſi quidem in pluribus uideretur ſic ſe habere, conſtruendum eſt problema uelut uniuerſale ineyiſtens omnibus poſitum alicui ipſorum non eſſe, ſi autem in pluribus non ſic ſe habere inueniretur ab his incipientes rurſus dignitas ſtatuenda eſt quod nulli, ſic deſtruendum eſt affirmatiuum problema particulare. Similiter & ſi aliquis diceret uirtutem ſcientiam eſſe diuidendo uirtutes, primum quidem ad logicas & morales, deinde rurſus morales diuiſim, & rationales per ſe oſtendentes in his quæ ſemper prius tractantur, ꝙ non ſcire uniuerſale eſt accipere, quod nulla, & ſi deſtruere aliquã eſſe ſcientiam. Sed non multum differt hic locus ab illo ante hunc, niſi quia hic generis diuiſionem in ſpecies primum cenſebat & dignitatem fieri. Deinde ſic ad ſpecies ordine procedentes ad ſingularia proficiſci. At ille ante hunc

& ſi non genus fuerat acceptum cõmune tamen aliquid inſpicere cenſebat ad indiuidua ſub ipſo.

Amplius in quibus poſsibile eſt, aut ſpecie, aut numero determinare accidens, inſpiciendum, ſi nullum horum ineſt: Vt quoniam tempus non mouetur, nec eſt motus, annumerãti quot ſunt ſpecies motus. Nã ſi nulla earum ineſt tempori, manifeſtum, quoniam non mouetur, nec eſt motus Similiter autem & quoniam anima non eſt numerus: diuidenti, quoniã omnis numerus aut impar, aut par. Si enim anima neq; impar, neque par, manifeſtum, quoniam non eſt numerus. Ad accidens igitur per talia, & hoc modo argumentandum.

Cum ſuperius dixerit diuidendum eſſe ſubiectum terminum in problematibus ab accidẽte, ſimiliter in uniuerſalibus & particularibus & ſi fuerit generalis in ſpecies uſque ad indiuidua: nunc dicit de prædicato, & eo quod dicitur accidere, & idem dixit in uniuerſalibus. Etenim in particularibus in quibus poſsibile eſt, oportet (inquit) & hunc diuidere & diffinire uel ſecundum ſpeciem, uel ſecundum numerum, & uidere ſi aliquid eorum ex diuiſione ineſt ſubiecto, nam ſi inexiſtens aliquid ipſorum ſubiecto inueniretur, conſtructum erit problema particulare. Si uero nullum inueniretur, deſtructum erit, ut ſi quęreretur, utrum tempus mouetur uel non, quia motus multipliciter dicitur, diuidendæ & ſumendæ ſunt ſpecies motus, quia igitur omnis motus uel ſecundum locum eſt, uel ſecundum quantitatem, uel ſecundum qualitatem, unuſquiſq; motus ſumendus eſt & quærendum ſi ſecundũ aliquem ipſorum poſsibile eſt moueri tempus. Et ſi uideretur quod nec ſecundum locum moueri poteſt, quippe ipſum non mutet locum. Nam quomodo id quod non ſuſtinet, poteſt mutare locum, immo nec ſuſtinens magnitudinem poteſt mutare locum. nam ſuſtinentis & deferentis eſt motus ſecundum quantitatem. Item nec ſecundum qualitatem, nec ſecundum aliquam aliam ſpeciem motus deſtrueretur tempus moueri. Si autem quæreretur ſi motus eſt tempus generale fieret problema. Oſtenderetur autem quod non eſt motus, quia nec localis, nec alteratiuus, nec ſecundum quantitatem, nam ſi aliquis horũ eſſet omne quod eſt in tempore in aliquo motu horum erat eodem & continuo. Similiter ratio etiam in anima, ſi quæreretur utrum moueatur uel non. Item ſi quæretur utrum aliqua anima ſit numerus, uel non, quia omnis numerus uel impar, uel par, quod, anima non impar numerus fuerit, neq; par profecto nec numerus erit. Et eadem generalior diuiſio ſecundum ſpecies, ſed ſecundum indiuidua erit ſi diuidentes rurſus utrunque horum in numeros ſub ipſis oſtenderemus: nam ſi par uel duo erit, uel quatuor, uel ſex, uel octo, uel decem: ſi autem impar, uel tria, uel quinque, uel ſeptem, uel nouem, quorum numerorum eſt dicere animam eſſe, indiuiſilem, & atomũ, neq; igitur impar numerus, neq; par eſt anima. Quod ſi nõ horum aliquis, nec numerus uniuerſaliter eſt. Videtur tamẽ ipſe per exempla de uniuerſalibus problematibus, ſed nõ de particularibus adhuc mentionem facere.

ALEXANDRI

APHRODISIENSIS, IN

Quartum Ariſtotelis Topicorum

EXPLANATIO.

DEINCEPS *uero dicendum eſt de ijs, que ad genus ac proprium pertinent: ſiquidem hec ſunt elementa eorum, que ad definitiones ſpectant, & tamen hec raro in diſputationem cadunt.*

QVIA in ſecundo ac tertio libro huius uoluminis tradidit nobis locos, quibus de quæſtionibus accidẽtis confirmando & refellendo poſsimus diſſerere, idq; ſiue quæratur utrũ accidens ſimpliciter inſit uel nõ inſit ſubiecto, ſiue cõparate: quãdo quæſtiones cõparatiuas ad eas, quæ accidẽtis ſunt, redigi affirmauit, ſequitur, ut de aliis quæſtionũ generibus loquatur. ea aũt genera de quibus uerba facienda ſunt, a genere, a proprio & a definitione oriuntur: quibus in generibus omnes dialecticæ quæſtiones cõtinentur. Quęſtio. n. in qua quæritur, propter quid, ut propter quid mũdus ſit globoſus, aut luna deficiat, appellatur quidẽ quæſtio, ſed non dialectica: quia inquiſitio propter quid eſt magis ſciẽtifica. Eadẽ etiã ratione ad dialecticam nihil pertinet quęrere, quid aliquid ſit, ueluti quid eſt anima, ſed quęrere an hæc ſit animæ definitio, ad dialecticã pertinet. uerũ quid ſit anima, & quæ ſit natura aquarũ uaticinantium ad dialecticũ non ſpectat, quõ illæ interrogationes non ſunt dialecticæ. interrogatio. n. dialectica eſt contradictionis interrogatio. Sed quid, aut propter quid eſt, neq; contradictio eſt, neq; omnino oratio negatiua. Præterea tradit locos, quibus confirmemus uel infirmemus quæſtiones quæ in iis generibus ſunt. in primis aũt eos qui ad genericas quæſtiones pertinent, quõ poſt accidens genus eſt omnibus reliquis uniuerſalius. Accidens. n. eſt uniuerſaliſsimũ, & omnium quæſtionũ ſimplicisſimũ: nam inerit ſoli huic eſſe. Hęc aũt genus & propriũ & diffinitio ſunt quippe in quali inexiſtẽtia omnia. Non. n. per ſe ſufficiẽs eſt ſolũ ineſſe ad hoc uel ut genus, uel ut propriũ, uel ut definitio ineſt, ut erat ſufficiẽs de ſe in accidẽte. Sed oportet ẽt propriũ modum inexiſtentiæ uniuſcuiuſq; ipſorũ in cõſtructione oſtendere. Nã proprietatem quandã quæ ſic ineſſe dicũtur ad ſubiecta habet, ſed genus cõmunius, nam de pluribus genus. Sed diffinitio & propriũ non de pluribus & differentibus ſecundum ſpeciem ſunt, ſed quadã proxima una natura, quare quia cõmunia propriis prima, & cõmunius genus illorum, merito primo locos ad problemata a genere aſsignat, ſimul autem ordinat cũ problematibus a genere, & problema a differentiis, ut dixit ẽt in primo, quia differentia eſt in ſubſtantia rei, cuius eſt differentia, ut genus cõmunem ſubſtantiã indicat & in plus ſimiliter eſt cũ genere, reducerentur aũt ad generica problemata ẽt ea a ſpeciebus problemata, ſi aliqua erunt, quia ẽt ſpecies de pluribus & in quid eſt prædicantur, unde dicit. Poſt hæc autẽ de his quæ ad genus & proprium inſpiciẽdum, poſt locos. ſ. ad accidens (inquit) oportet, de his ad genus & ad proprium locis conſiderandum eſt. Et cur de his primum, & poſterius de his quæ ad diffinitionẽ adiecit hoc. Sunt autem elementa hæc eorũ quæ ſunt ad terminos. Nam loci per quos ad genus & propriũ argumẽtamur, uel conſtruentes uel deſtruentes, ſunt elementa & principia argumentationum ad diffinitiones, nã quia oportet diffinitionẽ non ſolum genus habere in ſeipſa, ſed ẽt propriam eſſe rei: loci uero generum & propriorum cõſtructiui conferrent etiam ad conſtructionem diffinitionum, nã qui oſtendit quod ſecundum aſsignatum genus in ratione, et ratio propria rei, erit, etiam quod diffinitio eſt aſsignata ratio, oſtenſum. Item loci generũ & propriorum ſunt loci deſtructiui & utiles ad deſtructionẽ diffinitionũ. Nam qui oſtendit quod non genere ut genus aſsignatũ eſt in oratione, ſuſtulit etiam ipſam diffinitionẽ. Similiter etiam qui oſtendit, quod non eſt proprium. Porro quatenus hi loci conferunt ad genus & proprium & ad diffinitiua & problemata, & ſunt principia conſtructionis definitionum & deſtructionis, quia etiam genus, & propriũ ſunt elementa diffinitionum, nam oportet & hæc habere diffinitionem, merito & hi elementa dicerentur locorum ad diffinitiones, & quia elementa prima horũ ſunt, quorum ſunt elementa, ſint etiam loci ad hæc primi ad genera. Sed ipſorum rurſus primi qui ſunt ad genera, qui etiã genus proprio (ut dixi) communius eſt. Dicit autem

rarius fieri a dialecticis ſermonē de problematibus a genere, proprio, & diffinitione, nam plurima dialecticorum problematum de aliquo accidente quæſtionem habent, nam quæruntur talia problematum dialecticorum in pluribus, ut ſi eligibile eſt uxorem ducere, uel ciuilia tractare, uel bonū diuitiæ, uel ſanitas. Problemata autem de generibus, propriis et diffinitionibus habent opus diligētioris methodi & ſcientialioris quā ſcdm dialecticā methodū.

Si ergo ponatur genus alicuius exiſtentium, primum quidem inſpiciendum ad omnia, quæ cognata ſunt ei, quod dicitur, ſi de aliquo non prædicatur, quam ad in accidente: Vt ſi uoluptatis, bonum ponatur genus: ſi aliqua uoluptas non bonum. Nam ſi hoc manifeſtum eſt, quoniam non genus bonū uoluptatis, genus enim de omnibus, quæ ſunt ſub ipſo ſpeciebus, prædicatur.

Primus locorū ad genus aſſignatus talis eſt, quia genus de omnibus ſimilibus ſpecie ſimiliter prædicari, inqt oportere, quando aſſignaretur de aliquo ut genus reſpiciendum eſt ad omnia cognata, i. ad ea quæ ſunt eiuſdem naturæ & ea quæ traduntur ſub idē genus, ut faciebamus etiam de accidente. Et.n.in problematibus ex accidente putabat reſpiciendum eſſe ad omnia quæ ſunt eiuſdē naturę, ſed in illo quidem per ſe ſufficiens ad conſtitutionē problematis, hoc & ſi uni ex his inuenire poſitū ut accidens ſiquidē uniuerſale problema fuerit & deſtruere rurſus ſi nulli inſit: Sed in genere ſi non omnibus ineſt ſimilibus ſpecie aſſignatum genus non pōt hoc ipſum eſſe genus ēt ſi aliquibus inſit. Vnde aliquis ſic oſtenderet bonū non eſſe genus uoluptatis quia non omni ineſt, non.n.uoluptates incontinentium bonum. Sic ēt Plato argumentatus eſt in Philæbo, accipiendo incontinentem uoluptate frui, ſed ēt temperans uoluptate fruitur. Rurſus fruitur uoluptate etiam demens, & refertur opinionibus ſtultis ac ſpe uana quibus infertus quod ſtultus uideretur merito. Vnde diſſimilitudines has ſic eis exiſtentes in unū genus bonum ſi quis colligeret, ſic oſtenderet ēt uirtutis nō eſſe genus ſcientia, nā ſcientia neceſſariorum, ſempiternorum & non contingentiū aliter eſſe. Sed uirtutum aliā ſapientiam, aliam uero prudentiam quæ dicuntur morales uirtutes circa contingentia, & aliter ſe habere conſtitui dicimus. Eſt autem locus ad deſtructionem utilis, nā ſic ſi cunctis ſimilis ſpeciei ineſt, neceſſe eſt idem genus eſſe: Præterea oportet ut in quid eſt prædictum ipſum.

Deinde ſi non in quid eſt, prædicatur: ſed ut accidens. Quēadmodum album de niue, uel de anima a ſeipſa motum. Neq; enim nix quod quidem eſt album. Quapropter non eſt genus album niuis. Neque anima quod quidem motum, nam accidit ei moueri: quemadmodum & animali frequenter & ambulare, & ambulans eſſe. Amplius motum non quid eſt (ſed quid faciens uel patiens) ſignificare uidetur. Similiter autem & album. Non enim quid eſt nix, ſed quale quid eſt, indicat, quare neutrum horum in quid eſt prædicatur.

Vt in accidente dixit conſiderandum eſſe, ſi id quod ſecundū alium modum quendā ineſt, ut accidens aſſignauit, nam cum dicat colorem accidere albo, uel albū colorari, non ſane aſſignabat, nam dixit ut genus inexiſtens accidere. Sic etiam de genere inquit oportere indagare nō accidens ut genus aſſignauit, nā poteſt aliquid omnibus ſimilis ſpeciei ineſſe. Verū non ut genus ſed ut accidens. Eſt autem proprium generis, ut igitur & ſpeciei in quid eſt prædicari. Porro ſi aſſignatum nō ſic prædicaretur, oſtenderetur quod non eſt, ſic etiam oſtendetur neque album genus eſſe niuis, neq; motum, neq; quod anima ſit ſeipſa mouens, ut Platoni uidetur, nā nec de niue in quid eſt prædicetur album, non.n.nix id quod uere eſt album. Similiter autem neq; ſeipſa motio animę neq;.n.albi diffinitio de niue in quid eſt, neq; ipſa motio de anima, nam ſi nix id eſt, quod uere albū, & albū quod uere color eſt, & color qđ uere eſt qualitas, profecto nix eſt id qđ uere qualitas, nam qñ alterum de altero prædicaretur ut de ſubiecto quæcunq; de ſubiecto dicuntur, hæc ēt de prędicato dicentur. De ſubiecto aūt quæ dicūtur de aliquo in quid eſt de ipſo prædicantur. Similiter aūt & ſi anima fuerit id quod uere eſt ſeipſum mouens, & ipſum quod eſt ſeipſa motio id quod uere motio, & motus eſt actus imperfectus. Quod aūt ipſa ſeipſa motio non ſit genus animæ, oſtenderetur etiam ex hoc, ſi motio a ſeipſo eſt animæ genus, oportet ipſam, & de aliis quibuſdam ut ſpeciebus prædicari quæ ſint diuiſę contra animā, aliquorū igitur non tamen ſcdm hoc nunc, qđ nō genus oſtendit, ſed ꝙ nō in quid eſt, nam hic locus alius eſt. Hoc aūt neq; anima qđ quidē motū fecerit dicens pro hoc qđ quidē eſt motus. Amplius motū non eſt aliquid, quia nō genus eſt motus animæ uel uniuerſaliter ſubſtantia alicuius, & ſic oſtendit. Si genus quid eſt ſignificat, & motus & ſeipſa motio nō aliquid eſt anima ſignificat, ſed quid facit uel patitur, nā quatenus moueri dicitur, patitur, quatenus autem a ſeipſa facit. Item pōt hoc ſed quid aliud faciēs, uel patiens de moto dici tanquā eſſe moti conſiſtat in actione & paſſione. Item prædicatur quidem motus de motis. Si autem fuerit anima quod uere motus, uel qđ uere motio a ſeipſo, nō amplius moueretur, nā ſic eſſet motio mota. Primū igitur demōſtrauit quod non in quid eſt ab hoc ſubiectum nō dici quod uere hoc quod ut genus de ipſo prædicatur. Secundum aūt ab hoc genus in quid eſt prædicatū, quid eſt ipſum ſubiectū ipſi ſignificare. At hęc non ſignificant quid eſt ſubiectum, ſed quale uel quid faciens, quidue patiens. Similiter oſtenderetur qđ neq; dulce eſt genus mellis, neq; amarum abſinthii, neq; uoluptas boni. Et.n.ſi inſeparabile eſt ſuaue uoluptuoſumq; a bono, ſed non in quid eſt de ipſo prędicatur. Verū differret hic locus ab illo qui eſt ante, quia per illū oſtēdebatur ſubiectum non eſſe quod uere eſt prædicatum, ſed in hoc econtra prædicatum non ſignificat quid eſt ſubiectum.

Maxime autem in accidentis definitione eſt inſpiciendum, ſi aptatur ad dictum genus, ut & ad quæ nunc dicta ſunt. Contingit enim quippiam mouere ſeipſum & non. Similiter & album eſſe & non. Quare neutrum horum genus, ſed accidens: eo quod accidens dicimus quod contingit idem ineſſe alicui, & non.

Inquit maxime oportere reſpicere ad diffinitionem accidentis ſi alicui aſſignatorum ut generum inſit. Eſt autem accidentis diffinitio hæc, ut poſſit ineſſe & non ineſſe. Si autem albo quod ut genus aſſignaretur de niue, uel a ſeipſo motioni quæ genus animæ ponebatur accidentis ratio cōuenit hæc, ſ. poteſt ineſſe & non ineſſe, profecto neutrum erit genus ipſorum. Sed aliquis quæreret qūo uel niui album uel animæ ſeipſo motum, poteſt ineſſe & non ineſſe ſecundum ponentes animam eſſe ſemper motam. Niſi ꝙ hic hæc non dicit quæ poſſint ineſſe & non ineſſe, ſed uniuerſaliter & ſimpliciter omni ſubſtātiæ ineſt. Nam ſi talibus ut ſpeciebus & aliis ſubſtantiis hæc indigerent quibus ineſt ut ſpeciebus ineſſe. Si autem ſunt quibus aliqua poſſunt ineſſe & non ineſſe cum non ſint illorū genera, neq; horum erit proportionale in illis exiſtentiū. Vt aūt album inexiſtens aliquibus ſubſtantiis pōt ineſſe & non ineſſe, ſic ēt ipſa a ſeipſo motio. Nā animalia cū ſint ſeipſa mota nō ſemper mouentur, perinde ac dictū ſit ꝙ nihil horum quod pōt aliquibus ineſſe, & non eſt genus aliquorū quibus ineſt, & ſi quibuſdam ipſorū ſic ineſt, ut ſit inſeparabile ab ipſis, nā color genus non alicuius horū quibus ineſt, ſed quorū eſt in ſubſtātia. Vel non oportet dictum intelligere, ut in his exemplis dicti. Sed quia poteſt aliquando & tale, & ſic inexiſtens alicui ut genus aſſignari tale & a diffinitione accidētis qđ non eſt genus oportet redarguere. Et.n.nunc dicta quod non ſunt illorum genera quibus cōtingunt ineſſe hæc, & non

a diffinitioneaccidentis oſtenderentur,nam neq; animalis ipſum ſeipſo motum eſt genus.Atqui exiſtēte ſeipſo moto, quod eſt, quando non ineſt eidem idem mouere,nec album illius cui poteſt idem & ineſſe & non. Sic neq; ſentire eſt hominis genus,nam poſſibile eſt ipſum,& ſentire, & non,non enim idem ſenſitiuum,& ſenſibile.

Amplius ſi non in eadem diuiſione eſt genus & ſpecies, ſed hæc quidem ſubſtantia,illud autem,quale. Aut hæc quidē ad aliquid,illud autem,quale. Vt nix quidem & cygnus ſubſtantia:album uero non ſubſtantia,ſed quale.Quare non eſt genus album niuis,neq; cygni. Rurſum diſciplina quidem ad aliquid,bonum autem,& pulchrum quale.quare non eſt genus pulchrum uel bonum diſciplinæ, genera enim eorum, quæ ſunt ad aliquid,& ipſa ad aliquid oportet eſſe:ut in duplici.Etenim multiplex eſt genus duplicis,& ipſum eorum, quæ ſunt ad aliquid eſt. Vt autem generatim dicatur,in eadem diuiſione oportet genus eſſe ſpeciei. Nam ſi ſpecies ſubſtantia, & genus: & ſi quale quippiam ſpecies eſt, & genus quale quippiam, ut ſi album quale quippiam,& color.Similiter autem & in alijs

Oportet in eodem prædicamento, & eodem genere, & eadem diuiſione eſſe genus & ſpecies,nam eiuſdem naturæ oportet ambo eſſe. Porro ſi aſſignatū genus alicuius ſub alio prædicamento fuerit, & ſub alio ſpecies, de quo aſſignaretur ut genus,non erit aſſignatum genus:nā ſi aliud fuerit ſubſtanna,ut piſcis & canis,& alterum quale ut album, non poſſibile eſt album eſſe genus niuis uel cani, propter hæc autem neq; motus animæ erit genus ſiquidem anima ſubſtantia, & motus non ſubſtantia, ſed uel aliqua paſſio,& qualitas,uel ad aliquid,uel quantum. Sed neq; ſcientiæ bonum eſſet genus uel honeſtum,ſi quidem honeſtum eſt quale, & ſcientia de numero eorum quę ſunt ad aliquid.Sed aliquis quæreret quomodo ſciētia erit genus geometriæ,muſicæ, & aliarum ſcientiarū, ſiquidem ſcientia eſt ad aliquid,& illæ qualitates. Vel nihil prohibet ſcientiam etiam eſſe qualitatem cum ſit habitus & ad aliquid. & cum ſit ipſa per ſe qualitas, & genus prædictarum.Similiter etiam uirtus temperantiæ, & fortitudinis genus non quatenus ad aliquid,ſed quatenus qualita.sEt forſitan in eo quod eſt ad aliquid hoc contingit ſolum eo quod ſignificat aliquarum habitudinem ad aliquid, ſed quorum habitudo ad aliquid eſt, non amplius illa ad aliquid, nam quatenus accidit,ut aliquid ſub duo genera cadat,ſic eſt ad aliquid,nam in his ad aliquid ſunt ſecūdum habitudinem,& ſub quodam alio ſub quo ſunt illa ſine habitudine accepta ſecundum ipſorum naturam,nam cum ſit aliquod primum deinde habet habitudinem ad aliud,ideo & ſub illo genere erit.Nihil porro prohibet & bonum ſub qualitate eſſe,uel bonum eſſe genus ſcientiæ, quatenus etiam ipſa ſcientia eſt qualitas, ut enim ſcientia ad aliquid exiſtens genus eſt eorum quæ ſub ipſa,ſcilicet geometriæ,muſices, & aliarum quæ non ſunt ad aliquid,eo quod genus ipſarum nō eſt ad aliquid. ſic rurſus nil probibet ad aliquid genus eſſe ſcientiæ, uel bonum, uel honeſtum cum ſint qualia,unde ſcientia non quatenus ad aliquid eſt genus ipſarum, ſed quatenus eſt qualitas. Non enim ſcientia ſolū eſt ad aliquid,ideo oporſet in alijs generibus obſeruare hoc, non enim poſſibile eſt ſecundum prædicamenta idem eſſe ſub pluribus.Oſtēderes autem incipiendo a loco hoc,quod neq; ſimitas narium eſt cauitas, ſiquidem naſus ſit ſubſtantia, & ſimitas non ſubſtantia, ſed qualitas. Nam paſſio aliqua ſimitas eſt,ideo magis conſentaneum eſt ipſam ciuitatem dicere in naſo. oſtenderetur autem quod neq; ſtrepitus uel uox eſt aer percuſſus, ſiquidem aer ſit ſubſtantia, & ſtrepitus non ſubſtantia,nam eſt aliqua paſſio & qualitas,ſed conſentaneum magis eſt dicere ipſam eſſe plagam in aere. Eſt autem locus ad deſtructionem ſolum utilis, nam ſi non eſſet pręedicatum,ſub eadem diuiſione & ſubiectum, non eſſet genus prædicatum, non tamen ſi ambo eſſent ex eodem genere, iam neceſſe eſt alterum alterius genus eſſe.

Rurſum ſi neceſſe fuerit, uel ſi contigerit genus participare,quod poſitum eſt in genere,terminus autem eius, quod eſt participare eſt ſuſcipere participati rationem. Manifeſtum igitur,quoniam ſpecies quidem participant genera: Genera autem ſpecies non.nam ſpecies ſuſcipit generis rationem,genus autem ſpeciei non. Conſiderandum igitur ſi participat,uel ſi contingit aſſignatum genus participare ſpeciem: ut ſi quis entis,uel unius genus quodpiam aſſignauerit. Accidet enim genus participare ſpeciem. Nam de omnibus,quæ ſunt,ens & unum prædicantur,quare & ratio eorum.

Quid eſt participare ipſe indicauit,nam ſuſcipere participati rationem eſt ipſo participare. Poſitum autem in genere eſt ſpecies, de qua aſſignatum ut genus aſſignatur,quia igitur ponuntur ſpecies ſuſcipere rationem generum, ſed genera non amplius ſuſcipere rationem ſpecierum, ideo dicuntur ſpecies participare generibus, & minime genera participare ſpeciebus.His igitur ſic ſe habentibus ſi hoc poſito ut in genere aliquo prædicatum ut genus ipſius rationem & diffinitionem, uel ſuſciperet, uel poteſt ſuſcipere,non eſſet genus aſſumptum,ceu ſi diceret aliquis entis genus quod quid erat eſſe, uel unius. Nam aſignatum de aliquo horum ut genus, prorſus recipit rationem entis & rationum unius.nam omne quod eſt in exiſtentia ens & ens & unum eſt, ſic oſtendes quod non bene hoc aliquid genus entis Stoici ponunt, nam ſi quid,patet quod etiam ens,ſi autem ens reciperet entis rationem, ſed illi ſtatuētes ipſiſmet ens de corporibus ſolis dici,effugerent dubitatum. Nam ob hoc aliquid generalius de ipſo inquiunt eſſe prædicatum, nō de corporibus ſolum, ſed etiam de incorporeis,ſed quia generaliſſimū eſt, quidaut etiam ſub ipſo unum,ſed poteſt etiam unum de aliquo eodē prædicare,quare non ipſum aliquid non erit genus unius ſuſcipiens eius rationem.Sic etiam oſtendes neq; multitudinem eſſe genus numeri.Etenim multitudo numerus,& competit eidem ratio numeri,ſi autem hoc non bene diffinientes ferunt numerum multitudinē unitatum eſſe, etenim ipſa multitudo ſunt ipſę plures unitates,ſed entis & unius dixit rationes & diffinitiones eſſe, ſiue communius,ſiue probabilius, uel quia ſic & placet, ut eorum quæ dicuntur multipliciter, ceu dicuntur quæ habent attributionem ab uno ad unum diffinitiones eſſe. Talia autem ſunt ens, uel quia ſecundum aſſignātes quid eſſe genus horum, ſecundum illos forte, hæc etiam ſunt genera.

Amplius ſi de aliquo aſſignata ſpecies uera eſt, genus autem non: Vt ſi ens,aut ſcibile opinabilis genus ponatur, nam de non ente opinabile prædicabitur. Multa enim nō entia opinabilia ſunt, ſed quod ens, uel ſcibile non prædicetur de non ente, manifeſtum.Quare non eſt genus ens,neque ſcibile opinabilis.De quibus enim ſpecies prædicatur,& genus oportet prædicari.

Quia genus propriæ ſpeciei de ſubiecto prædicatur, neceſſe eſt ipſum etiam de his prædicari, de quibus ſpecies ſub ipſo prædicatur, nam ſpecies eſt aliquo modo pars ipſius generis,ſed partes partium & uniuerſaliteſ uniuerſorum ſunt partes.Quando igitur aliquid fuerit,ut genus de aliquo aſſignatum, oportet conſiderare, & ſi de quibus ſpecies ſubiecta prædicatur etiam genus aſſignatum de omnibus prædicatur. Nam ſi non de omnibus prædicaretur non erit genus eius ſpeciei. ſic oſtendetur opinabilis non eſſe genus ens,nec unum, nec ſcibile,quia opinabile etiam de non ente prædicatur.nam opinamur etiam de non ente quod non eſt,ut dixit etiam in libro de interpretatione. Nam opinio eſt ipſius quod non eſt: nō tamen ens,uel unum, uel ſcibile uerificatur de non ente.

Oſtenderetur

Oſtenderetur præterea bonum nec eſſe genus uoluptatis, quia uoluptas etiam uerificatur de uoluptate incontinentium, ſed minime bonum. Item nec ſcientia genus eſſet uirtutis, quia uirtus etiam de contingentibus aliter ſe habere uerificatur, eſt autem locus hic deſtructiuus.

Rurſum ſi nullam ſpecierum contingit participare, quod poſitum eſt in genere. Impoſſibile enim eſt participare genus, quod nullam ſpecierum participat, niſi aliqua ſecundum primam ſpecierum diuiſionem ſit. illæ enim genus ſolum participant. Si igitur motus genus uoluptatis ponatur, conſiderandum ſi neque corruptio, neque alteratio uoluptas, neque ullus cæterorum, qui aſſignari ſolent, motuum. Manifeſtum enim quoniam nullam ſpecierum participabit, quare neque genus eo, quod neceſſarium eſt, quod genus participat, & ſpecierum aliquam participare, non erit igitur ſpecies motus uoluptas.

Quia genera diuiduntur in proximas ſpecies, diuiduntur quoque ſpecies rurſus quæ ſunt ſub genera cum ſint genera aliquorum, nam nihil prohibet ſpecies aliquorū eſſe, rurſus eſſe aliorum genera. ut ſe habet auis, non in genera. ſed in ſpecies, ideſt in coruum & ſimilia diuiditur. Hec autem rurſus in ipſa indiuidua omnia, patet quod etiam quæ ſunt ſub idem genus non ſecundum primam diuiſionem, ſed ſub aliquod genus ſpecierū neceſſarium eſt participare aliqua ſpecie, & ſuſcipere rationem ſpecierum aſſignatam eorum quę ſunt ſub genere, nam ſpecies proxime generibus ſolum participant generibus, & horum ſolum recipiunt rationem, ſed non illæ non proximæ, ſed plurimum diſtantes, primum ſpeciei alicuius exiſtentium ſub genere, neceſſe eſt ipſa ſuſcipere ſi debet genus ipſorum aſſignatum eſſe, porro ſi aliquid ut genus alicuius aſſignaretur, quærendum ſi hoc, de quo genus aſſignatum eſt, nec ſecundum primam diuiſionem eſt aſſignati generis, neque aliquius ſpecierum ipſius eſt particeps. nā ſi ſic ſe haberet, impoſſibile eſt ipſum genus eſſe aſſignatum, ut ſi quis diceret uoluptatem in genere eſſe motus, quia non ſecundum primam diuiſionem motus eſt uoluptas. Nam diuiditur proxime motus in motum ſecundum locum, & in motum ſecundum quantitatem, & in motum ſecundum qualitatem, & in motum ſecundum ſubſtantiam, ſed non in uoluptatem. tamen oportet uoluptatem ſi eſt ſub genere motus aliqua harum ſpecierum motus participare, & eſſe uel ſub mutatione ad locum, uel ſub quantitate, uel qualitate, uel ſubſtantia, nam ponantur nunc generatio, & corruptio motus eſſe. Porro ſi ſub nullo horum fuerit, neq; ſub motu tanquam ſub genere erit, communius autem nunc ſpecies motus dicerentur dictę, nō enim genus motus, ſed eſt de numero eorum quæ dicuntur multipliciter, at qui uoluptas, nec latio eſt, nec ſuſcipit talis rationem, neq; auctio, uel diminutio, neq; alteratio, neq; generatio, & corruptio, neq; igitur motus, nam quod non ſit corruptio, nec auctio, uel diminutio, perſpicuum eſt, ſed neq; generatio, uel corruptio. Non enim ſecundum ſubſtantiam eſt mutatio, ſed neq; ſic generatio, ut dicitur repletio, non enim uoluptas eſt ſatietas, ſed fit in ſatietate. porro non idem eſt fruens uoluptate, et repletum, nam ſatietas, & repletio eſt corporum, ſed uoluptas eſt animi. Item nec omnis uoluptas in repletione, nam in repletione adueniunt triſtitiæ, non omnis autem uoluptas eſt triſtantium, ſed neq; alteratio eſt uoluptas exiſtens ſecundum paſſionem mutatio, ut uideretur forte, non enim ſi paſſio, iam & mutatio ſecundū paſſionem, non enim idem. porro albedo cum ſit paſſio, nō eſt alteratio, ſed dealbatio, ſed non idem albedo, & dealbatio. Similiter autem, neq; caliditas eſt alteratio, ſed calefactio, nam ipſa eſt mutatio, ſic igitur neque uoluptas alteratio in paſſionem, quippe paſſio non ſit alteratio, ſed uoluptas ſecundum paſſionem, uel ſi aliqua igitur alteratio: ſiquidem igitur mutatio in uoluptate exiſtentem, ſed non uoluptas mutatio,

Neque indiuiduorum, neque eorum quicquam, quæ ſub ſpecie motus ſunt. etenim indiuidua participant ſpeciem, & genus, ut quidam homo, & hominem participat, & animal.

Cum dixerit uoluptatē non eſſe ſpeciem motus, adiecit quod neq; aliquod indiuiduorum, quæ ſunt ſub motu uoluptas eſt, nā indiuidua quæ ſunt ſub ſpecie motus ſunt in eo, uerum dicendo, neque indiuiduorū, dixit hoc, neque eorum quicquam, quæ ſub ſpecie motus, quod eſt idem ſignificans diuerſis nominibus, nam omnia in motum indiuidua ſunt. Similiter oſtenderetur, quod nec animæ diffinitio genus eſſe, neque enim ſub primam diuiſionem numeri anima, nam prima numeri diuiſio eſt par, & impar, ſed non anima impar, uel par eſt, neque horum aliquo anima participat, neque enim diffinitionem imparis, neque paris rationem recipit, ſed neque punctum, neque nunc ſunt quanta, eo quod nullum ipſorum eſt quantitas continua, uel diſcreta, in quas eſt prima diuiſio quantitatis, ſic neque genus Dei eſſet animal, ſi Deus, neque pedeſtre eſt animal, neque aquatile.

Amplius ſi de pluribus dicitur, quam genus, quod in genere poſitum eſt, ut opinabile quam ens. nam & ens, & non ens opinabile, quare non erit opinabile ſpecies entis. De pluribus *enim ſemper genus, quam ſpecies prædicatur.*

Quod genus in plus eſſe dicatur, quam ſpecies eſt notum, porro ſi aſſignaretur genus de aliqua ſpecie in minus diceretur eſſe, quam ſpecies, patet impoſſibile eſſe ipſum illius, de quo in minus prædicaretur, genus eſſe. ſic oſtendes non poſſe animal eſſe genus animati, nā in plus animatum, quā animal, ſiquidem animatum etiam de plātis, quæ non ſunt ſenſitiua, ſed neque de exiſtente opinabili, ſiquidem opinabile etiam de non ente, ſed hic locus uidebitur eſſe idem cum paulo antedicto hoc ſcilicet. { Amplius ſi de aliquo ſpecies aſſignata uera eſt, genus autem non } & maxime, quia etiam eodem exemplo in ambobus uſus eſt, non tamē penitus idem, ſed erit aliqua de differentia ipſorum, nam in primo dicto loco non eo quod in plus dicitur ſpecies, quam genus, tolleretur genus, ſed eo non in quibus eſt ſpecies, & genus. poteſt autem & de pluribus dici illud quod eſt aſſignatum de aliquo ut genus, non tamen de omnibus prædicari, de quibus & ſpecies, ſed de quibuſdam aliis, proinde continuū quantum de pluribus prædicatur, quam quantitas quę dicitur eſſe compoſita ex habentibus poſitionem, nam continuum de quinq;, de linea ſcilicet ſuperficie, corpore, loco, & tempore, ſed quantitas non habens aliquorum potum poſitionem de tribus tantum. Nam de numero, tempore, & oratione, non tamen de quibus hoc non ex habētibus poſitionem prædicatur, & de omnibus cōtinuum, nam neque de numero, neque de oratione prædicatur, ideo non poteſt eſſe continuum genus ipſius, nunc autem deſtructionem facit generis, eo quod dicitur ſpecies accepta in plus, quæ ipſum, ut animatum pluſquam animal. ideo & peculiarius erit huic loco magis entis, & opinabilis exemplum: nam in plus opinabile, ſiquidem & de omnibus entibus, & non entibus dicatur, ſi autem non omnia entia opinabilia illius loci hoc exemplum eſſet peculiare.

Rurſum ſi de æqualibus genus, & ſpecies dicitur, ut ſi eorum, quæ omnia conſequuntur, hoc quidem genus, illud autem ſpecies ponatur, quemadmodum ens, & unum. Omne enim ens, & unum quare neutrum neutrius genus eſt. De æqualibus enim dicuntur. ſimiliter autem & ſi primum, & principium, ad ſemuicem ponantur, nam & principium primum, & primum principium. Quare aut utraque quæ dicta ſunt, idem ſunt, aut neutrum neutrius genus. Elemētum autem eſt ad omnia huiuſmodi de pluribus genus, quam ſpeciem, & differētiam dici. de paucioribus enim etiam differentia, quam genus dicitur.

Et deinceps is locus notus eſt, nam ſi de æqualibus ambo prædicarentur, ſcilicet aſsignatum genus, & ut ſpecies aſſumpta, impoſsibile eſt aſsignatum eſſe genus, nā oportet in plus genus eſſe, ut aſſumptum per hoc, neque ens unius, neq; unum entis poteſt eſſe genus, nam cum utrunque ipſorum his omnibus accidat de æqualibus prædicatur. Similiter oſtenderetur, quod neq; principium primi, neque primum principii eſt genus, ſi principium primū, & primū principium, ſic neq; animal de ſenſitiuo, etenim hęc æqualiter, non ſolum autem genus in plus, quam ſpecies, ſed etiam, quā differentia (ut inquit) merito. Nam diuiditur genus a differentiis, & ab unaquaq; differentia aliqua ſpecies circunſcribitur, ideo etiam dixit elementum eſſe principium talium locorum, ut in plus debeat dici genus, quam ſpecies, & differentia.

Videndum autem & ſi alicuius eorum, quæ non differunt ſpecie, non eſt genus quod dictum eſt, uel non uideatur utique. Conſtruenti autem, ſi eſt alicuius. idem enim omnium eorum, quæ non differunt ſpecie, genus eſt. Si igitur unius monſtretur, manifeſtum, quoniam omnium, & ſi unius non, manifeſtum, quoniā nullius, ut ſi quis inſecabiles ponens lineas, indiuiſibile genus earum dicat eſſe. Nam linearum habentium diuiſionem non eſt genus, quod dictum eſt. cum ſint indifferentes ſecundum ſpeciem. Indifferentes enim ſibi inuicem ſecundum ſpeciem, rectæ lineæ omnes.

Hic locus eſt, quod ſi aſsignatum fuerit de aliquo ut genus ſimilium ſpecie ipſi, & indifferens non fuerit genus, ſecundum ſpeciem, neque de quo aſsignatur ut genus, erit genus eius, nam omnia indifferentia ſecundum ſpeciem inter ſe ſunt ſub idem genus, ut ſi quis nigrum æthiopi genus dicat, quia indifferentes ſecundum ſpeciē ſunt ęthiopes homines cum galatis, quia etiam cuncti homines inter ſe, ſed nigrum non prædicatur de galatis, neque de æthiopibus, ut genus prædicaretur, uerum oportet quærere in ſpeciebus atomis dictum ſi eſt, quia in ſpeciebus ut generibus nihil prohibet genus aliquod ſumi de aliquo eorum ſub ſpecie, quod non ſit omnium exiſtentium ſimilis ſpeciei. Nam uolatilia animalia ſunt quidem omnia inter ſe, quatenus uolatilia ſimilis ſpeciei, genus tamen aquilæ eſt fiſſæ alæ, quod non eſt omnium uolatilium genus, uel ſi genus de aquila aſsignaretur, oportet aquilæ, ut aquilæ quærere ſimile ſpecie non quatenus uolatile, nam ſi de uolatilibus aſsignaretur in uolatilibus oporteret quęrere, ſi uero quia aquilę de aquilis erit quęrendum. Item is locus erit ſub primo loco dicto in hoc libro, per quem ſtatuebat reſpiciendum eſſe ad omnia cognata animalis, quorum genus aſsignaretur, nam ſi alicui ipſorum non inſit, neque huius genus erit, nam ſi aliqua uoluptas nō bonum, neq; alicu us uoluptatis bonum erit genus, uel ibi quidē ſimpliciter aſsignato genere, ut omnibus inexiſtente, ſtatuebat reſpiciendum eſſe ad ſimilia ſpecie, ſi alicui ipſorum non inſit. Hic autem & ſi determinans quaſdam ſpecies earum ex ipſo, & ſeparans genus illorū diceret horum eſſe aſsignatum, ſtatueret oſtendendo, & alia, de quibus non prædicatur aſsignatum genus ſimile ſpecie, cum his, de quibus aſsignauit genus, ſic tollitur genus, nam ſic oſtenderetur, quod indiuiſile non ſit genus linearum, quippe non uelut aſsignatum genus ipſum indiuiſile de omnibus lineis eſt, cum ipſum nō cunctis congruat, ſed quia quorum genus aſsignauit ipſum hæc ſunt ſimilis ſpeciei cum diuiſis, nam omnis linea omni eſt ſimilis ſpeciei, & de omnibus non poteſt indiuiſibile prædicare, equidem ſic deſtruendum eſt. Conſtruendū uero ſi oſtenderimus de una aliqua ſimilium ſpecierum aſsignatum genus, nam ſi de una, neceſſe eſt etiam de omnibus, nā ſi de galata homine, eo quod eſt ipſum genus indifferens, etiam de omnibus hominibus dicetur, quia cuncti homines ſunt indifferentes inter ſe ſpecie.

Conſiderandum autem & ſi quod aliud genus eſt aſsignatæ ſpeciei, quod neque continet aſsignatum genus, neque ſub illo eſt, ut ſi quis iuſtitiæ ſcientiam ponat genus. Eſt enim uirtus genus, & neutrum generum reliquum continet. quare non erit ſcientia genus iuſtitiæ. Videtur enim quando ſpecies una ſub duobus generibus eſt, alterum ab altero contineri. Habet autem dubitationem in quibuſdam hoc tale. Nam uidetur quibuſdam prudentia, et uirtus, & ſcientia eſſe, & neutrum genus a neutro contineri. Non tamen ab omnibus conceditur prudentiā ſcientiam eſſe. Si igitur quis admittat quod dictum eſt, uerum eſſe, attamen ſub alterna, uel ſub eodem ambo fieri, quæ eiuſdem ſunt genera, neceſſarium uidebitur eſſe, quemadmodum & in uirtute, & in ſcientia accidit, utraque enim ſub eodem genere ſunt, nam utrunq; eorum habitus, et diſpoſitio eſt. Conſiderandum igitur ſi neutrum eſt in aſsignato genere ſi enim neque ſubalterna ſunt genera, neque ſub eodem ambo, non erit genus, quod aſsignatum eſt.

Quia non uidetur duo genera poſſe eiuſdem eſſe, ſi nō fuerit alterum ipſorum ſub altero, nam ob id aquilę auis, & animal genera ſunt, quia auis ſub animali eſt (inquit) quando aliquid ut genus alicuius aſsignaretur, quærendum eſt ſi aliquid eiuſdem generis aliud eſt genus cōceſſum, & ſi aſsignatum ipſius genus neque contineret conceſſum ipſius genus, neque contineretur ab eodem, tunc deſtrui, & demōſtrari poteſt, quod non eſt genus aſsignatum, ut ſi aliquis diceret ſcientiam eſſe genus iuſtitię, quia confeſſo uirtus eius eſt genus, & neque uirtus ſub ſcientia eſt. Non enim omnis uirtus eſt ſcientia, neque ſcientia ſub uirtute. Nam geometria cum ſit ſcientia, non eſt uirtus, nō eſſet iuſtitiæ recte generis aſsignatum ſcientia. Ad hoc infert inſtantiam, nam uidetur prudentia ſcientia, & uirtus eſſe, & ſub utroque genere, quæ tamē non ſunt ſubalterna, ad quam inſtantiam primum dicit, quod non cōceſſum eſt prudentiam eſſe ſcientiam, nam ſi eſt circa contingentia, & aliter, atque aliter ſe habentia non erit prudētia ſcientia. Deinde inquit, quod ſi etiam concederetur eſſe aliquid in duobus generibus non exiſtentibus ſubalternis. Etenim ſi non, prudentia uirtus exiſtens cōceditur ſciētia eſſe, ſed ſapientia ſub ambobus eſt. Etenim uirtus, & ſcientia nō ſunt ſubalterna. Videtur autem homo etiā ſub animali rationali eſſe genere, ſiquidem rationales ēt Dei, & ſub hoc genere pedeſtre animal, & neutrum eſſe ſub neutro. Non enim dii ſub pedeſtre, quod ſi non ſub aliquo horū dii, uel ſub pedeſtre, uel ſub uolatile, uel ſub aquatile, neque ſub animali eſſet, & erit cōueniens exemplum hoc dicto loco paulo ante, in quo dicebatur. {Rurſum ſi nullam ſpecierum contingit participare, quod poſitum eſt in genere} ut etiam nos appoſuimus. Porro in his inquit oportere, ſi neque ſubalterna ſint genera, in quibus eſt commune ambobus, ſed ambo genera ſub aliqđ commune unum ſunt, ut etiam uirtus, & ſcientia ſe habent, ſed uō ſunt ſubalterna, tamē ſub aliquo genere ſunt ambo. Nam ſub habitum, & diſpoſitionē, quod eſt qualitatis ſpecies, proinde ſi neque ſubalterna fuerint genera, neque ambo ſub aliquo communi, impoſsibile eſt ut hęc ambo ſint genera propoſiti, unde hoc loco utendo demonſtrabis, quod neque unitas eſt quantitas, neque ſubſtantia, at uero uidetur quatenus quantitatis, quæ eſt numerus auctrix quantitas eſt. Siquidem omne auctum eo qđ eſt ſimile genere augetur, ſed quatenus eſt ens unum numero capax contrariorum, hac ratione eſt ſubſtantia, nam in eadem trinitate mediæ unitas, & terminus eſt primæ unitatis, & principium ſecundæ, ſed quia nec ſubſtantia eſt ſub quantitate, nec quantū ſub ſubſtantia, neq; ambo ſubſtantia, & quantitas ſub eodem genere, nō erit unitas & in ambobus generibus. Sic oſtenderet aliquis, neq; ſcientiam eſſe ſub qualitate, & ſub ipſo ad aliquid, uel ſolueretur hoc eo, quod dicitur, ſecundum aliud, & aliud.

Conſiderandum

Conſiderandum autem, & genus aſsignati generis, & ſic ſemper ſuperius genus, ſi omnia prædicantur de ſpecie, et ſi in eo, quod quid eſt, prædicantur. Nam omne ſuperius genus prædicari oportet de ſpecie in eo quod quid eſt. ſi ergo alicubi diſſonet, manifeſtum, quoniam non eſt genus, quod aſsignatum eſt.

Locus planus eſt, nam quia genus de aliqua ſpecie, & & de his omnibus quæ ſub illa ſpecie ſunt, prædicatur genus in quid, nam auis genus prædicatur de omnibus ſpeciebus, & indiuiduis ſub aue, & non ſolum de aue. De poſito in genere ipſum genus, atq; genera huius rurſus, & in quid eſt prædicantur: quod ſi alicubi diſſonaret aliquod prædicatorum aſsignati generis, & non amplius de poſito in genere hoc prædicaretur in quid, non eſſet dicendũ ipſum aſsignatum eſſe genus ipſius. ſic oſtenderetur pudoris uirtus nõ eſſe genus, nam uirtutis genus cum ſit habitus non prædicatur de pudore, quippe pudor non ſit habitus, ſed paſsio. Item nec temperãtiæ uirtus, & genus quia optimus habitus nõ prædicatur de ipſo. Non enim optimus habitus eſt in prauis deſideriis, ſed de omni uirtute optimus habitus, non.n. ſolum habitus uirtus, ſed ẽt optimus, quia habitus et malitia. Item nec niuis albũ, quia neq; qualitas, quod eſt genus albi, neq; dulce mellis, quia nec ſapor, hoc quidẽ ſanum eſt, atq; integrum ꝙ aſsignati generis genera omnino debent prædicari in quid eſt, de eo quod eſt ſub genere, ſed nõ conuertitur. non enim ſi quid ſuperiorum prædicatur de aliquo in quid, iam & omnia ſub eodem in quid eſt prædicabuntur de eodem, nam eo quod contraria ſub idem ſunt genera de contrariis in quid eſt prædicabuntur, non tamen ambo contraria, quorũ genus illud, nam ſi & albi color in quid eſt prædicatur, non tamen & nigrum, atque etiam de nigro color, nam genus nil minus, & illo, ſimiliter etiam de iniuſtitia habitus prædicatur, ſed minime uirtus exiſtens ſub habitu, quod non malitia.

Rurſum ſi genus participat ſpeciem, uel ipſum, uel aliquod ſuperiorum generum. Nam nullum ſuperiorum participat quod inferius eſt.

Oſtẽdit per hunc locum, ꝙ ſi fuerit genus aſsignatum, uel aliquid generum aſsignati, ut generis participans poſito, ut ſpecie, & ſuſcipit rationem de ipſo, impoſsibile eſt aſsignatum de ipſo genus eſſe, eo quod nullum ſuperiorum ſuſcipit rationem eorum quæ ſub ipſis, non.n. poſsibile eſt dicere, ut aquila ſit genus animalis, quia non ſola aquila participat animali, ſed etiam genera ipſius, uidelicet animal uolatile, & auis, ſed iam locum hunc prędixiſſe uoluit per quæ dixit. Rurſus ſi neceſſe eſt, uel contingit poſito in genere participare genus, & apponitur in hoc id, & ſi ſuperiorum excedentiumq; aliquid aſsignati, ut generis. uidetur autẽ & extrinſecus is locus immitti, nam omnia illata cõſequuntur dictum locum ante hunc, ubi dicebat { conſiderãdum autem & genus aſsignati generis } nam dicendo per illum deſtructionẽ generis, quomodo fieret acceptis his aſsignati generis, ut generibus, deinceps infert oſtendens, quomodo poſsibile eſt per ipſa eadem rurſus conſtruere, quod autem aſsignatum eſt genus.

Deſtruenti igitur quemadmodum dictum eſt, utendum. Aſtruenti autem ſi confiteatur quidem ineſſe ſpeciei, quod dictum eſt genus, ſed quod ut genus inſit dubitetur: ſufficit oſtẽdere aliquid ſuperiorum generum in eo quod quid eſt de ſpecie prædicari. Vno enim in eo quod quid eſt prædicato, omnia & ſuperiora illius, & inferiora (ſi prædicantur de ſpecie) in eo quod quid eſt prædicabuntur. Quare & aſsignatum genus in eo quod quid eſt prædicabitur. Quod autem in eo quod quid eſt prædicato omnia etiam reliqua (ſi prædicantur) in eo quod quid eſt prædicabuntur, per inductionem ſumendum.

Valde artificioſe oſtendit conſtructionem generis ecõtrario factam deſtructioni prædictæ ante extremum poſitum locum. nam deſtructio erat ſi quid eorum aſsignati ut generis in quid eſt prædicatum non prædicaretur, & de ipſo poſito in ſpecie, non eſſet aſsignatum genus ipſius, ſed conſtructio nunc dicta eſt, quod ſi aſsignatum genus de aliquo, de eodem prædicaretur, quęretur certe, an ut genus in quid eſt prædicatur, quærendum ſi aliquid eorum prædicati in quid eſt prædicatum ſit, ideſt ſi aliquod genus de eodem prædicetur in quid eſt de ſubiecto eius, nam ſit aliquod prędicatum ipſius inueniretur, & aſsignatum ipſius ut genus, in quid eſt, & ut genus prædicabitur. nam de quo prædicato in quid eſt prædicatur de aliquo ſubiecto eius in quid eſt, neceſſe etiam eſt ut hoc in quid eſt de illo ſubiecto eius prædicati, ſi unum aliquod, uel ſuperiorum generum aſsignati ut generis, uel eorum quæ ſub ipſo, & ſpecierum eius prædicatum oſtenderetur de aliquo in quid eſt, neceſſe etiam eſt ut alia omnia ad inuicem ſic ſe habeant ut ſint genera hæc, & hæc ſint ſpecies, & in quid eſt de ipſo prædicẽtur, præſertim ſi fuerint prędicata uniuerſaliter, & uerificata de ipſo quod indicauit, & ipſe rurſus addendo hoc, de quibus quidem prædicantur, & quod hoc ita ſe habeat per inductionem in quid oſtendendum eſſe. Nãm nullibi diſſonans inuenietur, ſic oſtenderetur diſpoſitio eſſe genus uirtutis, nam prædicatur de ipſa, quod uero in quid eſt, patet ex hoc qđ qualitas eſt genus diſpoſitionis, & in quid eſt de ipſa eſt prædicatum, etiam de uirtute in quid eſt prædicatur, nam uirtus eſt qualitas, & auis eſt genus aquilæ, quia genus aquilæ animal in quid eſt de aquila prædicatur.

Si autem ſimpliciter ineſſe dubitetur aſsignatum genus, non ſufficit oſtendere aliquod ſuperiorum generum in eo quod quid eſt de ſpecie prædicari: ut ſi ambulationis genus quiſpiam aſsignauit lationem, non ſufficit oſtendere quod motus ſit ambulatio ad oſtendendum, quod latio ſit, eo quod alij motus ſunt. Sed oſtendendum, quoniam nullum participat ambulatio eorum, quæ ſunt ſecundum eandem diuiſionem, niſi lationem. nam neceſſe eſt, quod genus participat, & ſpecierum aliquam participare, ſecundum primam diuiſionem. Si enim ambulatio, neque augmentationem, neque diminutionem, neq; alios motus participat: manifeſtum, quoniam lationem participabit, quare erit genus latio ambulationis.

Cum oſtenderit ſi ineſſe concederetur aſsignatum, ut genus de aliquo, dubitaretur autem ſi in quid eſt de ipſo prædicatur, & quomodo poſsibile eſt oſtendere, quod etiam in quid eſt de ipſo prædicatur, oſtendit ſi etiam ipſum ambigeretur in eſſe aſsignatũ genus, quomodo poterimus ipſum oſtendere in eſſe, & in quid eſt prædicatũ, nam ſi fuerit aliquid prædicatum de his quæ prædicãtur de poſito, ut genere in quid eſt, inquit quærendum eſſe, ſi non aliqua alia ſpecies earum quæ ſub genere ſuperiore in quid eſt propoſiti prædicatum ineſt, & prædicatur de ipſo. Si enim nulla alia ſpecierum illius generis eidem ineſſet, aſsignatum ut genus ineſſet eiuſdẽ, & in quid eſt de ipſo prędicaretur, quia oſtenſum eſt, quod ſub genere exiſtens neceſſe eſt aliqua ſpecierum eius participare, niſi fuerit, eorum ex prima diuiſione generis, quare & propoſitũ, ſi oſtenderimus aliqua ſpecierum participare quę prędicantur in quid eſt de ipſo, quia eſt ſub communi generi, ſed nullo alio participat, ſi hoc participaret eodem aſsignato, ut genus eſſet etiam eiuſdem hoc genus, ut quia ambulationis genus aſsignauit lationem, & eſſet quæſitum, ſi prædicatur uniuerſaliter latio de ambulatione, unde genus accipientes lationis, quod eſt motus, ſi inuenerimus etiam motum in quid eſt de ambulatione prædicatum, & in his accipientes alias ſpecies motus contradiui

ſas lationi,oſtendemus, quod nullum ipſorum meſt ambulationi.nã neq alteratio,neq auctio , neq diminutio , neq generatio,neq corruptio ineſt eidem demonſtrabimus,quia latio ineſt eidem , & in quid eſt de ipſa prædicatur,& eſt eius genus,& ſic ſe haberet ratio,ambulatio, quia eſt motus , erit uel auctio,uel diminutio , uel alteratio,uel generatio, uel corruptio,uel latio,ſed non eſt auctio,nec diminutio,nec alteratio,nec generatio , nec corruptio,igitur eſt latio. Nam ſi non latio,nec motus, nam quod eſt in aliquo genere, neceſſe eſt , ut aliqua ſpecierũ eius participet,ſed eſt motus,ergo latio. Sed lõge ſimplicius rurſus audire , intelligereq oportet motum genus, & ea quæ ſunt ſub ipſo ut ſpecies,oſtenderetur autem ſic iuſtitia eſſe uirtus,quia habitus quidem prælectiuus prędicatur de ipſa in quid eſt, ſed cum ſit habitus prælectiuus non eſt malitia,ſed habitus ſpecies uirtus,& malitia , & quod quod ter eſt numerus impar ſimiliter oſtenderetur, quia cum ſit numerus non eſt par. Item quod anima eſt forma cum ſit ſubſtantia,& non eſt materia .

Rurſum de quibus ſpecies,quæ poſita eſt,ut genus,prædicatur : conſiderandum , ſi & aſſignatum genus in eo quod quid eſt de ipſis eiſdem prædicatur,quemadmodum, & ſpecies,ſimiliter autem & ſi omnia,quæ ſupra genus ſunt. Nam ſi alicubi diſſonat, manifeſtũm,quoniam non eſt genus,quod aſſignatũ eſt. Si enim eſſet genus,omnia & ſuperiora illius, & ipſum in eo quod quid eſt prædicarentur de ijs , de quibus & ſpecies in eo quod quid eſt prædicatur.deſtruenti igitur utile,ſi non prædicetur genus in eo quod quid eſt,de quibus & ſpecies prædicatur . Aſtruenti uero,ſi prædicetur in eo quod quid eſt,utile. Accidet enim genus, & ſpeciem de eodem in eo quod quid eſt prædicari. Quare & idem ſub duobus generibus ſit , neceſſe igitur ſubalterna genera eſſe . Si igitur , oſtendatur, quod uolumus genus aſtruere , non eſſe ſub ſpecie, manifeſtum, quoniam ſpecies ſub hoc erit.Quare oſtenſum erit,quoniam genus hoc.Conſiderandum autem & rationes generum ſi aptantur,& ad aſſignatam ſpeciem,& ad participantia ſpeciem.Neceſſe eſt enim generum rationes prædicari de ſpecie,& de ijs,quæ participant ſpeciem.Si igitur in aliquo diſſonet,dilucidum quoniam non eſt genus,quod aſſignatum eſt .

Cum oſtenderit ab aſſignatis generibus alicuius ut generis,quomodo deſtrueretur, uel cõſtrueretur genus eſſe aſſignatum de propoſito; nunc econtra ab aſſignato ut ſpecie tradit locos,per quos etiam deſtruere,& conſtruere poterimus aſſignatum genus de ipſo , nam ſi ſpecies ut poſita in aliquo genere,erit idem genus aliquorum,reſpiciendum eſt , ſi quorum hæc genus eſt horum etiam aſſignatum eius genus .Si enim uel ipſum genus aſſignatum non prædicatur, & de ipſo genera,uel perſpicuo de ſpeciebus , uel in quid eſt eorum de ſubiecto ſuo ut ſpecie,uel aliquid generum eorum huius , patet quod non erit aſſignatum genus,nam ſi erat genus propoſiti , planum eſt , quod etiam ipſum , & huius genera omnia in quid eſt prædicaretur de ſubiectis ſpecie , ut & poſitum ut ſpecies,nã omnia generaliora de extremis, & his quæ ſub ipſa in quid eſt prædicantur, igitur ad deſtructionem utile inuentum eſt hoc ut genus aſſignatum nõ prædicatum de ſpeciebus ſub aſſignata ſpecie in quid eſt , uel ipſum,uel generum huius aliquid. Nam ſi ſcientia non prædicatur de ſpeciebus ſub uirtute non erit genus uirtutis, ut fortitudinis , uel temperantiæ, uel alicuius alterius uirtutis , ſed ad conſtructionem utile inuentum aſſignatum genus in quid eſt prædicatum de his quæ ſunt ſub ſubiecta ſpecie , ſi enim & poſitum ut ſpecies fuerit prædicatum de ipſis in quid , & aſſignatum ut genus huius ſpeciei , patet ꝙ ſub duobus generibus erit , quæ opus erat ſubalterna eſſe,nam quando aliquid fuerit in pluribus generibus,illa oſtenderentur eſſe ſpecies ſubalternæ,& duo genera ipſorum eſſe, illa autem oſtẽderentur eſſe ſpecies ſubalternæ , & duo genera ipſorum oportet ſubalterna eſſe,& non eſt ſub ſpecie aſſignatum eius genus, relinquitur hoc illius genus eſſe.Si autem hoc,eſſet aquilæ genus aſſignatum,ut ſi fuerit aſſignatum ipſius auis genus uolatile animal, & ſi eſt quæreretur,quia auis genus eſt corui, & aliorum quæ contradiuiduntur his , & horum in quid eſt.& uolatile animal prædicatur ut auis, patet etiam qđ uolatile animal genus eſſet aquilæ . Eſt autem eius genus auis,oportet igitur horum ſcilicet auis,& animalis generum , quia eiuſdem ſunt genera,ut alterum ſit ſub altero, ſed nõ eſt animal uolatile ſub aue, nam in plus eſt , quam ipſa , igitur relinquitur ut auis ſit ſub animali uolatili tanquam ſub genere , igitur locus deſtructiuus in dictis locis uidebitur eſſe idem cum dicto præſertim omnium primo , per quem ſtatuebat reſpiciendum eſſe, ne ad omnia cognata uelut alicui ſpeciei poſitæ alicuius generis,ſi de aliquo ipſorum aſſignatum genus non prædicatur, uerũ additus huic locus conſtructiuus alium ipſum fecit, unde cum oſtendat propoſitum ab ipſo prædicari in quid eſt ; uel non prædicari , quia genera ſpecierum non ſolum in quid eſt prædicantur,ſed etiam uniuoce,inquit, ſumẽdas eſſe rationes aſſignati ut ſpecies , & aſſignati ut genus,& ſi non uiderentur de aſſignato, ut ſpecies ambæ rationes prædicata de ſpeciebus, illa ſcilicet ſpeciei,& illa generis aſſignati.Item eædem generum aſſignati,ut generis optiatur concludere , & oſtendere propoſitum genus cum ſit,ſi uero alicubi contra accideret deſtruetur . Nam ſi ut auis ratio prædicaretur de aquila , ſic etiam illa animalis uolatilis, & illa animalis,quod eſt genus animalis uolatilis,erit oſtenſum animal uolatile genus eſſe auis: ſi autem ratio animalis uolatilis non cõgrueret aquilæ,uel illa animalis,neq animal uolatile genus eſſet auis.ſic etiam oſtẽderetur numerus non eſſe genus animæ,quia nulli animę ratio numeri congruit, quippe nulla anima ſit multitudo ex unitatibus compoſita , atqui ratio animæ quæcunque fuerit unicuique animæ competit.ſic etiam oſtenderetur quod motus ſit genus alterationis , quia ratio eius congruit omnibus exiſtentibus ſub alteratione,etenim de ipſo dealbari,& de ipſo denigrari ratio motus prædicatur; ſimiliter autem & in alijs alterationibus .

Rurſum ſi differentiam, ut genus aſſignauit,ut ſi immortale genus Dei . Differentia enim eſt animalis immortale : quoniam animalium,alia mortalia,alia immortalia. Manifeſtum igitur,quoniam peccant. nullius enim differentia eſt genus. Quod autem hoc uerum,manifeſtum. Nulla enim differentia ſignificat quid eſt , ſed magis quale quid, ut greſsibile,& bipes .

Accipiendo differentiam ſpecificam alicuius ut genus, peccat , nam genus in quid eſt prædicatur,ſed differentia quale eſt ſubiectum, ſed non quid eſt ſignificat: ſic peccat qui tradit genus Dei immortale , nam differentia eſt animalis diuiſiua ipſum immortale, quod eſt differentia ſpecificata ipſius Dei, nam uiuentium alia ſunt mortalia, alia uero immortalia , ſed cum oſtendat, quod differentia ſic ſe habet,ut conſequens hoc accipit,quia hoc eſt differentia nõ genus,nulla enim differentia eſt (ut dixit) genus , quod autem ſic ſe habet, demonſtrauit per hoc . { Nulla enim differentia ſignificat quid eſt } ſed magis quale , uerum adiecit illud quale , quia differentia non eſt ſimpliciter quale,nam differentia eſt in ſubſtantia circa ſubſtantiã quale determinat,non tamen quale eſt,ſed ſubſtantia. Diceret autem differentiã quale ſignificare illam ſine ſubiecto,& materia acceptam propeter hæc neque hominis mortale erit genus, per hæc autem neque impar erit ipſius trinitatis,nam eſt numeri differentia .

Et ſi differentiam in genere poſuit, ut ſpeciem , ut imparem quidem numerum. Differentia enim numeri & non ſpe-

cies

cies eſt, neque uidetur participare differentia genus. Omne enim quod participat genus, aut eſt ſpecies, aut induiduum. Differentia autem neque ſpecies, neque induiduum eſt. Manifeſtum igitur, quoniam non participat genus differentia, quare neque impar ſpecies, ſed differentia erit, quoniam non participat genus.

Inquit ſimiliter peccat, & qui differentiam ut ſpeciē in genere ponit, cuius eſt diuiſiua differentia, ut qui dicit numerum imparē eſſe, non enim ſpecies numeri impar per ſe, ſed differentia, nam ſpecies non impar per ſe, ſed impar cum numero compoſitum. Sed differentia non participat genere. i. non ſuſcipit generis rationem, quippe illud quod ſuſcipit ratione alicuius ſit uel ſpecies eius, uel indiuiduum, ſed differentia eſt neutrum horum, ſic neque animal de immortali prædicabitur ut genus, neq; de pari numerus, neq; auctio de incremento ſecundum longitudinem. Nam differentia auctionis ſecundum longitudinem eſt incrementum, & cauſa huius eſt non genus prędicari de differentia in ſubſtantia, quia genus eſt quoddam aggregatum, & differentia ſine genere accepta non eſt aggregatum ex utriſq;, ſi ergo non participat differentia genere, ideſt ſi non ſuſcipit rationem eius, neq; ſpecies eius eſſet. Illud uero, quare neq; impar ſpecies erit, ſed differētia, quia participat genere, uidetur econuerſo dici. non. n. quia nō participat, ob id differentia, ſed quia differentia, ob id nec participat genere, nam notius hoc differentiā eſſe ipſum, quam non participare numero. Item ipſe ut conceſſum differentiam ipſum eſſe adiecit. (Neque uidetur participare differentia genus.)

Amplius ſi genus in ſpecie poſuit, ut contiguitatem idipſum quod eſt continuitatem, aut miſturam idipſum quod eſt temperamentū, aut (ut Plato definiuit) lationē ſecundū locum mutationem. Non. n. neceſſarium contiguitatem cōtinuitatem eſſe, ſed econuerſo continuitatē contiguitatem. Non enim omne contiguum continuatur, ſed quod continuatur contiguum eſt. Similiter autem & in alijs. Nam neque miſtura non eſt temperamentum. neq; ſecundum locum mutatio omnis latio. Ambulatio enim non uidetur latio eſſe. Pene enim in his, quæ inuoluntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit. Manifeſtum autem, quoniam & de pluribus ſpeciebus dicitur genus in aſſignatis, cum oportet econtrario fieri,

Perſpicuum peccatum eſt eius qui ſubordinat genus ſpeciei, & facit ipſam ut genus prædicatum de genere, nam id quod eſt minus dictū aſſignat eius, ꝙ eſt in plus. ſic peccat qui genus cōtactus contiguitatiſq; aſſignat continuitatē, nam continuitas eſt ſpecies contiguitatis, non. n. omne contiguum eſt continuum, nam contigua ſiunt ēt attigua ſouis, quæ tamen non continuantur. ſed ecōuerſo tamen eſſe continuatum contiguum ſit, quare in plus eſt contiguum fieri, quā continuum. Item qui mixtionis temperamentum genus dicit ſupponit genus ſpeciei, nā in plus eſt mixtio, quā temperamentum. Nam ſi aliquid temperatum eſt etiam mixtum eſt, nō tamen omne mixtum temperatum eſt, nam ſiccorum mixtio non eſt temperamentum. Item qui dicit motus ad locum genus eſſe lationem ponit genus in ſpecie. Facit autem hoc etiam Plato, nam diffiniens motum ſecundum locum lationē ipſum inquit eſſe, ſed latio eſt inanimatorum, & eorum quæ mutant locum ex loco inuoluntarie. Dixit autem illud inuoluntarie) pro hoc non libenter ſponteq; mouentur, nō tamen & inuoluntarie, ſi ergo aliqua ſunt non ſpōte ſecundum locum mutata, ſunt autem quædam etiam hoc efficientia ſponte ſecundum locum mutata, ut quæ ambulant, profecto erit in plus motus ſecundum locum, ſed non omnis motus ſecundum locum latio. Accidit igitur, & facientibus nobis hoc, ut dicamus, id quod eſt minus dictum de ipſo genere in plus dicto, ꝙ non eſt conſentaneum. Itē is locus differret ab illo, quia ſpecies eius cuius ſpecies eſt genus aſſignatum oſtendit, ꝙ plus eſt ipſo dici in minus. fecit autem mentionem de Platone ut faceret locum probabiliorem, & utilitatem eius oſtenderet, quandquidem quidam clari uiri ſecundum hunc corrigi queant: ſed etiam latuit ſeipſum dum correxit, nā in quinto de phyſico auditu dicendo motum ſecundum locum eſſe, ſine nomine appellat ipſum lationem.

Rurſum ſi differentiam in ſpecie poſuit, ut immortale idipſum quod eſt Deum.

Vt is qui ponit genus in ſpecie peccat (nam quod in plus eſt ſub eo quod in minus ſupponit) ſic peccat & qui aſſignat genus differentiæ ſpeciem: uel æqualiter de ipſa ſpeciem facit prædicatum, quæ eſt ab ea ſpecificata. Nā & ſecundum hoc etiam corrigit peccatum, nam oſtenſum eſt, quod neq; uniuerſaliter de differentia aliquid ut genus prędicatur de his quorum eſt differentia, ſiquidem omne ſubiectum generi, uel eſt ſpecies, uel induiduum, quorū neutrum eſt differentia generis diuiſi ab ipſa, unde multo abſurdius eſt ut ſpecies de ipſa prædicetur ſpecificata ab eadem. nam qui hoc facit peccat, quatenus id qđ dicitur in plus ſubordinat dicto in minus, nam in plus eſt differentia, quam ſpecies, & ſi acciperetur differentia ut utrunq; aggregatum. Sic peccat qui dicit, ac facit prædicatum de immortali ipſum Deum, nā immortale eſt differentia, ſpecies autem Deus eſt, & in plus immortale, ſiquidem non eſſe immortale Deus. Item peccat qui prædicatum facit hominem de rationali.

Accidit enim de æqualibus, aut pluribus, quam ſpeciem dici, differentia enim ſemper de æqualibus, aut de pluribus, quam ſpecies dicitur.

In plus ſpecies dici accidit, quod quidē dixit non quia genus ęqualiter aliquando dicitur de ſpecie, ſed quia omne prædicatum de aliquo uere, uel æqualiter eſt ipſi, uel in plus. Si ergo & ſpecies de differentia prædicatum aliquis diceret, uel in plus, uel æqualiter, ſpeciem de differentia ſic prædicatum faceret, ſed non ſic ſe habet. Nam differentia, uel æqualis eſt ſpeciei, de qua prædicatur, quando proprie & proxime differentia ſpecificans ſpeciem ſumeretur. ſic pedeſtre cum ſit differentia ſpecificans pedeſtris animalis, nam ſpecies hæc animalis æqualis eſt ipſi, uel igitur æqualiter, ut uolatile, uel in plus, ut bipes, uel rationale de homine. Nam ſi fuerit æqualiter homini ſcientiæ capax, ſi differentia, & hoc. Item ſi ſpecies de differentia prædicatur, & de ſpecie genus, & de differentia genus in quid eſt prædicaretur: ſed oſtēſum eſt hoc eſſe impoſſibile, quia differentia non participat genere. Videtur autē nunc differentiam accipere, ut aggregatum ex utriſq;.

Inſuper ſi genus in differentia, ut colorem quod quidem eſt congregatiuum, aut numerum, quod quidem impar.

Plane peccat qui facit differentiam prædicatum de genere, nam in minus eſt differentia, quam genus. Item neq; genus de differentia principio in quid eſt prędicatur, quā uis ſub ipſo ſit: ſi autem hoc multo in minus eſt differentia, quam genus, conuertit autem utroſq; locos aſſignatos, hunc in quo differentia de ſpecie, ut genus aſſignabatur, nam hic differentiam in ſpecie ponit conuertitur cum illo, etiam illum conuertit, in quo aliquis faciebat genus de aliqua differentia, ut ſpecie prædicatum. nam qui genus in differentiam ponit, de quo nunc dicit cōuerſus eſt cum illo, ſic peccat qui prædicatum facit de colore congregatiuum uiſus, nam color eſt genus, & congregatiuū eſt differentia coloris, nam colorum alii ſunt congregatiui, ut nigri, alii uero diſgregatiui, ut albi, ſimiliter peccat is qui prædicatum facit impar de numero, nam differentia numeri qui eſt genus, dicitur eſſe impar.

Et ſi genus, ut differentiam dixit. Poſſibile eſt enim aliquem, & talem ſuſcipere poſitionem. Vt temperantiæ, miſturam differentiam, aut lationis, ſecundum locum mutationem.

Inſpiciendum autem omnia, quæ ſunt huiuſmodi per eadem. Communicant enim loci.de pluribus enim genus, quam differentiam oportet dici,& non participare differentiam. Sic autem aſsignato,neutrum eorum,quæ dicta ſunt,poſsibile eſt accidere.nam & de paucioribus dicetur,& participabit genus differentiam.

Perſpicuum etiam eſt hoc peccatum, ſi quis genus de aliquo differentiam eius diceret, ſic peccaret qui diceret temperamenti miſtionem differentiam eſſe.Nam temperamẽtum eſt ſpecies,& genus ipſius eſt miſtio, ut dictum eſt paulo ante. Similiter etiam, qui dicit differentiam lationis eſſe mutationem ſecundum locum, nam id quod eſt in plus aliquo, & in quid eſt prædicatum ut diuidens ipſum accipiunt. Sed aliquis quæreret quo differt genus ut differentiam aſsignare ab hoc genus in ſpeciem poni, nam quo ad exempla genus ut ſpecies ſumptum eſt proprie ſpeciei. Niſi differat ſi eſſet appoſitum differentiæ nomen generi,perinde ac non diceretur miſtionem temperamentum,ſed miſtionem differentiam temperamenti,tale uideretur eſſe peccatum. & aſsignare lutum cœnumq; terram humido commiſtam, nam maſſa, & ea compactio luti cœniq; non eſt differentia cœni,ſed genus.ſimiliter & qui dicit differentiam auis uolatile animal, tamen inquit omnia talia oportet conſiderare per hæc. Et quædam ſunt,per quæ oportet conſiderare eadem,& confutare cõmuniter dicit, nam oportet uti hoc, ut in plus genus dicatur, quam differentia, quia differentia non ſuſcipit rationem generis, ſic autẽ aſsignato neutrum dictorum poſsibile eſt accidere, ſic etiam ſi aliquis differentiam generis genus aſsignaret,ut qui colorem diceret eſſe congregatiuum uiſus, nam in minus diceretur genus,quam differẽtia,& adhuc ſuſcipiet rationem eius. Item qui genus,& differentiam aſsignat, ut nunc dicebatur in minus facit genus,quam differentiam,nam ſi genus nunc temperamentum, & differentia miſtio eius ſumpta eſt, quia temperamentum in minus eſt, quam miſtio, erit genus in minus,quam differentia. Item quia miſtio in quid eſt de temperamento prædicatur,participabit genus differentia.Tale eſt nunc dictum, non eo quod differentia non participet genere, quod prius dictum eſt, ſed quia genus non differentia participat. nam hoc eſt ſignificatum ſub ipſo,& non participare differẽtia,quod ęquale eſſet huic,& non in quid eſt differentiam prædicari de genere,& alii autem prædicti loci de differentiis, ſpeciebus,generibus,non congrue uariatis utentes quibuſdam horum oſtendunt, uel enim accipiunt id quod in minus dictum eſt in plus, uel quia ponunt non participans aliquo,ut aliquo participans, quare communicant inter ſe, ſecundum eadem.

Dubium.

Solutio.

Et aduerte q; Græce ſoluit Alexã. per hæc .ſ. uel, aut, & nos uertimus aliquãdo niſi.

Amplius ſi nulla generis differentia prædicatur de aſsignata ſpecie,nec genus prædicabitur:ut de anima, neque impar,neque par prædicatur,quare neque numerus.

Quia ex genere diuiſo ſecundum differentias fit generatio ſpecierũ eius,patet,quia omnis ſpecies alicuius generis habet etiam differentiam quandam, uel quaſdam quæ prædicantur de ipſo genere.nam ob id, & diffinitio ſpecierum ex genere, & differentiis conſtat, ut hominis animal genus,per hoc,& rationale, & mortale animalis cum ſint differentiæ prædicantur de ipſo, nam quæcunque prædicati differentiæ,ut dixit in prædicamentis,totidem & ſubiecti erunt,nam generis differentiæ ſunt in cunctis ſubiectis eius,& aliæ in aliis,uidelicet ſecundum quas unumquodque ſpecificatur eorum quæ ſub ipſo.Quando igitur aliquod genus aſsignaretur de aliquo,quærendum eſt quæ aſsignati generis differentiarum diuiſiuarũ prædicatur de poſito ut ſpecie,nam ſi nulla generis, differentia prædicatur de ipſo, neque genus de ipſo aſsignatum erit.Sic rurſus oſtendetur numerum non eſſe genus animæ,nam nulla differentia numeri prædicatur de anima,nam differentiæ numeri ſunt par & impar, & neutrã harum de anima aliquis probabiliter oſtenderet, quia neque mundus ſit animal oſtenderetur, uel aliquod aſtrorum, quia nulla differentia animalis prædicatur de ipſo, nam omne animal,uel uolatile,uel aquatile, uel terrenũ, quorum nullum de illis prædicatur,uel alia differentia in generatione animalis & ſenſitiui. Nam æquiuoce diuina ſunt animalia cum his,nam illorum alia eſt uita.Oſtenſio igitur eſt quod non eſt in his animalibus.Item oſtenderetur quod tempus non eſt motus, quia differentiæ motus ſunt,celeritas,& tarditas, ſed neutra harum de tempore prædicatur. Item oſtenderetur quod motus non dicitur de uoluptate,quare neque uoluptas motus, ſimiliter neque unitas quantitas,quia neque continua,neque diſcreta eſt. Eſſet quoque locus conſtructiuus, nam ſi aliquæ uideantur aſsignati generis differentiæ prædicari de ſubiecto,oſtenderetur ſpecies eſſe de ipſo. Verum intelligere non oportet differentiam prædicari de ſpecie in quid eſt dicente de ipſo,nam demonſtrauit quod neque differentia in quid eſt prædicatur de aliquibus ſub genere,quando per ſe acciperetur, neque aliquid eorum ſub genere, uel genus eiuſdem differentiæ.

Amplius ſi prius natura ſpecies, & ſimul interimit genus. Videtur enim contrarium.

Manifeſtus eſt hic locus, nam notum eſt quod genera ſunt priora natura ſpeciebus,nam ſimul ſecũ ſublata tollunt ipſas, ſed ab ipſis ſublatis ſimul non deſtruuntur, ſi ergo ſpecies ſuppoſita una ſecum tollit ut genus aſsignatum eius,non erit eius ſpecies.ſic neque mixtionis temperamentum eſt genus, neque mutationis ſecũdum locum latio,neque coniiguitatis continuatio, neque plagæ percuſsioniſq; ſtrepitus, nam deſtructa mutatione ſecundũ locum,deſtruitur etiam latio, ſed cum latione ſimul non tollitur mutatio ſecundum locum,nam ambulatio ſecundum locum exiſtens mutatio non eſt latio,ut dixit. Sed locus uirtute eſt idem cum hoc, ſi genus aliquis in ſpeciem poſuerit.Differt autem in modo deſtructionis. Eſt autem ſolum locus deſtructiuus, ſed minime conſtructiuus,nõ enim ſi aliquid aliquo eſt prius natura,iam & genus eius erit,porro ſubſtantia prior cũ ſit aliis generibus natura,non tamen eſt genus ipſorũ.Item unitas eſt prior omni numero natura,tamen nõ eſt genus eius.Item anima altrix eſt prior cæteris,& tamen non eſt genus.

Inſuper ſi contingit relinquere dictum genus, uel differẽtiam(ut animam moueri, uel opinionem uerum & falſum) neutrum erit dictorum genus,uel differentia. Videtur enim genus,& differentia ſequi quandiu fuerit ſpecies.

Quia genus & differentia propria uniuſcuiuſque in ſubſtantia eius ſunt,nam ob id etiam diffinitio ex his, ſed quæ ſunt in ſubſtantia alicuius ſunt inſeparabilia.proinde inquit,ſi genus aliquod de aliquo uel differentia aſsignaretur,contingit quærere ipſa ſeparari & ſine his eſſe hoc de quo aſsignaretur genus uel differentia. ſic ſi moueri ab anima ſeparabile ſit,non erit genus eius neq; differentia,quatenus putant dicentes ipſam ſubſtantiam eſſe ſeipſa mobilem, nam contingit ipſam & ſine moueri eſſe, quia per accidens mouetur,nam corpore mutato in quo eſt ipſa mouetur,quãdoquidem ſi corpus quieſceret,nec ipſa moueretur.Rurſus ſi eſt aliqua opinio,nec uera,nec falſa,non eſſent differentiæ opinionis uerũ uel falſum. Videtur autem futurorum talis opinio eſſe, eo quod neque alterum ipſorum differentiæ ſe habet, ſed neq; corporis differentia eſt graue,uel leue, quia cõtingit corpus eſſe,& neutrum horum habere, uel poſteriora exempla relinquenda nõ ſunt,ſed ipſius prædicari nõ in omnibus.

Inſpiciendum autem & ſi quod in genere poſitum eſt, participat aliquod contrarium generi,aut contingit participare.Idem enim ſimul contraria participabit,quoniam ipſum genus quidem nunquam relinquit,participat autem & contrarium,aut contingit participare.

Quia

Quia impoſſibile eſt aliquid ſimul rationes contrarii ſuſcipere, eſt autem genus inſeparabile ab illo cuius eſt genus. Porro inquit oportere, quando aſſignaretur aliquid ut genus de aliquo cõſiderare, ſi ſubſtantiam ut ſpecies & contrarii aſſignato generi eſt ſuſceptiuum. Nã ſi hoc, nõ eſſet genus ipſius, n. ſimul contraria ſuſciperet, quare ſi contrarium poſitũ ipſius generis ſuſcipit aliquando, & genus ipſius ſuſciperet, quia inſeparabile eſt genus a ſpecie. ſic oſtendetur neceſſariũ non eſſe in genere poſſibilis, quia neceſſarium capax eſt etiã impoſſibilis, quod contrarium eſt poſſibili, nam neceſſarium non eſſe eſt impoſſibile eſſe. Item quod nec generatio eſt in congregatione, quia fit aliquis etiam ex diuiſione, quandoquidem fit mutatio craſſiorũ corporum in tenuiora. Item quod nec amor in amicitia, quia etiam aliquãdo amantes odio habent aliquas.

Inſuper ſi quippiam communicat ſpecies quod impoſſibile eſt omnino ineſſe his quæ ſunt ſub genere: ut ſi anima uitæ communicat, numerorum autem nullum poſſibile eſt uiuere, non erit ſpecies numeri anima.

Si quid participat (inquit) ſpecies impoſſibile eſt ineſſe hoc horum ſub aſſignato genere, nec genus eſſet eius; nam omnium genus cõtentiuum eorum quæ ſunt in ſpeciebus, ſic etiam numerus non eſſet genus animæ, quandoquidem anima cõmunicet uita, ſed nullus numerus eſt uitæ capax. Item quod neq; uirtutis ſcientia eſt genus. ſiquidem uirtus participet actione. Nam uirtutes practicę, ſcientia autem nulla participat actione. Item nec temperantia uirtus, quia temperantia participat prauis deſideriis, ſed nulla uirtus his participat. ſed non eſt exiſtimãdum quod ſit calũnia loci ſi acceperimus proprium alicuius eorum quæ ſub genere oſtendendo hoc quod nulli alii eorum ſub genere ineſt, nã riſibile nulli alteri eorũ ſub animali ineſt, ſed non ob id homo non eſt ſub animali, nam locus cenſet uniuerſaliter inſpiciendum eſſe ſi non natura habet eorũ aliquid in aſſignato genere. quod communicet tale quod non eſt poſſibile eſſe in his ſub genere, eo q; omne tale eſt alienum a genere, nam illud (his quæ ſunt ſub genere) dicit, perinde ac dicat, omni generi & omnibus his ſub genere.

Conſiderandũ autem ſi & æquiuoca ſit ſpecies generi, elementis utenti his, quæ dicta ſunt ad æquiuocum. Vniuocum enim genus & ſpecies.

Quid uero genera uniuoce de ſpeciebus prædicantur, & ſuſcipiant ſpecies rationem generum, ſi ergo aſſignatum de aliquo ut genus æquiuocum erit, & non haberet aliquam rationem quæ prædicabitur de poſito ut in ipſa ſpecie, ſed ſolum ipſo nomine communicaret, non genus erit aſſignatum. Vtemur autem elementis ad cognitionem huius ſi æquiuoca ſit ipſa, unde inquit (quæ dicta ſunt ad æquiuocum) quibus uel affert dicta in diffinitione æquiuoci, uel magis aſſignatos locos in primo ad inuentionem & cognitionem æquiuocorum. Nam qui diceret albæ uocis album eſſe genus, aliquis reprehenderet ipſum oſtendendo album æquiuoce dictum, & non habere unam rationem. Nam aliud eſt album in colore ab eo quod eſt in uoce. Item ſumetur & inueniet ipſum æquiuocum a contrario, quia etiam contrarium eidem nigrũ eſt ęquiuocum. Item oſtendendo quod inter album & nigrum in coloribus nõ ſunt media aliqua, ſed eorum quæ ſunt in uoce. Similiter autem ſi oſtenderet & ab aliis locis quos aſſignauit ad inuentionem æquiuocorum, ſi æquiuoca ſpecies eſt aſſignato ut genere, q.ſ. æquale eſt huic, cõſiderandum autem ſi æquiuoce de ipſis prædicatur & non uniuoce. Nam ſi dixit æquiuocam ſpeciem generi pro hoc ſi æquiuoce de ipſo prædicatur, patet ex quibus intulit, dicens, nam uniuocum genus & ſpecies, ſic oſtenderetur quod coloris appellati in melodia color non eſt genus. Nam ęquiuocum eidem. quomodo igitur non diceret aliquis nigrum colorẽ eſſe nigri quomodo ſcientus genus eſſe, uel ſcd̃m aliud ipſius genus non ſcd̃m æquiuocum, non. n. uniuocum ſed uniuoce genus prædicatur.

Quoniam autem omnis generis plures ſpecies ſunt, conſiderandum ſi non contingit alteram ſpeciem eſſe dicti generis. Nam ſi non eſt, manifeſtum quoniam non erit genus omnino, quod dictum eſt.

Ponitur nobis genus eſſe id quod prædicatur de pluribus & differẽtibus ſpecie in quid eſt prædicatũ, neceſſe igitur ſi aliquid genus eſt ut ipſum plures ſpecies habeat. Proinde ſi aſſignati uelut generis non contingit aliqua alia ſpecies eſſe, patet q; aſſignatũ eſt non eſſe genus, ſic oſtendetur lineę non eſſe genus longitudinẽ, ut hi qui dicunt ipſam eſſe longitudinẽ ſine latitudine. nam neq; eſt alia longitudo præter lineã, nam ſuperficies longitudinẽ habet, & nõ eſt lõgitudo, ſed ex longitudine et latitudne.

Conſiderandum etiam eſt, ſi quod tranſlatiue dictum eſt, ut genus aſſignauit, ut temperantiam cõſonantiam. Nam omne genus proprie de ſpeciebus prædicatur: conſonantia uerum de temperantia non proprie, ſed tranſlatitie. Omnis enim conſonantia in ſonis.

Inquit conſiderandum eſſe ſi aſſignatum de aliquo ut genus eſt dictorum metaphorice de ipſo, nam ſi eſſet ſic dictũ ab ipſo, non eſſet genus, nam quia genus in quid eſt prædicatur, ſed ſecundum tranſlationem dictum nõ poſſibile quid eſt de ipſo de quo prædicatur ſignificare, non eſſet genus aliquod ſcd̃m tranſlationem dictum, nã neq; de ſuppedaneo pedes in quid eſt, ideo oſtẽderetur quod neq; temperantiæ genus eſt cõſonantia, nam tranſlatiue abuſiueq; conſonantia de temperantia dicitur, nam proprie conſonantia eſt in ſonis. Item nec ruſticitatis ruditas duritieſq; ut quidam diffinientes ipſam dicunt eſſe ruditatem & duritiem moris, nam durities proprie eſt in corporibus. Nam corporis eſt affectio, Peccant autem dicentes temperantiam eſſe conſonantiam, & quia non ex ipſius diuiſione, & prædicatione accipiunt ſpeciem et genus, nam temperantia eſt qualitas, nam habitus, ſed cõſonantia eſt ad aliquid, nam quorundam eſt.

Inſuper ſi ſit contrarium alicui ſpecies, conſiderandum. Eſt autem multipliciter conſideratio, primum quidem ſi in eodem genere & contrarium, cum non ſit contrarium generi. Oportet enim contraria in eodem genere eſſe, ſi nihil contrarium generi ſit. Cum autem eſt contrarium generi, conſiderandum ſi contrarium in contrario eſt, neceſſe eſt enim contrarium in contrario eſſe, ſi ſit contrarium quidem generi. Manifeſtum autẽ eſt unumquodque eorum per inductionem.

Inquit conſiderandum eſſe ſi poſitum ut ſpecies contrarium eſt alicui, nam ſi fuerit alicui cõtrarium poſitum, ut ſpecies alicuius eſt accipere plures occaſiones locorũ. Nam unus locus a contrariis deſtructiuus, ſi non fuerit contrarium in genere poſitorum, & ipſum ſub eodem genere cum non ſit aliquod contrariũ ut in genere poſito, nam neceſſe eſt ſi alterum contrariorum ſub aliquo genere fuerit, cui nihil eſt contrarium, & alterum contrariorum ſub eodem genere erit, nam contraria uel in eodem genere, uel in contrariis generibus, uel quando ipſa genera ſunt. Genus igitur non erit poſitum in genere, ſed neq; in contrario genere niſi genus fuerit aſſignato generi contrarium. Relinquitur igitur & contrariũ poſito ut ſpeciei in ipſo genere eſſe, ſi ergo illud non fuerit, neq; hoc erit, nã in quo album in hoc etiam nigrum, nam in colore ambo quia colori nil eſt cõtrarium. Similiter quia impar eſt in numero contrarium, & par in numero. Per hunc oſtenderet aliquis non eſſe amicitiam ſub genere hoc, ſcilicet ſimilitudine morum, quia inimicitia cum ſit cõtrarium ipſi, neq; ſub ſimilitudine morum eſt, neq; ſub contrario ſimilitudinis morum, ſecundus locus eſſet. qd̃ ſi fuerit aliquid contrariũ generi, & generi accepto cõtrarium conſiderandũ eſt ſi contrariũ accepto ut ſpeciei ſub

contrario ipſius accepti ut generis ſit, nam oportet contraria ſub eodem genere eſſe, ſi nihil fuerit cõtrarium generi, ſub contrariis ſunt, ſi fuerit etiam generi aliquid contrarium. Non.n.amplius poſſibile eſt generum habentũ cõtrarietatem cõtraria inter ſe ſub eodem genere eſſe, ſic iuſtitia in uirtute eſt ut in genere, quia etiã iniuſtitia cũ ſit contraria ipſi in malitia eſt quæ eſt contraria uirtuti. Sic oſtendes quod iniuſtitia non eſt bonum conſilium ut putauit Thraſymachus, quia cõtrarium iniuſtitiæ, ideſt iuſtitia, neq; ſub bono conſiglio, neq; ſub contrario boni conſilii quod eſt malum conſilium eſt. Item quod intemperantia non eſt malitia. Oſtẽderetur autem ꝙ contrarium ipſi eſt temperantia, neq; ſub malitia eſt, neq; ſub contrario malitiæ, quod eſt uirtus, non enim uirtus temperantia ob iniquum ſtultum deſiderium, ſed neq; uirtus ſcientia, quia neq; malitia ignorantia.

Rurſum ſi omnino in nullo genere, quod ſpeciei eſt contrarium, ſed ipſum genus, ut bonum. Nam *ſi hoc non in genere, nec contrarium huius in genere erit, ſed ipſum genus. quẽadmodum in bono & malo accidit.* Neutrum *enim horum in genere, ſed utrunque eorum genus.*

Alium locum aſſignat a conſideratione ſi aſſignatæ ſpeciei eſt aliquod contrariũ, nam ſi aſſignatæ ſpeciei cõtrarium ſi nulli generi eſt, neq; ipſum aſſignatum, & ſpecies alicuius generis erit in genere poſito, nã quorum cõtrarium alterum ſub nullo eſt genere, neceſſe etiam eſt ut alterum horum ſit ſub nullo genere, quia contraria uel in eodem genere ſunt, uel in cõtrariis generibus, uel ipſa genera ſunt, ut in prædicamentis dictum eſt. Quia igitur bonum nõ eſt aliquo genere, ſed eſt ipſum genus, neq; malum in aliquo genere erit. Mos autem eius eſt ad malum & bonum genera dicere licet æquiuoce dicta, ut demonſtrauit in moralibus. Erunt autem exempla contrariorũ, ut generum ipſum facere, et ipſum pati, nam cum ſint hęc cõtraria, ſiquidem neq; ſub eodem ſin genere, neque ſub contrariis generibus, neque enim uniuerſaliter ſub aliquo genere ipſorum, ſed hæc genera ſunt in primis decem, hinc incipientes conuertendo oſtendere poſſumus quod priuatio non eſt formæ contraria, nam ſi forma in ſubſtantia, & priuatio in nullo genere, nam quod eſt ſimpliciter non ens non poteſt eſſe in aliquo genere, neque contrarium erit formę, quia in ſubſtantia non eſt contrarium quicquam ſub qua eſt forma.

Deinde ſi contrarium alicui & genus, & ſpecies eſt. Et horum quidem eſt aliquod medium, illorum autem, non. Si enim generum eſt aliquod medium, & ſpecierum, & ſi ſpecierum, & generum: ut in uirtute, & uitio, & iuſtitia, & iniuſtitia. Vtrorunque enim eſt aliquod medium. Inſtantia huius, quoniam ſanitatis & ægritudinis nihil eſt medium. Mali uero & boni aliquid medium.

Inquit rurſus quærendum eſſe ſi ſpecies ſimiliter & genera inter ſe ſint contraria. illud autem ſimiliter eſt ſi ambo ſint immediatorum cõtrariorum, uel ambo mediatorum, nã ſi horum eſt aliquid medium, & illorũ nullum, non uidebuntur aſſignatæ ſpecies eſſe ſub aſſignatis generibus eſſe, nã uidetur probabile eſſe illud ſimiliter ſe habere in ambobus, & ſic habent iuſtitia, iniuſtitia uirtus & malitia, nã utraq; contrarietas eſt immediata, nã ſi generum erit aliquid mediũ, & minime earum ſpecierum quę ſub ipſis, mediũ prædicabitur de quibuſdam generibus. Nam oportet ipſa ſi ſunt de aliquibus prædicari, quippe non ſit aliquod indiuiduũ, ſed de nulla ſpecierum contrarium prædicabitur, nam contraria genera de illis, ſi autẽ erit aliquod medium ſpecierum, & non amplius generũ medium contrariorum erit ſub aliquo genere. Non.n.aliquod cõtrariorum generum, nam contrariæ ſpecies ſunt ſub eiſdem, cæterum inſtantiam cõtra locum ut ueriſimilem ſolum adducit, ſed minime uerã, in qua ſubinfert qđ inter ſanitatem & morbum, nullum eſt mediũ, cum autẽ bonum & malũ ſint contraria genera ſub quibus ſanitas & morbus ſunt aliqua intermedia boni & mali. Nã nec malum, nec bonum ſunt media ipſorum. Verum hic intelligendum eſt bonũ & malũ de ipſis corporalibus, ſed nõ de ipſis æquiuoce dictis. Et.n.horum ſunt aliqua immediata, et.n.bona habitudo & mala cum ſint corporalia bona & mala mediata ſunt, nam medium ipſorum eſt ſanum eſſe. Itẽ turpitudo, pulchritudo, robur, & imbecillitas, uel hæc non genera propoſitorum, neq; ſecundum negationẽ extremorum, ſed media ſunt ut boni & mali.

Inſuper ſi eſt quidem aliquid utriſq; medium & ſpeciebus, & generibus, non ſimiliter autem ſed horum quidem ſecundum negationem, illorum uero, ut ſubiectum, probabile enim ſimiliter & in utriſque, ut in uirtute & uitio, iuſtitia et iniuſtitia. Vtriſque enim ſecundum negationem medium.

Inquit quęrendũ eſſe hoc ẽt aliquo modo, ſi amborũ generum contrariorum, & contrariarũ ſpecierum ſit aliquod medium, & ſi ſimiliter, nã ſi fuerit non ſimiliter, ſed extremorũ ſecundum negationem & ſignificatorum ſecũdum affirmationem, nõ erunt diuerſa ut in diuerſis generibus, nam uidetur probabile eſſe hoc ut ſimiliter ſe habeant media in utriſq;, ut ſi habet in uirtute & malitia, & iuſtitia, & iniuſtitia. Nam ambæ contrarietates negationum extremorum habent media ſignificata. Item hoc haberet inſtantiam, medium.n.inter famam & ignominiam oſtenditur affirmatione, nã tale medium prædictum eſt, medius uolo eſſe in ciuitate. Item medio modo aſpicere eſt medium inter obtuſe uidere & acute, & affirmatione oſtenditur: ſimiliter etiam mediocriter audire eſt medium inter acutum auditum & obtuſum, ſed boni & mali in quibus hæc ut genera ſecundum negationem ſunt.

Præterea quando non eſt contrarium generi, conſiderandum non ſolum ſi contrarium in eodem genere, ſed & medium. In quo enim extrema & medium, ut in albo & nigro. Eſt enim color genus & horum, & mediorum colorum omnium. Inſtantia, quoniam defectus quidem & ſuperabundantia in eodem genere (in malo enim ambo) mediocre autem (cum ſit medium horum) non in malo, ſed in bono eſt.

Dixit quod ſi fuerit ſpeciei aliquod contrariũ, & generi, non qđ oportet ẽt contrariũ poſitæ ſpeciei in ipſo eſſe genere, nunc autem addit huic quod nõ ſolum contraria oportet eſſe ſub eodẽ genere, ſi nihil generi fuerit cõtrarium, ſed etiam medium ipſorum ſi fuerit aliquid ipſorũ medium. nam in quo genere extrema, ideſt cõtraria ſunt in eodem etiam medium ipſorum eſt, ſiquidem medium eſt inter cõtraria, ſic ſub quod genus albũ & nigrum, ſub idem & colores medii, nam omniũ color eſt genus. Similiter ſapor eũ ſit genus cõtrariorum, ceu dulcis, & amari, & omniũ ipſorum intermediorũ eſt genus. ſic oſtenderetur circunferentiale non eſſe genus gibboſi, nam ſi gibboſum, & cauum cũ contraria ſub ipſo circunferentiali, & intermedium gibboſi, & concaui quod eſt uel rectũ uel rectitudo non amplius ſub circunferentiali eſt, igitur circunferentiale non erit genus ipſorum. Cæterum infert inſtantiam etiam ad hunc locũ, nã in moralibus uirtutibus, excellentia quidem & indigentia contraria inter ſe ſunt ſub malitia, ſed uirtutes exiſtentes mediæ ipſorũ ſub alio genere ſunt, nã ſub uirtute, uel quia accidit his non ſolũ ut medię ſint, ſed etiam ut ſint contrariæ utrorunq; extremorũ, proinde magni & parui cũ ſint in excellentia abundantiaue, & in indigẽtia medium eſt æquale ſub eodem genere: ſed ſi ſecundum colorem, uel ſaporem, uel quippiam aliud taliũ aſſumeretur excedens abundanſq;, & indigens etiam intermedium ipſorum eſt ſub eodẽ genere. Item proprie medium cum ſit ſecundum mixtionem extremorum tale exiſtens & neceſſario ſub idem genus erat

cum extremis, ſed uirtus non ſic malum media, quippe æquiuoce mediū dicitur, nam dicitur centrum eſſe in circuli medium. Item in terminis medius ille dicitur qui partim eſt ſubiectum partimq; prædicatum, uel totus bis acceptus in complicationibus propoſitionum. Item ſi ſuppoſitum fuerit quādo nihil fuerit generi contrarium, ſed malitiæ cum ſit genus abundantiæ & inopiæ, contraria eſt uirtus.

Conſiderandum etiam, ſi genus quidem contrarium eſt alicui, ſpecies autem nulli. Nam ſi genus eſt contrarium alicui, & ſpecies, quemadmodum uirtus & uitium, et iuſtitia & iniuſtitia. Similiter autem & in alijs conſideranti manifeſtū uidetur eſſe huiuſmodi. Inſtantia in ſanitate & ægritudine eſt, ſimpliciter enim ſanitas ægritudini contraria eſt: aliqua autem ægritudo exiſtens ſpecies ægritudinis nulli contrarium eſt, ut febris & ophthalmia, & unaquæque aliarum.

Etiam hic locus eſt in contrariis, ſtatuit autem per ipſum conſiderandum eſſe ſi quippiam eſt poſito ut generi contrarium, & ſpeciei non, quod ſi hoc certe non eſſet genus aſſignatum, cum nulla ſpecies eius habeat contrarium, nā contraria genera ſunt inuicem contraria, ut uirtus & malitia contraria, & iuſtitia & iniuſtitia, & ſi genus contrarium alicui, ſpecies erit contraria alicui, non tamē econtra eo, quod contraria poſſunt eſſe ſub eodem genere, ſic quia harmoniæ inconſonantia cōtrarium eſt, & animæ nullum contrarium, anima non erit conſonantia, ut Plato probauit in Phædone. Sic aliquis oſtenderet non eſſe genus elementi principium, ſi quidem principio finis ſit contrarius, & elemento nullum eſt contrarium, ſed neque loci uacuum eſt genus, ſiquidem uacuo contrariū ſit plenum & loco nil contrarium. Item nec temporis motus, ſiquidem motui quies eſt cōtraria, ſed tempori nihil. Item ſi incorruptibili contrarium eſt corruptibile, & deo nihil, non igitur erit genus dei incorruptibile. Cæterum fert inſtantiam probabilem contra locum, quæ eſt de ſanitate & morbo. Nā ſimpliciter ſanitas eſt contraria morbo, ſed acceptorum ſub morbo & ſanitate alicui nihil eſt contrarium, nam febris morbus exiſtens, & ophthalmia, & pulmonis morbus nullum contrarium habent. Vel etiam eſt in his contrarietas ſine nomine, nam de ſingulis his ſanitas dicitur.

Interimenti igitur tot modis inſpiciendum. ſi enim non inſint, quæ dicta ſunt, manifeſtum eſt non eſſe genus, quod aſſignatum eſt. Conſtruenti uero, tripliciter. Primum quidem, ſi cōtrarium ſpeciei ſint in dicto genere, cum non ſit contrariū generi. Nam ſi contrariū in hoc, manifeſtum, quoniā et quod propoſitum eſt. Inſuper ſi medium in dicto genere, in quo.n. medium, & extrema. Rurſum ſi ſit contrarium quaddam generi, conſiderandum ſi & contrarium in contrario. Nam ſi ſit, manifeſtum, quoniam & propoſitum in propoſito eſt.

Cum aſſignarit multos locos a cōtrariis (nā ſunt quos expoſuit) nunc omnes hos inquit deſtructiuos eſſe, tres autem ex ipſis ſolum eſſe utiles etiam ad conſtructionem dicit, quos etiā exponit, nam quando primus dictorū ſtatuens ſi non eſt aliquid poſito generi contrarium, ſed ſpeciei, tunc ambo contraria ſub eodem genere eſſe. Nam hoc poſito, ſi oſtenderetur quod accepto generi nihil eſt contrariū, & eſt quæſitæ ſpeciei contrariū in genere hoc erit oſtenſum quod etiam quæſiti cōtrarii ſpeciei idē genus erit. nam ſi contrarium in hoc, patet quod etiā hoc, ceu quia plura paucioribus contraria, & multitudo eſt genus multorum, & nihil multitudini eſt contrariū & paucorum multitudo erit genus. Secūdum quoq; locum ad conſtructionem a contrariis prædictis eſſe utilem exponit eum a mediis, nam ſi medium aliquorum in hoc quodam genere, & contraria in eodem genere erunt. Oportet autem palā medium proprie accipi. Hæc autem ſunt huiuſmodi media, quæ ſunt ſecundum mixtionem contrariorum, nā in quo genere eſt uox craſſa in illo etiā acuta & grauis, & in quo fuſcum, in illo etiam album & nigrum, ſed minime in quo fortitudo, in hoc etiā audacia & timiditas, quia non ſic uirtutes mediæ malorum ut ſint ſecundum mixtionem ipſorum. Item tertium locum exponit ad conſtructionem quādo & ſpeciei acceptę fuerit aliquod contrarium, & poſito ut generi. oportet (inquit) conſiderare ſi contrarium quæſiti ſit in contrario genere, nam ſi contrarium in cōtrario & quæſitum in contrario illius erit, nam ſi quæſiti genus eſt incommēſuratio morbi, oſtendentes quod ſanitatis quæ eſt contraria morbo commenſuratio, at genus cum ſit, contraria fuerit incommenſurationi, oſtendemus tum quod etiam morbus eſt in ipſa incommenſuratione.

Rurſum in caſibus, & coniugatis, ſi ſimiliter ſequuntur, & interimenti, & conſtruenti. Simul enim uni, & omnibus inſunt, uel non inſunt: ut ſi iuſtitia ſcientia quædam, & iuſte ſcienter, & iuſtus ſciens. Si autem horum aliquid non ineſt, nec reliquorum ullum.

Vt in problematibus ab accidente tradidit quaſdā locos deſtructiuos & cōſtructiuos a caſibus & cognatis, ſic etiam ad problemata generis ab ipſis eiſdem aſſignat aliquos locos, nam cōmunes & opportuniſſimi ad omnia ſunt loci a cognatis, nā ſi de aliquo genus aſſignaretur, oportet uidere ſi etiam cognata generi ſpeciei cognatorum poſſint eſſe genera. Et ſi fuerit conſtruentur, ſin uero deſtruētur. nam ſi ſimiliter ſequitur poſitum genus ipſam poſitam ſpeciem, etiā caſus generis ſequitur caſum ſpeciei, tunc aſſignatum genus erit cōſtructium de eo cuius eſt genus, ut caſus in magnanimitate magnanime, & in ipſa carentia affectionis non affectanter. Si ergo magnanime eſt non affectanter, & magnanimitas eſt affectionis carentia, ſi ergo primum eſt, igitur & ſecundum. Rurſus deſtruimus ſic a caſibus. eſto propoſitum oſtendere quod non ſit genus indolis celeritas, aſſumemus a caſibus continuum tale, ſi indoles bonū ingenium eſt celeritas, & ingenioſe eſt celeriter, ſed non eſt ingenioſe celeriter, nam bene magis eſt, ſed nō celeriter, neq; igitur indoles eſt celeritas. Rurſus ſi ruſticitas eſt ruditas, et ruſticitus eſt rude, ſed ſed nō eſt ruſticitus rude, ſed magis inexperienter, igitur neq; ruſticitas erit ruditas. Itē ſi uoluptas bonum, & uoluptuoſe bene, ſed non eſt hoc uoluptuoſe bene, nam eſt uoluptuoſe affici turpiter & male affici, igitur nec uoluptas eſt bonum, & ſic quidē a caſibus. Rurſus conſtruemus a cognatis, cognata aūt dicuntur inter ſe ſic dicta, fortitudo, fortis, fortiter, forte. Et.n. caſus hic fortiter in cognatis eſt, ideo loci a cognatis continent etiā locos a caſibus, & ipſe uſus eſt de omnibus ſimul eiſdemq; exemplis. Similiter hæc cognata, iuſtitia, iuſtus, iuſte, iuſtū, ſumemus igitur uolētes oſtēdere ꝙ iuſtitia ſub genus ſit, ꝙ eſt uirtus cognata eidē, ut ſi iuſtū, ut ita dixerim, uirtuoſum eſt, & iuſte eſt uirtuoſe, et iuſtus uirtuoſus, et iuſtitia uirtus, ſi ergo antecedentia ſunt, etiam ſequens erit uerū. Sic ergo conſtruemus & deſtruemus quod uoluptas non eſt ſic ſub utile, ſi uoluptas utile, & hoc uoluptuoſe utiliter & uoluptuoſum utile, ſed nō eſt uoluptuoſum utile, igitur nec uoluptas utilis, quare in quo apertius euidentiuſq; contra acciderit cognatorum, illud ſumemus & oſtendemus per ipſum, quod neq; uoluptas eſt utile, nā ſimiliter ſi habere omnia cognata ſecundum illationem oportet, ſi uero non utile uoluptas, patet quod neq; in ipſo genere erit. Rurſus cognata inter ſe iuſtitia, iuſtus, iuſte, iuſtū, & ſcientia, ſciens, ſcienter, & ſciens, ſi iuſtitiæ fuerit genus ipſa ſcientia, oportet etiam iuſtum eſſe ſub ſciente, & iuſtum ſub ſcientem & iuſte ſub ipſo ſcienter.

Rurſum in ijs, quæ ſimiliter ſe habent adinuicem: ut delectabile ſimiliter ſe habet ad uoluptatem, & utile ad bonum. utrunque enim utriuſque effectiuum eſt. Si igitur uoluptas eſt quiddam bonum, & delectabile quiddam utile erit.

Manifeſtum enim quoniam boni erit effectiuum,quoniam uoluptas eſt bonum .

Similis etiam hic locus ei a cognatis,nam ſi aliqua ſimiliter ſe habent admuicem,ſi alterum eorum quæ ſimiliter ſe habent alterius genus fuerit, & alterum erit alterius genus,ut quia uoluptuoſum ſimiliter ſe habet ad uoluptatem,& utile ad bonũ,ut uoluptuoſum eſt effectiuum uoluptatis,ſi etiã utile erit effectiuum boni,uel econtra permutatim ſi uoluptatis genus bonum , erit ẽt genus uoluptuoſi utile. Eſt autem dictum ẽt per per peoportionẽ accipiendum,nam ſi ut bonum ad utile, ſic uoluptas ad uoluptuoſum & uiciſsim antecedens ad antecedens , ſic etiã conſequens ad cõſequens , quare ut bonum ad uoluptatẽ,ſic utile ad uoluptuoſum,ſi ergo bonum eſt genus uoluptatis,& utile erit genus uoluptuoſi,ipſe tamen nõ uſus eſt proportione,ſed affabulationem & conſilium oſtenſi ornauit,nam quia erit & utile genus uoluptuoſi conſultauit dicendo.{Manifeſtum.n.quoniam boni erit effectiuũ} quoniam uoluptas bonum,nam ſi uoluptas bonũ eſt effectiuum eius,& huius erat uoluptuoſum,itaq; erit alicuius boni effectiuum,ſed omne boni effectiuum utile eſt in genere utili.Item hic locus eſt cõſtructiuus, & deſtructiuus, nam ſi uoluptas in genere boni , neq; uoluptuoſum in genere utilis erit,& ſi ut exerceri ad ſanitatem. ſic diſcere ad ſcientiam,non eſt autem exerceri ſub ipſo diſcere,ſic neq; ſanaei ſub ſcire erit .

Similiter autem & in generationibus , & corruptionibus,ut ſi ædificari eſt operari,ædificaſſe,operatum eſſe.Et ſi diſcere eſt reminiſci,& dediciſſe,recordatum eſſe. & ſi diſſolui eſt corrumpi,& diſsolutum eſſe corruptum eſſe,& diſſolutio,corruptio quædam .

Locos aſsignat, nam ſi generatio alicuius ut ſub genere fuerit alicuius alterius generatio , & genitum ſub ipſo erit ut ſub genere factum a genere effectiuo,eadem ratio etiam in corruptiuis, igitur a generatione ſi ædificare eſt agere,& ſub actione etiam erit ipſum ædificari & agi ſub hoc.Item ſi diſcere eſt eeminiſci ut ſub genere,ẽt reminiſci & didiciſſe ſub reminiſci erit , ut putauit Plato dicens diſciplinas eſſe eeminiſcentias.uerum accipit ædificare & diſcere ut generationes,quorũ aliud eſt ædificati,& aliud eius quod diſcitur.Porro propria eſt ædificati ædificatio & diſciplina eius quod diſcitur . Et erit tale dictũ ſi ipſius ædificare fuerit genus ipſum agere,& ipſius ędificari erit agi,& ſi fuerit genus diſciplinæ reminiſcentia,& didiciſſe genus erit eeminiſci. Sed uidẽtur exẽpla quibus utitur cõpetere etiam locis coniugatis. Nam cognatum eſt ædificare ipſi ædificari , & agere ipſi agi. Item dicti erunt talia exẽpla ſi iuſtitiæ generatio nõ eſt diſciplina, neq; iuſtitia ſcientia erit:ſi primum,igitue ſecundum.Sic autẽ oſtenderet aliquis quod neq; ſcientia eſt genus ſenſus. Nam ſi ſenſus generatio natura, & ſciẽtiæ non natura,quippe diſciplina ſit,ſenſus nõ erit ſcientia.Patet autem quod etiã locus conſtructiuus eſt, nam ſi geometriæ generatio eſt diſciplina & geometria erit ſcientia , ſed a corruptione eſt locus talis.Si diſſoluere eſt corrumpi,& diſſolutio eſt corruptio.Nam ſimiliter ſe habet diſſolui ad diſſolutum eſſe, & corrumpi ad corruptum eſſe,quare ſi alterum alterius genus,& alterum alterius eſſet .

Et in generatiuis uero & corruptiuis,ſimiliter & in potentijs, et uſibus, & omnino ſecundum quamlibet ſimilitudinem & interimenti & conſtruenti inſpiciendum, quemadmodum in generatione et corruptione diximus. Nã ſi corruptiuum,diſſolutiuũ: et corrumpi,diſſolui. Et ſi generatiuum eſt effectiuum, et generari, fieri , & generatio factio. Similiter & in potentijs,uſibus,et omnino ſi potentia eſt diſpoſitio,& poſſe diſponi. Et ſi alicuius uſus eſt actus , & uti agere, & uſum eſſe egiſſe .

Similiter inqt ut a generationibus & corruptionibus , ſic ẽt a generatiuis & corruptiuis arguẽdum eſt.Itẽ a potentiis & uſibus & uniuerſaliter ab iis quæ ſunt ſimilia ſecundum quamlibet ſimilitudinẽ, nam ſimiles argumentationes ab omnibus his ſunt,non ſcd̃m idem tamen. Generatio.n.eſt talis mutatio,& generatiuum eſt talis mutationis cauſa.Eadem quoq; ratio in corruptione & corruptiuo.Nã dicit omnia talia habere ſimilitudinem inter ſe, & ſecũdum proportionem,ut.n.fieri ad factum eſſe, ſic etiã agere ad egiſſe,& ut corrumpi ad corruptum eſſe,ſic diſſolui ad diſſolutum eſſe,quare alterum ſub altero fuerit, & alterũ ſub altero erit . Item potẽtia ad poſſe ſimilitee ſe habet ut etiã diſpoſitio ad diſponi, quare potentia diſpoſitio erit genere,& poſſe diſponi erit . Rurſus ut uſus ad uti & actio ad egiſſe , cuncta autẽ ſic dicta eo quod ad unum aliquid habent eelationem ſimilia ſunt. Et.n.generatiuum ad id quod fit,& generatio ad factũ eſſe , & corruptio ad corruptum,& potẽtia ad poſſibile,& uſus atq; unumquodq; ſimilitee talium quod habet habitudinem ad unum aliquid. Ideo & in omnibus ſimilis eſt oſtenſio & per ea quæ ſunt inuicem . Nã ſecundum ipſum caſum omnia inter ſe inferentur.nam ſi corruptiuum eſt diſſolutiuum,& corrumpi eſt diſſolui,& corruptio diſſolutio .Similiter & ſi generatiuum effectiuum & generari fieri , & generatio factio.& ſi nihil talium eſt,neq; alia ſunt,ſed hi omnes loci uidẽtur ſimiles eſſe his a cognatis , ut prædixi , & ſi alicuius uſus actio ſi hoc ratione uti eſt agere , & ſub actione ut genus, & uſum eſſe ratione erit ſub egi ſed ut genus.Similiter ſi uſus actio uirtutis, uel uirtutem agere,& uti uirtute eſt egiſſe .

Si autem priuatio ſit,quod opponitur ſpeciei, duobus modis eſt interimere. Primum quidem ſi in aſsignato genere eſt oppoſitum. Nam aut ſimpliciter in nullo genere eodem priuatio , aut non in ultimo,ut ſi uiſus in ultimo genere eſt ſenſu,cæcitas non erit ſenſus .

Cum attulerit prius locos a cõtrariis,nam eo quod cõtrarium aliquod eſt ſpeciei uel generi conſtructio & deſtructio fiebat , nunc etiam ab aliis oppoſitis aſsignat , & primũ quidem ab his ſcd̃m habitum & priuationem , & duos inquit eſſe locos deſtructiuos ab oppoſitis ſecundũ habitum & priuationẽ,quorum primũ tradit eum qui eſt a contrariis generi & ſpeciei, ſi oppoſitũ priuatio eſt ſub eodem genere ſub quo ponebatur etiã habitus ipſius ut peoximum genus,non erit genus habitus aſsignatũ. nam priuatio uel uniuerſaliter in nullo genere eodem ut etiã habitus, uel non omnino in extremo & proximo . Nã ſi uiſus eſt in extremo & proximo genere ſenſus impoſsibile eſt cęcitatem eſſe priuationem eius in ſenſu eſſe,& ſi cęcitas in proximo genere eſt quod eſt ipſa inſenſatio impoſsibile erit,ut uiſus ſit in ipſa inſenſatione,ſic etiam oſtẽdemus quod habitus non eſt genus ignorantiæ,nam cognitionis habitus eſt genus,cuius ignorantia eſt priuatio, tamen non in proximo eodem genere poteſt eſſe habitus & priuatio , ſic etiam oſtenderetur malitiam non eſſe peiuationem uirtutis , quia horum amborum proximus eſt habitus .

Secundum autem ſi & generi, & ſpeciei opponitur priuatio.non eſt autem oppoſitum in oppoſito,nec quod aſsignatum eſt in aſsignato erit.interimenti igitur , quemadmodum dictum eſt,utendum.Conſtruenti autem uno modo,nam ſi oppoſitum in oppoſito . & propoſitum in propoſito erit. Vt ſi cæcitas inſenſibilitas quædam,& uiſus ſenſus .

Secundus locus a priuationibus quẽ aſsignat deſtructiuum,talis erit,& poſito generi priuatio aliqua oppoſita,uel etiã ſpeciei , ſi non fuerit ſpeciei priuatio oppoſita ſub priuatione oppoſita in genere, neque propoſitũ eius erit genus. Nam uidetur ſi oppoſitum in oppoſitio,et oppoſitum in oppoſito eſſe,ut etiam in contrariis , ſic uiſus in ſenſu,quia etiã cęcitas in ipſa inſenſatione:ſed non amplius uiſus ſcientia,quia autem cæcitas in ignorantia quæ

eſt

eſt ſcientiæ priuatio, igitur deſtruere a priuationibus eſt dupliciter, & conſtruere uno modo tantum. Nam ſi oppoſitum eſt in oppoſito, & oppoſitum erit in oppoſito, ſi auditus in ſenſu, & ſurditas erit in carentia ſenſus, & auditus in ſenſu.

Rurſum in negationibus conſiderandum econuerſo, quemadmodum in accidente dicebatur. Vt ſi delectabile, quod quidem bonum, quod non bonum, non delectabile. Si enim non ita ſe habet, erit contra non bonum delectabile. At impoſſibile eſt ſi bonum eſt genus delectabilis, eſſe quicquam non bonum delectabile. De quibus enim genus nõ prædicatur, nec ſpecierum ulla. & conſtruenti ſimiliter inſpiciendum, quoniam ſi non bonum non delectabile, delectabile bonum, quare genus bonum delectabilis.

Profectus eſt ad oppoſita ſecundũ contradictionẽ, & oſtendit quõ & ab oppoſitione hac ſecundum contradictionem & poterimus cõſtruere genus. Inquit igitur ecõtra ſumendum eſſe in locis oppoſitis ſecundum contradictionẽ, ut iam dictum eſt, quãdo de accidente dicebatur, nam aſſignans locum ad accidens a contradictione in ſecundo libro conſtructiuum ſic dixit. Quoniam autẽ ſunt oppoſitiones quatuor eum qui cõſtruit & deſtruit conſiderare oportet ex contradictionibus ecõtra ex illatione. De hoc igitur nos reuocat ad memoriã. Sed quomodo rurſus ipſe demonſtrauit per exẽplum, nam ſi eſſet poſitum uoluptuoſum quod quidem eſt bonum.i.in genere boni, oportet rurſum a negatione boni uelut genus aſſignaretur incipiendo negationem uoluptuoſi inferre ipſi. Nã ſi uoluptuoſum quod quidem eſt bonũ, non bonum oportet eſſe non uoluptuoſum, cuius cauſam aſſignauit dicens. Nã impoſſibile eſt ſi quidem bonum genus uoluptuoſi, aliquod non bonũ uoluptuoſum eſſe. Nã ſi fuerit aliquod non bonum uoluptuoſum, non amplius omne uoluptuoſum ſub bono erit, ſic aũt neq; genus ipſius adhuc bonum erit. Item ſi non uerũ non bonum, non uoluptuoſum erit. Eſt.n.aliquod non bonũ uoluptuoſum neque ſi uoluptuoſi genus bonũ erit. Sic oſtendes qđ ſi boni genus eſt laudabile, nõ laudabile non bonũ. Sunt autẽ quædã nõ laudabilia licet bona, ut ſanitas, robur, diuitiæ, deſtruentes igitur incipiemus ab hoc quod deſtruere uolumus, nã ſi uoluptas quod quidem bonum non bonum non uoluptuoſum, neq; ſcđm erit. Non.n.uerum eſt non bonum non eſſe uoptuoſum, igitur neq; primum, hoc autem erat, neq; uoluptatis bonum eſt genus. Sed probantes a conuerſo demonſtrato. Nã ſi uirtus non fortitudo, & timiditas uirtus, ſi autem primum, ergo & ſecundum. Ideo deſtructio ſcđm locum ſecundum indemonſtrabile eſt. Sed conſtructio ſecundum primum probabile, igitur conſtructionis, non tamen neceſſarium. Non.n.ſi uerum eſt quod album canis, iam ob id canis album eſt genus, ideo de accidente uerior erit locus quam de genere.

Si autem ſit ad aliquid ſpecies, conſiderandum ſi & genus eſt ad aliquid. Nam ſi ſpecies ad aliquid, & genus: ut in duplici & multiplici. utrunq; etiam ad aliquid. Si autem genus ad aliquid, non neceſſario & ſpecies. diſciplina enim ad aliquid, grammatica autem non. An nec quod prius dictum eſt, uerũ utique uidebitur. Nam uirtus quod quidem bonum, & quod quidem honeſtum: & uirtus quidem ad aliquid, bonum uero, & honeſtum non ad aliquid, ſed qualia.

Quia ad oppoſita ſecundum ad aliquid profectus eſt, aſſignat plures locos ab hoc, nã primum hunc aſſignat, ſi poſitum ut ſpecies in genere aliquo ad aliquid fuerit, oportet etiã genus ad aliquid eſſe, quare ſi aſſignatũ genus non fuerit ad aliquid & ſpecies ad aliquid, nõ erit genus poſitum eius genus. Nã eorum ad aliquid uidentur etiam genera eſſe. Porro duplum ad aliquid cum ſit ſub ipſo ſubmultiplex eſt quod ad aliquid eſt. Item ſcientia cum ſit ad aliquid ſub opinione eſt, quæ eſt ẽt ad aliquid tamen æqualis quantitas non eſt genus, quia æquale eſt ad aliquid, ſed quantitas non eſt ad aliquid. Dicit autem quod ſi genus fuerit ad aliquid, non neceſſe etiam eſt ſpeciem ad aliquid eſſe. Nam ſcientia cum ſit ad aliquid genus eſt grãmatices, muſices, geometriæ, quarum nulla eſt ad aliquid. Eſt autem locus ſolum ad deſtructionẽ utilis, ſed ad conſtructionem non prorſus. Non.n.ſi ambo accepta ad aliquid ſunt, erit alterũ alterius genus, ut ẽt ſcientia & duplum. Sed inſtantiã ornauit & ad ſtatuentem. Si ſpecies eſt ad aliquid, & genus erit de numero eorũ quæ ſunt ad aliquid, tanquam non ſane ſit locus. Nam uirtus cum ſit ad aliquid ſub honeſto & bono ut genus eſt, quorum neutrum ſub ipſo ad aliquid eſt, igitur & uirtus ſub qualitate magis quam ſub ipſo ad aliquid. Diceret autẽ aliquis neq; genera eſſe uirtutis dicta, nam neq; bonũ genus, ſi quidem æquiuo cum neq; uirtutis genus honeſtũ, nam primum eſt uirtus actionum ſecundum ſe, ſed de his honeſtum prædicari uidetur ſolum.

Rurſum ſi non ad idem dicitur ſpecies, & ſecundum ſe, & ſecundum genus, ut ſi duplum dimidij dicitur duplum, & multiplum dimidij oportet dici. Si autem non, non erit multiplum genus dupli. Inſuper ſi non ad idẽ & ſecundum genus dicitur, & ſecundum omnia generis genera. Si enim duplum dimidij multiplum eſt, & abundans dimidij dicetur. Et ſimpliciter ſecundum omnia ſuperiora genera ad dimidum dicetur. Inſtantia, quoniam non neceſſe eſt ſecundum ſe, & ſecundum genus ad idem dici. Scientia enim ſcibilis dicitur. Habitus autem, & diſpoſitio non ſcibilis, ſed animæ.

Secundum locum deſtructiuum ab eo ad aliquid aſſignat nobis talẽ. Ad quod dicitur ſpecies per ſe, ad hoc oportet & ſecundum genus ipſum dici, ut quia duplũ ad dimidium per ſe, nam duplũ dimidii duplum, & genus ſiue multiplũ ad ipſum dicitur, nam duplũ dimidii dicitur multiplũ, quia duplũ eſt multiplex. Hoc.n.dictũ eſt quaſi cõtextus ſententia, ut duplũ dimidii, ſic etiam multiplex dimidiĩ. porro ſi aliquid dicitur ad aliquid non ad idem hoc & ſecundum aſſignatum de ipſo genus poteſt, dici non erit genus aſſignatum eius. Sic autem oſtendetur potentia non eſſe genus uiſionis, quia uiſio ſecundum ſe uiſibilis dicitur, ſed minime ſecundũ potentiam. Non enim dicitur uiſio potentia uiſibilis. Sic etiam oſtendetur neque habitus eſſe genus uiſionis, quia uiſio per ſe uiſibilis dicitur, & minime in potentia uiſibilis eſſe. Addit autem prædicto quod non ſolum oportet ſecundũ genus ad ipſum dici, ſed etiam ſecundũ omnia generis genera. Porro duplum non modo duplum dimidii duplum dicitur, neque ſolum multiplum dimidii, ſed etiam excedens qđ eſt genus multipli & maior. quod eſt generalius, igitur ex ſe ſufficiens non eſt ad oſtendendum genus uiſionis eſſe ſcientiam quod dicatur uiſio eſſe ſcientia uiſilis. Nam ſi diſpoſitio non dicitur quod genus eſt ſcientiæ, non erit eiuſdem ſcientia genus. Cæterum affert inſtantiam contra locum tanquam non ſit uerus uniuerſaliter, uel quia ſcientia per ſe ſcibilis dicitur. Nam eorum eſt quæ ſunt ad aliquid, non tamen ſecundum genus ipſius dicitur, nam eſt genus ipſius habitus & huius diſpoſitio, tamen non dicitur ſcientia, neq; habitus ſcibilis, neq; diſpoſitio, ſed habitus animæ & diſpoſitio animæ ſcientia. Vel duplex habitus & diſpoſitio, nam habitus & diſpoſitio dicuntur de habente ipſa ut anima, & de his quæ habentur ab ipſis.

Rurſum ſi ſimiliter dicitur genus, & ſpecies ſecundũ caſus. Vt ſi alicui, aut alicuius, aut quolibet modo aliter dicitur. Nã ut ſpecies, & genus. Velut in duplo & in ſuperioribus. Alicuius.n. & duplũ et multiplum. Similiter autẽ, et in ſcientia, alicuius enim & hæc, et genera, ut diſpoſitio et habitus. Inſtantia autem, quoniam aliquoties non ſic. Nam differens,

& contrarium alicui, diuerſum autem (quod eſt genus borum) non alicui ſed ab aliquo. Diuerſum.n.dicitur ab aliquo.

Et hic locus eſt ab ipſo ad aliquid, nam quia uidentur genus & ſpecies eſſe de numero eorũ ad aliquid ſimiliter ſecundum caſus dicuntur. Nã ſi ſpecies alicuius, ẽt genus alicuius, ut duplum alicuius, nam eſt illius quod eſt multipliciter multiplum, & excedens ſimiliter eſt alicuius, nam exceſſi, & maius, nã minoris eſt. Similiter ſcientia alicuius & habitus & diſpoſitio & opinio alicuius & rurſus ſi alicui & alia ſimiliter. Vt.n.ſcibile alicui, nam eſt ſcientię. Sic etiam habile dicitur ipſius habitus, & opinabile opinionis, & ut genus non erit aſſignatum genus. Ideo ſi poneretur genus amici conſilium, aut uoluntas utentes prædicto oſtendemus ꝙ non eſt amici uoluntas genus. Non enim ſcd̃m eoſdem caſus dicitur ad alterum uoluntas & amicus, nam uoluntas ad genitiuum dicitur, nã alicuius uoluntas quippe quæ uolibilis, ſed amicus ad datiuũ diceretur. Similiter oſtendetur qđ additio nõ eſt genus auctionis, quia auctio alicuius, quãdoquidẽ ſi auctorum, ſed additio nõ alicuius, ſed alicui, nã addito. Cæterũ inſtat cõtra locum perinde ac nõ ſanus ſit. Non.n.in omnibus ad aliquid ad ſimiles caſus genus & ſpecies aſſignatur. Nam cõtrarium alicui quia cõtrario, & differens ſimiliter quia differenti, ſed alterum genus exiſtens ambobus alicuius, ſed non alicui, non alterum alterius alterum.

Rurſum ſi ſimiliter ad aliquid ſecundum caſus dicta non ſimiliter conuertuntur. Quemadmodum in duplo, & multiplo. Vtrunque.n.horum alicuius, & idem etiam ſecundũ conuerſionem dicitur. Alicuius enim & dimidium, & ſubmultiplum. Similiter autem & in diſciplina, & opinione. Nam hæc alicuius & conuertitur ſimiliter. etenim opinabile, & diſciplinatum alicuius. Si igitur in aliquo non ſimiliter conuertitur manifeſtum eſt, quoniam non alterum alterius genus eſt.

Etiam hic locus ex his ad aliquid eſt, nam quia omnia uidentur ad aliquid dici ad conuertentia, ſi conuerſa non ad ſimiles caſus rurſus conuerterentur non erit genus id quod aſſignatur ut genus. Etenim ſi idem ut ſpecies poſita ad ſimiles caſus adinuicem diceretur, nondũ genus aſſignatum erit, niſi cõuertentia aſſignato ut generi & ſpeciei ad ſimiles rurſus ambos caſus dicerentur. Sæpe igitur ad caſus aſſignatum eſt, nam duplum alicuius, & multiplum ſimiliter. Item excedens & maius, & conuertentia cũ ipſis ad ipſas, nam minus aliquo minus, & excedens aliquod exceſſum excedit, & multiplex multiplũ ſecundum eadẽ eſt alicuius. Similiter & dimidium. Sed in aliquibus ad alium quidẽ caſum genus & ſpecies dicuntur, & ad alium conuertẽtia cum ipſis. Verum ad eundẽ inter ſe ut ſcientiæ & opinionis caſum dicuntur, nam ſciẽtia alicuius quia ſcibilis & genus eiuſdem. Opinio quoq; eſt alicuius ſi quidẽ opinabilis. Sed cõuertentia cum ipſis ad alios caſus cõuertuntur & non ſecundum quos hęc dicuntur, quanquam ſecundum eoſdem inter ſe, nã ſcibile quod conuertitur cum ſcientia in datiuo caſu cõuertitur, nam ſcientiæ eſt ſcibile, & opinabile cõuertitur ſic ad opinionem. Similiter & ipſum non alicuius eſt opinabile, nã opinioni. Quando igitur non ſimiliter ſe habent conuertẽtia, deſtruetur poſitum ut genus, nã ſi quis poneret maioris genus eſſe excedens, quia ſunt cõuertentia cum ipſis nõ ad ſimiles caſus dicuntur, nam minus eſt alicuius, quia maioris. Item excedens alicuius, quia minoris. Item exceſſum alicui, nam excedẽti, ſed tolleretur excedens eſſe genus maioris, tamen Straton adiecit quendã huic loco alium locũ. Si eadem ad ſimiles caſus dicerentur, aliud cõuertitur & aliud nõ in quid poſitũ non fore genus. Et exẽplis utitur locis defectu. ſ. & indigentia, nam ſi aliquis gẽnus defectus indigentiã dicit, quia utrunq; ipſorũ ad eundem caſum aſſignatur, nã defectus alicuius, nã ſupereminentiæ, & indigẽtia ſimiliter eſt alicuius, nã ſufficiẽtis, ſed nõ amplius ambo ad quæ utrunq; ipſorũ dicitur, cõuertuntur, nam exceſſus, & ipſe alicuius quippe defectus, ſed ſufficiens nõ amplius cõuertitur, nõ.n.dicitur ſufficiens indigentiæ ſufficiens, quare non erit indigentia defectus genus, ſed hic qui uult aliquid parũ ſecare deſtruit aliquod maius, nam omnia ad genus conuertentia dici aſſerit. Sed cauſa erroris eius eſt, quia non congrue eſt accipere indigentiam ad ſufficiens dici. Etenim indigentia eſt conuenientis & decẽtis indigẽtia, & ad hoc dicitur ad aliquid.

Rurſum ſi non ad æqualia ſpecies & genus dicitur. Similiter.n. & æqualiter utrunq; uidetur dici: quemadmodum in dono, & datione. Etenim donum alicuius, & alicui dicitur. Et datio alicuius, & alicui dicitur. Eſt autem datio genus doni. donum enim datio eſt irredibilis. In aliquibus autem nõ accidit ad æqualia dici, nam duplum alicuius duplum. abundans autem, & maius alicuius & aliquo. Omne enim abundans, & maius, aliquo abundant, & alicuius abundat, quare non ſunt genera quæ dicta ſunt, dupli eo quod non ad æqualia dicuntur ſpeciei. Aut non uniuerſaliter uerum ad æqualia ſpeciem, & genus dici.

Quia eorum quæ ad aliquid alia ad unũ dicuntur, alia uero ad plura, ad unum quidẽ duplum, nã ſolum ad dimidium. Et.n.hoc ad unum, quippe ad multiplex multiplum, ſed ad plura excedens. Et.n.alicuius excedens quoque excedit ẽt aliquem uel in datiuo caſu. Si ergo non ad æqualia genus & ſpecies dicerentur, ſed aliud ad plura, et aliud ad unum, non erit genus aſſignatum. Nã uidentur genus & ſpecies ad æqualia dici, ut in donatione & datione, nam utrunq; ipſorum & alicui & alicuius, ideo tolleretur hoc. ſ. datione eſſe genus donationis. Et.n.dicitur donatio datio gratis data, ſi ergo nõ ad æqualia dicerentur, deſtruemus aſſignatum genus eſſe hoc loco utentes, ut ſi poneretur iræ genus eſſe appetitus, quia appetitus ad unũ dicitur, nam alicuius, ira autem & alicuius & alicui, tamen appetitus non eſſet genus irę. Similiter oſtendemus quod etiam laudabilis non eſt oratio. Nam oratio alicuius ſolum, ſed locus alicuius & in aliquo, Niſi forte ut etiam ipſe dicit locus non eſt uerus, ſed ueriſimilis ſolum. Nã ex conceſſo cum fuerit genera aliquorum quæ nõ ad æqualia cum ipſis dicuntur, ut ſe habet excellentia, multiplum, & duplum. Nam hæc ad unum, ſed excellentia cum ſit genus ipſorum ad duo dicitur. Etenim alicuius & alicui. Item imitatio alicuius ſolum cum ſit genus æmulationis, ſed æmulatio alicuius & in aliquo. Itẽ oratio cum ſit genus laudabilis non dicitur ad æqualia ut dictum eſt.

Videndum autem & ſi oppoſiti eſt oppoſitum genus. Vt ſi dupli multiplum, & dimidu ſubmultiplum. Oportet.n.oppoſitum oppoſiti genus eſſe. Si igitur ponat aliquis ſcientiã, quod quidem ſenſum, oportebit & ſcibile quod quidem ſenſibile eſſe, non eſt autem, non.n.omne ſcibile, ſenſibile etenim in intelligibilium quædam ſcibilia. quare non eſt genus ſenſibile ſcibilis. Si autem hoc non, neq; ſenſus ſcientiæ.

Item hic locus eſt ab his ad aliquid, nam ſi poneretur aliquod genus alicuius, & ambo fuerint ad aliquid, cenſet conſiderandum eſſe ſi oppoſitum ſpeciei. Eſt autem oppoſitum ipſi ad quod dicitur oppoſitum generi genus eſt. Nam ſi non hoc, neq; oppoſitum oppoſiti genus erit. Nam ſemper uidetur oppoſitum ſpeciei in oppoſito genere eſſe. Quando fuerit aliquid oppoſitum eidem, ſed ad aliquid habent hæc oppoſita ad quæ dicuntur, ut dupli genus multiplum, quia etiam dimidu eſt multiplex multiplum & ſcientiæ opinio, quia etiam ſcibilis opinabile. Porro ſi poneretur genus ſcientiæ ſenſus deſtruere poterimus utentes hoc neq; oppoſiti ſcientiæ ſcibilis genus eſſe oppoſitum ſenſui ſenſibile. Non enim genus ſcibilis ſenſile, quia cum ſint plura intellectualia, ſunt ſcibilia. Sed poteſt aliquis uti loco ad conſtructionem. Nam ſi oſtenderetur oppoſitum poſito, ut generi eſſe genus oppoſitę ſpeciei, & ſuppoſitum erit genus.

Q uoniam autem eorum, quæ ad aliquid dicuntur: alia quidem ex neceſsitate in eis, aut circa ea ſunt, ad quæ dicuntur, ut diſpoſitio, & habitus, & commenſuratio. In alio enim nullo poſsibile eſt eſſe, quæ dicta ſunt, quam in eis, ad quæ dicuntur. Alia autem non neceſſe eſt in eis eſſe, ad quæ dicuntur. Contingit autem, quemadmodum ſcibile eſt in anima. Nihil enim prohibet ſui ſcientiam habere animam Nõ neceſſarium autem Poſsibile eſt enim & in alio eſſe hanc, eandem. Alia uero ſimpliciter non contingit in eis eſſe, ad quæ dicuntur, ut contrarium in contrario, neque ſcientiam in ſcibili, niſi ſit ſcibile anima, uel homo: conſiderare oportet, ſi quis in genere ponat, quod tale eſt, in non tali, ut ſi memoriam manſionem ſcientiæ dicat. Omnis enim manſio in manente, & circa illud, quare & ſcientiæ manſio in ſcientia. Memoria igitur in ſcientia, eo quod manſio ſcientiæ eſt. Hoc autem non contingit, memoria enim omnis in anima. eſt autem qui dictus eſt locus, & ad accidens communis. Nihil enim refert memoriæ genus mãſionem dicere, aut accidere dicere illi hoc. Nam ſi quouis modo eſt memoria manſio ſcientiæ, eadem aptabit de ipſa ratio.

Item quẽdam alium locum aſsignat eorum quæ ſunt ad aliquid. Eſt autem quod dicit tale. eorum ad aliquid alia ex neceſsitate in illis ſunt, uel circa illa ad quæ dicuntur, ut compoſitio dicta ad compoſitum ex neceſsitate eſt in compoſito ad quod dicitur. Similiter etiam commenſuratio, nam incommenſuratio eſt ad quam dicitur. Item manſio manentis cum ſit, ex neceſsitate eſt in manẽte. Sed aliquis quæreret de habitu, quem etiam ipſe appoſuit. Si ex neceſsitate eſt in hoc ad quod dicitur, nam dicitur habitus habilis, ſed minime in ipſo habile, ſed uel in anima uel in eo cuius eſt. Niſi quis diceret habitum ad habens ipſum non ad id quod habetur dici, quod etiam paulo ante ipſe dixit. Hæc autem non neceſſe quidem eſt in illis eſſe, uel circa illa ad quæ dicuntur, tamen contingit ipſa eſſe in ipſis horum eſt ſcientia, nam dicitur ad ſcibile, non tamẽ eſt in ſcibile, ſed ex neceſsitate quidem eſt in anima. Contingit autem & ipſam in ſcibili eſſe ad qđ dicitur, nam ſcientia eſt in anima, & econtra anima dicitur habere ſcientiam. Sic enim erit ſcientia in ſcibile eadẽ animæ, non enim omnis ſcientia in ſcibile, neque enim omnis ſcientia anima ſcibile habet, nam quod omnis triangulus habeat angulos duobus rectis æquales ſcibile eſt, non tamen anima eſt, ideo huius ſcientia non eſt in ſcibili, nam quando ipſa non ſcit ſeipſam, & aliud aliquid erit, tunc non erit ſcientia in ſcibile, nam ſcientia muſicorum dicitur ad ſcibilia quorum ſunt, non tamẽ in his eſt, ſiquidem omnis ſciẽtia in anima. Forſitan autem melius pro hoc. Poſsibile eſt enim & in alio eſſe eandem hanc ſic ſcriptum eſſe poteſt & alterius eſſe hanc ipſam, id eſt ſcientiam. Non enim ſolum anima ſcibile eſt, poteſt etiã ipſum (Poſsibile enim eſſe hanc eandem,) dici perinde ac diceretur. Poſsibile enim in alio eſſe, ideſt & alterius cuiuſdam eſſe ſcientiam & alicui alteri ineſſe ſcibilium & ſi non ſoli animæ. Sed alia ſimpliciter impoſsibile eſt in illis eſſe ad quæ dicuntur ut habens contrarium. Equidem impoſsibile eſt idem in illo eſſe, nam ſimul eſſent contraria, ſed neque duplum in dimidio. Similiter neque excedens. Cum igitur ſit talis differentia in his ad aliquid, erũt etiam illorum ex neceſsitate in illis exiſtentium ad quę dicuntur, & genera talia. Horum quidem contingentium ex neceſsitate in illis quædam cum ſint, & genera in illis ſimiliter ſunt. Item impoſsibilia cum ſint, in his ad quę dicuntur, & genera ſimiliter, ut commenſurationis æqualitas, nam ambo his ſunt ad quæ dicuntur, & habitus diſpoſitio. Etenim hæc in quibus ſunt ad hæc etiam dicuntur. Rurſus ſcientiæ opinio. Nam neutrum ipſorum ex neceſsitate in ipſo ad quæ dicuntur, tamen contingit aliquando utrunque ipſorum, ſimiliter & ſenſus receptio. Item duplum ſub multiplo & excedens & contrarium ſub altero, quia in his nihil poſsibile eſt eſſe in hoc ad qđ dicitur, ſi ergo aliquid fuerit genus alicuius aſsignatum, ipſum quidem ex neceſsitate exiſtens in eo ad quod dicitur. Ad quod autem aſsignaretur ſi non ſic ſe haberet, uel econtra, deſtrueretur & oſtenderetur aſsignatum genus non eſſe genus. Nam oportet talem ſpeciem in tale & ſimile genus poni. Ob id ſi quis poneret genus memoriæ manſionem dicendo eſſe memoriam manſionem ſcientiæ, non recte aſsignabit eo quod manſio cum ſit ad aliquid ex neceſsitate in illo eſt cuius eſt manſio nam in manente manſio, ſed memoria non in illo eſt cuius eſt memoria, nam omnis memoria in anima ſed nõ omnis memoria animæ, ſi ergo memoria manſio ſcientiæ, erit in ſcientia, nam quia omnis manſio in illo eſt, cuius eſt manſio & ſcientiæ manſio erit in ſcientia, ſed hoc abſurdum eſt, quandoquidem in ſcientia non ſit memoria ſed in anima, demonſtrauit autem quomodo neceſſe eſt in quo genus eſt, & ſpeciem eſſe, nam addita differentia generi nõ tranſponit ipſum, ſed in aliquo communiter dicto eſt mãſio. Eſt autem genus ſpecies cum differentia. Sic autem aliquis oſtenderet quod neque ſeruatio ſenſus eſt memoria, nam conſeruatio ſenſus eſt in ſenſu, nam omnis conſeruatio in illo eſt cuius eſt conſeruatio, ſed memoria nõ eſt in ſenſu, ſed in anima, non enim ſenſus manens eſt. Itẽ quod non eſt paſsio in genere motus ut diffiniẽtes ipſam dicunt eſſe impetum motumq; irrationalem per hunc locum oſtẽderetur. Nam ſi omnis impetus eſt alicuius perſequendi, & ad hoc dicitur, ſed impetus, & motus non eſt in proſequendo, ſed in anima, non erit in eo ad quod dicitur, ſed paſsio cum ſit patientis paſsio ex neceſsitate eſt in patiente, ad quod etiam dicitur. ideo rationabilius eſt ipſam aſſerere motum eſſe. Vt enim paſsio in patiente ad quod etiam dicitur, ſic etiam motus, nã in moto motus ad quod etiam diceretur. Dicunt autem motum paſſionis genus, diffinientes paſsionem motum ſecundum animam ob uoluptuoſum uel triſtabile. Si ergo fuerit impetus impetuoſi impetus erit etiam impetus in illo ad qđ dicitur. Dicit autem dictum locum communem eſſe etiã ad accidens, nam ſi non genus memoriæ eſt manſio, ſed ipſa accidens aſsignaretur, abſurdum ſequetur, nam quãdo accidit memoria ſcientiæ, tunc ex neceſsitate in ſcientia erit memoria, quod eſt abſurdum dictu, nam omnis memoria & ſemper eſt in anima.

Rurſum ſi habitum in actu poſuit, aut actum in habitu, nõ eſt genus, quod tale eſt: Vt ſi ſenſum, motum per corpus. Siquidem ſenſus habitus, motus autem actus. Similiter autem et ſi memoriam habitum contentiuum opinionis dixerit. Nulla enim memoria habitus, ſed magis actus eſt. Peccant autem et qui habitum in conſequentem potentiam ordinant. Vt manſuetudinem continentiam iræ. & fortitudinem, & iuſtitiam, timorum, & lucrorum continentiam. Siquidem fortis, & mãſuetus perturbatione uacans dicitur. Continens autem, qui perturbatur. & non ducitur. Fortaſſe igitur talis potentia ſequitur utrunque, ut ſi perturbetur, non ducatur. Verum cõtinere non hoc eſt, hunc quidem fortem, illum autem manſuetum eſſe, ſed omnino perturbari ab huiuſmodi nihil.

Aſsignatus locus talis eſt. Videtur habituum habitus eſſe genus, & actionum actio, ſi ergo aliquis uariaret uiciſſim & uel habitus actionem aſsignaret genus, uel actionis habitum non ſane aſsignat, ideo deſtruetur aſsignatũ genus. Sic peccat qui dicit motum eſſe genus ſenſus, nam habitus actionem genus aſsignauit, nam ſenſus ſed motus eſt actus, nam ſecundum actionem eſt ſenſitiuus motus non ſimpliciter. Rurſus qui dicit memoriam habitũ ſeruatiuum ponit actum in habitu ut in genere, nam memoria eſt actus, & non habitus, nam ſecundum ipſum reminiſci eſt factus actus, uel non proprie, ſic dicunt diffinientes ipſum habitum ſeruatiuum contentiuumq; opinionis. Dicit autem peccare ponentes habitus in generis

Solutio.

bus eiſdem cum potentiis conſequentibus ipſos, nã ſunt quædam poſitione quæ uidentur nonnullos habitus cõſequi quibus uterentur ſi in hoc fierent ad quod ſunt poſitione utiles, non tam in ſubſtantia ipſa ſunt, ideo ſint in ipſis ſecundum ſuppoſitionem ut manſuetudinem exiſtentem habitum conſequitur potentia ex ſuppoſitione, ſcilicet poſſe imperare iræ immoderatæ & non conuenienti ſi aliquando incideret, nam manſuetudo eſt talis iræ carentia, tamen habere potentiam talem diceretur, ac ſi iraſceretur, imperandi paſſioni. Ex ſuppoſitione igitur ipſa potentia ſequitur manſuetudinem, nam ſi iraſceretur imperaret poſtea ſibi et temperanter ſe, unde ſi aliquis manſuetudinis genus aſſignaret temperantiam, & diffiniet ipſam temperantiam iræ non recte aſſignat. Non enim ex ſuppoſitione aliquod ſecundum potentiam ſequitur, & ſic ut poſuimus, erit genus etiam, nam ſemper genus, & inſeparabile. Sed in manſuetudine non ſemper temperantia iræ, ſed ſi iraſceretur tunc quando non proprie eſt aliquis manſuetus. Similiter peccat qui dicit fortitudinem eſſe temperantiam timorum, uel iuſtitiam temperantiam lucrorum, nam fortis proprie eſt expers timoris, ut etiam manſuetus eſt expers iræ, quos dixit impaſſibiles ſecundum tales paſſiones. Sed temperatus non ſecundum carentiam paſſionis dicitur, ſed ſecundum pati & non agere ab aliquibus paſſionibus. Et iuſtitia magis conſiſtit in chirographo lucrorum quam in tẽperantia. Si ergo genus in quid eſt. Illud autem ex ſuppoſitione ſequens aliquid genus aliquis ponit, non erit genus eorum.

Aliquoties autem & quod ſequitur quouis modo ut genus ponunt: Vt triſtitiam iræ, & opinionem fidei. Vtraque enim prædicta ſequuntur quidem quodammodo aſſignatas ſpecies: neutrum tamen eorum genus eſt. Nam qui iraſcitur, contriſtatur: priore in eo triſtitia facta. non enim ira triſtitiæ, ſed triſtitia, iræ cauſa eſt. Quare ſimpliciter ira non eſt triſtitia ſecundum autem hæc, neque fides opinio. Contingit enim eandem opinionem etiam non credentem habere, non contingeret autem hoc, ſi fides eſſet ſpecies opinionis. Non enim contingit idem amplius permanere, ſi ex ſpecie omnino permutatum ſit: quemadmodum nec idem animal quandoque hominem eſſe, & quandoque non. Si quis autem dicat ex neceſſitate opinantem etiam fidem habere, de æqualibus opinio & fides dicetur. Quare nec ſic erit genus. de pluribus enim oportet dici genus.

Quia genera ſpecies conſequuntur, porro ſi quidam ea quæ quouis modo ſequuntur aliqua genera ipſorum aſſignant, hi peccant. non enim id quod quouis modo ſequitur aliquod genus eſt, proinde triſtitia ſequitur irã, non tamen ut genus, ut quidam putant, non enim ira triſtitia, neque ob id eſt triſtitia cum ira exiſtens, quia ira eſt, ſed in triſtitia ira, nam prior triſtitia ſit iræ. Nam cum aliquis triſtatus eſt ut iniuria affectus iraſcitur, ſed non tale genus ut prius ſit tempore quam ſpecies, non enim primum animal ſit, deinde ex hoc homo, ſed homo ſimul & animal eſt, & animal in homine eſt, quia homo. Sed dixit hoc, quare ſimpliciter ira non eſt triſtitia, perinde ac dicat, quare non eſt in ſubſtantia iræ triſtitia. Nam effectiuum alicuius & prius exiſtens ſecundum tempus in ipſo non genus eſt, & hi qui aſſignant opinionem eſſe genus fidei, ſimiliter peccant, nam ſequitur fidem opinio, nam ſi fides opinio; impoſſibile enim ſine opinione fidem fieri non tamen genus putant opinionem eſſe fidei quod demonſtrauit ualde curioſe eo quod contingit, ut qui habet opinionem aliquando credat, & aliquando autem non, quod impoſſibile eſt in genere, nam impoſſibile eſt ipſum animal aliquando hominem eſſe, aliquando autem non: & idem color, aliquando quidem albus, aliquando autem non. Nam mutatus homo non amplius animal eſt, quare neque opinio ipſa manet ſi non fuerit cum fide, nam ſimul tollitur genus in quo eſt uno quoque ſublato. Sed opinio & prius erat ſine fide, & rurſus tranſmutata ex hoc quod fides eſt, & nõ exiſtens amplius fides adhuc opinio manet. Non enim prohibitus aliquis eſt habere eandem de aliquo opinionem aliquando quidem credere ipſi, aliquando autem non, ut habens opinionem de anima quod ſit immortalis non prohibitus eſt prius credere ipſi & poſterius per quaſdã rationes perſuaſus non credere. Idem quoque dictum eſt nunc de fide & opinione cum dicto de ira & triſtitia. Etenim in illis contingit eandem triſtitiam eſſe cum ira & ſine ira. Si autem aliquis non concederet eandem contingere habentem opinionem, aliquando credere, & aliquãdo autem non, eo quod putat omnino opinãtem & credere. Confitebitur per hunc locum quod opino non eſt genus fidei, nam ſit æqualiter fides, & opinio, ſi quidem fides opinio. Sed omnis qui opinatur credit, ſed genus non æqualiter eſt cum ſpecie.

Videndum autem, & ſi in aliquo eodem nata ſint utraque fieri. In quo enim ſpecies & genus. Vt in quo album & color. Et in quo grammatica & diſciplina. Si igitur quiſpiam uerecundiam, timorem dixit, aut iram, triſtitiam, non accidit in eodem ſpeciem, & genus eſſe, nam uerecundia quidem in rationali, timor autem in iraſcibili. At triſtitia in concupiſcibili. In hoc.n. & uoluptas Ira uero in iraſcibili, quare non ſunt genera, quæ aſſignata ſunt, non enim in eodem cum ſpeciebus nata ſunt fieri. Similiter autem & ſi amicitia in concupiſcibili, non erit uoluntas quædam. Omnis enim uoluntas in rationali. utilis autem hic locus, & ad accidens, & ad id, cui accidit. In eodem enim accidens, & cui accidit. Quare niſi in eodem uideatur, manifeſtum quoniam non accidit.

Inquit oportere aliquo genere aſſignato & hoc uidere ſi in eodem natum eſt fieri ut ſpecies, poſita, & ut genus de ipſa aſſignatum, nam in quo ſpecies & genus eſt, quippe in quo album, in hoc etiam color, nam ambo in corpore, & in quo grammatice & ſcientia, nã ambæ in anima, ſi ergo aſſignatum genus de aliquo non in eodẽ fieret in quo ſpecies eſt, ſed in alio deſtruetur ſecundum hunc locum genus, & oſtendetur quod non eſt genus, ut ſi quis poſuerit genus eſſe uerecundiæ timorem uel iræ triſtitiam, non bene ponet, ſiquidem eſt pudor in anima rationali, & timor in iraſcibili, & triſtitia in concupiſcibili. Etenim appetitus eius eſt uoluptas eſt in eodem. Item ira eſt in iraſcibili. Similiter oſtẽdetur nec amicitiæ uoluntatem eſſe genus, ſiquidem uoluntas eſt in rationali, & amicitia in concupiſcibili. Sed quomodo dixit pudorem uerecundiamq; eſſe in rationali dignum eſt quærere, ſi quidem eſt paſſio, & paſſiones ſint in paſſiuo: Vel igitur ſimplicius & communius uſus eſt exemplo, uel per pudorem intellexit uerecundiam, nam uidetur pudor eſſe cum quadam ratione, & hæc uerecundia eſt in concupiſcibili, ſed timor in iraſcibili, & ſic non genus, quod uero triſtitia in concupiſcibili ſit, oſtendit per contrarium dicendo, nã in hoc etiam uoluptas & amicitia, autem ut dilectio ab ipſo ſit dicta, ſic autem fortitudo ſcientia, nam alia eſt in rationali anima deſiderante, & ſcientia eſt in rationali. Dicit autem hunc locum utilem eſſe & ad accidens, nam uidetur accidens & cui accidit in eodem eſſe. Hoc autem in his ſi diceretur, in quibus etiã ſubiecta in aliis nata ſunt fieri. Non enim corpus & color in eodem, nam in quo ira, in hoc etiam uiolentia quæ accidit iræ. Item in quo ſuperficies, in hoc etiam color, quod accidit ſuperficiei, & in quo color, in hoc etiam uidere quod accidit colori, quare non ſolum in habitibus animæ, & paſſionibus dictum diceretur, ſed etiam in his uniuerſaliter quę etiam in aliis nata ſunt fieri, quare ſi aliquid uel accidentis alicui aſſignatum fuerit quod non in eodem eſſet non accidit, ut pudentibus erubeſcere accidit, non enim in eodem,

quippe

quippe erubeſcere ſit in ſuperficie, aut timentibus palleſcere.

Rurſum ſi ſecundum quid, ſpecies dictum genus participat. Non enim uidetur frcundum quid participari genus. Siquidem non eſt homo ſecundum quid animal, nequr grammatica ſecundum quid diſciplina, ſimiliter autem et in alijs. Cōſiderandum igitur ſi in aliquibus ſecundum quid participatur genus, ut ſi animal quod quidem ſenſibile, uel uiſibile dicitur. Secundum quid enim ſenſibile, uel uiſibile animal. Secundum corpus .n. ſenſibile, & uiſibile. Secundū animam aūt non. quare non erit genus corpus uiſibile & ſenſibile animalis. Latēt autem quandoque & totū in partem ponentes, ut animal corpus animatum. Nullo enim modo pars de toto prædicatur, Quare non erit genus corpus animalis, eo quod pars eſt.

Non ſimiliter ſi aliquid genere participat, & accidente, nam accidentis poſſibile eſt aliquid & ſecundum aliquid participare ut corpus albo, ſimiliter etiam hominem, ſed genere eſt impoſſibile, nam homo non ſecundum aliquid ſui participat animali, non enim eſt ſecundum aliquid animal homo, neque grammatices ſecundum aliquid eſt ſcientia. Si genus aſſignaretur alicuius aliquid quo ſecundum aliquid participat, aſſignatum in genere ipſo deſtruemus ipſum. ſic ſi animalis genus ſenſibile aliquis aſſignaret, quia animal ſecundum aliquid ſui, ſenſibile non eſſet genus eius. Similiter & ſi uiſile, nam de corpore & ſecundum ſuperficiem ſenſile & uiſile, non enim ſecundum animam. Item peccant qui genus aſſignant partem totius, nam pars de toto non prædicatur, ſed genus prædicatur. Sic etiam faciunt qui diffiniunt animal eſſe corpus animatū. Sic enim in genere corpore. ſ. ponunt animal quod eſt pars ipſius. Item dicere tale. ſ. cœnum lutumq; eſſe terram commixtam humido.

Videndum autem ſi quid uituperandorum, aut fugiendorum in poteſtate, aut in potente poſuit: ut ſophiſtam, aut ſeductorem, aut furem eum, qui poſſit aliena latenter ſurripere. Nemo enim prædictorum in eo quod poſſit horum aliquid, talis dicitur. Poteſt enim & Deus, & ſtudioſus praua agere. non ſunt autem tales, ſiquidem omnes praui ſecundum electionem dicuntur. Inſuper omnes poteſtates eorum ſunt, quæ ſunt eligenda. Prauorum enim poteſtates eligendæ, eo quod Deum & ſtudioſum habere dicimus eas. Potentes enim dicimus eos eſſe, praua agere. Quare nullius uituperandi genus erit poteſtas. ſi autem non, accidet uituperandorum quaddam, eligrndum rſſe. Nam erit quædam poteſtas uituperabilis.

Quoniam uidetur omnis potentia ſecundum ipſum aptum natum eſſe dici bonum eſſe, quendam locum & ab hoc utilem ad deſtructionem generum aſſignat, nam ſi quis uituperabilium alicuius, & fugibilium aſſignaret potentiā eſſe genus, deſtruemus ipſum. Non .n. poſſibile eſt ut mali genus bonū eſſe aſſignetur, ceu ſi quis furē uel ſophiſtā uel calumniatorē diffiniens diceret calūniatorē eſſe qui pōt calūniari, & amicos facere inimicos. Et furē qui pōt aliena occulte auferre, et ſophiſtam qui poteſt ex apparenti ſapiētia decipere. Nullus enim horum talis eſt eo quod poteſt, ſed eo quod prælegit talia. Nam potentiam & boni habent faciendi praua, ſed non agunt hæc, quia non præeligunt. Communius autem dixit nō Deus mala poſſe. Nam quomodo prauus ſecundum præelectionem talis eſt, quare potentia non eſſet genus alicuius uituperabilis. Item omnis potentia bonum. Etenim malorum potentia eſt bonum non ſolum qua ipſa & bonorum eſt. Nam oppoſitorum eadem eſt potentia. Item quia bonus eſt potens mala facere licet non præeligat. Nam non poſſe mala etiam eſt inanimatorum, atqui nullum bonum eſt mali genus, nam ſi idem de malo prædicaretur, eſt in ipſo non poſſibile eſt hoc eſſe bonum, quare neque totum. Etenim ſi ſpecies uituperabilis, & genus uituperabile erit, & bonum, ſi illud bonum. Verum dicendo ut ſophiſta, uel calumniator, uel fur, ſolum exemplū furis intulit copulans poſſe aliena clam rapere prædictis, ideo & contextus uerborum obſcurior eſſe uidetur. Verum ab ipſo fure poſſumus etiam ad alios transferre potentiam ſecundum proprietatem.

Et ſi quid propter ſe honorabilium, uel eligibilium, in poteſtate, uel potente, uel rffectiuo poſuit. Omnis enim poteſtas, & omne potens, aut effectiuum propter aliud eligendum.

Non ſolum uituperabilia non oportet in genere poſitione ponere, ſed neque ea quæ ſunt eligibiliora propter ſe, & honorabilia, nam potentia eſt inſtrumentale bonū, & omne tale ob aliud eſt eligibile, nam omne inſtrumentale uel eſt effectiuum bonum ob aliud eligibile, nam ob factum ab ipſo, ideo eligibilium propter ſe & honorabilium non eſſet genus tale, nam omnis potentia, & omne poſſibile uel effectiuum ob aliud eligibile, per hunc demonſtrauit quod eligibilium propter ſe non eſt potentia genus, nam quia omnes uirtutes ob aliud, quippe non omnium eligibilium propter ſe genera etiam propter ſe eligibilia ſunt, proinde uirtus cum ſit ob ſe eligibilis, habitus tamen eius genus non eſt ſimpliciter propter ſe eligibilis ſiquidem & malus habitus ſit, ſed eſt etiam eligibile propter ſe. Nam quantum in ipſa uirtute eſt habitus, talis eſt ipſe. Sed in potentia nihil tale eſt eligibile ob ſe, erit ergo omnis potentia eligibilis ob aliud ſed ſyllogiſmus talis eſt. Omnis potentia ob aliud eligibilis, nihil ob aliud eligibile eſt propter ſe eligibile, igitur potentia non eſt genus eorum quæ ob ſe eliguntur. Sed plane indicauit quomodo ſunt bona ut potentia, nam ut inſtrumenta, tanquam ob alia. porro ſi quis diceret prudentiam uim eſſe effectricem utilis, hic ſane eligibile ob ſe in genere eligibilis ob aliud ponet.

Aut ſi quid eorum, quæ ſunt in duobus generibus, uel pluribus, in altero poſuit. Quædam enim non eſt in uno genere ponere, ut fraudulentum, aut ſeductorem. Neque enim qui eligit, impotens autem, neque qui poteſt, at non rligens, ſeductor, aut fraudulentus: Sed ſi utraque hæc habet. Quare non ponenda ſunt in uno generr, ſed in utroque eorum, quæ dicta ſunt.

Si aliqua in duobus generibus exiſtentia ſimul aliquis poneret in altero ſolo, neque ſic erit pulchre aſſignans genus. Sunt autem aliqua in duobus generibus ſimul, ut deceptor & calumniator, nam uterque horum & in præeligendo talia & cum poteſt, eſt talis neque enim ſolum habens præelectionem decipientis & calumniantis deceptor & calumniator eſt, neque qui ſolum habet potentiam utriſque horum. porro ſi quis uel in potentia horū aliquorum, uel in præelectione poſuerit utrunque horū non aſſignabit neutrum genus, neque enim qui in præelectione ſola horum iam talis, neque ſi in ſola potentia, aliquis horum poneret tales, ſanum id eſſet ob prædictū locum. Idem etiam quod de fure dictum eſt etiam in prædictis diceretur. Sed aliquis quęreret ſi poſſibile eſt aliquid in quibuſdam duobus generibus eſſe quæ non ſint ſubalterna uel nō ſub eodē genere. Et cum genus eſt amborum generum. Nō uidentur autem ſubalterna eſſe præelectio & potentia neque ad unum aliquid. Niſi quis ambo ſub qualitate eſſe dicat, uel commune aliquod genus ex ambobus cōpoſitum ſine nomine. Equidem plura ſunt genera uno nomine innominata.

Inſuper aliquoties econuerſo, genus quidem ut differentiam, differentiam autem, ut genus aſſignant: Vt ſtuporem ſuperabundantiam admirationis: & fidem uehementiam opinionis. Nam neque ſuperabundantia, neque uehementia ge-

nus,ſed differentia. Videtur enim ſtupor admiratio eſſe ſuperabundans: & fides opinio uehemens. Quare genus admiratio & opinio eſt. Superabundantia autem, & uehementia, differentia. Praeterea ſi quis ſuperabundantiam, & uehementiam, ut genus aſsignet, inanimata fidem facient, & ſtupefacient. Cuiuſque enim uehementia & ſuperabundantia illi adeſt, cuius eſt ſuperabundantia, & uehementia. Si ergo ſtupor ſuperabundantia eſt admirationis, aderit admirationi. Quare admiratio ſtupefaciet. Similiter autem & fides aderit opinioni, ſi uehementia quidem opinionis eſt. Quare opinio fidem faciet.

Quod non oportet genus ſpeciemq́; in genere differentiæ poni, præuenit oſtendere per prima, nam genus in quid eſt, ſed nulla differentia ſignificat quid eſt (ut dixit) ſed magis quale quid, nunc autem non ſimpliciter dicit de poſitis uelut in genere differentiæ & accipientibus genus ut differentiam propoſiti, nam ſi aliquis diffiniens genus ut differentiam ipſius aſsignarit. & differentiam ut genus, patet quod peccat, & patet quod deſtruemus tale ut non genus utentes hoc loco. Faciunt autem hoc diffinientes ſtuporem eſſe ſuperabundantiam admirationis, nam ſic diffiniens ipſam ſuperabundantiam genus ſtuporis non recte accipiunt. Non enim eſt genus ſtuporis ſuperabundantia, ſed admiratio, & ſuperabundantia eſt differentia. Nam admirantium alii ſecundum ſuperabundantiam admirãtur, ut ſtupidi, alii uero mediocriter. Sed admirari ſecundum ſuperabundantiam eſt ſtupere, igitur non eſt genus aſsignatum. Similiter peccatum eſt aſsignare fidem eſſe uehementiam opinionis. Etenim hic qui ſic diffinit genus accipit uehementiam, & differentiam opinionem, ſed econuerſo ſe habere debent, hęc quippe opinio debeat eſſe genus, & uehemẽtia differentia, nam opinionum aliæ ſunt uehemẽtius, aliæ uero mediocres, quippe hæ ſunt differentiæ opinionum. Et eſt fides opinio uehemens. Quod uero non genera ſint, neque ſuperabundantia, neque uehementia dictorum oſtendit etiam ſic, quia ſuperabundantia & uehementia in illis ſunt quorũ ſunt, nam omnis uehementia in illo eſt, cuius eſt uehemẽtia, ut uehementia ſpiritus in ſpiritu, & uehementia ſagittæ in ſagitta. Similiter etiam ſuperabundantia erit, nam albi ſuperabundantia in albo, & ſuperabundantia dulcis in dulce, nam alicuius uehementia in illo eſt, cuius eſt uehementia, & alicuius ſuperabundantia ſimiliter in illo eſt, cuius eſt excellentia ſuperabundantiaq́;, nam in excedente eſt exceſſus ſuperabundantiaue. Similiter & uehementia opinionis in opinione, quia igitur eſt ſtupor ſuperabundantia, nam genus ipſius eſt hoc ſecundum aſsignantem diffinitionem, & uehementia erit genus opinionis, ſed ſtupor in admiratione, & fides in opinione, proinde ſi hoc, in quo autem eſt admiratio, hoc etiam admiratur & in quo fides hoc credit, admiratio itaque ſtupebit, & fides credet quæ ſunt inanimata, nam hæ ſunt qualitates animæ, hoc autem impoſsibile eſt, igitur genus non ſuperabundantia eſt ſtuporis, neque uehementia fidei.

Praeterea accidet ſic aſsignanti uehementiam uehementem dicere, & ſuperabundantiam ſuperabundantem. Eſt enim quædam fides uehemens, ſi ergo fides uehementia eſt, uehementia erit uehemẽs. Similiter aũt et ſtupor quidã eſt ſuperabundãs. Si ergo ſtupor eſt ſuperabundantia, ſuperabundantia erit ſuperabundans. Videtur autem neutrum horum: quẽadmodum nec diſciplina diſciplinatum, nec motus motum.

Item inquit ſic aſsignati accidet uehementiam uehementem dicere, & excellentiam ſuperabundantiam ſuperabundantem. i. uehementiæ uehementiam, & ſuperabundantiæ ſuperabundantiam, quod oſtendit ſic, quia eſt aliqua fides uehemens. Nam differentia fidei & ſunt ipſius aliæ uehementes, aliæ uero non uehementes. Eſt autem & uniuerſaliter fides uehementia ſi genus ipſius uehementia erit uehementia uehemens uehementia. Similiter etiam quia ſtupor quidam eſt ſuperabundans. Nam ſunt tales quidam ſtupores. alii uero minores, ſed uniuerſaliter ſtupor ſiquidem ſtupor genus habet ſuperabundantiam, erit ſuperabundantia & ſuperabundans & minus. Sed non poteſt horum neutrum eſſe, ut neque ſcientia ipſa ſciens, neque motus motum, nam neque motus motus, ſed moti, ideo neque motum, neque ſcientia ſcientiæ eſt, ſed ſcientis, ideo neque ſcibile eſt, neque ſuperabundantia ſuperabundantiæ, ſed ſuperabundantis. Similiter neq; uehementia uehementiæ, ſed uehementis, nam omnia talia aliarum ſunt, & in aliis, & nihil eſt ipſum a ſeipſo, ſed in diuerſis quorum dicitur eſſe, neque uidetur aliquid exiſtentium in aliquibus illud idem ſibi inferre, ut ſcientia habenti ipſam infert hoc eſſe ſcientem, ſed ipſa non ſeipſam. Non enim eſt ſcientia ſciens ſciendumq́;. Similiter autem & motus prębet habẽti ipſum ut ſit motus, ſed ipſe motus non mouetur, & ſuperabundantia habenti ipſam infert ipſum ſuperabundans, ſed ipſa non eſt, neque ſuperabundans, neque id quod ſuperabundat. Eadem quoque ratio eſt de uehementia. Etenim ſi ſeipſa inferrent hæc qua inferunt hęc in quibus ſunt, in infinitum adiret, ut in lib. de phyſico auditu demonſtratum eſt. Nam ſi uehementiæ uehementia eſt, & illius uehementiæ rurſus erit uehementia, & hoc in infinitum, Similiter etiam ſi ſuperabundantiæ eſt ſuperabundantia, erit etiam illius ſuperabundantiæ rurſus alia ſuperabundantia, & hoc in infinitum.

Quandoque autem peccant, & paſsionem in genus quod paſſum eſt, ponentes, ut immortalitatem uitam ſempiternam dicentes eſſe. Paſsio enim quædam uitæ, & accidens immortalitas uidetur eſſe. Quod aũt uerum ſit, quod dicitur, manifeſtum fiet. ſi quis amittat aliquem ex mortali fieri immortalem. Nullus enim dicit aliam uitam eum ſumere, ſed accidens aliquod, uel paſsionem eidem aduenire. Quare non genus uita immortalitatis.

Peccare inquit quoſdam eo quod accipit paſsionem alicuius ut ſpeciem eius & prædicatum de ipſo ut genus patientis, ut ſi quis diceret coloris genus eſſe corpus. Nã paſsio corporis eſt color, ideo non genus ipſius eſt corpus ob hoc, neque ſcientiæ, ut opinionis, uel deſiderii, uel triſtitiæ, uel iræ genus anima. Hoc aũt facere inquit eos qui diffiniunt immortalitatem eſſe uitam ſempiternam. Nam aſsignãt genus immortalitatis uitam, ſed eſt caſus, accidens, affectioq́; aliqua immortalitatis uitæ. Quod uero paſsio aliqua, & accidens uitæ ſit immortalitas demõſtrauit in ſuppoſitione dicente ex mortali immortale fieri. Non enim participatione alterius uitæ immortale erit cum ſit mortale denique; ſed uelut quoddam aduentitium alicui, & paſsio eſt. Nam ipſa uita patiendo immortalis erit, quod ſi uita patiendo immortalis ſit, erit paſsio uitæ immortalitas. Si ergo paſsionis proprii patientis nõ erit genus, quippe eſt aliquod aduentitium, & accidens paſsio patientis, ſed non ſpecies, neque ſi immortalitatis genus fuerit uita. Item neque dulcedinis corpus eſt genus, neque uoluptatis, uel triſtitiæ anima. Item ſi non concederent aliqui paſsionem uitæ eſſe immortalitatem dictus locus eſt ſanus. Exemplum autem cauſam habere, et ſi non paſsio immortalitas uitæ differentia eius eſſet. Nã ſpecies animalis rationalis homo, & Deus, & differentia ipſorum eſt ſecundum mortale, & immortale. Sed ſi immortalitas differentia uitæ, neque ſic uita eſt generis eius, nam prædictum eſt peccare eos qui ponunt differẽtiam in ſpecie. Equidem ſignum ſit paſsionis, ſed non eſt ſpecies poſita in genere ſolum ipſum ſecundum ſubiectum, & numerum aſsignatum genus paſsio aliqua aſſumpta, uel ſecundum paſsionem tranſmutatum fieri tale, quod non poteſt in generibus fieri. Non enim ſi aliquis ſupponeret hominem in equum mutari. (Nam ipſum animal

in homine manet ſecundum numerum) aliquo modo equus fieret non ſecundum aliquam paſsionem mutatũ.

Rurſum ſi paſsionis, cuius eſt paſsio, illud genus dicit eſſe: ut uentum aerem motum. Magis enim motus aeris uentus. Aer enim idem permanet, & quando mouetur, & quando ſtat. Quare non eſt omnino aer uentus, eſſet enim & nõ moto aere uentus. ſiquidem idem aer permanet, qui quidem erat uentus. Similiter autem & in alijs huiuſmodi. Si igitur & in hoc oportet amittere. quoniam aer motus eſt uentus, non tamen de omnibus huiuſmodi eſt aſsignandum, de quibus non uerificatur huiuſmodi genus, ſed de quibuſcunque uere prædicatur aſsignatum genus. Nam in quibuſdam non uidetur uerificari, ut in luto, & niue. Niuem enim dicunt eſſe aquam coagulatam: Lutum autem terram humido temperatam. Eſt autem neque nix aqua, neque lutum terra. Quare neutrum aſsignatorum generum erit genus. Oportet enim genus ſemper uerificari de omnibus ſpeciebus. Similiter autem, neque uinum eſt aqua putrefacta, ſicut Empedocles dicit, In ligno putruit unda, nam ſimpliciter non eſt aqua.

Inquit ſimiliter eos peccare, qui inquiunt paſsionem eſſe ſpeciem illius cuius eſt paſsio, uidelicet patientis. Nã hoc facientes rurſus genus patiens paſsioni dicunt. Et uideretur hic locus non eſſe alius ab eo qui ante eſt, quandoquidem ſolo modo aſſumptionis ab antedicto differat, nam in dicto ſimpliciter erat, ſi genus patiens eſt paſsioni. Hic autem additur etiam modus aſſumptionis dicentis paſsionis illud, uidelicet patiens, cuius eſt paſsio eſſe genus, & ſic diffinientes patiens dicunt eſſe genus paſsionis. Nam ſi ſpiritus, & uentus eſt paſsio aeris, ut ipſi uidetur & procedendo dicet, planum eſt quod qui dicit ipſum aerem motum eſſe, tradit genus paſsionis eſſe patiens, paſſumq́;. Nam patiens hic aer eſt. Nam patitur ipſum moueri. Quod uero ſpiritus uentuſque fiat patientis aeris oſtendit, eo quod permanet circa eundem aerem ſecundum numerum, & ſeruatur quando mouetur, & quãdo non, ut etiam pauloante oſtendendo, quod etiam immortalitas eſt paſsio uitæ dixit. Vel non idem loci, equidem non eſt differentia ipſorum, ſecundum dictionem ſola ut uidetur, ſed eſt primus tanquam peccantium ſic diffinientium, & ob ignorantiam ponentium paſsionem in paſſo, ideo & ipſe ſic dixit. Quandoque autem peccant, & quicunque ponunt paſsionem in genus, quod eſt paſſum, ideo & ſufficeret in illo loco oſtẽdere, quod immortalitas, & paſsio uitæ oſtendendo quid ignorant. Sed in ſecundo accepit, uelut ſcientes, ꝙ paſsio in genere. ſ. patiente ponitur, ceu ſunt qui dicunt uentum eſſe aerem motum, ideo & reprehendit hos non eo quod oſtendat uentum eſſe paſsionem aeris, ſed eo quod nõ poteſt eſſe paſſum genus propriæ paſsionis, eo quod idem ſecundum numerum permanet ſubiectum paſsioni, & non amplius exiſtentis paſsionis. Nam idem aer ſecundum numerum manet, quanquam uentus factus in ipſo corrumpatur, nõ enim ſimul corrumpitur paſſum cum paſsione. Sed dicẽdo quare non eſt uniuerſaliter aer uentus, ſed motus aer ut cauſam aſsignans intulit. Nam erat uentus etiam non moti aeris, ſiquidem ipſe aer permanet qui erat uentus. Sed hoc etiam hactenus ſic aſsignauit attendens breuitati. Sed dignum eſt quæſtione quomodo ſi ſupponeretur uentus eſſe ſpecies moti aeris reprehenditur talis aſsignatio, quod non recte ſe habet, quoniam inquit aer, & motus, & non motus manet, & uentus non deſtruitur nõ moto aere. Nam dicerent qui illum ponunt ſic eſſe, ꝙ hoc eſt ſequens rationem eorum. Nam cum ſit genus aer uenti ſimul ſecum tolli ipſo ſublato, ſed non tollitur ab ipſo. Ideo nos tentabimus ſecundum conceſſum dubitatum ſoluere. Sic autem ſe habent genera, quæ neque alicubi per ſe ſubſiſtunt, neque nudi ſunt ſine exiſtentia conceptus, ut hippocentaurus, ſed eſt ſubſiſtentia ipſorum in his, de quibus prædicantur, & ſublatis his in quibus ſunt, & corruptis neceſſe eſt ſimul corrumpi, & hoc quod eſt in illis genus. Nam ſubſtantia animata ſenſitiua forte in Alexandro corrumpitur hodie corrupto Alexandro. Si autem hoc, ut omnia ſub genere corrũpantur, neque genus erit. Simpliciter igitur corrumpitur hoc cui accidit eſſe genus corruptis omnibus exiſtentibus ſub ipſo, ſed ut genus corrumpitur, ſi ut unum aliquid ſolum, uel ſecundum numerum, uel ſecundum ſpeciem ipſorum ſub ipſo ſeruaretur, nam animal genus eſt, non quia eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, ſed quia talis natura in pluribus eſt differentibus inter ſe ſpecie, quibus ſublatis uno autem ſolo ſeruato, non amplius erit genus ſubſtantia animata ſenſitiua, ideſt animal. Hoc igitur ſic ſe habente eſt aſsignatũ genus, quod non ſecundum ſolam ſubſtantiam ſeruaretur, ſed etiam quod prædicatur de totidem. i. in totidem eſſe oportet, & omnia in quibus eſt ſeruari neceſſe eſt, nã ſi ſeruaretur ſubſtantia animata ſenſitiua in hoc rationali, oſtenſum erit quod eſt animal rationale. Nam ſublato animali rationali, neceſſe etiam eſt in hoc animal corrumpi. Similiter & ſi in Alexandro ſeruaretur, oportet etiam Alexandrum eſſe. Hoc igitur ſic ſe habente ſi aſsignatum genus alicuius fuerit quo corrupto, de quo aſsignaretur genus eſſe, forte maneret ſecundum ſe, & nihil ipſius ſimul deſtrueretur corrupta ſpecie, tunc nõ eſſet genus de quo aſsignaretur. Sed (ut dicit) aduentitium quoddam, et paſsio. Si ea ergo æqualis manet, & idem non ſolum ſecundum ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum nomen, & magnitudinem, & non amplius motus, ideſt non exiſtentis uenti non eſſet genus uenti. Natu corrupto uento, ſimul etiam deſtrueretur, & in ipſo aer, ut etiam in homine animal, quod eſt in ipſo. Nam ſi corrupto eo in quo eſt genus ſimul corrumpitur etiam illud generis exiſtens in ipſo, palam quod etiam manente in ipſo genere maneret etiam ipſum, & aere manente eodem ſecundum numerum exiſtente in eo uento, maneret etiam uentus, ſic etiã non moto aere uentus ſeruaretur, tamen nõ amplius motus in uento ſeruatur corrupto uento. Ideo rationabilius uentus in genere motus ponendus eſt, quam in aere. Eadem etiam ratio in unda, & aqua. Etenim in illis illud in unda exiſtens aqua ſeruatur corrupta unda, quare nõ unde aqua erit genus. Ob id neque uocis aer ſecundum ſubiectum, quia manet corrupta uoce. Dicens autem & oſtẽdens breuibus hoc, quãdoquidem non opus erat exacta diligentia de his haberi. Adiecit etiam quandam aliam argumentationem conſtruentem ad idem. Sic enim & de uento oportet concedere, quod eſt aer motus, & nõ magis hoc dicendo eſſe motum aeris, quia in conſuetudine confitetur uentum eſſe aerem, & uidetur aer de uẽto prædicari uere. Nam eſt genus, non eſſet aer uenti ob dicta, nihil tamen prohiberet aerem prædicari de uento non ut genus, ſed uelut materia ſpecificata motu, & facta conuerſaq́; in uentum, ut etiam ex auro uas dicimus aureum uas, ideo & uentus aer motus, uel aerea motio appellaretur magis, & non aer motus, ſed non in omnibus ſic aſsignatis generibus tale concedendum eſt ponentibus paſsionem in genere, quod eſt patiens, ſed in his ſolis in quibus poteſt aſsignatum genus ſimpliciter, & per ſe acceptum uerificari, & de aſsignata ſpecie ſine ſubiecta paſsione eius. Nam ſemper genus de ſpecie uerificatur, quandoquidẽ in quid eſt prædicetur de ipſa. Porro ſi aliquid cum differentiis dictum, ut diffinitio uerificatur de aſsignata ſpecie, ipſum autem ut genus aſsignatum ſine differentiis acceptum non amplius uerificaretur de ipſo, neque genus ipſius eſſet. Sic oſtendetur quod neque niuis genus eſt aqua, ceu qui dicunt niuem eſſe aquam congelatam, neque cæni lutique terram, ut qui dicunt lutum eſſe terram, & aquam commixtam. Neque enim ſimpliciter de niue aqua uere prædicatur. non enim eſt nix aqua, neque terra de luto, quandoquidem nec lutum terra ſit, ut equus animal. Deſtrueretur autem & illud dictum Empedoclis de uino, quod uinum eſt putrefacta in ligno

aqua.Non enim eſt uinum aqua,in qua ut in genere poſuit ipſam qui ſic aſsignat.

Inſuper.ſi omnino quod aſsignatum eſt, nullius eſt genus, manifeſtum quoniam neque eius, quod dictum eſt. Conſiderandum autem ex eo, quoniam nullum eorum differt ſpecie,quæ participant aſsignatum genus,ut alba. Non enim differunt ſpecie hæc ad inuicem. Omnis autem generis ſunt ſpecies differentes.Quare nullius erit album genus.

Quia alicuius genus, & genus eſt ſi aliquid aſsignatũ ut genus,neque uniuerſaliter erit genus,neque huius, cuius aſsignatur,genus erit. Tales autem ſunt ſpecies indiuiduæq;.Sed quomodo poſsibile eſt cognoſcere, quod non poteſt eſſe aliquid genus,ipſe docet. Nam ſi omnia participantia hoc,ut genere aſsignato, & diffinitionem eius recipientia non differrent inter ſe ſecundum ſpeciem,hoc non poteſt eſſe genus,ut quæ participant animali,& ſpecies ſuſcipientes diffinitionem eius inter ſe differunt,ideo animal eſt genus. Similiter quæ participant aue.Item quæ participant colore,& uniuerſaliter in cunctis generibus, & quæ participant homine cum inter ſe non differant ſpecie,neque ea quę participant aue,neque ea quæ equo,neque ea quæ albo, ideo homo, & equus albus,& talia non poſſunt eſſe genera. Porro ſi quis genus alicuius tale aſsignauit, patet quod deſtruemus ipſum hoc loco utentes. Non enim eſt albi differentia, ut quidam dicunt animatum,& inanimatum, ſed eorum ſolum,quæ ſunt alba,ceu niuis,& canis. Nam prædictis differentiis etiam nigrum differre poteſt, quandoquidẽ coruus,& pix ſic differrent. Sed non eſt poſsibile ut contrariorum eædem ſint differentiæ. Porro ſi aliquis hominẽ diceret genus eſſe ſtudioſi, & praui, uel ſimi, uel adunci, aut hominis,& mulieris,hæc omnia ſunt indifferentia ſecundum ſpeciem. Nam dictorum in his hominis differẽtia,qua homo differentiam indicat,ſed quædam accidentia,& aduentitia,& paſsiones. Oportet autem album nõ æquiuoce dictum,ſed illum in colore intelligere.

Rurſum ſi quod omnia ſequitur,genus, uel differentiam dixit Plura enim ſunt,quæ omnia ſequuntur,ut ens, & unũ, eorum ſunt,quæ omnia ſequuntur. Si igitur ens genus aſsignauerimus,manifeſtum,quoniam omnium erit genus,ſiquidem prædicatur de eis.

Si quis id quod ſequitur omnia genus alicuius aſsignaretur,quod conſequitur ipſum non ſane aſsignabit. Non enim ſi genus ſequitur ea,quorum eſt genus,eo quod hominem ſequitur animal,& album color, & lineam quantum,iam & conſequens quædam genus eſt ipſorum omnino.porro ſi quis quod omnia ſequitur genus alicuius, uel differentiam diceret,non recte dicet.Nam quia plura ſunt, quæ omnia ſequuntur aſsignatum ipſorum ut genus,& aliorum ſi erit genus ſequentium omnia,eo quod & hæc ſequitur,& prædicatur de his ſimiliter, ut qui ens genus alicuius exiſtentis dicens,eo quod ſequitur ipſum diceret ipſum eſſe genus etiam unius. Etenim hoc ens erit,& prædicatur de ipſo ens. Item eſt etiam ipſum de numero eorum, quæ ſequuntur omnia rurſus entia, igitur ſecundum æquale erit genus,& ſpecies.

De nullo enim genus,niſi de ſpeciebus prædicatur. Quare & unum ſpecies erit entis. accidit igitur de omnibus, de quibus genus prædicatur,& ſpeciem prædicari,quoniã ens, & unum de omnibus ſimpliciter prædicantur: oportet autem de paucioribus ſpeciem prædicari.

Addendum uniuoce,uel de nullo enim genus, ſed uel de ſpeciebus prædicatur,dixit ut conſequens eos qui dicunt conſequens aliqua eſſe genus ipſorum, de quibus prædicatur,ut poſitum genus eſſe, cuius proprium prædicari eſt,porro ſi ſic,& ens unius, de quo ut ſpecie erit prædicatum.Ipſum autem prædicabitur, ſi fuerit una aliqua eiuſdem ratio. Addendum autem, quod & unum erit entis, ſi rurſus hoc, eo quod omnia ſequitur aliquis genus omnium aſsignarit. Nam & hoc prædicatum entis erit,& hoc genus, quare idem eiuſdem ſpecies, & genus eſt.

Si autem quod omnia ſequitur,differentiam dixit, perſpicuum,quoniam uel de æqualibus,uel de pluribus differentia, quam genus dicetur. Nam ſi & genus omnia ſequitur,de æqualibus.Sin uero non omnia ſequatur genus, de pluribus differentia dicetur,quam ipſum genus.

Si aliquis poſuerit differentiam alicuius, accidet hoc rurſus,uel æqualiter genus,& differentiam dicere, uel in plus differentiam dicere.Equidem æqualiter ſi etiam genus,cuius talem differentiam aſsignauit, erit de numero ſequentium omnia,ut ſi ens genus, & unum aliquis differentiam diceret entis, perinde ac diuiſum ſit genus per unum,& multitudinem. Etenim multitudinem unum aliquid in plus differentiam efficit. Rurſus ſi genus non erit conſequentium omnia. Nam erit eius differentia in plus, cum ſit de numero eorum quæ conſequũtur omnia. Sic etiam oſtendetur, neque ens eſſe aliquod genus omniũ. Nam erit & unius genus, uel æqualiter ipſi eſſe, uel in plus,ſi quidem unum etiam de uno conceptu, & hoc aliquid de ſolis corporibus,& incorporeis. Sed conceptus neutrum horum eſt ſecundum dicentes hæc. Sic peccaret qui aſsignaret entis differentiam opinabile. Nam in plus eſt opinabile,quam ens,ſiquidem etiam non ens ſit opinabile.

Inſuper ſi in ſubiecta ſpecie eſt, quod aſsignatum genus dicitur,ut album in niue. Quare manifeſtum,quoniam non erit genus.De ſubiecta.n.ſpecie ſolum genus dicitur.

Quod genera dicuntur de ſubiectis ſpeciebus, ſed nõ ſunt in ſubiectis ipſis,patet,proinde ſi aliquis genus alicuius aſsignauerit in ſub ecto ipſo eſſe patet,quod deſtruemus ipſum utentes prædicto. Videbitur autem per hunc in oppoſito eſſe qui tollit genus ex eo, quod competit ratio eius in ſubiecto eſſe. Sic oſtendetur album non eſſe genus niuis. Nam in ſubiecto eſt,quod eſt ipſa, neque nigrum picis,neque ſcientia,uel uirtus animæ.

Conſiderandum autem, & ſi non uniuocum ſit genus ſpeciei. De omnibus.n.ſpeciebus uniuoce genus prædicatur.

Vniuerſaliorem locum prædicto affert, non enim ſolum genus non uniuocum erit ſpeciei, ſi fuerit aſsignatum genus in ſubiecto cuius genus aſsignaretur, ſed etiã econtra,ſi quis ſubiectum ut genus eius,quod eſt in ſubiecto diceret. Nam neque ſic uniuocum erit genus ſpeciei, non ſi conſequitur ſubſtantia exiſtentia hoc uniuoce eſſe iis in quibus eſt, ob id exiſtimandum eſt locum eundem eſſe loco ab his in ſubiecto hunc ab uniuocis. Nam alia eſt ratio eius,quod eſt in ſubiecto,& alia uniuoci. Secundum igitur eam in ſubiecto tolleretur hoc habẽs aliquo modo uentum eſſe qualitatem, uel materiam aliquo modo habentem. Non enim poteſt eſſe genus qualitatis uentum,uel materiam. Nam qualitas eſt in ſubiectis. Item qui dicit cæſtum eſſe manum aliquo modo habentem peccat. Non enim cæſtus eſt manus,ſed in ſubiecto, ſcilicet in manu eſt cæſtus. Dictum autem hoc peccatum, in quo etiam qui ponit paſsionem in paſſo,ut genus. Sed ſecundum hoc non uniuoce oſtenderetur unum non eſſe genus entium,nam æquiuoce ens, & unum prædicantur,non enim ſi ſimiliter unum, & ens ſubſtantia,& ad aliquid,uel aliquid aliorum generum, iam etiam de ſubiectis ipſis eſt. Similiter neque quippiam aliud æquiuoce dictorum prædicatur de aliquo uniuoce eorum, quæ ſunt ſub ipſo.

Ad hæc ſi generi,& ſpeciei contrarium eſt,quando quod melius contrariorum eſt,in peiori genere ponit. Accidet.n. reliquum in reliquo eſſe;ſiquidem contraria in contrariis generibus ſunt. Quare quod deterius eſt,in meliori erit. At uidetur melioris,& genus melius eſſe.

Locus talis ſi fuerint ſpeciei poſitæ, & generi aſsigna

tio eius contraria aliqua, quia cõtrariorum aliud melius, aliud uero deterius oportet conſiderare, ſi melius contrariorum in genere deterioris cõtrariorum ponitur. Nam opus erit enim relictum peius in genere melioris eſſe, quoniam ponitur quod contrarium in contrario, &c. Erit igitur melius genus peioris, & peius genus melioris. Videtur autem & genera ſub meliore, uel ſpecies meliores eſſe his quæ ſunt ſub peiore. Nam ea quæ ſunt ſub uirtute meliora ſunt his quæ ſunt ſub malitia. Proinde ſi iniuſtitiam aliquis uirtutem diceret, hic dicet, & iuſtitiam eſſe malitiam, ut Thraſymachus apud Platonem ponens iniuſtitiam bonum conſilium, & iuſtitiam malum conſilium, cogeretur dicere, & ſi ſegnitia eligibilis, operari eſt fugibile, & ſi uoluptas malum, triſtitia bonum.

Et ſi eodem ſimiliter ad utraque ſe habente: in peiore, & non in meliore genere ponit, ut animam, quod quidem agitationem, aut agitatiuum. Nam pari modo eadem ſtatiua, & agitatiua eſſe uidetur. Quare ſi melius ſtatio, in hoc oportet genere ponere.

Adhuc ſi ſimiliter ſe haberent aliqua duo, quorũ unũ peius eſt, & aliud melius, & poterit in utroque ipſorum, ut in genere poni, conſentaneum magis eſt, ut in meliore, magis quam id deteriore ponatur, ceu medicina, non quia poteſt, et ſanitatẽ & morbũ efficere, dicimus ipſam effectricem morbi, uel nihil magis effectricem dicimus eſſe morbi, quam ſanitatis: ſed dicimus potius ſanitatis effectricem, nam in meliore eorum, quorum poteſt eſſe unũquodque nam ob id poſitione ſunt bona. ſi autem anima ſimiliter ſe habet ad motum, & ad ſtationem, nam amborum eſt cauſa eadem in animali. ut enim mouentur animalia ſecundum animam, ſic etiam ſtant, & eſt ſtatio melior motu. Nam motus eſt in quibus eſt ſtatio propter ſtationem, & finis motus eſt ſtare igitur. Hæc habent in corporibus finem, manſionem in proprijs. Item ſubſtantiarum immobiles meliores. Item diſcenti finis diſcere, & in ipſo ſtare porro ſi hoc non recte ponentes in genere motus animam ſunt qui ſic faciunt. Dixit autem, quod uere motionem, aut motum per hoc quod uere motionẽ indicans dici genus ipſius motionem dici, ut dicentes ipſum eſſe motum ſeipſo mobilem.

Præterea ex magis & minus: deſtruent quidem, ſi genus ſuſcipit magis. ſpecies autem non ſuſcipit, nec ipſa, nec quod ſecundum ipſam dicitur: ut ſi uirtus ſuſcipit magis, & iuſtitia, & iuſtus. Dicitur enim iuſtus magis alter altero. Si igitur aſſignatum quidem genus magis ſuſcipit, ſpecies autem non ſuſcipit, neque ipſa, neque quod ſecundum ipſam dicitur, non erit genus, quod aſſignatum eſt.

Vt quando de accidente faciebat rationem ſimpliciter, & rurſus comparatiue ad quoſdam ambos locos a magis, & minus, & ab ipſo ſimiliter conſtructiuos, & deſtructiuos duos quidem deſtructiuos, & unum conſtructiuum, nam communes ut hi a caſibus, & cognatis, & a generationibus, & corruptionibus, & oppoſitis, ſic etiam hi quos tradit hic. Vnus igitur deſtructiuus ab ipſo magis, & minus, ſi aſſignatũ genus ſuſcipit magis, & minus, ſed ſpecies, neque ipſa, neque per ſe dicta non genus aſſignatum. Nam uidetur quorum genus ſuſcipit magis, & minus, hæc etiam ſuſcipere, & dicta ſecundum ea. i. denominatiua ab ipſis, nam ſi uirtus magis & minus, & iuſtitia, & iuſtus ſecundum ipſam dictus, & econtra rationabile eſt, quare ſi aſſignatum ut ſpecies ſuſcipit & aſſignatum ut genus non ſuſciperet non eſt genus aſſignatum ſic oſtenderet. Sic aliquis oſtenderet non eſſe genus æqualitatis dubitationem, ut dicunt ipſam diffinientes eſſe æqualitatem contrariarum rationum. Nam dubitatio magis, & minus ſuſcipit, ſimiliter & decedens ſecundum eam. Hi autem ſunt dubitantes, ſed æqualitas, nec eſt hæc, nec æqualia. nam æqualia quædam non ſunt magis, & minus. Rurſus nix nõ ſuſcipit magis, & minus; ſed albedo ſuſcipit, quare nõ genus niuis albũ. Itẽ harmonia magis, & minus, ſed anima nõ: quare harmonia nõ eſt genus animæ.

Rurſum ſi quod magis uidetur, uel ſimiliter, nõ eſt genus: manifeſtum, quoniam nec quod aſſignatum eſt utilis autem hic locus in talibus maxime, in quibus plura uidentur de ſpecie in eo, quod quid eſt prædicata, & non determinatum eſt, neq; habemus dicere quale nã eorum eſt genus. Vt de ira, & triſtitia, et opinio paruipẽdẽtiæ in eo quod quid eſt prædicari uidentur. Cõtriſtatur. n iratus, & opinatur paruipendi.

Secundus hic locus deſtructiuus ab ipſo magis. Idem autem, & a ſimilibus in aliquibus generibus, ſi magis eius uideretur eſſe genus, & non eſt, neque id quod minus uidetur, erit. Eodem modo de ipſo ſimiliter. Verũ inquit locum eſſe utilem his, in quibus plura de eodem prædicantur in quid eſt, ſed non habemus conceſſum quale eſt ipſorum genus, ceu de ira triſtitia prædicatur, & opinio in quid eſt. Nam dicitur ira aliquando quidem triſtitia, aliquando autem ipſorum genus eſt. Sumendum igitur eſt id quod uidetur ipſorum magis eſſe genus, uel oſtendendum non eſſe hoc. Nam ſi non magis, quod uidetur eſſe genus, eſt genus, neque quod minus. Nam ſi magis triſtitia uidetur iræ genus eſſe, & non eſt, ut oſtenſum eſt paulo ante, neque opinio erit genus eius. Item ſimiliter ſi uiderentur ambo eſſe genera eiuſdem, ſi alterum oſtenderetur non eſſe, neque alterum erit, quod ſimiliter huic uidetur. Ab ipſo magis igitur ſic, ut dictum eſt, oſtendemus tempus non eſſe in genere numeri. Nam ſi magis tẽpus motus, quam numerus eſſe probabile eſt, quia continuum continui genus magis eſt, & tempus non eſt motus, quia omnis motus eſt alicuius ad aliquid, & tempus nõ ad aliquid, igitur tempus nõ eſt motus, igitur nec motus eſt genus temporis. Rurſus quod non ſit genus appetitus triſtitię deſtruemus. Nam ſi magis deſiderium eſt indigentia, quam triſtitia, & non eſt in genere indigentiæ, neq; triſtitia erit, quod uero nec indigẽtia ſit genus eius, patet ex hoc, quod genus nullius ſpeciei eſt cauſa, ſed indigentia cauſa appetitus. Similiter autem, & in exemplo demonſtratio procederet, ſi ſimiliter irę, & triſtitia, & opinio genus, ſed non eſt eius genus opinio, igitur neque triſtitia erit genus eius. Similiter & manſuetudinis domeſticatio, uel temperantia genus eſſe uidetur, ſi ergo non eſt domeſticatio, neque temperantia erit.

Eadem aũt conſideratio, & in ſpecie ad aliud aliquid cõparanti. Si quod magis, uel ſimiliter uidetur eſſe in aſſignato genere, nõ eſt in genere, manifeſtum quoniam neque aſſignata omnino ſpecies erit in genere. Interimenti igitur, quemadmodum dictum eſt, utendum. Aſtruenti uero, ſi quidem ſuſcipit magis, quod aſſignatum eſt genus, & ſpecies, non utilis locus. Nihil. n. prohibet utrorunq; ſuſcipientium non eſſe alterum alterius genus. Nã bonum et album ſuſcipit magis, & minus, et neutrum eſt neutrius genus. Generum aũt & ſpecierum ad ſe inuicem comparatio utilis, ut ſi ſimiliter hoc, & hoc genus, ſi alterum genus, et alterum. Similiter aũt, & ſi quod minus, & quod magis. Vt ſi continentiæ magis poteſtas, quã uirtus genus, uirtus autem genus, & poteſtas. Eadem autem et de ſpecie conuenit dici Nam ſi ſimiliter hoc, & hoc propoſiti eſt ſpecies, ſi alterum ſpecies, & reliquum. Et ſi quod minus uidetur, ſpecies eſt, & quod magis.

Nam ſi quod magis uidetur ſpecies eſſe alicuius aſſignati generis, & nõ eſt, neque hoc erit cum ſit minus, quã illa ſpecies propoſiti generis, ut ſi magis ſpecies uirtutis temperantia, quam manſuetudo, ſed non eſt temperãtia, neque manſuetudo. Item a ſimili, ſi ſimiliter temperantia, & continentia ſunt ſpecies uirtutis, non eſt altera horum, ergo nec altera, igitur his duobus locis utendum eſt ad deſtructionem, & conſtructionem, ſed ad conſtructionem illud ambo magis ſuſcipere, ut aſſignatum, & ut ſpe

cies non eſt utile. Non enim prorſus alterum erit genus alterius, ſic ſe habet, ut ſolũ primus dictus ad deſtructionem locorum a magis ſit utilis. Non enim, quia album, & bonum magis ſuſcipiunt, iam ob id genus albi eſt bonum. Sed ſecundus locus dictorum ad deſtructionem, in quo comparatio erat ſpecierum, & generum inter ſe utilis, & ad conſtructionem. Nam ſi quod minus uidetur genus eſſe alicuius oſtenderetur genus eſſe, & quod magis erit. Et ſi hoc ſimiliter, & hoc ſimiliter. Eadem quoq; ratio de ſpecie, nam ſi temperantiæ magis genus potentia, quam uirtus, nam uidetur temperatus, ſecundum aliquam potentiam reſiſtere deſideriis: minus erit uirtus genus ipſius, proinde ſi uirtus genus eius, erit etiam potentia, uirtus autem uidetur eſſe, quia eſt habitus laudabilis. rurſus in ſpecie, ſi minus uidetur in genere eſſe uirtutis tẽperantiæ, quam continentiæ ſpecies eius erit etiam continentia. Eadem quoque ratio, & in ipſo ſimiliter ſi in generibus, ſiue in ſpeciebus ſimile acciperetur.

Inſuper ad conſtruendum, perſpiciendum, ſi de quibus aſſignatum eſt genus, in eo quod quid eſt, prædicatur: non una exiſtente aſſignata ſpecie, ſed & pluribus, & differentibus: non manifeſtum, quoniam erit genus. Si autem in aſſignato ſpecies eſt, conſiderandum & ſi de aliis ſpeciebus genus in eo quod quid eſt prædicatur. Accidet enim rurſus de pluribus, & differentibus idem prædicari.

Conſiderandum cum dixerit, inquit locum ad cõſtructionem generis, & locum a minus, & ſimiliter inſuper in quit ad conſtructionem eius, quod eſt aſſignatum genus utilem locum, ſi aſſignatum ut genus plurium, & differentium ſpecierum erit aſſignatum, quærendum eſt ſi in qd eſt de ipſis prædicetur, nam ſi de pluribus ipſis, & ſecundum ſpeciem differentibus in quid eſt erit prædicatum, erit genus: ut ſi animal equi, hominis, & idipſum utile erit ad deſtructionem, nam ſi non fuerit in quid eſt prædicatum non erit genus, ſi autem unius ſpeciei fuerit aſſignatum, & prædicaretur de eodem, inquirẽdum eſt, ſi etiam de aliis differentibus ſpecie, ſimiliter prædicatur, ut ſi animal aſſignaretur genus hominis conſiderandum ſi etiã equi, & alicuius alterius ſimiliter ſit prædicatum, nã erit genus. Verum dicendo de differentia dixit. Quoniam autem uidetur quibuſdam & differentia in quid eſt prædicari, quoniam in congregatum eſt accepta ſic prædicatur, ſed minime ſine materia aggregari differẽtia prędicatur ſic, de qua mentionem fecit in prædicamentis, in quibus dixit ſuſcipere rationem differentiarum indiuidua, & ſpecies, quas proprie exiſtentes differentias non dixit eſſe ſubſtantias ibi, quia neque genera, neque ſpecies, neque indiuidua, nam de ſpeciebus prædicata, ut genera prædicarentur, quod autem non genera differentiæ, nũc oſtendit, neque ſpecies, equidem ſpecies ſeorſum, & ſine generibus acceptæ ſunt differentiæ, ſi etiam aggregatæ. Hæ autem in illo libro ſubſtantiæ, & indiuidua ſub ipſis. Sed ſi acceptæ differentiæ, & genera diuiſa ab ipſa uniuoce prædicantur, ſiquidem ut dixit nunc pedeſtre ſignificat quale animal, ſed non uidetur ipſi genus de propria differentia ſic prędicari, neque de differentia in ſubſtantia acceptæ ſine materia diuiſum ab ipſa genus uniuoce prędicatur, quia neque quippiam aliud totum diſſimilare ſic prædicatur de unaquaque parte, ſed talis differentia eſt pars diuiſi ab ipſa, neque eadem de ſpecie, uel indiuiduo, quod neque pars de toto.

Quoniam autem uidetur quibuſdam & differentia in eo quod quid eſt de ſpeciebus prædicari, ſeparandum eſt genus a differentia utenti iis, quæ dicentur elementis. Primo quidem, quoniam genus de pluribus quàm differentia dicitur. Deinde quoniam ſecundum ipſius quid eſt aſſignationem magis conuenit genus, quam differentiam dicere. Qui. n. animal dicit hominem, magis indicat quid eſt homo, quam qui greſſibile. Et quoniam differentia quidem qualitatem generis ſemper ſignificat, genus autem differentiæ, non (Qui enim dicit greſſibile, quale quid dicit animal: Qui uero animal dicit, non dicit quale quid greſſibile) Differentia igitur a genere ſic ſeparanda.

Dixit quidem in primo, quod etiam differentiam, & problemata a differentia ſimul oportet cum genere ordinare, ti. quam ipſi loci ſint utiles ad problemata a differẽtiis. Quod uero non omnino idem differentia cum genere patet, ſi etiam quia maxime & ipſa in quid eſt uidetur de ſpecie prædicari, & de pluribus, & differentibus ſpecie differentia, quibus differentiam poterimus ſeparare a genere quædam elementa, & ſpeculata nobis tradit, quæ præueniendo iam dixit in dictis. Eſt autem primum, ꝙ genus in plus dicitur, quam differentia, nam eſt aliqua pars generis differentia deciſa ab eo. Secundum quod & ſi differentia in quid eſt, uidetur prædicari. Nam ſi diffinitio in quid eſt, & differentiæ ſunt in diffinitione. Itẽ magis genus conuenit interrogantibus de ſpecie, quid eſt aſſignare, quàm differentiã, nam magis homo animal, quã rationale. Tertium quod differentia qualitatem generis cuius eſt ſignificat, nam qualitas animalis rationale pedeſtre, ſed minime, & genus differentiæ, nam nullius ipſorũ qualitas eſt animal, & quod ſic ſe habet oſtendens apponit, quia qui dicit rationale quale animal ſignificat, & qui dicit animal, non dicit quale rationale, quare rationale in quale tranſmutatur qualitatem animalis ſignificans, ſed animal minime qualitatem rationalis ſignificat.

Quoniam autem uidetur muſicum, qua muſicum eſt, ſciẽs eſſe, & muſica ſcientia quædam eſt: & ſi ambulans, qua ambulat, mouetur, ambulatio motus quidam eſt: Conſiderandum in quo genere uult quiſpiam conſtruere, dictum modum. Vt ſi ſcientiam, quod quidem fidem, ſi ſciens quatenus ſcit, fidit: manifeſtum enim, quoniam ſcientia fides quædam erit. Eodẽ autem modo & in aliis huiuſmodi.

Locum ubi tradit quo utentes poterimus conſtruere, & ſecernere quid ſit in aliquo genere. Nam inquit oportere in habentia habitus, & ea quæ dicuntur denominatiue ab ipſis habentibus reſpicere, & ſi in illis denominatũ alicui appareret eſſe ſub aliquod genus aliud quo denominatum eſt aliquid, & id in quo propoſitum denominatum eſt dicere genus eſſe eius denominatiue a dicto genere. Hoc autem ſic ſe habere per inductionem perſuadet. Nam quia muſicum quatenus muſicum denominatum in muſica ſciens eſt, & ſciens denominatum ſcientia eſt, & muſica a qua muſicum denominatum eſt ſcientia erit, quia ab eadem denominatiuum ſciens eſt genus muſici. Rurſus quia ſecundum ambulationem ambulare dictum eſt, & exiſtens eius denominatiuum mouetur, & eſt rurſus moueri denominatiuum etiam ab ipſo motu, erit etiam ambulatio motus, & ſub motu. His itaque ſic ſe habentibus inquit oportere quando uolumus conſtruere, & oſtendere quid ſit genus alicuius ad habentia ipſum, & denominata ab ipſo ſecundum dictum modum procedentes, & oſtendentes alterum ſub altero, ſic oſtẽdemus, & propoſiti genus eſſe propoſitum, ut ipſe adiecit ſi uoluerimus oſtendere genus ſcientiæ eſſe fidem uidendum eſt, & oſtendendum, quod ſciens quatenus ſcit credit. Nã ſi hoc, patet quod etiam ſcientia eſt fides, & ſi uoluptate fruens, quatenus uoluptate fruitur, in bono eſt, & uoluptas bonum erit, & ſi audiẽs ſentit, & auditus erit ſenſus. Vnde cõtextus hic. (Quoniam autem uidetur muſicum, qua muſicum eſt, ſciens eſſe, & muſica quædam ſcientia eſt) erit apertior ſic ſi ſe haberet. Quoniã autem uidetur propterea qđ muſicũ, qua muſicũ eſt, muſica ſcientia eẽ.

Inſuper quoniam quod ſequitur aliquid ſemper, & non cõuertitur, difficile eſt ſeparare ab eo, quod eſt genus, ſi hoc quidem illud ſequitur omne, illud uero hoc non omne: ut tranquillitatem quies, & numerum diuiſibile, econuerſo aũt,

non

non. Nam diuiſibile non omne numerus, neque quies omnis, tranquillitas: ipſo quidem eſt utēdum, ut genere, quod eſt ſemper conſequens, cum non conuertatur alterum. Cum uel enim alterum ſe extendit non in omnibus, obſequendum. Inſtantia autem huius, quoniam non ens ſequitur omne, quod fit (Nam quod fit, non eſt) & non conuertitur (Non enim omne quod non eſt, fit) attamen non eſt genus non ens eius, quod fit. Simpliciter enim non ſunt entis ſpecies. De genere igitur (quemadmodum eſt) tranſeundum.

Quoniam genus ſequitur ſpeciem, & nō conuertitur, nam ſi homo, animal, non tamen ſi animal, homo, inquit oportere in quibus talis ordo, ut alterum alterum ſequitur, ſed minime & conuertendo alterum, alterum ſequi, accipere aliud, ut ſpeciem & aliud, ut genus, nam uidetur probabile eſſe, nam quia ſerenitatem ſequitur quies, & quietem minime ſerenitas. Item ſequitur numerum diuiſibile, ſed diuiſibile non numerus, uidetur ſerenitatis genus eſſe quies, & numeri diuiſibile. Ipſe igitur inquit ut improbabili oportere hoc loco uti in prædicta illatione ad cōſtructionem generis. Si autem aliquis alius uteretur ipſo non concederetur, ut in omnibus ſic ſe habere, nā ſunt quædam quæ conſequuntur, & non conuertuntur, nō tamen & genera ſunt horum quæ ſic cōſequuntur. Et oſtēdit hoc in exemplo, nam factum ſequitur non ens. Nam nihil quod fit iam eſt, & non conuertitur, quippe minime non ens ſequitur factum, non enim ſi aliquid non eſt, hoc fit, nam tragelaphus non eſt ens, ſed non fit, ideo ſi & non ens ſequitur factum, tamen factum non ſequitur non ens. Sed non eſt facti non ens genus, & propter quod non eſt ipſius genus oſtendit, nam non entis non poſſunt ſpecies eſſe, nam de nullo non ens in quid eſt prædicatur, quippe ob id, neque de priuatione. Et uniuerſaliter ſpecies in exiſtentia eſt, ſed non ens non exiſtit. Quomodo igitur dicetur genus eſſe non exiſtens eius, quod exiſtit? Nam genus debet exiſtere.

ALEXANDRI
APHRODISIENSIS IN QVINTVM ARISTOTELIS Topicorum Librum
COMMENTARIVS.

DICTVRVS Hoc Quinto Libro eſt Philoſophus, quo pacto, & quot modis a proprio accipiantur argumentā. quadrupliciter enim a proprio ducuntur, & quid unumquodque ſit, & mutuam eorum differentiā explicabit. Porro cum in quarto nobis aſſignauerit locos, quibus poſſimus quæſtiones generis in utranque partem tractare, nūc ad proprii quæſtiones tranſit. & docet quomodo ad eas ſit argumentandum. & prius quot modis proprium dicatur, ſumit. idque quadrupliciter dici aſſerit, & unumquenque modum exponit, & eorum differentias docet. Ac profecto loci generis meritò ante locos proprii conſtituti ſunt, & loci ꝓprii ante locos definitionis: quia per quos locos oſtendimus hoc huius genus eſſe, per eoſdē etiam demonſtramus genus in definitione aſſumptum eſſe definitionis genus, & per locos deſtruentes rurſus deſtruimus aſſumptum eſſe genus definiti. Ex quo factum eſt, ut prius locos ad quæſtiones generis poſuerit, quia ipſæ quæſtiones ſunt ſubſtantiales, proprii uero quæſtiones ſunt aduentitiæ ſubſtantiæ: & honorabiliora ſunt ſubſtantialia accidentalibus. Præterea locos proprii ſtatuit ante locos definitionis. quia loci propriorum ſunt etiam nobis utiles ad quæſtiones definitiuas cognoſcendas. quibus enim locos oſtendimus hoc non eſſe huius propriū, per eos etiam hoc non eſſe huius definitionem demonſtramus. Oſtendimus autem hoc non eſſe huius propriū, ſi proprium ſubiecti, cui aſſignatur, ſit apertus aſſignatū. ceu ſi quis dicat proprium ignis eſſe ſimilem animæ, magis ſciet ſubiectum, quam proprium aſſignatum, uel ſi æquiuocas uoces haberet: ut proprium animæ moueri motu rationali: motus enim eſt uox æquiuoca. uel ſi proprium non conuerteretur cum ſubiecto, ut ſi aſſignabit aliquis bipes eſſe proprium hominis: quod proprium non eſt. quia ſi proprium eſſet conuerteretur, ut ſi quid homo eſſet, id etiam eſſet bipes, quod ſimiliter ſit in definitionibus. conuenit enim definitionem debere eſſe clariorem definito. ſi enim eſſet occultior, non eſſet definitio, neque etiam ſi non conuerteretur cum definito. uel ſi uoces æquiuocas in ſe definitio contineret.

VTRVM *autem proprium, an non proprium eſt, quod dictum eſt, per hæc conſiderandum. Aſſignatur autem proprium aut per ſe, & ſemper aut ad aliud, et aliquando. Per ſe quidem, ut hominis, animal manſuetum natura. Ad aliud autem, ut animæ ad corpus, quoniam illa imperare nata, hoc autem parere. Semper aūt, ut Dei animal immortale. Aliquādo uero, ut alicuius hominis ambulare in gymnaſio. Sūt aūt proprii, quod ad alterum aſſignatum eſt, aut duo problemata, aut quatuor. Si.n. de hoc quidem aſſignatum quippiam fuerit, de illo uero negatum id ipſum, duo duntaxat problemata fiunt, quemadmodum hominis ad equum proprium eſt, quoniam bipes eſt. Nam & quoniā homo, non bipes eſt, argumentabitur quiſpiam, & quoniam equus bipes. Vtrinque remouetur proprium. Sin uero de utroque utrunque aſſignatum fuerit, & de utroque negatū, quatuor problemata erunt, ut hominis proprium ad equū, quoniam ille quidem bipes, hic autem quadrupes eſt. nam & quoniam homo non bipes eſt, & quoniam eſſe quadrupes natus eſt, argumentari eſt: & quoniam equus bipes, & quoniā non quadrupes, poſſibile eſt argumentari. Quolibet igitur modo oſtenſo, interimitur, quod propoſitum eſt.*

SCIENDVM ꝙ in plus eſt hoc ſemper, quam per ſe, nam per ſe proprium, & ſemper eſt, non tamen ſemper prorſus, & ꝑ ſe, nam per ſe ab omnibus ſeparat cum ſoli ipſi inſit, ſed plura inſunt ſemper aliquibus, quę non ſolis ipſis inſunt. Similiter & ad aliud proprium eſt in plus ad aliud, quam aliquando, nam ad aliud proprium, uel in cunctis, & ſemper, uel in pluribus, non ut plerunque per hæc, & ſemper eſt in plus, eo ad aliud. Item differt proprium per ſe a proprio ad aliud, quia proprium per ſe ab omnibus ſeparat, ſed proprium ad aliud non ab omnibus per ſe omnino ſeiungit eo ꝙ ſoli inſit. Item proprium ſemper alicui ineſſe dicitur, non quia & ſoli, ſed neque quia ſeparat ipſum ab aliquo, uelut proprium ad aliud, ſed propter ſe ſolum, quia ſemper ineſt, ideo nihil uetat ipſum eſſe plurium proprium ſecundum hoc ſignificatum proprii, ut uirtus ad ſcientiā, quia uirtus in pluribus potentiis animæ ſit. Etenim in paſſiuo & in rationali, ſed ſcientia in ſolo rationali. Adiecit; natura; quia uidetur domeſticum manſuetumq; ineſſe ēt animalibus irrationalibus, ſed ipſis natura non ineſt, ſed ex aſſuetudine & educatione, etiā quibus ineſt manſuetū eſſe, ſed nō omnibus. At omnibus hominibus, ideo ēt dicitur natura his ineſſe, unde ꝑ ſe ꝓprium dicitur quod ēt proprie eſt proprium, ut in quinq; uocibus aſſignatū eſt qđ ſoli, oī, & ſemꝑ ineſt, uel ſemper ineſt; ſed nō ſolū ut Deo immortale ſemper ei ineſt hoc,

ſed non ſoli, quia etiam Angeli & animæ immortales, ſed ad alterum proprium, ut ſi quis diceret proprium, hominis eſſe bipedem. nam ad quadrupedem dicitur bipes. Item animæ proprium aſſignatur imperare ut ad alterum, quia ad corpus. nam dominatur & imperat anima, ac mouet corpus, ſed corpus miniſtrat motionibus & impetu animę. item ambulare in gymnaſio proprium dicetur alicuius hominis, ſed aliquando, uidelicet ſecundum id tempus quo ambulat quippe non ſemper ambulat, ſed ad alterum proprium aſſignatum duo problemata facit ſi de hoc affirmatur ut de homine bipes, & de hoc, uidelicet equo negatur. Etenim ſi quis nitetur oſtendere quod homo nō eſt bipes, hoc erit unum problema. Deſtruitur autem tale proprium utroq; modo, uidelicet ſiue aliquis oſtendet hominem quadrupedem, ſiue equū bipedem. Gratia autem exempli, & ad inſinuationem huius quomodo ſint duo problemata ex proprio ad alterum tale exemplum ſumptum ſit. nā impoſſibile eſt oſtēdere ꝙ hō ſit quadrupes, uel equus bipes. Quatuor autē problemata ſiūt a tali proprio, hoc.ſ. quadrupes, ut quia homo bipes, & equus quadrupes, & ſi utrunque ab utroque negaretur, ut homo non bipes, equus non quadrupes. nam ſiue aliquis diceret homo non bipes eſt, ſiue homo quadrupes eſt, unum erit problema deſtruens hominem bipedem eſſe ſimiliter & ſi diceret equus nō eſt quadrupes, uel bipes eſt. nam etiā per hunc ille negatur, quia equus quadrupes eſt.

Eſt autem per ſe quidem proprium, quod ad omnia aſſignatur, & ab omni ſeparat. Quemadmodum hominis animal mortale diſciplinæ ſuſceptiuum. Ad aliud autem, quod non ab omni, ſed ab aliquo ſtatuto determinat, ut uirtutis ad diſciplinam. Quoniam illa quidem in pluribus, hæc autem in rationali ſolo, & in habentibus rationem nata eſt fieri. Semper autem, quod ſecundum omne tempus uerificatur, & nunquam relinquitur. Quemadmodum animalis ex anima, & corpore compoſitum eſſe. Aliquando uero, quod ſecundum aliquod tempus uerificatur, & non ex neceſſitate ſemper cōſequitur, ut alicuius hominis deambulare in foro.

Diffinit per ſe proprium, & inquit, per ſe & proprie ꝓprium eſſe quod aſſignatum eſt ad omnia, uidelicet qđ cōpetit omnibus particularibus hominibus reductis ſub homine, & poteſt ſeparare hominem ab omnibus aliis animalibus, ſed proprium ad alterum eſt quod non poteſt ſeparari & diffinire ſecernereq; ſpeciem ab omnibus aliis, ſed a quibuſdam ordinatis & diffinitis, ceu bipes ſeparat hominem ab omnibus quadrupedibus, ſed non ab auibus, ut uirtutis ad diſciplinam nam uirtus in pluribus ſpeculatur, & in naturalibus & artificialibus & non in aliis quibus determinatis dicitur Nam hominis uirtus eſt agere ſecundum mentem, ſed equi ipſum bene currere, & domus prohibere imbres, & procellas ac æſtus, & ſedilis ſcamni q; aptitudo ad quieſcendum, & ſcientia in ordinatis & diffinitis rationalibus conſideratur ſolis, uidelicet in hominibus, ſed uirtutem & ſcientiam accepit, non ut propria, ſed ad demonſtrationem huius qualia conſiderantur in definitis, & qualia non, ut uirtus ad ſcientiam, quia uirtus in pluribus, etenim in paſſiuo & rationali, & ſcientia in ſolo rationali.

Eſt autem ad aliud proprium aſſignare, differentiam dicere, aut in omnibus, & ſemper, aut ut plerunque, & in plurimis. Vt in omnibus quidem & ſemper, quemadmodum hominis proprium ad equum, quoniam bipes. Nam homo quidem & omnis, & ſemper eſt bipes, equus autem nullus eſt bipes, & nunquam. Vt plerunque uero, & in plurimis, quemadmodum rationalis proprium eſt imperare ad concupiſcibile, & iraſcibile: eo quod illud quidem imperat, hæc autem parent. Neque enim rationale ſemper imperat, ſed quandoque illi imperatur. Neque concupiſcibili, & iraſcibili ſemper imperatur, ſed etiam imperat quandoq;, cum fuerit flagitioſa anima hominis.

Proprium ad aliud inquit, uel in omnibus conſideratur & ſemper, ut bipes exiſtens differentia in omnibus hominibus conſideratur & ſemper, uel ut plerunque & in pluribus, ut imperare proprium eſt rationalis, ſed nō ſemper ineſt ei, ſed in bonis hominibus rationale imperat iraſcibili & concupiſcibili, & ipſas ab irrationali impetu remoratur, & hæ ipſis adminiſtrant & ſeruiunt, ſed in ueſanis & prauis animabus contrarium fit, hę poſitione imperant rationali, & ipſa ſubdita fit eis.

Propriorum autem, ea maxime logica ſunt, quæ per ſe, & ſemper, & quæ ad alterum. Nam eius quidem, quod ad alterum eſt proprium plura problemata ſunt, quemadmodum diximus & prius. Siquidem aut duo, aut quatuor ex neceſſitate fiunt problemata. Plures igitur orationes fiunt ad hæc. quod autem per ſe, & ſemper eſt, ad multa eſt argumentari. & ad plura tempora obſeruare. Quod per ſe quidem ad multa, quoniam ad unūquodq; eorum, quæ ſunt, cui oportet ineſſe proprium quare ſi non ab omni ſeparat, non erit bene aſſignatum proprium.

Logica problemata dicit, quæ ſuppeditant plures rationes, & plura argumenta & fortia, ſunt autem hæc per ſe & ſemper, & hæc ad aliud. Nam inquit, ad alterum ꝓprium quatuor efficit problemata. hoc.ſ. per ſe & ſemper ad plura eſt arguere. Etenim oportet accipere receptiuū ſcientiæ, & oportet hoc proprio ſeparare hominem ab unoquoque exiſtentium, ceu a boue, equo, & aliis diſſimilibus. nam ſic ſeparantes hominem ab omnibus diſſimilibus faciamus plura argumenta, ut ſcientiæ capax ꝓprium per ſe hominis eſt, reliquum neque equo eſt proprium, neque boui, neque alii alium, ſed quadrupes. Propria igitur ad alterum duo & quatuor problemata (ut dixi) efficientia plura argumenta ad unumquodque ipſorū trahunt. ſed illud per ſe & proprie proprium, & hoc logicum eſt, quia poſſunt ex ipſo etiam argumenta fieri ad plura, uidelicet plura argumenta accipi. Nam qui conſtruit riſibile eſſe proprium per ſe hominis oſtendit ipſum conuerti & ſoli omni ac ſemper ineſſe, & ſemper ꝓprium qui probat & conſtruit ad plura tempora, uidelicet ad præteritum præſens, & futurum obſeruabit & dabit operam, ut ex eiſdem accipiat argumenta, ceu ſi quis dicat Deum immortalem eſſe, & proprium Deo eſſe, oſtendet ipſum eſſe immortalem tempore pręterito, præſenti & futuro. Nam ſi non competit hoc Deo ſecundū aliquod horum temporum deſtruitur, ut etiam per ſe ꝓprium oportet ſeparare ſpeciem, cuius eſt proprium in unoquoque entium, ſi autem non, nunime erit per ſe proprium. Oportet autem cognoſcere quod ſemper proprium plus eſt ipſo per ſe. nam omne per ſe & proprie ꝓprium eſt etiam ſemper ut ſcientię capax, non tamen ſemper proprium, eſt etiam per ſe. nam bipes eſt ſemper inexiſtens homini, ſed non per ſe & proprie, quia etiam cōpetit auibus, cæterum illud aliquando proprium non dicitur logicum problema, quia non arguitur ad plures rationes. nam a ſolo tempore habemus arguere ad conſtructionem & deſtructionem horum, quatenus dicimus nūc idem ineſſe, ut in ſenectute caneſcere hominem conſtruemus, ſi etiam tempore ſenectutis omnes caneſcere oſtenderimus.

Quod autem ſemper, ad plura tempora eſt obſeruare, & ſi non ineſt, & ſi non infuerit, & ſi non inerit, non erit proprium. Quod uero aliquando, non ad alia quam ad illud, quod nunc dicitur tempus, conſideramus. Non igitur ſunt orationes ad ipſum plures. Logicum uero hoc eſt problema, ad quod orationes fiunt utique, & crebræ, & bonæ. Ad alterum igitur proprium dictum.

Semper

Semper proprium (inquit) plura argumenta ſuppeditat obſeruanti & inſpicienti ad omnia tempora. nam uidendum eſt ſi ſedere nunc inſit Socrati, uel non inerat, uel non inerit, quare ſedere, non eſt proprium Socrati, ſed in proprio aliquando non ſunt plures rationes, nec plura argumenta, quia in ſolo nunc tempore conſideramus ipſum, & ſi eſt Socrati nunc ſedere, etiam eſt proprium ei, ſi autem non eſt nunc, neque proprium eius erit. nam de præterito, futuro ipſum aliquando conſideramus item ad nunc. nam ad hoc tempus in quo ipſum ineſt dicitur aliquando proprium, ſed non bene abundat ſi ab uno aliquo tempore fiat argumentum.

Ex his, quæ ſunt de accidente locis, inſpicirndum eſt, ſi huic quidem accidit, illi uero non. De his autem, quæ ſemper, & quæ per ſe, per hæc conſiderandum.

Etenim proprium ad alterum, uel eſt inexiſtentiũ ſemper & omni, & aſsignat locos ad hoc, uel eſt de numero eorum quæ ut in pluribus & non ſemper & palam ſunt hæc ſic inexiſtentia aliquibus accidentibus. nam dixit etiã in primo quod accidentia ſæpe propria fiunt ad aliquid. Oportet igitur in his conſideraſſe & accipere argumenta, ex quibus diximus locis de accidente. Vt enim album qui probat accidere corpori ex hoc quod alicui ineſt, & alicui non ineſt ſic etiam ad alterum proprium, non ſemper autem ineſſe probabit, ex hoc, quia quibuſdam animabus ineſt, & quibuſdam non ineſt, quare iidem loci utiles ſunt & ad problemata ſecundum accidens, & ad propria & aliquando propria, ſed in dicendis locis conſiderandum inquit conſtruere hæc per ſe propria & quæ ſemper.

Primum quidẽ ſi bene aſsignatum eſt propriũ an non bene. Eius autrm quod rſt bene, aut non bene, eſt unum quidem.

Primum locum exponit deſtructiuum oſtendentem proprium non per notiores & apertiores rationes aſsignatum. nam proprium gratia cognitionis & diſciplinæ rebus aſsignatum eſt, ut etiam diffinitio ad probationem & cognitionem diffiniti, ſi ergo ineuidens aſsignatum alicuius proprium quomodo cognoſcemus ſpeciem, cuius eſt proprium, ceu ſiquis aſsignaret proprium ignis ſimilitudinem eius cum anima, occultius ignis proprium aſsignauit aſſerendo ſimilitudinem ad animam. nam magis cognoſcimus naturam ignis quam animam.

Si non per notiora, aut per notiora poſitũ eſt propriũ. Deſtruenti quidem, ſi non per notiora: conſtruenti uero, ſi per notiora. Eius autem, quod non per notiora, eſt hoc quidẽ, ſi omnino ignotius poſitum rſt proprium, quod aſsignauit, illo cuius proprium dixit. Non enim erit bene poſitum proprium, Siquidem propter notitiam proprium facimus, diſcendi enim cauſa & proprium & definitiones facimus. Prr notiora igitur accipiendum. Sic enim magis erit ſufficirnter cognoſcere, utputa, qui ponit ignis proprium rſſr ſimillimum animæ, ignotiora quam ignis ſit, utitur anima. Magis.n. ſcimus quid eſt ignis quam quid anima. Nõ igitur erit bene poſitum poprium ignis, ſimillimum animæ.

Illud non per notiora in duo diuidit, uel uniuerſaliter ignotius eſſe traditum proprium eius cuius eſt propriũ, uel quia & ambobus exiſtentibus notis non eſſe notius proprium cuius eſt proprium. Oportet igitur magis non ſolum notius eſſe proprium rei cuius eſt proprium, ſed etiam quod huic ineſt notius ineſſe. nam qui non ſcit ſi hoc huic inſit, neque ſi huic ſoli ineſt cognoſcit. nã oportet conſtruentem per nonora ſecundum utrunque modorum aſsignationem proprii facere eo quod ipſa re notius eſt proprium & exiſtentia eius. Nam ſi aliquid horum deeſt, eſt occulta aſsignatio, uerum addẽdo hoc nõ eſt bene poſitum proprium, huius additionis cauſam aſsignauit. nam dicendo conſtruentium locorum proprii de hoc bene aſsignati, alii bene ſimpliciter conſtruunt de quibus poſterius mentionem faciet, & alii bene ſecundũ hoc. Nam qui oſtendit habere aliquid hoc ſecundum hoc bene habere propoſitum demonſtrauit, & ſi nõ omnino bene ſe habuerit, igitur aſsignandum eſt (inquit) proprium per notiora. nam ſic bene magis intelligeretur ſubiectum. nam ſi aſsignaretur ignis proprium eſſe ſimili numero indiuiduo ſphærico, non erit bene aſsignatum. nam magis patet quid eſt ignis quam hoc quid eſt ſphærica atomus.

Aliud autrm, ſi non notius eſt hoc huic ineſſe. Oportet.n. non ſolum notius eſſe re, ſed hunc ineſſe notius eſſe. Nam qui non ſcit, ſi huic ineſt, neque ſi illi ſoli ineſt, cognoſcet.

Secundum locum & hunc deſtructiuum exponit dicens ſi non fuerit notum hoc quod huic ineſt, id eſt ſi ambigitur aſsignatum proprium habere exiſtentiam in hoc ſubiecto, ut ſiquis poneret ignis propriũ eſſe hoc in quo primo nata eſt eſſe anima. nam ambigit ſi anima ineſt in calido inſito innatoq́;. Nam alii aſsignarunt eſſe animam in ſpiritu, & alii in corde, quare non bene ſe habens eſt aſsignatum proprium. Oportet igitur non ſolum notius eſſe proprium ſubiecto, ſed etiam quod notius & non dubitatum ſit id quod ineſt huic.i. quia habet exiſtentiam in hoc ſubiecto. Nam qui non ſcit ſi prorſus riſibile ineſt homini, neque ſi huic homini ſoli & omni ſemper & primo inſit, ſciet. nã proprie proprium ſic adeſt ei cuius eſt proprium. Igitur inquit probaturum proprium oportet conſiderare ſi notius & euidentius ipſum aſsignaretur, etſi ſecundum utrunque dictorum modorum, id eſt hunc neque ſimpliciter ignotum aſsignatum proprium eſſe, neque notum, ſed non notius ſubiecta re de qua proprium aſsignaretur. nam ſi nõ ambigit quod hoc proprium ineſt ſubiecto, etſi per plana & nota, ſiue nomina, ſiue orationes aſsignaretur. planum eſt quod bene aſsignatum eſt. nam loci cõſtructiui huius aſsignari bene proprium, alii quidem ipſum hoc ſolum bene aſsignari proprium conſtruunt. nam hoc indicat ſecundum hoc ſolum, alii autem oſtendent quod ſimpliciter bene. Simpliciter autem, inquit pro uniuerſaliter & proprie, quos etiam eſt aſsignaturus poſt hæc, & hic autem per exemplum quod exponit, planum efficit dictum. Non enim inquit, is qui aſsignat proprium animalis habere ſenſum, bene aſsignauit & ſecundum utrunque dictorum modorum.i. quod etiam per notiora & euidentiora, & quod non ambigitur ſenſitiuum ineſſe animali.

Quare cum quoduis horum acciderit, obſcurum ſit propriũ. Vt quia qui ponit ignis proprium, in quo primo anima nata eſt eſſr, ignotiore utitur quam ſit ignis. Eo quia ignotius eſt, ſi in hoc eſt anima, & ſi in hoc primo eſt. Non erit itaque bene poſitum proprium ignis, in quo primo anima nata eſt rſſe. Conſtruenti autem, ſi per notiora, poſitum eſt proprium, & ſi per notiora, ſecundum utrunque modum.

Id eſt ſiue proprium eſt occultum, ſiue non, perſpicuũ eſt quod ineſt ſpeciei cuius proprium aſsignatur, ineuidẽter & non bene aſsignatum proprium aſsignatur, ut qui ponit proprium ignis in quo primo anima nata eſt eſſe non bene aſsignauit proprium ſecundum ambos modos, quia occultum eſt. nam anima ignotior eſt igne, & quod non perſpicua eſt exiſtentia eius. Nam occultum eſt ſi primo ineſt igni animæ, ſed manifeſtandus eſt de hoc ſermo, equidem ignem dicunt ipſum eſſe qui ponũt eſſe ipſum innatum calorem, cuius inquiunt eſſe animam uehiculum. nam in hoc apparet & eidem ineſt & ſine ipſo nequit aliquid agere. nam frigidum eſt mortiferum & efficiens immobilitatem. nam motrix & altrix anima, atque aliæ poſit [illegible] er innatum calorem uti per inſtrumentum quoddam animalis nutritionem & digeſtionem ac motus & auctiones, & alias operationes perficiunt.

Erit enim bene ſecundum hoc propoſitum proprium. nam conſtructiuorum locorum eius, quod bene, alii quidẽ ſe-

[ſec]undum hoc ſolum, alii autem ſimpliciter monſtrabunt, quoniam bene. ut quia qui dixit animalis proprium ſenſum habere, per notiora, & notius aſsignauit proprium ſecundum utrunque modum, erit utique bene aſsignatum ſecundum hoc animalis proprium ſenſum habere.

Recte addit ſecundum hoc, uidelicet quia ſecundum hos modos quatenus manifeſtum eſt proprium, & perſpicua eſt huius exiſtentia bene aſsignatum eſt, ſed ſecundum alios modos forte, ideſt ſi non conuertitur, & ſi nõ ſoli, omni, & ſemper ineſt non bene dicetur aſsignatum. nam conſtructiuum locorum huius aſsignari bene proprium, alii ſecundum hoc ſolum conſtruunt ipſum bene aſsignatum, uidelicet ſecundum manifeſtum & notum eſſe proprium, & ſecundum perſpicuum eſſe eius exiſtentiam, ſed ſecundum alios modos, uidelicet conuertere, & hoc ſoli omni & ſemper ineſſe forte nõ oſtendunt, bene aſsignatũ, alii aũt ſimpliciter oſtendẽt, uidelicet ſcdm omnem modum quo ſtabiliunt propriũ bene aſsignatum.

Deinde deſtruenti quidem, ſi aliquod nominum, quæ in proprio ſunt aſsignata, multipliciter dicitur, uel etiam tota oratio plura ſignificat. Nõ enim erit bene poſitum propriũ, ut quoniam ſentire multa ſignificat. unum quidem ſenſum habere, alterum autem ſenſu uti, non erit animalis proprium bene poſitum. quod natum eſt ſentire. Quapropter non utendum eſt, neque nomine, quod multipliciter dicitur, neque oratione proprium ſignificante, quæ plura ſignificet. quia quod multipliciter dicitur, obſcurum facit, quod dictum eſt, dubitante eo, qui debet argumentari quidnam dicit eorum, quæ multipliciter dicuntur. nam proprium diſcendi gratia aſsignatur.

Si autem alicubi uoluerimus deſtruere proprium, ut non bene poſitum, conſiderabimus ſi proprium per æquiuocam dictionem eſt aſsignatum, ut quia ſenſum habere eſt uox æquiuoca. nam patet quod dicitur potentia & actu. Etenim dormiens uidetur ſenſum habere, ſed potentia, & non actu, quem uigilans actu habet. unde ſi ſenſum habere ut peoprium aſsignatum fuerit, efficiet occultationem ob æquiuocationem. nã immanifeſtum eſt de quo ſignificato accepit ſenſum habere, an de eo quod eſt in potentia, an de eo quod in actu. Merito autem adiecit hoc (uel etiam tota oratio) nam non ſolum inuenitur in æquiuocis uocibus ipſum multipliciter dici, ſed etiam in orationibus, quæ æquiuocatio ambiguitas appellatur ut in hac, faciat Iupiter me una diſſolui. nam poteſt & per orationem proprium aſsignari, ceu per hanc ſcientiæ capax. Oportet igitur (inquit) uidere ſi per æquiuocam uocem aſsignatum ſit peoprium, uel per orationem efficientem amphibologiam, & ſic deſtruere & oſtendere nõ bene aſsignatum eſſe proprium.

Inſuper autem ad hæc neceſſarium eſt redargutionem aliquam fieri his, qui ſic aſsignant proprium. quando in diſsidente quiſpiam conficiet ſyllogiſmum de eo, quod multipliciter dicitur.

Inſuper (inquit) ad hæc occaſiones elenchi præbet talis aſsignatio. nam quia non ſecundum omnia ſignificata dicti multipliciter peoprium ſignificatur, oportet tranſferentes nomen uel orationem in ſignificantibus aliquid aliud & non aſsignatum proprium deſtruere ipſum ut nõ proprium. Eſt aiit elenchus hoc, ſcilicet deducere reſpondentem ſecum diſputantem in contradictionem. nã in aſsignatione proprii per equiuocas dictiones, ut eſt habere ſenſum forſitan. Equidem reſpõdens accipit ipſum in potentia, ut per hoc & dormientem dicere ſenſum habere, ſed qui interrogat & facit ſyllogiſmum non de ſignificato in potentia redargueret hoc, ſed quia cum diſſonet & differat id quod eſt in potentia ab eo quod in actu, & ratiocinatur quod dormiens non agit ſecundum ſenſum, quod autem non ſecundum hũc ſenſum agit nõ uidet, igitur dormiens non uidet, quomodo igitur tu dicis dormientem ſentire. nam ſi ſentiebat & uidebat.

Conſtruenti autem, ſi non plura ſignificat, neque nominum quippiam, neque tota oratio. Erit enim ſecundum hoc bene poſitum proprium, ut quia neque corpus plura ſignificat, neque mobiliſsimum in ſuperiorem locum, neque totum quod ex his compoſitum eſt, erit bene poſitum ſecundum hoc ignis proprium, corpus mobiliſsimum in ſuperiorem locum.

Sunt enim quædam quæ per ſe dicta non plura ſignificant, ſed compoſita cum aliis minime, ut Theophraſtus inquit in eo libro de eo quod multipliciter dicitur. nam ſcire literas aggregatum amphibolum ambiguumq́; eſt, & ſi neutrum nomen ſit æquiuocum per ſe. Item Dionem Platonem uerberare. nam nomina ſimplicia, ſed oratio ex ipſis compoſita eſt ambigua. Rurſus in hac, aquila uolat, canis latrat, nomina quidem æquiuoca, ſed orationes ſimplices. Hic etiam adiecit illud ſecundum hoc, quia etiam contingit ut proprium alicuius aſsignetur. cum nõ ſit proprium ſine amphibologia uel æquiuocatione, & ſecundum aliud quoddam peccatum eum qui aſsignat propeium peccare, quare non omnino propeium quod non horum aliquid habet, ſed quantum ſecundum hoc ſana eſt aſsignatio. Per quas autem cauſas non immanifeſtum eſt ex dictis prius. Etenim ſi occultum dictum eo quod non eſt notum de aliquo ſignificatorum ab æquiuoco peoprium aſsignat, etiam occaſionem deſtructionis facit, ſi aliquid aliud ſignificatorum a nomine de quo non eſt aſsignatum proprium prætractans de ipſo efficeret elenchum, ceu quia ſcire hoc plura ſignificat. nam ſcire duo ſignificat, uel ipſum habere ſcientiam, uel ſcientiam ipſius eſſe, & utrunque dupliciter, uel ſecundum habitum, uel ſecundum peæparationem. itaque opus eſt cõſtruenti (inquit) conſiderare ſi aſsignatum proprium non per æquiuocam uocem aſsignaretur, nec per orationem multipliciter dictam, ut ſiquis poneret ignis proprium eſſe corpus bene mutabiliſsimum ad ſupremum locum, nam neque ipſum corpus per ſe, neque bene mobiliſsimum ad ſuperiorem locum plura ſignificat, ſed neque totum, ideſt ex his compoſitum, uidelicet ipſa oratio per quam aſsignatum eſt peoprium.

Deinde deſtruenti quidem, ſi multipliciter dicitur illud, cuius proprium aſsignatur, non determinatur autem, cuius eorum ponatur proprium. Non enim bene erit aſsignatum proprium. ob quas autem cauſas non immanifeſtum eſt ex his quæ prius dicta ſunt. Nam eadem accidere neceſſarium eſt: ut quia ſcire hoc plura ſignificat, unum enim ſcientiam habere hoc, alterum autem ſcientia uti hoc, aliud uero ſcientiam eſſe huius, aliud autem ſcientia uti huius, non erit eius, quod eſt ſcire hoc, bene aſsignatum proprium ullum, non determinato, cuius horum ponitur proprium. Conſtruenti uero, ſi non dicitur multipliciter hoc cuius proprium ponitur, ſed eſt unum, & ſimplex. Erit enim bene poſitum ſecundum hoc proprium, ut quia homo ſimpliciter dicitur, erit bene poſitum ſecundum hoc hominis proprium, animal manſuetum natura. Deinde deſtruenti quidem, ſi frequenter dictum eſt idem in proprio. Sæpe enim latent hoc facientes & in propriis, quemadmodum et in terminis. Non erit autem bene poſitum quod hoc ſuſtinet, proprium. Conturbat enim audientẽ, quod frequenter dicitur. Obſcurum igitur neceſſe eſt fieri, et ad hæc, nugari uidentur.

Rurſus inquit oportere deſtruentem conſiderare ſi multipliciter dicitur ſubiectum cuius proprium aſsignatur, & non determinatum eſt de quali ſignificato ſubiecti cuius aſsignatur proprium. nam ſic aſsignatum non bene aſsignatur, ſed ob quas cauſas non erit bene aſsignatum proprium, & ipſe (ut inquit) dixit paulo ante,

nos

nos autem ſufficienter annotauimus. Nam eadem eidem accidere abſurda neceſſarium eſt, quæ etiam in prioribus acciderant. Accipit igitur ad exemplum ſcire hoc ut ſubiectũ quod ſignificat plura natu ſignificat quod ipſum habet ſcientiam, & hoc ſciẽtiam eius eſſe, ideſt ſcibile eſſe ipſum actu, non oportet igitur ſcire de ſubiecto tentare proprium eius aſſignare, priuſquam determinetur de quo ſignificato ab ipſo quæritur aſſignari proprium, ſi autem ſubiectum nõ ſignificat plura, ſed unum, ut homo hic, oportet eius proprium aſſignare.

Eueniet autem frequenter idem dicere duobus modis, uno quidem, quando nominauerit frequenter idem. ut ſi quis proprium aſſignet ignis, corpus tenuiſſimum corporum. Hic. n. frequenter dixit corpus. Secundo autem ſi quis aſſumat orationes pro nominibus, ut ſi quis reddat terræ proprium, ſubſtantiam, quæ maxime corporum ſecundum naturam fertur in inferiorem locum. Deinde aſſumat pro corporibus, huiuſmodi ſubſtantias. Vnum enim & idem eſt corpus, & huiuſmodi ſubſtantia. erit ergo hoc modo ſubſtantia frequenter dicta. Quare neutrum erit bene poſitum proprium. Conſtruẽti uero, ſi nullo utitur frequenter nomine eodem. Erit enim ſecundum hoc bene aſſignatum proprium, ut quia qui dixit hominis proprium, animal diſciplinæ ſuſceptiuum, non uſus eſt frequenter eodem nomine, erit utrique ſecundum hoc bene aſſignatum hominis proprium.

Secundum duos modos, inquit euenire ſæpe aſſignari idem proprium ſecũdum unum quidem ſi quis ipſum nomen bis, uel ter acciperet in aſſignatione proprii idem nomen ſæpe, ceu ſi ignis proprium aliquis aſſignaret dicendo corpus tenuiſſimum corporum. nam bis accepit corpus. ſed ſecundum alterum quod quando pro nominibus rationem aſſignaret, ut ſi quis diceret terræ proprium eſſe hoc, ut ſit ſubſtantia maxime ſecundum naturam nata corporum ad inferiorem locum. Nã ſiquis hic tranſumeret nomen corporum, ad rationẽ ipſorum quæ eſt ſubſtantiarum talium, ideſt earum quatriplíciter diſtãt & diuiſiles ſunt. Nam quatuor elementa trifariam diuiſa diſtantiaq; ſunt, illud ſubſtantia, ſæpe accepit cum quatuor ſint elementa, planum eſt quod terra continet locum infimum.

Deinde deſtruenti quidem, ſi tale aliquod aſſignauit in proprio nomen, quod omnibus ineſt. inutile enim erit, quod non ſeparat ab aliquibus. Quod autem in proprijs dicitur, ſeparare oportet. quemadmodum, & quæ in terminis. non igitur erit bene poſitum proprium. Vt quia qui poſuit ſcientiæ proprium opinionem indiſſolubilem a ratione unum exiſtens, tali aliquo uſus eſt in proprio (uno inquam) quod omnibus ineſt, non erit utique bene poſitum ſcientiæ proprium. Aſtruenti autem, ſi nullo uſus eſt communi, ſed quod ab aliquo ſeparat, erit bene poſitum ſecundum hoc proprium, ut qui dixit animalis proprium animam habere, nullo uſus eſt communi, erit ſecundum hoc bene poſitum proprium animalis, animam habere.

Si uteretur aliquis pro proprio nomine communi, & eo quod cunctis conuenit nõ bene (inquit) aſſignauit proprium. nam proprium illi ſoli ſubiecto oportet adeſſe cuius eſt proprium, & ſeparare ipſum ab omnibus diſſimilibus ſpecie, ut etiam ea quæ in diffinitionibus aſſumuntur, ceu ſi dixero quod homo animal eſt, ſeparo ipſum ab his quæ ſunt diuerſorum generum reductorũ, uel ad quantitatem, uel ad qualitatem, uel ad quoddã aliud prædicamentũ præter ſubſtantiam, non tamen ſeparo ipſum & ab ipſis ſimilibus genere. ut bos ab equo, uel ab aliquo reliquorum. Rurſus ſi dixero proprium animalis eſſe animatum, commune aſſignaui proprium apparens etiam plantis, uel dicens ſcientiæ proprium eſſe opinionem indiſſolubilem poſt rationem unum exiſtens. Nam ſi utitur uno quod omnibus ineſt rebus, uel enim genere dicũtur unum, ut bos, & equus, homo: uel ſpecie unum, ut Socrates & Plato, uel numero ut unitas, uel hoc aliquid indiuiduum, uel unum ſecundum continuationem ut totus mundus, quare non bene ſecundum hoc aſſignatum eſt proprium. nam proprium gratia cognitionis rei accipitur cuius dicitur eſſe proprium, & oportet ſeparare ſpeciem cuius eſt proprium ab aliis ſpeciebus, ut etiam diffinitio. Ens autem & unum tanquam quæ omnia exiſtẽtia conſequuntur, non ſeparant ſpeciem ab aliquibus, ſiquidem acciperet aliquid horũ in aſſignato proprio. At dicere animalis proprium habere animam uidetur eſſe error ſcripturæ. Non enim ignorauit Philoſophus non eſſe proprium animalis habere animam. nam hoc etiam plantis competit, ſed magis debet ſic iacere cõtextus animalis proprium eſt eſſe ſenſitiuum, præſertim cum competat ſenſitiuum ſoli animali.

Deinde deſtruenti quidem ſi plura propria aſſignat eiuſdem non determinans, quoniam plura ponit. Non enim erit bene poſitum proprium. Nam quemadmodum nec in terminis oportet præter eam (quæ indicat ſubſtantiam) orationem adiungere quippiam pluſculum: ſic nec in proprijs præter eam (quæ facit proprium, quod dictum eſt) orationem quicquam aſſignandum. Inutile enim fit eiuſmodi, ut quia qui dixit proprium ignis, tenuiſſimum, & leuiſſimum, plura aſſignauit propria (utrunque enim de ſolo igne uerum eſt dicere) non erit bene poſitum proprium ignis, corpus ſubtiliſſimum, & leuiſſimum. Aſtruenti uero, ſi non plura eiuſdem propria aſſignauit. Sed unum, erit ſecundum hoc bene poſitum proprium, ut quia qui dixit humidi proprium, corpus, quod in omnem figuram ducitur, unum aſſignauit proprium, & non plura, erit ſecundum hoc bene poſitum huiuſmodi proprium.

Inquit, ſi quis plura aſſignauit propria eiuſdem non determinans quod plura aſſignauit, peccat, ideo etiã deſtruetur. nam ut in diffinitionibus oportet non plura accipere præter rationem ſignificantem ſubſtantiam, ut homo eſt animal rationale mortale mentis capax & ſcientiæ, latiungue, recto inceſſu proceſſiuum, ſic neq; in proprijs oportet plura propria aſſignari præter unum nomen ſignificans proprium, uel orationem facientem proprium, ceu ſi quis diceret ignis proprium eſſe tenuiſſimũ & leuiſſimum. Vnum enim duorum uel tenuiſſimum, uel leuiſſimum ſuperfluum & inutile eſt. Vel rurſus qui dicit aqua eſt corpus humidum alieno termino bene terminabile, unum proprium aſſignauit corpus humidum, & alterum alieno termino bene terminabile. nam aqua in proprio loco indeterminata eſt & diffunditur, ſed in alieno loco circumſcribitur ut in ciatho, uel aliquo alio. nam qui aſſignat plura uidetur ignorare quod plura aſſignauit, ſi autem aſſignauerit proprium eſſe humidi duci in omnem figuram bene faciebat aſſignationem proprii. nam ſi inuceretur in rotundo, rotundum fieret etiam ipſum, ſimiliter etiam ſi in aliam figuram qualecunq; poneretur.

Deinde deſtruenti quidem, ſi eodem uſus eſt, cuius proprium aſſignauit, aut aliquo eorum, quæ ſunt illius. Nõ enim erit bene poſitum proprium. Nam diſcendi gratia aſſignatur proprium, idem autem eidem ſimiliter ignotum eſt, id autem quod aliquid eorum eſt, quæ ſunt eius, poſterius eſt. Non igitur eſt notius. Quare non fit, ut per hæc quiſpiã magis quippiam diſcat, ut quia qui dixit animalis proprium, ſubſtantiã, cuius ſpecies eſt homo, aliquo uſus eſt eorum, quæ ſunt animalis, non erit bene poſitum proprium. Conſtruenti autem ſi neque eodem, neque eorum, quæ ſunt ipſius aliquo, utitur:

Erit enim bene ſecũdum hoc proprium poſitum. Vt quia qui poſuit animalis proprium, ex anima & corpore compoſitum eſſe, neque eodem, neque eorum, quæ ſunt ipſius aliquo utitur, erit utique bene ſecundum hoc aſsignatum animalis proprium.

Inquit, rurſus deſtruentem oportet conſiderare ſi eodem utitur ſubiecto, cuius eſt aſsignatũ proprium, ut hominis proprium mentis & ſcientiæ capax, ſi autẽ aliquis aſsignauerit hominis proprium eſſe animal rationale ipſum ſubiectum accepit in proprio & eſt ipſum ignotum, & quæſitum ſimiliter ſubiecto, ſed proprium non debet ignotum eſſe. Nam gratia cognitionis ſubiecti ſumptum eſt, ſimiliter & ſi ſumeretur aliquid poſterius his quæ ſunt ſubiecti, ideſt poſterius genitum uelut proprium eius non bene aſsignatum eſt proprium. nam poſteriora a primis perſuadentur ut credantur, nõ tamen prima a poſterioribus, ſi ergo acceperimus aliquid ſubiecto poſterius, ut proprium eius non erit notius ſic proprium. Non enim ſi fieret nobis ſubiectum per hoc proprium notum. nam qui dicit proprium animalis ſubſtantiam, cuius ſpecies homo eſt, peccauit accipiendo aliquid animalis. nam pars animalis eſt homo & poſterius genitus eo. Si autem neq; ipſo ſubiecto utitur in proprio, neq; nulla parte eiuſdem ſubiecti bene aſsignaretur proprium, ut ſiquis aſsignaret proprium animalis eſſe hoc conſtare anima & corpore, bene aſsignaretur. Sed eſt inſtantia huius. nam anima & corpus aliquid animalis utrumque eſt, quare non erit bene aſsignatum propriũ. Soluitur inſtantia ſic, quia & ſi ſunt partes animalis anima & corpus, tamen nõ ſunt poſterius genita ipſo animali, ſed ſimul, neque enim poteſt intelligi animal niſi una intelligamus animam & corpus, eodem quoque modo & in reliquis. nam quæ non efficiunt proprium notum ad deſtructionem eius ſumendũ eſt. Item efficientia ad conſtructionem. nam ſi accepta in proprio efficiunt proprium notius re cuius eſt proprium bene aſsignatum eſt proprium, ſi autem non faciunt proprium notius non bene aſsignatum eſt.

Eodem autem modo, & in alijs conſiderandum eſt, quæ non faciunt, uel faciunt notius, deſtruenti quidem, ſi aliquo uſus eſt, aut oppoſito, aut omnino ſimul natura, aut poſteriore aliquo. Non enim erit bene poſitum proprium. Nam oppoſitum ſimul natura, quod autem ſimul natura, et poſterius, non efficit notius. Vt quia qui dixit boni proprium, quod malo maxime opponitur, oppoſito eſt uſus boni, non erit profecto bene aſsignatum boni proprium.

Inquit, ſi aliquo oppoſito proprio aliquis uteretur in aſsignationem proprii nõ bene facit aſsignationem proprii. nã oppoſita ſimul ſunt natura. Quę uero ſunt ſimul natura, uel poſteriora non faciunt ſubiectum notius, ob id proprium aſsignatũ alicuius oportet eſſe natura prius & notius, ut etiam ſubiectum efficiat notum, ceu qui poſuit proprium boni contrarium malo oppoſitum accepit in aſsignationem proprii & ob id peccat. Nam oportebat idem accipere prius natura & notius in aſsignationẽ proprii. Similiter & ſi acciperet proprium poſterius natura exiſtens ſubiecto, ut ſi quis diceret hominis proprium mentem & ſcientiam ſuſcipere, uel in ſenectute caneſcere nam hæc ſunt homine poſteriora, ſimul autẽ natura non ſolum oppoſita ſunt ſecundum contrariorum oppoſitionem, ſed etiam ſecundum oppoſitionem eorum ad aliquid. Nam in oppoſitione contradictoria & ea ſecundum habitum & priuationem, aliud primum, & aliud ſecundum eſt. Nam affirmatio eſt prior negatione, & habitus priuatione. Quæreret autem aliquis in his quæ ſunt
Dubium. ad aliquid, an per oppoſita in his diffinitionis aſsignatio etiam proprii fit. nam his eſſe idem eſt huic ad aliquid aliquo modo ſe habere. Vel adhibenda eſt mens his hic
Solutio. ueluti dictis probabilibus, bene autem adiecit, aut omnino ſimul natura, quia etiam ea ex eodem genere contradiuiſa ſimul natura ſunt.

Conſtruenti autem, ſi nullo uſus eſt, neque oppoſito, neque omnino ſimul natura, neque poſteriore. Erit enim ſecundum hoc bene aſsignatum proprium. Vt quia qui poſuit diſciplinæ proprium, opinionem maxime facientem fidem, nullo uſus eſt, neque oppoſito, neque omnino ſimul natura, neque poſteriore, erit ſecundum hoc bene poſitum diſciplinæ proprium.

Vnde ſumenda ſunt propria ſi non ex his quæ ſimul natura, neq; ex poſterioribus, neq; ex prioribus, ut nõ fiat ex poſterioribus non cognitione, ſed re diffinitio.

Deinde deſtruenti quidem, ſi non quod ſemper ſequitur, proprium aſsignauit, ſed id, quod fit quandoque non proprium. non erit bene dictum proprium. Nam neque in quo comprehendimus ineſſe ipſum, de hoc & nomen ex neceſsitate uerificatur, neque in quo comphrehenditur non ineſſe, de hoc ex neceßitate non dicetur nomen. Quare non erit bene poſitum proprium.

Seiunxit proprium ad aliud dictum & quando, ab ipſo proprie proprio hic per ſe, uidelicet & ipſo ſemper, de quibus etiã locos aſsignauit, ſcilicet de aſsignato proprio bene & non bene. Talis igitur eſt & quem nunc exponit, ſi aſsignatum dicendo proprium non ſemper ſequeretur rem, cuius aſsignatum eſt proprium, ſed aliquando quidem ineſt, & aliquando non. Nam tale accidens eſt & non proprium, uerum pro hoc dicere quod fit aliquando non inexiſtens dixit quod eſt quandoq; non proprium. nam tale neque quando ineſt proprium eſt, quia non conuertitur cum eo cuius eſt proprium, neque enim cui ineſt aſſumitur ſic aſsignatum propriũ de hoc & nomen ex neceſsitate uerificatur de re, cuius eſt aſsignatum ut proprium, quia & aliis ineſt, neq; cui non aſſumitur ineſſe de hoc ex neceſsitate nõ dicetur nomen rei nam cõtingit cui non ineſt eidem ineſſe, ſed in propriis in quibus proprium alicuius uere & nomen omnino, & in quibus non ſic ineſt proprium, neq; nomen rei cuius eſt propriũ, & merito, ſiquidem proprium ſoli illi ineſt cuius eſt propriũ. Addit dictis quod ſi tale eſt aſsignatum proprium, ut aliquando inſit rei, & aliquando non, neq; quando aſsignatum alicui manifeſtum erit, ſi tũc ineſt ei, ſiquidem tale eſt, ut aliquando relinquat ipſum & ſeparetur ab eodẽ, & aliquando inſit eidem, quare non manifeſtum eſt, neq; euidens, ſi contingit idem & non ineſſe aliquando, illud autem quod non ineſt alicui quando non ineſt, tunc dici ipſum proprium abſurdiſsimum eſt. nam aliquando proprium, ipſe poſt additionem huius (quandoq;) dicit (ſimpliciter autem non.) Hic autem locus & ſequentes non ſolum, ſunt oſtenſiui quomodo accipiatur bene & nõ bene proprium, ſed etiam huius ſi proprium eſt, uel non.

Inſuper autem ad hæc, neque quando quiſquam aſsignauerit proprium, erit manifeſtum ſi ineſt: ſiquidem tale eſt, ut quod ipſum relinquere poſsit. Non igitur erit clarum eſſe proprium. Vt quia qui poſuit animalis proprium moueri quandoque, & ſtare, tale aſsignauit proprium, quod eſt quãdoque non proprium, nequaquam erit bene poſitum proprium. Aſtruenti uero, ſi quod ex neceſsitate ſemper eſt, proprium aſsignauit. Erit enim bene poſitum ſecundum hoc proprium: Vt quia qui poſuit uirtutis proprium, quod habentẽ facit ſtudioſum, quod ſemper ſequitur, proprium aſsignauit, erit utiq; ſecundum hoc bene aſsignatum uirtutis proprium.

Inquit, inſuper ad hæc neque quando forte aliquis aſsignauit Socrati proprium eſſe moueri, planum erit qđ ineſt Socrati ambulare, non ſolũ enim non eſt proprium, ſed etiam quæritur ſi Socrati uniuerſaliter ineſt, ſi quidẽ tale aſsignauit proprium, ut relinquere poſsit, proinde quod contingit, & non ineſſe. Nam immanifeſtum eſt ſi Socrates ambulat, non igitur planum erit & notum proprium,

prium, quod quidem ſit, & non proprium aliquando animalis. nam contingit aliquando & ſtare, hic autem locus eſt ab exiſtentia.

Deinde deſtruenti quidem, ſi quod eſt nunc proprium aſſignans, non determinauerit quoniam nunc proprium aſſignat, non enim erit bene poſitum proprium. Primum quidē, quia quod præter conſuetudinem ſit omne, ſemper determinatione indiget. Solent autem ut plurimum omnes, quod ſemper ſequitur, proprium aſſignare. Secundo autem, quia immanifeſtus eſt, qui non determinauerit, ſi quod nunc eſt proprium, uoluerit ponere. Non igitur danda eſt increpationis occaſio. Vt quia qui poſuit alicuius hominis proprium, ſedere cum aliquo homine quod nunc proprium eſt, poſuit, non bene proprium aſſignabit, ſi non determinans dixerit, quoniam nunc. Conſtruenti autem ſi nunc proprium aſſignans, determinando poſuit, quoniam nunc proprium poſuerit. Erit enim bene poſitum ſecundum hoc proprium. Vt quia qui dixit cuiuſdam hominis proprium ambulare nunc alicubi diſtinguens poſuit hoc, bene erit poſitum proprium.

Inquit, deinde cōſiderandum eſt deſtruenti ſi aſſignatum proprium non ſemper eſt proprium, ſed nunc uelut Socrati ſedere non ſemper eſt proprium, ſed nunc quando ſedet, ſi ergo hoc aſſignans non determinaret & manifeſtum fuit, ut nunc proprium hoc dicit non bene aſſignauit. Nam ſi adiecit illud (nunc) ſed abſolute dixit, uidetur opinando hoc ſemper eſſe proprium Socratis. nam conſueuimus ea quæ ſemper inſunt aſſignare propria. Si autem præter conſuetudinem non ſemper aſſignauit ineſſe proprium, ſed proprium ut nunc oportet tandem ipſum determinare & addere hoc (nunc) ut manifeſtum efficiat quando proprium aſſignauit ob id dedit hic occaſionem diſputanti increpare & accuſare ipſum, at oportet animaduertere ne occaſiones det increpationis.

Deinde deſtruenti, quidem ſi tale aſſignauit proprium, quod manifeſtum non eſt aliter ineſſe, quam ſenſu. Non enim erit bene poſitum proprium. Nam omne ſenſibile extra ſenſum factum, immanifeſtum fit. Latens enim eſt, ſi adhuc ineſt, eo quia ſenſu ſolum cognoſcitur. Erit autem uerum hoc in his, quæ non ex neceſſitate ſemper conſequuntur. Vt quia qui poſuit ſolis proprium, aſtrum, quod fertur ſuper terram lucidiſſimum, tali uſus eſt in proprio (ſuper terram inquam ferri) quod ſenſu cognoſcitur, non erit utiq; bene ſolis aſſignatum proprium. Immanifeſtum enim erit, cum accidet ſol, ſi adhuc feratur ſuper terram, eo quia nos tunc deſerimus ſenſum. Conſtruenti uero ſi tale aſſignauit proprium, quod non ſenſu eſt manifeſtum, aut cum ſit ſenſibile, ex neceſſitate ineſſe manifeſtum eſt. Erit enim ſecundum hoc bene poſitum proprium. Vt quia qui poſuit ſuperficiei proprium, quod primum coloratum eſt, ſenſibili quidem aliquo uſus eſt (coloratum eſſe inquam) tali quidem, quod manifeſtum eſt ineſſe ſemper, erit ſecundum hoc bene aſſignatum ſuperficiei proprium.

Et rurſus inquit, deſtruentem oportere, ſi tale aſſignaretur proprium, ceu ſenſibile ens, non eſt aliter manifeſtum eſſe, uel per ſenſum nō bene aſſignaretur. Nam omne ſenſibile uſquequo ſenſum ferit ſuſcipit eius ſenſus, ſed quando extra ſenſum fieret, immanifeſtum ſit, ſi ergo extra ſenſum fieret ſubiectum immanifeſtum, ſi adhuc ineſt proprium, quia ſolum ſenſu cognoſcitur, ut ſi quis aſſignaret ſolis proprium eſſe, ut ſit aſtrum diem illuminans. Hoc autem nō ex neceſſitate ſequitur ſolem, quare non erit bene aſſignatum proprium ſecundum hoc. nam immanifeſtū erit tale proprium reuoluti ſolis & lati ſub terra. nam minime tunc eſt illuminans, quia ſenſus noſter nō percipit ſolem ſub terra ferri. Nam quando ſupra uerticem hominum ferretur horum ſenſus perciperet, non bene igitur (inquit) aſſignari, & quæcunq; alia talia aſſignāt quæ aliter cognoſci non poſſunt ſi ineſt rei quam per ſenſum. Cauſa autem quod ſenſibilia extra ſenſum facta immanifeſta ſint, ſiue inſunt, ſiue nō, ſi autem erit proprium quod ſemper ineſt rei cuius eſt proprium, hoc autem ſenſui ſolum notum quod ineſt rei cuius proprium eſſe aſſignaretur immanifeſtum, ſiue ſemper ineſt rei, ſiue nō, ſed hoc abſurdum, ſit autem hoc in his quæ nō ſemper poſſibile eſt ſentire. nā hoc ſolo ſenſu cognoſcitur, & in his conſequentibus non ex neceſſitate ſemper in quibus immanifeſtum & dubium eſt, ſi ex neceſſitate ſemper ſequitur rem. Nam ſi fuerit notum ex neceſſitate ipſum ſequi rem ſenſibile & aſſignatum non deſtruetur. Cæterum (inquit) conſtruitur ſi tale aſſignauit proprium conſiderare quod non ſenſui planum eſt, uel quod non eſt ſenſile, ut hoc mēns & ſcientiæ capax hominis, uel riſibile, uel ſenſile exiſtens, ex neceſſitate autem ineſſe planum eſt quod tale aſſignaretur ceu ſi etiam ſenſus hoc percipit, ſed ex neceſſitate ſequitur ſubiectum, ceu qui ponit proprium ſuperficiei quod primo coloratum eſt ſenſibili quodam uſus eſt proprio, ſuperficies, id eſt colorari. Tale autem eſt proprium quo uſus eſt, quia planum eſt ſemper ineſſe ſuperficiei, & quod ex neceſſitate ſenſus percipit. Primum autem dicitur ſuperficies colorari, quia ſuperficies cum ſit in omni corpore primus ſenſus percipit ipſam, & per ſuperficiem dicitur uideri corpus.

Deinde deſtruenti quidem ſi terminum ut proprium aſſignauit. Non enim erit bene poſitum proprium. nam nō oportet indicare quod quid eſt eſſe, proprium. Vt quia qui dixit hominis proprium, animal greſſibile bipes, quod quid eſt eſſe ſignificans aſſignauit, hominis proprium, non utique erit hoc hominis proprium bene aſſignatum. Conſtruenti autem, ſi quod conuerſim quidem prædicatur, aſſignauit proprium, non autem quod quid eſt eſſe indicans. Erit enim ſecundum hoc bene aſſignatum proprium, ut quia qui poſuit hoc proprium animal manſuetum natura, quod conuerſim quidem prædicatur aſſignauit proprium, non quod quid eſt eſſe quidem indicans, erit ſecundum hoc bene aſſignatum proprium hominis.

Rurſus ſi aſſignata eſſet diffinitio pro proprio deſtruetur tale proprium, perinde ac non bene aſſignatum ſit. Non enim oportet proprium indicare quod quid erat eſſe, uidelicet ſubſtantiam rei, ſed eſſe oportet ſubſtantiale, ceu ſi aſſignaretur proprium ideæ eſſe hoc, ut ſit cauſa opificiorum & eorum quæ ſunt in motu, & ſcientiæ proprium eſt eſſe abiectionem ignorantiæ. Nam ſcientia cognitio eſt, & adhuc hominis animal pedeſtre bipes. nam in his omnibus tolleretur aſſignatum proprium quod non bene aſſignatum eſt. Non enim ſunt hæc propria, ſed diffinitionis quod quid erat eſſe & ſubſtantiam ſignificantes. nam diffinitiones ſubſtantiales & propria debent eſſe ſubſtantialia, ſi autem aſſignaretur propriū illud quod uiciſſim ſubiectum & prædicatum ſit atque conuertitur cum ſubiecto, non ſignificans uero ſubſtantiam, bene aſſignatum eſt.

Deinde deſtruenti quidem, ſi non in quod quid eſt ponens aſſignauit proprium, oportet enim in proprijs, quemadmodum in terminis, primo aſſignari genus, deinde ſic iam addere reliqua, & ſeparare. Quare quod non hoc modo poſitum eſt proprium, non erit bene aſſignatum. Vt quia qui dixit animalis proprium, animam habere, non poſuit in quod quid eſt animal, non erit bene poſitum animalis proprium. Conſtruenti uero, ſi quis in quod quid eſt ponens eius, cuius proprium aſſignauit, reliqua adiungit. Erit enim ſecundum hoc bene aſſignatum proprium. Vt quia qui poſuit hominis pro-

prium, animal diſciplinæ ſuſceptibile, in quod quid eſt ponens, aſsignauit proprium, erit ſecundum hoc bene poſitum proprium hominis. Vtrum igitur bene, an non bene aſsignetur proprium, per hæc inſpiciendum.

Vt in diffinitione accipimus genus, ſic etiam quando proprium alicuius aſsignamus, debemus ſubiectum ponere & redurere in quod quid eſt, uidelicet in genus, & accipere quidē primum genus, & ſic rurſus reliqua propria adaptare & ſeparare ab aliis. Nam debemus in proprio talia accipere poſt genus potentia ſeparare ſubiectum ab omnibus aliis, quare quod non ſic ſe habet proprium in quo profecto non aſſumptum eſt genus non bene aſsignatum eſſet. Nam qui ponit proprium animalis habere animam, non reduxit animal in genus ipſius. Nam ſic debuit dicere ſubiectum animatum aptum natum eſſe. Si ergo proprium aſsignans primum ponens & reducens ſubiectum in quid eſt, uideliret in genus ipſius, & poſt hæc copulauit generi proprium, uel propria bene aſsignauit ut aſsignans proprium hominis animal ſcientię capax eſſe: ſi autem non ſic fecerit, planum quod non bene aſsignauit proprium.

Vtrum uero proprium eſt omnino, quod dictum eſt, an non proprium, ex his conſiderandum. Nam ſimpliciter conſtruentes proprium, quoniam bene poſitum eſt, loci idem erunt his, qui proprium omnino faciunt. In illis igitur dicentur.

Loci probantes quod pulchre aſsignatum ſit propriū iam aſsignat ſunt, ut non arcipere æquiuocas uoces, ipſum conuerti proprium aſsignatum cum ſubiecto, & aſsignari per notiora ſubiecto. Simul autrm his & deſtruentes quæ non ſic ſunt aſsignata propria, uidelicet ſi per æquiuocas uoces proferuntur, ac non cōuertuntur cum ſubiectis, uel nō per notiora ſubiecta aſsignantur & quæcunq; alia prædicti loci continent, nunc autem propoſuit dicere de ipſo ſimpliciter & proprie bene, non enim omne quod ab his alienatur, & non habet ęquiuocas uocēs, uel aliquid dictorum & proprium dicendum eſt ex neceſsitate. Inquit autem locos eos ſimpliciter, uidelicet proprie oſtendentes quod proprium huius alicuius ſubiecti bene aſsignatum eſt, & eoſdē inquit eſſe in his qui probant uniuerſaliter quod proprium eſt aſsignatum, ideſt quos dixit. in illis igitur, uidelicet direndis oſtendetur hor ita ſe habere. Nam proprium alicuius aſsignatur, quando ſimpliciter & bene & ſine peccato aſsignaretur, ut bene oſtendi nihil plus eſt quam oſtendi. Similiter & bene agere prudenter quam prudenter agere, ſic etiam bene aſsignatum proprium nihil plus habet quā proprium, ideo in his qui bene peccat, peccat etiam re. In illis igitur dicetur pro hoc in illis ſimiliter dicetur, nam ſimul ambo oſtendet.

Primum ergo, deſtruenti quidem inſpiciendum ad unumquodque eorum, cuius proprium aſsignauit. Vt ſi nulli ineſt, aut ſi non de hoc uerificatur, aut ſi non eſt proprium, cuiuſque eorum ſecundum illud, cuius proprium aſsignauit. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia de geometra non uerificatur indeceptabilem eſſe ab oratione. nam decipitur geometra cum pſeudographiam facit, non erit hoc ſcientis proprium non decipi ab oratione. Conſtruenti autem ſi de omni uerificatur, & quia de hoc uerificatur. Erit enim proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. ut quia animal diſciplinæ ſuſceptiuum de omni homine uerificatur, & quia homo erit hominis proprium animal diſciplinæ ſuſceptiuum. Eſt autem locus hic deſtruenti quidem, ſi non de quo nomen, & oratio uerificatur, & ſi non de quo oratio, & nomen uerificatur. Conſtruenti autem, ſi de quo nomen, & oratio, & ſi de quo oratio, & nomen prædicatur. Deinde deſtruenti quidem, ſi non de quo oratio, & nomen uerificatur, & ſi non de quo nomen, & oratio uerificatur. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt proprium. Vt quia animal quidem diſciplinæ ſuſceptiuum uerificatur de Deo, homo autem non prædicatur, non erit hominis proprium, animal diſciplinæ ſuſceptiuum. Conſtruenti autem, ſi de quo oratio, & nomen prædiratur, & ſi de quo nomen, & oratio prædicatur. Erit enim proprium, quod poſitum eſt proprium, ut quia de quo animam habere, uerificatur animal, & de quo animal, animam habere, erit animam habere animali proprium.

Primum locum aſsignat deſtructiuum huius aſsignatum alicuius proprium non eſſe proprium eiuſdem, qui percipitur inſpectione exemplorum, quorum proprium aſsignatur. nam ſi aſsignatum proprium alicuius nulli ipſorum uideretur ineſſe, ſiue inſit omni, non tamen quatetenus illi rut ſoli non ineſt, ſiue, non omnibus ineſt ſub ipſo cuius aſsignatur proprium non eſt proprium. Nam ſi alicui ipſorum ſub ipſo, cuius proprium aſsignatur non inſit proprium, uel inexiſtens non inſit, quatenus eſt in illo cuius proprium aſsignatur, non eſt proprium, ſed ſolum primi exemplum adiecit, quod non eſt propriū nulli ineſſe, cuius proprium aſsignatur, ut ſi quis (inquit) diceret proprium eſſe geometræ indeceptibilem eſſe ab oratione. nam nulli geometræ indeceptibile ineſt. Illud autem ſi non ſecundum hoc uerificatur pro hoc ſi non ſoli ipſi ineſt, ſed etiam aliis ſpeciebus. Nam cōtingit aſsignatum proprium alicuius omni ineſſe ſpeciei illi, cuius aſsignatum eſt proprium, non tamē illi ſoli ineſſe, ſed etiā aliis: ceu ſi quis hominis propriū aſsignauerit inceſsiuum. nam omni homini ineſt inceſsiuum progreſsiuumq;, non tamen ſoli. Etenim & alia animalia incedētia & progreſſiua ſunt. Illud autē, uel ſi non eſt proprium uniuſcuiuſq; ipſorum ſecundum illud cuius proprium aſsignauit pro hoc ſi non eſt proprium per ſe, ut ſi quis aſsignaret hominis proprium, hor eſſe ſubſtantiam animatam ſenſitiuā, nam hoc proprium homo non quatenus homo habet, ſed quatenus animal, ſed propriū per ſe, uidelicet quatenus illud eſt, debet eſſe, aſsignatur, tamen geometræ indeceptibile non ineſt, quia decipitur geometra a deſcribente falſum, quando ipſe oſtenderet duo latera trianguli maiora eſſe uno, & aliquando unum eſſe maiorem reliquis. Cæterum inquit conſtruentem oportet conſiderare ſi uerificatur de omni. & ſecundum hoc uerificatur, uidelicet quatenus ſubiectum quod æquale eſt ſoli ineſſe. nā aliud ſi non de quo nomen & oratio uerificatur, diceretur de nullo eorum, uel non omni inexiſtentium, & aliud ſi non de quo oratio & nomen de his quæ in plus dicuntur. Nam ratio ſit ſi cum genere erit proprium aſsignatū, igitur conſtruentem & oſtendentem bene aſsignari proprium. oportet etiam ſecundum ambo conſiderare, uidelicet, & ſi de quo oratio & nomen prædicatur, & ſi de quo nomen & oratio uerificatur. Eſt autem apertius dicere ſi non de quo nomen prædicatur, & oratio uerificatur tale, ut ſi quis aſsignaret hominis proprium muſicum eſſe, deſtruetur ut non bene aſsignatum. Nam prædicatur de Socrate hoc nomen homo, ſed oratio proprii, uidelicet muſicum eſſe, non uerificatur. Non enim erat Socrates muſicus, illud autem (ſi non de quo & nomen uerificatur) ceu ſi quis hominis proprium hoc ſubſtantia animata ſenſitiua aſsignaret, oratio uidelicet ſubſtantia animata ſenſitiua uerificatur de boue & equo, ſed homo nullo pacto, & ſic deſtruetur non bene aſsignatum propriū. Conſtruet autem ſi de quo nomen prædicatur, & oratio uerificatur, ceu ſi quis aſsignaret hominis proprium eſſe ſcientiæ capacem. Nam de Socrate homo prædicatur, et oratio uerificatur, uidelicet mentis & ſcientiæ capax, & quia in hoc conuertitur nomen cum oratione, & oratio

cum

cum nomine ob id etiam hoc adiecit, uidelicet { & ſi de quo oratio & nomen prædicatur. }

Deinde deſtruenti quidem, ſi ſubiectum proprium aſſignauit eius, quod in ſubiecto eſſe dicitur. Non enim erit proprium quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia qui poſuit proprium ſubtiliſſimi corporis ignem, ſubiectum aſſignauit prædicati proprium, non erit ignis corporis ſubtiliſſimi proprium. Propter hoc uero non erit ſubiectum eius quod in ſubiecto eſſe dicitur, proprium, quoniam idem eſſet plurium, et differentium ſpecie proprium. Eidem enim plura quædam diſcrepantia ſpecie inſunt, de ſolo dicta, quorum erit omniū proprium, quod ſubiectum eſt, ſi quis hunc in modum ponat proprium. Conſtruenti uero, ſi quod in ſubiecto eſt aſſignauit proprium ſubiecti. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium, ſi quidem de ſolo prædicatur (ut dictum eſt) proprium. ut quia qui dixit terræ proprium, corpus grauiſſimum, ſpeciei ſubiecti aſſignauit proprium, quod de ſola dicitur re, & ut proprium prædicatur, erit terræ proprium recte poſitum.

Non oportet (inquit) ſubiectum proprium aſſignari eius quod eſt in ſubiecto. nam proprium oportet ut ſit in altero & non alterum in ipſo, quia idem proprium eſt de pluribus & differentibus numero. Nam ſi quis diceret ignem eſſe proprium corporis tenuiſſimi ſubtiliſſimiq́, cur non etiam leuiſſimi, calidiſſimi, combuſtiſſimi, & omnium ſimpliciter ſic inexiſtentium eidem & ſic erit de pluribus & differentibus ſpecie idem proprium? At oportet ut differentium ſpecie ſint differentia propria. ſi quis igitur ignem omnium horum proprium poneret non bene aſſignaret proprium. Si autem aliquis ſubiecti proprium poneret in ſubiecto, & eſt tale proprium ſoli ipſi ſubiecto inexiſtens, bene aſſignaret proprium, ceu ſi quis corpus grauiſſimum ſpeciei aſſignauit ſubiecti, uidelicet terræ bene aſſignauit proprium, quia etiam de ſola terra dicitur & conuertitur cum ea. Nam hoc indicaret & ut proprium prędicatur, ſi ergo diceret aliquo non eſſe hoc proprium terræ bene conſtruet ſecundum huius loci aſſignationem.

Deinde deſtruenti quidem, ſi ſecundum participationem aſſignauit proprium. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Nam quod ſecundum participationē ineſt, in quod quid erat eſſe conducit. Erit autem huiuſmodi differentia quædam de aliqua ſpecie dicta. Vt quia qui dixit hominis proprium, greſſibile bipes, ſecundum participationem aſſignauit propium, non erit utique proprium hominis greſſibile bipes. Conſtruenti autem, ſi non ſecundum participationem aſſignauit proprium, neq; quod quid erat eſſe indicans conuerſim prædicata re. Erit enim proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia qui poſuit animalis proprium, quod natum eſt ſentire, neque ſecundum participationem aſſignauit proprium, neque quod quid erat eſſe indicans, conuerſim re prædicata, erit utique quod ſentire natum eſt, animalis proprium.

Rurſus ſi quis aſſignabit ut proprium ſecundum participationem aduemens alicui, quia tale differētia eſt ſubſtantialiter inexiſtens ſubiecto, & cōfert ad eſſe & ad diffinitionem ſignificantem ſubſtantiam ſubiecti, nō erit proprium ſic aſſignatum, ſed differentia ſubſtātialis. Nam ſi & ſubſtantialis differentia uni ſoli ſpeciei ineſt, ſed quia confert ad rationem eius eſſe, nō erit differentia propriū, ſi ergo aliquis hominis proprium aſſignauit pedeſtre bipes, quia ſubſtantiā hominis hoc indicat, non eſt hominis hoc proprium, ſi autem aſſignauit proprium non ſecundum participationem, & non ſubſtantialiter alicui inexiſtens bene aſſignauit. nam tale non quod quid erat eſſe, & ſubſtantiam indicat, ſed etiam uiciſſim ſubiicitur & prædicatur, atque conuertitur cum ſubiecto, ut ſi quis diceret proprium animalis ſentire aptum natum. Si ergo ponitur hoc proprium eſſe animalis, quia non ſecundum participationem ineſt, uidelicet quia non eſt differentia ſubſtantialis animalis, neque ſubſtantiam eius indicat. Etenim uiciſſim ſubiicitur & prædicatur ac conuertitur cū ipſo, quia ſi aliquid animal, etiam ſenſitiuum eſt, & ſi ſenſitiuum etiam animal, erit reliquū bene aſſignatum genus.

Deinde deſtruenti quidem, ſi non contingit ſimul ineſſe proprium, ſed uel poſterius, uel prius quam nomen, cuius eſt. Non enim erit proprium quod poſitum eſt eſſe propriū, aut nunquam, aut non ſemper. Vt quoniam contingit alicui prius fore, & poſterius ambulare per forum quam quod homo, non erit ambulare per forum hominis proprium, aut nunquam, aut non ſemper. Conſtruenti autem ſi ſimul ex neceſſitate ſemper ineſt, cum neque terminus, neque differentia ſit. Erit enim proprium, quod poſitum eſt forſitan non eſſe proprium, ut quia animal diſciplinæ ſuſceptiuum ſimul ex neceſſitate ſemper eſt, & id, quod eſt homo, cum neque differentia ſit, nec terminus, erit animal diſciplinæ ſuſceptiuum hominis proprium.

Non proprium proprii prius, uel poſterius eſſe ſubiecto oportet, ſed ſimul ex neceſſitate ineſt & ſemper. nam proprium neque diffinitio eſt, neque differentia, quæ ſunt natura a priora ſubiecto, ſed ſimul ineſt ei, cuius eſt proprium & ſemper. Si ergo aſſignatum proprium alicuius non ſimul fuerit ipſi, ſed uel prius antequam res ſit, ineſt, uel poſterius iam illo exiſtente, & ſi nomen uerificatur, & de ipſo non eſt proprium aſſignatum, ut ſi quis poneret hominis proprium ambulare in foro. Nam primum eſt eſſe hominem, deinde ambulare in foro, propter hoc igitur nō eſt proprium hominis ambulare per forum, quia non ſtatim cum eſt homo de ipſo uerificatur ipſum ambulare per forum, ſed neq; animatum eſſe, quia erat animatum, & in uentre adhuc exiſtens, quando nondum erat homo, uel igitur tale, neq; aliquando erit hominis. Nam contingit & alicui fieri, ceu equo, uel boui, uel ſi fieret aliquando proprium, ſed non erit ſemper proprium, ideo non bene aſſignatum eſt hominis proprium, ſcilicet ambulare in foro. nam proprie propriū & ſoli debet ineſſe, cuius eſt proprium & ſemper, quia autem & differentia & diffinitio ſoli inſunt, & ſemper ſubiecto ob id addit hunc ſimul ex neceſſitate ſemper ineſſe dictum proprium, quod non ſit differentia, nec diffinitio. Nam hæc non ſunt propria (ut dictum eſt) ſic igitur aſſignatū proprium, quare neque prius debet eſſe ſubiecto, neque poſterius, ſed ſimul cum eo & ſemper, & neque differentia, neque diffinitio eſſe, bene erit aſſignatum, & ſi quis poneret non eſſe tale proprium conſtruetur per quæ aſſignat locus.

Deinde deſtruenti quidem, ſi eorundem qua eadem ſunt, non eſt idem proprium. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia non eſt proprium proſequendi, apparere quibuſdam bonum, neque eligendi erit utique proprium, apparere quibuſdam bonum. Idem enim eſt proſequendum, & eligendum. Conſtruenti autem ſi eiuſdem quatenus idem eſt, idem eſt proprium. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium. Vt quoniam hominis, qua homo eſt, dicitur proprium tripartitam animam habere, & uiri, quatenus uir eſt, erit utique proprium hominis tripartitam animam habere. Vtilis autem locus hic, & in accidente eſt. nam iiſdem in eo quod eadem ſunt, eadem oportet ineſſe, uel non ineſſe.

Item uel genere dicitur, uel ſpecie, uel numero, uel ſecundum proportionem, ſi ergo alicui generi proprium

aſſignaretur, neceſſe eſt ipſum omnium ſpecierum quæ ſunt ſub ipſo genere proprium eſſe. Si autem alicui ſpeciei omnium indiuiduorum ſub eadem ſpecie, ſi ergo nõ fuerit (inquit) alicuius ipſorum, uel ſecundum genus, uel ſecũdum ſpeciem, de quo aſſignatum ſit proprium, non erit proprium aſſignatum proprium, ſed neque ſi non fuerit eorum quæ ſunt idem numero, ecu proſequendum eſt idem numero cum eligibile. Si ergo aliquis aſſignaret proprium proſequendi uideri aliquibus bonum, oſtenderetur autem non eſſe eligibilis proprium. Non enim aliquibus apparens bonum eligibile, ſed talem ſua pte natura, non erit proſequendi proprium. Cæterum conſtruentem oportet ſi ipſius fuerit idem quatenus ſuperius diuiſimus ipſum eſt proprium. Vtitur autem exẽplo in eiſdem numero, uidelicet nomine ſolo differentibus, ſed ſignificato, uidelicet ſubiecto eiſdem. Nam homo & uir ſunt idem ſubiecto, uidelicet numero, ſecundum tamen nomen differunt, ſimiliter autem & in accidentibus ſi aliqua fuerint multiuoca quod proprium habet ſecundum aliquid nominum nominatum idem debet habere, & ſecundum alterum talium nominum. nam eiſdem quatenus ſunt eadem, uidelicet quatenus ſuperius diximus eadem propria oportet eſſe, uel non ineſſe. nam ſi uni ineſt, & alteri inerit, ſi autem non uni, neque alteri.

Deinde destruenti quidem, ſi eorum quæ ſunt eadem ſpecie, non idem ſemper ſpecie proprium eſt. Neque enim eius quod dictum eſt, erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia idem eſt ſpecie homo, & equus. Non ſemper autem equi eſt proprium ſtare a ſe, nec hominis erit proprium moueri a ſe. Idem enim eſt ſpecie moueri, & ſtare a ſe, quatenus utrique eorum, ut animal eſt, accidit. Construenti uero, ſi eorum, quæ ſunt eadem ſpecie, idem ſemper ſpecie ſit proprium. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium. Vt quia hominis eſt proprium eſſe greſſibile bipes, & auis erit proprium eſſe uolatile bipes. Vtrunque enim horum eſt idem ſpecie, quatenus illa quidem ſub eodem ſunt genere ſpecies, cum ſint ſub animali, hæc autem, ut generis differentiæ animalis. Hic autem locus falſus eſt, quando alterum quidem eorum, quæ dicuntur, uni alicui ſoli ſpeciei ineſt, alterum uero ineſt pluribus, quemadmodum greſſibile quadrupes.

Hic locus & occulte dictus eſt, & ſecundum aliquid falſus eſt, ut etiam ipſe dicit, & primo quidem, quoniam ſpeciem pro genere accepit quod quidem in cõtextum adiecit explicationis cauſa, ſed locus cum ſit deſtructiuus talis eſt, eorundem genere quæ ſunt inter ſe ſpecie differentia, horum neceſſe etiam propria eadem generi eſſe. Nam ſi contradiuiſi contradiuiſum eſt proprium, & contradiuiſum contradiuiſi, & ſi non illud, neque hoc, ut ſi quis aſſignaret equi proprium eſſe ſtare a ſe deſtruetur non proprium eſſe. nam quia homo idem eſt equo ſecũdum genus ſi equi proprium eſt a ſeipſo ſtare, erit etiam hominis proprium a ſeipſo moueri. Nam idem genere ſunt ſtare & moueri, ſed non eſt hominis proprium moueri, neque igitur equi proprius erit ſtare, ſed quatenus eſt hoc utriq; animali accidere, tale erit, uidelicet quatenus ipſum accidere, uidelicet ſtare & moueri utriq; ipſorum uidelicet equo & homini, quatenus animali & ambobus ineſt, uidelicet eius de generibus exiſtentibus. Falſum autem inquit eſſe locum & non uerum in omnibus quo ad conſtructionem, quando aliud unum dictorum propriorum uni ſpeciei inſit, ut pedeſtre bipes homini, & alterum pluribus ut pedeſtre quadrupes. nam ſimile genere eſt pedeſtre bipes cum pedeſtre quadrupede, ſed quia pedeſtre bipes uni ſpeciei ineſt homini, & pedeſtre quadrupes pluribus non poteſt conſtrui, tunc igitur erit locus utilis ad cõſtructionem, quando utrique ſpecierum eiuſdem generis utrunque propriorum ſimilium genere illi ſoli ineſt & non pluribus.

Quoniam autem idem & diuerſum multipliciter dicitur, labor eſt ſophiſtice aſſumenti unius aſſignare, & ſolius alicuius proprium. Nam quod ineſt alicui, cui accidit aliquid, & accidenti inerit ſumpto cum eo, cui accidit. Vt quod ineſt homini, & albo homini inerit, ſi fuerit albus homo: & quod albo homini ineſt, inerit et homini. Calumniabitur autem aliquis multa propria, ſubiectum aliud quidem per ſe faciens, aliud autem cum accidente: Vt aliud quidem hominem eſſe dicens, aliud uero album hominem. In ſuper etiam diuerſum faciens habitum, & quod ſecundum habitum dicitur. Nam quod habitui ineſt, & ei quod ſecundum habitum dicitur, inerit. Et quod ei (quod ſecundum habitum dicitur) ineſt, & habitui inerit. Vt quoniam ſciens ſecundum ſcientiam dicitur affici, non erit ſcientiæ proprium indiſſolubile a ratione. nam & ſciens erit indiſſolubilis a ratione. Construenti autem, dicendum, quoniam non eſt diuerſum ſimpliciter id cui accidit, & accidens cum eo, cui accidit ſumptum. Sed aliud dicitur, eo quod diuerſum ſit ipſis eſſe. Non enim eſt idem homini, & eſſe homini, & albo homini, & eſſe albo homini. Præterea autem conſiderandum eſt ad caſus dicentis, quoniam neque ſciens eſt indiſſuaſibile a ratione, ſed indiſſuaſibilis a ratione, neque ſcientia indiſſuaſibile, ſed indiſſuaſibilis a ratione. Nam ei qui omnino inſtat, omnino eſt aduerſandum.

Hic locum quendam aſſignat ſophiſticum quo utentes ſophiſtæ omne aſſignatum proprium alicuius conſtruunt, & oſtendere nituntur quod huic ſoli ineſt, cuius aſſignaretur ut proprium. Aſſignat autem & hunc locũ cuius quidem inſtantia oportet uti contra utentes oſtendere, ſed locus eſt talis unde occaſionem argumenti accipiunt, quod idem & diuerſum multipliciter dicuntur, etenim dicuntur genere, ſpecie, numero, & proportione, & idem numero, et ratione dicitur in multiuocis, ut ueſtis & palium, nam unum ſunt ſubiecto & ratione, ſed idem ſubiecto, uidelicet numero, non idem autẽ ratione in ipſis diuerſiuocis inuenitur. Nam horum ſubiectis unum et idem eſt, tamen ratio nominum non eadem, ut in aſcenſu & deſcenſu ſe habet quando de una ſcala etiam ambo nomina dicerentur. nam ſubiectum unum eſt ipſa ſcala. Dicitur idem & ſubiectum cum accidente eſſe ſubiecto, ut albus homo cum homine. nam hæc ſic dicta non ſunt ſimpliciter ſunt eadem, ſed ſubiecto, & ratione diuerſa. Nam diuerſa eſt hominis ratio, & diuerſa albi hominis ratio, quanuis ſubiecto ſint ambo unum, quia igitur idẽ & diuerſum multipliciter dicitur, difficile uidetur de uno ſolo proprium aliquod aſſignare. nam omne ut proprium alicuius aſſignatum uidetur non eſſe ſolum proprium de quo aſſignatum eſt. Ideo inquit inſtandum eſſe contra uolentes conſtruere ſic proprium dicendo quod non ſimpliciter ſunt eadem uel diuerſa, hoc ſcilicet cui accidit, accidens cum hoc cui accidit, ſed ratione diuerſa, & ſubiecto eadem, quatenus & proprium aſſignatum eſt. Nam idem ſubiectum in homine & albo homine, tamen ratio ipſorum diuerſa. Inquit igitur qui aſſignat ipſum proprium in ambobus unum ſubiectum in duo diuidit, ſed ſubiectum dicendo & aliud cum accidente. Similiter non ſi quis (inquit) proprium ſcientiæ aſſignaret indiſſuaſibile a ratione & ſcientis ſecundum ſcientiam. Nam eſt (inquit) non diuerſum ſubiecto dictum in habitibus, & id quod dicitur in affectis ſecundum habitus. nam hæc caſu differunt, & non ſubiecto, ſed aperiendum adhuc magis nobis eſt hæc, quia inquit idem multipliciter dicitur, ut ſuperius diuiſimus inquit opus habent diſputãtes ſophiſtice alicuius unius aſſignare proprium utentes

tes hoc idem eſſe accidens, & id cui accidit, & dicentes quod ineſt alicui cui accidit aliquid & accidens cum ſubiecto inerit, & explicat hoc per exemplum. Deinde inquit deſtruere talia propria per diuerſitatem poſſumus dicentes aliud eſſe ſubiectum ipſum per ſe ſine, uidelicet accidente, & aliud utrunque, ut ſi dicat aliquis proprium eſſe hominis ſubſtantiam receptricem coloris diſgregatiui uiſus. nam hoc proprium inerit & albo homini, deſtruens dicet, aliud quidem eſſe hominem, & aliud albū hominem, & aliud habitum, ceu ſcientiam, & aliud ſecundum habitum, uidelicet ſciētem, illud deinceps additum. nam quod ineſt habitui & reliquæ dignitates ſunt utentium in his identitate ſubiecti per ſe, & ſubiecti cum accidente. Deinde exemplum oſtendentis per diuerſitatem ſic aſſignatum proprium conſtructiuum eſt. Nam oportet conſtruentes dicere quod non eſt ſimpliciter, uidelicet uniuerſaliter alterum ab homine, & alterum ab homine albo, ſed ſecundum diffinitionem, & ipſum eſſe. nam quatenus ſubſtantia ambo, homo, & albus homo idem ſunt, ſed ſecundum diffinitionem differunt. Nam homo animal rationale mortale ſcientiæ capax & mentis, ſed albus homo eſt capax coloris diſgregatiui uiſus. Itē quod neque eadem eſt diffinitio ſcientiæ ut ſcientis, ſed ſcientia eſt indiſſuaſibilis, ſed aliter eſt ſciens. Differunt igitur diffinitiones ſecundum caſus. nam ad ſophiſtam ſecundum omnem modum inſtantem oportet repugnare & a caſibus, & a diuerſis in quis poteſt.

Deinde deſtruenti quidem, ſi quod natura ineſt, uolens aſſignare, hoc modo ponis ſecundum locutionem, ut quod ſemper ineſt, ſignificet. Videbitur enim moueri quod poſitum eſt, proprium eſſe. Vt quia qui dixit hominis proprium bipes uult quidem quod natura ineſt, aſſignare, ſignificat autem locutionem quod ſemper ineſt, non erit hominis proprium bipes. Non enim omnis homo eſt duos pedes habens. Conſtruenti autem, ſi uult quod natura ineſt proprium aſſignare, & locutionem hoc modo ſignificat. Non enim mouebitur ſecundum hoc proprium, ut quia hominis proprium aſſignauit animal diſciplinæ ſuſceptiuum, & uult, & dictione ſignificat id quod natura eſt proprium, non mouebitur ſecundum hoc, ut non ſit hominis proprium animal diſciplinæ ſuſceptiuum.

Natura quibuſdam ea ineſſe dicenda ſunt quorum ſubiecta quibus ſic dicuntur ineſſe ſuſceptiua ſunt ipſorum, non tamen ſemper ipſis, neque ex neceſſitate actu adſunt, ſic natura homini ineſt ſcientia. Nam quia capax eſt eius dicitur natura ineſſe eidem ſcientia, non quia ſemper actu eſt ſciens, ſi ergo ſic quod natura alicui ineſt ut proprium eius aſſignarit aliquis tāquam actu ipſi & ſemper præſens, hoc autem fieret non addito illo, ſcilicet natura, uel aliquid aliud quod poteſt indicare rem illam cuius eſt proprium aſſignatum, non bene aſſignat proprium, unde & deſtruetur per hunc locum, ut ſi ſimpliciter aliquis diceret proprium hominis eſſe pedeſtre bipes. nam bipes ut inſeparabile exiſtens, & ex neceſſitate inexiſtens ipſi ſemper uidetur accipere qui ſic dicit, ſed non ſic in natura ineſt uidelicet ſecundum naturam, quia etiam eſt aliquis homo non bipes. ſimiliter autem & ſcire proprium hominis, ſed ſecundum ſcientiæ capax.

Inſuper quæcunque dicuntur, ut ſecundum aliud aliquid primum, aut ut primum ipſum, labor eſt aſſignare talium proprium. Nam ſi eius proprium aſſignauit, quod eſt ſecundum aliud aliquid, & de primo uerificabitur. Si autem primi poſuerit, & de eo prædicabitur, quod eſt ſecundum aliud. Vt ſi quis aſſignet ſuperficiei propium coloratum eſſe, & de corpore uerificabitur coloratum eſſe. Si autem corporis, & de ſuperficie prædicabitur. quare non de quo oratio, & nomen uerificabitur.

Hunc locum etiam utilem ad deſtructionem proprii aſſignat. nam eorum quæ inſunt aliquibus, alia quidem primo inſunt, alia uero non primo, ſed ſecundum aliud, in his autem ſic ſe habentibus difficile inquit aſſignare proprium alicui ipſorum propter illud, quia de primo ſe habente aſſignatum competit etiam idem non primo ſic ſe habenti, & hoc ſic ſe habente non de quo oratio & proprium uerificatur, de hoc etiam nomen rei uerificabitur idem de ipſo primo habente. nam ſi fuerit propriū ſuperficiei colorari, equidem colorari, & de corpore prædicabitur, ſed minime ſuperficies quippe corpus non eſt ſuperficies, igitur eget quadam determinatione aſſignatum talium propriorum, quæ per ſequentia oſtendetur.

Accidit autem in quibuſdam proprijs plerunq; fieri aliquid peccatum, propter hoc quod non determinetur, quo modo, & quorum ponit quis proprium. Omnes enim conantur aſſignare proprium, aut quod natura ineſt, ut hominis bipes: aut quod nunc ineſt, ut hominis alicuius quatuor digitos habere: aut ſpecie, ut ignis ſubtiliſſimum: aut ſimpliciter, ut animalis uiuere. Aut ſecundum aliud, ut animæ prudens, aut ut primum, quemadmodum ratiocinatiui prudens, aut ut in eo, quod habet, ut ſcientis indiſſuaſibile a ratione (nihil enim aliud quam habendo aliquid erit indiſſuaſibile a ratione) aut in eo quod habetur, ut ſcientiæ indiſſuaſibile a ratione, aut in eo quod participatur, ut animalis ſentire (Sentit enim & aliud quod ut homo) ſed participans iam hoc ſentit, aut in eo quod participat, ut alicuius animalis uiuere. Qui igitur non addit natura peccat, eo quod contingit quod natura ineſt, non ineſſe illi, cui natura ineſt, ut hominis duos pedes habere. Qui uero non determinat, quoniam nunc ineſt, quod ineſt nunc, aſſignat quoniam non erit tale, quale nunc ineſt id. Vt quatuor digitos habere hominem. Qui autem non indicat, quoniam ut primum, aut ut ſecundum aliud ponit, quoniam non de quo oratio, & nomen uerificabitur. Vt coloratum eſſe, ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſſignauerit proprium. Qui etiam non prædicit, quoniam aut in eo quod eſt habere, aut in eo quod eſt haberi, proprium aſſignauit, non enim erit proprium, quod aſſignatum eſt. Nam inerit (ſi in eo quod habetur, aſſignauit proprium) etiam habenti. Si autem habenti, & ei quod habetur, ut indiſſuaſibile a ratione ſcientiæ, uel ſcientis poſitum proprium. Qui etiam non præſignificat in eo quod participat, aut participatur. nam & alijs quibuſdam inerit proprium. Si enim in eo quidem, quod participatur, aſſignauit, participantibus inerit. Sin autem in eo, quod participat, his, quæ participantur. Vt ſi alicuius animalis poſuerit uiuere proprium. Qui non diuidit etiam id, quod ſpecie ineſt. Quoniam uni ſoli inerit eorum, quæ ſub eo ſunt, cuius proprium ponit.

Multifariam inquit, nonnulli peccant in aſſignatione propriorum non determinantes ſecundum quem modum aſſignant hæc, quia nituntur aſſignare proprium, uel quod natura ineſt quod eſt, quatenus ſubiectum eſt ipſius capax, & non quatenus actu adeſt, uel ſimpliciter ineſt, quod eſt in minus cōtingens, uel ſecundum alios modos, quod etiam numerat, quorum unumquodque per proprium exemplum manifeſtum facit. Non enim aliquis determinans, uel addens in unoquoque talium propriorum congruentem determinationem unicuique modorum quos particulariter appoſuit, planum quod is peccat & non aſſignat bene in unoquoque proprium, uniuerſaliter igitur oſtendit quod ſi ſecundum plures

aſsignaretur, neceſſe eſt ipſum omnium ſpecierum quæ ſunt ſub ipſo genere proprium eſſe. Si autem alicui ſpeciei omnium indiuiduorum ſub eadem ſpecie, ſi ergo nõ fuerit (inquit) alicuius ipſorum, uel ſecundum genus, uel ſecũdum ſpeciem, de quo aſsignatum ſit proprium, non erit proprium aſsignatum proprium, ſed neque ſi non fuerit eorum quæ ſunt idem numero, eu proſequendum eſt idem numero cum eligibile. Si ergo aliquis aſsignaret proprium proſequendi uideri aliquibus bonum, oſtenderetur autem non eſſe eligibilis proprium. Non enim aliquibus apparens bonum eligibile, ſed talem ſua pte natura, non erit proſequendi proprium. Cæterum conſtruentem oportet ſi ipſius fuerit idem quatenus ſuperius diuiſimus ipſum eſt proprium. Vtitur autem exẽplo in eiſdem numero, uidelicet nomine ſolo differentibus, ſed ſignificato, uidelicet ſubiecto eiſdem. Nam homo & uir ſunt idem ſubiecto, uidelicet numero, ſecundum tamen nomen differunt, ſimiliter autem & in accidentibus ſi aliqua fuerint multiuoca quod proprium habet ſecundum aliquid nominum nominatum idem debet habere, & ſecundum alterum talium nominum. nam eiſdem quatenus ſunt eadem, uidelicet quatenus ſuperius diſimus eadem propria oportet eſſe, uel non ineſſe. nam ſi uni ineſt, & alteri inerit, ſi autem non uni, neque alteri.

Deinde destruenti quidem, ſi eorum quæ ſunt eadem ſpecie, non idem ſemper ſpecie proprium eſt. Neque enim eius quod dictum eſt, erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia idem eſt ſpecie homo, & equus. Non ſemper autem equi eſt proprium ſtare a ſe, nec hominis erit proprium moueri a ſe. Idem enim eſt ſpecie moueri, & ſtare a ſe, quatenus utrique eorum, ut animal eſt, accidit. Construenti uero, ſi eorum, quæ ſunt eadem ſpeciẽ, idem ſemper ſpecie ſit proprium. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium. Vt quia hominis eſt proprium eſſe greſsibile bipes, & auis erit proprium eſſe uolatile bipes. Vtrunque enim horum eſt idem ſpecie, quatenus illa quidem ſub eodem ſunt genere ſpecies, cum ſint ſub animali, hæc autem, ut generis differentiæ animalis. Hic autem locus falſus eſt, quando alterum quidem eorum, quæ dicuntur, uni alicui ſoli ſpeciei ineſt, alterum uero ineſt pluribus, quemadmodum greſsibile quadrupes.

Hic locus & occulte dictus eſt, & ſecundum aliquid falſus eſt, ut etiam ipſe dicit, & primo quidem, quoniam ſpeciem pro genere accepit quod quidem in cõtextum adiecit explicationis cauſa, ſed locus cum ſit deſtructiuus talis eſt, eorundem genere quæ ſunt inter ſe ſpecie differentia, horum neceſſe etiam propria eadem generi eſſe. Nam ſi contradiuiſi contradiuiſum eſt proprium, & contradiuiſum contradiuiſi, & ſi non illud, neque hoc, ut ſi quis aſsignaret equi proprium eſſe ſtare a ſe deſtruetur non proprium eſſe. nam quia homo idem eſt equo ſecũdum genus ſi equi proprium eſt a ſeipſo ſtare, erit etiam hominis proprium a ſeipſo moueri. Nam idem genere ſunt ſtare & moueri, ſed non eſt hominis proprium moueri, neque igitur equi proprius erit ſtare, ſed quatenus eſt hoc utriq; animali accidere, tale erit, uidelicet quatenus ipſum accidere, uidelicet ſtare & moueri utriq; ipſorum uidelicet equo & homini, quatenus animali & ambobus ineſt, uidelicet eius de generibus exiſtentibus. Falſum autem inquit eſſe locum & non uerum in omnibus quo ad conſtructionem, quando aliud unum dictorum propriorum uni ſpeciei inſit, ut pedeſtre bipes homini, & alterum pluribus ut pedeſtre quadrupes. nam ſimile genere eſt pedeſtre bipes cum pedeſtre quadrupede, ſed quia pedeſtre bipes uni ſpeciei ineſt homini, & pedeſtre quadrupes pluribus non poteſt conſtrui, tunc igitur erit locus utilis ad cõſtructionem, quando utrique ſpecierum eiuſdem generis utrunque propriorum ſimilium genere illi ſoli inerit & non pluribus.

Quoniam autem idem & diuerſum multipliciter dicitur, labor eſt ſophiſtice aſſumenti unius aſsignare, & ſolius alicuius proprium. Nam quod ineſt alicui, cui accidit aliquid, & accidenti inerit ſumpto cum eo, cui accidit. Vt quod ineſt homini, & albo homini inerit, ſi fuerit albus homo: & quod albo homini ineſt, inerit et homini. Calumniabitur autem aliquis multa propria, ſubiectum aliud quidem per ſe faciens, aliud autem cum accidente: Vt aliud quidem hominem eſſe dicens, aliud uero album hominem. In ſuper etiam diuerſum faciens habitum, & quod ſecundum habitum dicitur. Nam quod habitui ineſt, & ei quod ſecundum habitum dicitur, inerit. Et quod ei (quod ſecundum habitum dicitur) ineſt, & habitui inerit. Vt quoniam ſciens ſecundum ſcientiam dicitur affici, non erit ſcientiæ proprium indiſſolubile a ratione. nam & ſciens erit indiſſolubilis a ratione. Construenti autem, dicendum, quoniam non eſt diuerſum ſimpliciter id cui accidit, & accidens cum eo, cui accidit ſumptum. Sed aliud dicitur, eo quod diuerſum ſit ipſis eſſe. Non enim eſt idem homini, & eſſe homini, & albo homini, & eſſe albo homini. Praeterea autem conſiderandum eſt ad caſus dicentis, quoniam neque ſciens eſt indiſſuaſibile a ratione, ſed indiſſuaſibilis a ratione, neque ſcientia indiſſuaſibile, ſed indiſſuaſibilis a ratione. Nam ei qui omnino inſtat, omnino eſt aduerſandum.

Hic locum quendam aſsignat ſophiſticum quo utentes ſophiſtæ omne aſsignatum proprium alicuius conſtruunt, & oſtendere nituntur quod hunc ſoli ineſt, cuius aſsignaretur ut proprium. Aſsignat autem & hunc locũ cuius quidem inſtantia oportet uti contra nitentes oſtendere, ſed locus eſt talis unde occaſionem argumenti accipiunt, quod idem & diuerſum multipliciter dicuntur, etenim dicuntur genere, ſpecie, numero, & proportione, & idem numero, et ratione dicitur in multiuocis, ut ueſtis & palium, nam unum ſunt ſubiecto & ratione, ſed idem ſubiecto, uidelicet numero, non idem autẽ ratione in ipſis diuerſiuocis inuenitur. Nam horum ſubiectis unum et idem eſt, tamen ratio nominum non eadem, ut in aſcenſu & deſcenſu ſe habet quando de una ſcala etiam ambo nomina dicerentur. nam ſubiectum unum eſt ipſa ſcala. Dicitur idem & ſubiectum cum accidente eſſe ſubiecto, ut albus homo cum homine. nam hæc ſic dicta non ſunt ſimpliciter ſunt eadem, ſed ſubiecto, & ratione diuerſa. Nam diuerſa eſt hominis ratio, & diuerſa albi hominis ratio, quamuis ſubiecto ſint ambo unum, quia igitur idẽ & diuerſum multipliciter dicitur, difficile uidetur de uno ſolo proprium aliquod aſsignare. nam omne ut proprium alicuius aſsignatum uidetur non eſſe ſolum proprium de quo aſsignatum eſt. Ideo inquit inſtandum eſſe contra uolentes conſtruere ſic proprium dicendo quod non ſimpliciter ſunt eadem uel diuerſa, hoc ſcilicet cui accidit, accidens cum hoc cui accidit, ſed ratione diuerſa, & ſubiecto eadem, quatenus & proprium aſsignatum eſt. Nam idem ſubiectum in homine & albo homine, tamen ratio ipſorum diuerſa. Inquit igitur qui aſsignat ipſum proprium in ambobus unum ſubiectum in duo diuidit, ſed ſubiectum dicendo & aliud cum accidente. Similiter non ſi quis (inquit) proprium ſcientiæ aſsignaret indiſſuaſibile a ratione & ſcientis ſecundum ſcientiam. Nam eſt (inquit) non diuerſum ſubiecto dictum in habitibus, & id quod dicitur in affectis ſecundum habitus. nam hæc caſu differunt, & non ſubiecto, ſed aperiendum adhuc magis nobis eſt hæc, quia inquit idem multipliciter dicitur, ut ſuperius diuiſimus inquit opus habent diſputãtes ſophiſtice alicuius unius aſsignare proprium utentes

tes

tes hoc idem eſſe accidens, & id cui accidit, & dicentes quod ineſt alicui cui accidit aliquid & accidens cum ſubiecto inerit, & explicat hoc per exemplum. Deinde inquit deſtruere talia propria per diuerſitatem poſſumus dicentes aliud eſſe ſubiectum ipſum per ſe ſine, uidelicet accidente, & aliud utrunque, ut ſi dicat aliquis proprium eſſe hominis ſubſtantiam receptricem coloris diſgregatiui uiſus. nam hoc proprium inerit & albo homini, deſtruens dicet, aliud quidem eſſe hominem, & aliud albũ hominem, & aliud habitum, ceu ſcientiam, & aliud ſecundum habitum, uidelicet ſciẽtem, illud deinceps additum. nam quod ineſt habitui & reliquæ dignitates ſunt utentium in his identitate ſubiecti per ſe, & ſubiecti cum accidente. Deinde exemplum oſtendentis per diuerſitatem ſic aſſignatum proprium conſtructiuum eſt. Nam oportet conſtruentes dicere quod non eſt ſimpliciter, uidelicet uniuerſaliter alterum ab homine, & alterum ab homine albo, ſed ſecundum diffinitionem, & ipſum eſſe. nam quatenus ſubſtantia ambo, homo, & albus homo idem ſunt, ſed ſecundum diffinitionem differunt. Nam homo animal rationale mortale ſcientiæ capax & mentis, ſed albus homo eſt capax coloris diſgregatiui uiſus. Itẽ quod neque eadem eſt diffinitio ſcientiæ ut ſcientis, ſed ſcientia eſt indiſſuaſibilis, ſed aliter eſt ſciens. Differunt igitur diffinitiones ſecundum caſus. nam ad ſophiſtam ſecundum omnem modum inſtantem oportet repugnare & a caſibus, & a diuerſis in quis poteſt.

Deinde deſtruenti quidem, ſi quod natura ineſt, uolens aſſignare, hoc modo ponit ſecundum locutionem, ut quod ſemper ineſt, ſignificet. Videbitur enim mouere quod poſitum eſt, proprium eſſe. Vt quia qui dixit hominis proprium bipes uult quidem quod natura ineſt, aſſignare, ſignificat autem locutionem quod ſemper ineſt, non erit hominis proprium bipes. Non enim omnis homo eſt duos pedes habens. Conſtruenti autem, ſi uult quod natura ineſt proprium aſſignare, & locutionem hoc modo ſignificat. Non enim mouebitur ſecundum hoc proprium, ut quia hominis proprium aſſignauit animal diſciplinæ ſuſceptiuum, & uult, & dictione ſignificat id quod natura eſt proprium, non mouebitur ſecundum hoc, ut non ſit hominis proprium animal diſciplinæ ſuſceptiuum.

Natura quibuſdam ea ineſſe dicenda ſunt quorum ſubiecta quibus ſic dicuntur ineſſe ſuſceptiua ſunt ipſorum, non tamen ſemper ipſis, neque ex neceſſitate actu adſunt, ſic natura homini ineſt ſcientia. Nam quia capax eſt eius dicitur natura ineſſe eidem ſcientia, non quia ſemper actu eſt ſciens, ſi ergo ſic quod natura alicui ineſt ut proprium eius aſſignarit aliquis tãquam actu ipſi & ſemper præſens, hoc autem fieret non addito illo, ſcilicet natura, uel aliquid aliud quod poteſt indicare eam illam cuius eſt proprium aſſignatum, non bene aſſignat proprium, unde & deſtruetur per hunc locum, ut ſi ſimpliciter aliquis diceret proprium hominis eſſe pedeſtre bipes. nam bipes ut inſeparabile exiſtens, & ex neceſſitate inexiſtens ipſi ſemper uidetur accipere qui ſic dicit, ſed non ſic in natura ineſt uidelicet ſecundum naturam, quia etiam eſt aliquis homo non bipes. ſimiliter autem & ſcire proprium hominis, ſed ſecundum ſcientiæ capax.

Inſuper quæcunque dicuntur, ut ſecundum aliud aliquid primum, aut ut primum ipſum, labor eſt aſſignare talium proprium. Nam ſi eius proprium aſſignauit, quod eſt ſecundum aliud aliquid, & de primo uerificabitur. Si autem primi poſuerit, & de eo prædicabitur, quod eſt ſecundum aliud. Vt ſi quis aſſignet ſuperficiei propium coloratum eſſe, & de corpore uerificabitur coloratum eſſe. Si autem corporis, & de ſuperficie prædicabitur. quare non de quo oratio, & nomen uerificabitur.

Hunc locum etiam utilem ad deſtructionem proprii aſſignat. nam eorum quæ inſunt aliquibus, alia quidem primo inſunt, alia uero non primo, ſed ſecundum aliud, in his autem ſic ſe habentibus difficile inquit aſſignare proprium alicui ipſorum propter illud, quia de primo ſe habente aſſignatum competit etiam idem non primo ſic ſe habenti, & hoc ſic ſe habente non de quo oratio & proprium uerificatur, de hoc etiam nomen rei uerificabitur idem de ipſo primo habente. nam ſi fuerit propriũ ſuperficiei colorari, equidem colorari, & de corpore prædicabitur, ſed minime ſuperficies quippe corpus non eſt ſuperficies, igitur eget quadam determinatione aſſignatum talium propriorum, quæ per ſequentia oſtendetur.

Accidit autem in quibuſdam proprijs plerunq; fieri aliquid peccatum, propter hoc quod non determinetur, quo modo, & quorum ponit quis proprium. Omnes enim conantur aſſignare proprium, aut quod natura ineſt, ut hominis bipes: aut quod nunc ineſt, ut hominis alicuius quatuor digitos habere: aut ſpecie, ut ignis ſubtiliſſimum: aut ſimpliciter, ut animalis uiuere. Aut ſecundum aliud, ut animæ prudens, aut ut primum, quemadmodum ratiocinatiui prudens, aut ut in eo, quod habet, ut ſcientis indiſſuaſibile a ratione (nihil enim aliud quam habendo aliquid erit indiſſuaſibile a ratione) aut in eo quod habetur, ut ſcientiæ indiſſuaſibile a ratione, aut in eo quod participatur, ut animalis ſentire (Sentit enim & aliud quid ut homo) ſed participans iam hoc ſentit, aut in eo quod participat, ut alicuius animalis uiuere. Qui igitur non addit natura peccat, eo quod contingit quod natura ineſt, non ineſſe illi, cui natura ineſt, ut hominis duos pedes habere. Qui uero non determinat, quoniam nunc ineſt, quod ineſt nunc, aſſignat quoniam non erit tale, quale nunc ineſt id. Vt quatuor digitos habere hominem. Qui autem non indicat, quoniam ut primum, aut ut ſecundum aliud ponit, quoniam non de quo oratio, & nomen uerificabitur. Vt coloratum eſſe, ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſſignauerit proprium. Qui etiam non prædicit, quoniam aut in eo quod eſt habere, aut in eo quod eſt haberi, proprium aſſignant, non enim erit proprium, quod aſſignatum eſt. Nam inerit (ſi in eo quod habetur, aſſignauit proprium) etiam habenti. Si autem habenti, & ei quod habetur, ut indiſſuaſibile a ratione ſcientiæ, uel ſcientis poſitum proprium. Qui etiam non præſignificat in eo quod participat, aut participatur. nam & alijs quibuſdam inerit proprium. Si enim in eo quidem, quod participatur, aſſignauit, participantibus inerit. Sin autem in eo, quod participat, his, quæ participantur. Vt ſi alicuius animalis poſuerit uiuere proprium. Qui non diuidit etiam id, quod ſpecie ineſt. Quoniam uni ſoli inerit eorum, quæ ſub eo ſunt, cuius proprium ponit.

Multifariam inquit, nonnulli peccant in aſſignatione propriorum non determinantes ſecundum quem modum aſſignant hæc, quia nituntur aſſignare proprium, uel quod natura ineſt quod eſt, quatenus ſubiectum eſt ipſius capax, & non quatenus actu adeſt, uel ſimpliciter ineſt, quod eſt in minus cõtingens, uel ſecundum alios modos, quod etiam numerat, quorum unumquodque per proprium exemplum manifeſtum facit. Non enim aliquis determinans, uel addens in unoquoque talium propriorum congruentem determinationem unicuique modorum quos particulariter appoſuit, planum quod is peccat & non aſſignat bene in unoquoque proprium, uniuerſaliter igitur oſtendit quod ſi ſecundum plures

modos inſunt ea quæ inſunt aliquibus,neceſſarium eſt aſſignationem cum exiſtentia propriæ determinationis facere. Non enim integra ſanaq; aſſignatio ſine determinatione fit eorum, quæ egent aliqua determinatione. Ideo & unumquodque talium propriorum deſtruetur, quia debet apponi determinatio quoties non punitur a diſputante. Cæterum cum dicit { Vt ignis ſubtiliſsimum } inquit ſi quis proprium ignis poneret ſubtiliſsimum, & nõ diſtinguens ſepararet proprium quod ineſt ſpeciei addendo ſpeciei peccat. Etenim ſi adderet ſpeciei, patet quod uni inerit ſpeciei eorum quæ ſunt ſub igne. Nam quia ut ipſe dixit in prædicamentis de ſubſtantia quod proprium ſubſtantiæ eſt quæ cum ſit una numero eſt capax contrariorum,nõ quia omnis ſubſtantia ſit talis, ſed quia in ſubſtantia indiuidua hoc poteſt eſſe. Reducitur autem tale proprium ad peccatum conuerſionis. Non enim de quibus nomen & ratio prædicatur.nam & quæ uis bolus terra eſt, grauiſsima autem non amplius, & ignis quidem carbo,& flamma ac lumen eſt ignis, ſed ſolum lumen eſt ſubtiliſsimum.

Nam quod eſt ſecundum ſuperabuudantiam, uni ſoli ineſt, ut ignis leuiſsimum. Aliquoties autem & ſpecie addens, peccat. nam oportebit unam ſpeciem eſſe eorum, quæ dicuntur, quando ſpecie addiderit. Hoc autem in quibuſdam non accidit, ut neque in igne. Non enim eſt una ſpecies ignis, diuerſum eſt enim ſpecie carbo, & flamma, & lux: cũ unumquodque horum ſit ignis: propter hoc non oportet, quando ſpeciei additur, diuerſam eſſe ſpeciem eius, quod dicitur quoniam his quidem magis, illis autem minus inerit, quod dictum eſt proprium, ut in igne ſubtiliſsimum. Subtilior enim eſt lux carbone, & flamma. hoc autem non oportet fieri, quando non & nomen magis prædicatur, de quo oratio magis uerificatur. Si autem non, non erit de quo oratio magis.

Hic cum aſſignet cauſam cur peccet is qui ſic indeterminate aſſignat proprium, inquit ſecundum ſuperabundantiam non poteſt in pluribus conſiderari ut leuiſsimũ igni. Non enim eſt ſpecies ignis, quia in aſſignatis proprijs ſpeciei ſi quæ a nomine de quo proprium aſſignatum eſt, ſignificata unius ſpeciei fuerint ſana eſt aſſignatio, ſi uero de pluribus ſpeciebus non amplius ſana additio in ſic ſe habentibus niſi addito ſpeciei, & ſic contingit peccare niſi determinaret, & ſecundum aliquam rei partem. Nam in quibus non ſic eſt ut in igne, ſi quis dicat leuiſsimum eſſe ignem non diſtinguens lumen, quia non additur hoc {parte.} Nam partes ignis carbo, flãma, & lumen, quorum unumquodque ignis dicitur, ſed lumen ſolum eſt leuiſsimum. Sed nunc communius dicit lumen ignem ſecundum aliquorum opinionem, quia ipſi non uidetur lumen ignem eſſe, quia neque corpus. Sed omnis ignis eſt corpus, ob id rurſus etiam qui addit ſpeciei dictæ, uidelicet leuiſsimam alteram ſpeciem proprium eſſe, ut ſubtiliſsimum & is peccat. Nam ſubtiliſsimum etiã alijs congruit, ſed aliquibus magis, & aliquibus minus. Dicit autem lumẽ eſſe ſpeciem ignis ſecundum aliquam opinionem. Non enim cunctis uidetur lumen eſſe ſpeciem ignis. nam ignis & ſpecies eius carbo, flamma eiuſdem corpora ſunt, ſed his incorporea eſt, unde quomodo erit ſpecies corporis incorporeum. Inquit igitur quãdo & addens alicui ſpeciei peccat, quia non eſt una ſpecies dicti, ſed plura, & hoc conſtat ex ſpeciebus ignis. Nã unum horum ideſt lux ſubtiliſsimum eſt, & alia ſubtilia, ob id igitur quando adderetur ſpeciei non oportet eſſe aliam ſpeciem præter dictam, ſed ipſa & ſola. Sed hoc non oportet fieri ceu non oportet aſſignare proprium cum additione ſpeciei, cuius plures ſunt ſpecies, quando non & nomen prædicatur magis de ſubiecto de quo magis uerificatur oratio. Nam oratio dico ſubtiliſsimum magis uere prædicatur de lumine, ſed nomen, uel ignis prædicatur magis de lumine luceq;. Vt enim diximus ſecundum quandam opinionem lux dicitur ignis, non tamen ſecundum ueritatem. Nam ſi proprium prædicatur magis & nomẽ non prædicatur magis, non erit aſſignatum proprium quod aſſignatur.

Inſuper autem ad hæc idem eſſe accidit proprium & eius quod ſimpliciter, & eius, quod maxime in eo, quod eſt ſimpliciter tale. Vt in igne ſe habet ſubtiliſsimum. nam & lucis, & ignis ſimpliciter erit hoc ipſum proprium. Subtiliſsima enim eſt lux. Cum igitur alius ſic aſſignat proprium, argumentandum ſic ei, aut non danda eſt hæc inſtantia, ſed ſtatim cum ponit proprium, determinandum eſt quomodo ponit proprium.

Accidet autem (inquit) in talibus proprijs idem & unũ proprium plurium eſſe, ſcilicet ſimpliciter & communiter dicti, ut ignis & maxime exiſtentis in tali communi uidelicet luminis. Nam ignis erit proprium, quia huic aſſignatum, ſed luminis, quia maxime ineſt huic quod non eſt maxime ignis. Sed non oportet proprium eſſe idem generis & ſpeciei unius ſub genere. Nam erit idem pluriũ & differentium proprium, quæ cum diſtinguat cõcludit dicens. Cum igitur alius ſic aſſignat proprium argumentandum ei ſic, uidelicet tibi non eſt danda hæc inſtantia, ideſt ſi tu tale aſſignaueris proprium non oportet ſibi inferre inſtantiam, uidelicet cauſam dare diſputanti, ut ineſt ſibi, ſed opus ei eſt ſtatim aſſignare quomodo aſſignauerit proprium ſecundum unum modum expoſitorum.

Deinde deſtruenti quidem, ſi idem eiuſdem proprium poſuit. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Nam idem eidem omne, quid eſt eſſe indicat. Quod autem quid eſt eſſe indicat, non proprium, ſed terminus eſt. Vt quia qui dixit honeſti proprium decens eſſe, idem eiuſdem proprium aſſignauit (idem.n.eſt honeſtum & decens) non utique erit decens honeſti proprium. Conſtruenti autem ſi non idem quidem eiuſdem proprium aſſignauit, tum conuerſim prædicatum poſuit. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium. Vt quia qui poſuit animalis proprium id, quod ſubſtantia animata, non idem quidem eiuſdem proprium poſuit, & conuerſim prædicatum aſſignauit, & erit animalis proprium ſubſtantia animata.

Hoc autem fit ſi quis æquale ſubiecto potens nomen uiciſsim mutando ut proprium alicuius aſſignauerit, quod maxime in multiuocis fieri poteſt. nam quia nomen uniuſcuiuſque eſt indicatiuum uniuſcuiuſque ſubſtantiæ illius. nam cuius eſt diffinitio indicatiua, huius etiam nomen indicatiuum eſt, & qui tale proprium aſſignat indicatiuum ſubſtantiæ eius ut proprium aſſignat. Ponitur autem quod id quod eſſe & ſubſtantiam alicuius indicat, non eſt proprium. Non enim erat proprium ſi genus quod quid erat eſſe, & in diuiſione problematum dixit talia eſſe diffinitiua, ceu quia ponendo animalis proprium hoc, ſubſtantia animata, oportet autem addi, & hoc ſenſitiua, quod uiciſsim prædicatum & ſubiectum eſt aſſignauit, ſed minime proprium. Nam animalis ſubſtantia animata ſenſitiua conuerſim prædicatur. nam omne animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, & omnis ſubſtantia animata ſenſitiua animal. Quæreret autem aliquis in dictis diuerſiuocis ſi non poteſt alteri alterum ineſſe, ceu punctum, indiuiſile, minimum, uel omnis dimenſionis expers. nam uidentur in his etiam ſignificata differre, quibus autem ſi aduenerit & planius & notius magis congruet.

Deinde in ſimilaribus conſiderandum eſt, deſtruenti quidem, ſi quod totius eſt proprium, nõ uerificatur de parte, aut ſi quod partis eſt proprium, non dicitur de toto. Non.n.erit propriũ, quod poſitũ eſſe propriũ. Accidit aũt hoc in aliquibus

ut fieri, aſsignabit enim utique aliquis in ſimilaribus proprium: aliquoties quidē ad totum reſpiciens, aliquotirs autem ad id, quod ſecundum partem dicitur, ipſe ſeipſum ſciens. At erit neutrum recte aſsignatum, ut ad totum quidem, quia qui dixit maris proprium, plurimam aquam ſalſam, alicuius quidem ſimilarum poſuit proprium. Tale autem aſsignauit, quod non uerificatur de parte (non erit quoddam mare plurima aqua ſalſa) non utique erit maris proprium plurima aqua ſalſa. Ad partem autem, ut quia qui poſuit aeris proprium, reſpirabile: ſimilarium quidem alicuius dixit proprium. tale autem aſsignauit, quod de aliquo aere uerum eſt, de toto autem non dicitur (non enim erit uniuerſus aer reſpirabilis) non erit utique aeris proprium reſpirabile. Conſtruenti uero, ſi uerificatur quidem de unoquoque ſimilarium, quod eſt proprium eorum ſecundum totum. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium, ut quia uerificatur de omni terra deorſum ferri, ſecundum naturam. Et autem hoc proprium alicuius terræ ſecundum terram (ſecundum enim terram & id quod eſt terram eſſe) erit utique terræ proprium deorſum ferri ſecundum naturam.

Quia diuiſio quæ fit totius in partes, uel in ſimilaria fit, uel in diſsimilaria, aſsignat locos etiam in ſimilaribus. Et ſi deſtruit aliquis hoc poteſt modo ſi aſsignaretur proprium totius, hoc autem non conueniet etiam parti, non bene erit aſsignatum proprium. Vel ſi partis proprium aſsignatum & toti non competeret, non bene erit aſsignatum proprium. Hoc autem fit in aliquibus aſsignare proprium ſi in uniuerſum, aliquando & totum quis reſpexerit, & proprium aſsignatum parti nō congruet, ceu maris proprium plurima aqua ſalſa, hoc autem non cōpetet parti, quippe non poteris aſsignare hoc, plurimam aquam ſalſam de aliquo mari, quia quoddam mare pars eſt minima totius. Quonam pacto diceremus de ipſa plurimam, quare neq; ipſius maris erit proprium aſsignatum, quia non competit etiam parti. Sed ſæpe aliquis aſsignaret proprium partis conſiderans proprium aſsignare eidem parti, ſed non conueniens eſt etiam toti. Vnde non ſic aſsignare bene proprium in hunc locum, quia omnes partes ſimilarium inter ſe cum toto ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, ideo & idem congruet toti & unicuique partium. Quia igitur talia ſimilaria uidentur eſſe, patet q̃d etiam proprium alicuius ſimilaris aſsignatum omnino ineſt ſimilari. Similiter toti & partibus eius. porro ſi quis tale proprium ſimilarium alicuis aſsignauerit, quod toti ineſt, & partibus eius non ineſt, uel econtra, poterit deſtruere quod non eſt proprium aſsignatum proprium. Oportet igitur aſsignatum proprium eſſe alicuius ſimilaris & toti & partibus eius ineſſe. Nam ſic proprium terræ deorſum ferri ſecundum naturam. Etenim de omni terra & de aliqua uerificatur. Nam & alicuius terræ quatenus terra eſt, proprium eſt deorſum ferri ſecundum naturam, non quatenus ſimilaris, ut neq; omnis quatenus omnis. Cæterum illud{quod eſt proprium eorum ſecundum totum} indicatiuum eſt huius, ut totius proprium accepti & partium uniuſcuiſque.

Deinde ex oppoſitis conſiderandum eſt, primum quidem ex contrarijs: deſtruenti quidem, ſi contrarij non eſt contrarium proprium, neque utique contrarij erit contrarium proprium, ut quia contrarium eſt iuſtitiæ quidem iniuſtitia, optimo autem peſsimum. Non eſt autem iuſtitiæ proprium optimum, non erit iniuſtitiæ proprium peſsimum. Conſtruenti autem ſi contrarij contrarium proprium eſt, & contrarij contrarium proprium erit: ut quia contrarium eſt bono quidem malum, eligendo autem fugiendum, eſt autem boni proprium eligendum, erit mali proprium fugiendum.

Ex oppoſitis aſsignat & ad deſtructionem, & conſtructionem loci propriorum, ut fecit etiam in his ad accidens, & ad genus aſsignatis locis, ſed quoniam quadrupliciter dicuntur oppoſita, primo a contrariis incipit {Et optimo peſsimum} Nam omnis uirtutis eſt hoc, ſi enim uirtutis ratio habitus optimus & minime optimum iuſtitiæ proprium non erit iniuſtitiæ proprium peſsimum. Etenim in eadem eſt eadem ratio. nam omnis malitia habitus eſt peſsimus.

Secundum autem ex ijs, quæ ad aliquid ſunt, deſtruenti quidem, ſi hoc quod ad aliquid eſt, eius, quod eſt ad aliquid, non eſt proprium: neque utique hoc, quod ad aliquid eſt, eius, quod ad aliquid eſt, erit proprium. Vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium ſuperans autem ad ſuperatum: non eſt autem dupli proprium ſuperans, non erit dimidii proprium ſuperatum. Conſtruenti autem, ſi eius, quod eſt ad aliquid hoc quod eſt ad aliquid, eſt proprium, & eius, quod eſt ad aliquid, id quod eſt ad aliquid, erit proprium. ut quia dicitur duplum quidem ad dimidum id eſſe, quod duo ad unum eſt, autem dupli proprium, ut duo ad unum, erit dimidii proprium, ut unum ad duo.

Vt quia dicitur duplum ad dimidium. nam opponitur duplum ad dimidium, & duo ad unum, ſed unum ad duo, quatenus duo ad unius dupli rationem ſignificat. Sed unum ad duo dimidū. Hæc autem non ad aliquid proprie. Non enim dicuntur duo unius duo, uel unum duorum unum, neque habent eſſe in habitudine adinuicem. Erit autem proprium magis propoſito exemplum, ſi acciperetur una oppoſitio eorum ad aliquid, ut ſenſus & ſenſile. Nam ſenſus eſt receptio per corpus, & ſenſile id quod recipitur per corpus. Nam ſi ſenſui proprium eſt, ut per corpus ſit receptio, erit etiam ſenſibilis proprium, ut per corpus receptibile ſit. Sed hoc non eſt proprium dupli, quandoquidem non ſolum duplum ſit excedens.

Tertium autem deſtruenti quidem, ſi ipſius habitus, id quod ſecundum habitum dicitur, non eſt proprium: neque utique priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur, erit proprium. Et ſi priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur, non eſt proprium, neque habitus ipſius, id ſecundum habitum dicitur, erit proprium. Vt quia non dicitur, ſurditatis proprium inſenſibilitatem eſſe (etenim aliis communis eſt) neque ipſius auditus erit proprium ſenſum eſſe. Conſtruenti uero, ſi quod ſecundum habitum dicitur, eſt ipſius habitus proprium, & priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur, erit proprium, & ſi priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur eſt proprium: & ipſius habitus, id quod ſecundum habitum dicitur, erit proprium. Vt quia uiſus eſt proprium uidere ſecundum quod habemus uiſum, erit cæcitatis proprium non uidere, ſecundum quod non habemus uiſum, nati habere.

Quia duabus exiſtentibus oppoſitionibus ſecundum habitum & priuationem, ſi non habitus fuerit habitus proprium, neque priuatio erit priuationis, ſi uero habitus fuerit proprium habitui, & priuatio priuationi, & econtra.

Deinde ex affirmationibus & negationibus primum, quidem ex ipſis, quæ prædicantur. Eſt autem locus hic utilis deſtruenti tantum. ut ſi affirmatio, uel quod ſecundū affirmationē dicitur, eius eſt proprium, nō erit utiq; eius negatio, neq; quod ſecundum negationē dicitur propriū. Si autē negatio,

aut quod ſecundum negationem dicitur proprium, eiuſdem non erit affirmatio, neque quod ſecundum affirmationem dicitur proprium: ut quia proprium animalis eſt animatum, non erit animalis proprium, non animatum. Secundum etiam ex prædicatis, uel etiam non prædicatis, & de quibus prædicatur, uel non prædicatur, deſtruenti quidem, ſi affirmationis affirmatio non eſt proprium, neque negatio negationis erit proprium. Et ſi negatio negationis non eſt proprium, neque affirmationis affirmatio erit proprium. Vt quia non eſt proprium hominis animal, neque non hominis proprium erit non animal. Si autem non hominis, non uidetur proprium non animl, neque hominis erit proprium animal. Conſtruenti autem, ſi affirmationis affirmatio eſt proprium, & negatio negationis erit proprium. Si autem negationis negatio eſt proprium, & affirmatio affirmationis erit proprium. Vt quia non animalis eſt proprium non uiuere, erit animalis proprium uiuere. Et ſi animalis proprium uidetur uiuere, & non animalis proprium uidebitur non uiuere.

Ideſt ſi affirmatum ipſius proprium erit, impoſſibile eſt contradictorium eius proprium eſſe, & econtra ſi negatum. Inquiunt autem affirmationem dicit. Sed aliquis quæreret quomodo locus non eſt utilis ad conſtructionem. Nam qui oſtendit alterum contradictionis non ineſſe, alterum ineſſe demonſtrauit. nam nullum intermedium eſt contradictionis, uel quia eidē poſſibile eſt oſtendi, nō tamen & ut proprium eius. Vel poteſt neque principio eidem ineſſe oppoſitum non proprio, uel oſteſum non proprium ineſt ipſi non ut proprium. Non enim ſi homini non eſt proprium animatum, iam eidem & non ineſt. Sed magis proprium in animali eſt ſenſitiuum trāſferre pro animato. nam animatum ineſt ipſi non ut proprium eius. Eſt autem primus locus ex repugnātia etiam deſtructiuus ſolum, ſed ſecundus non. Et ambobus in ſequentibus proprium negatiuum eſſe inquit, non oportere perinde ac non inſit negatio dictioni, ſed ineſt, non tamen ut proprium. Secundum autem infert ex prædictis, ſcilicet propriis affirmatiue dictis, uel nō prædicatis, ideſt propriis negatiue dictis, & de quibus prædicatur, uel ſubiectis affirmatiue, & de quibus non prædicatur, uel de ſubiectis priuatiue dictis. Nam accipit duo ſubiecta & unum affirmatiuum, & alterum priuatiuum, & duo ſola propria. Inquit igitur quod ſi affirmationis ceu hominis non eſt proprium dicto affirmatioque, uidelicet animal, neque negatio, uidelicet non animal proprium erit non hominis. Similiter autem & contrarium, merito autem dixit, Hominem inquiunt, quia pars eſt peopoſitionis.

Tertium autem ex ipſis ſubiectis, deſtruenti quidem, ſi quod aſſignatum eſt proprium, affirmationis eſt proprium, non erit, & negationis proprium. Si autem negationis eſt proprium quod aſſignatum eſt, non erit affirmationis proprium, ut quia animalis proprium eſt animatum, non animalis proprium non erit animatum. Conſtruenti uero, ſi aſſignatum proprium non eſt affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus deficit. nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis non eſt proprium. Quandoquidem affirmatio negationi omnino non ineſt: Negatio autem affirmationi ineſt quidem, at non ut proprium ineſt. Deinde ex iis, quæ ex oppoſito diuiduntur, deſtruenti quidem, ſi eorum, quæ ex oppoſito diuiduntur, nullum ullius reliquorum ex oppoſito diuiſorum eſt proprium, neque profecto quod poſitum eſt, erit proprium eius, cuius poſitum eſt proprium. Vt quia animal ſenſibile nullius aliorum mortalium animalium eſt proprium, nec animal intelligibile erit Dei proprium. Conſtruenti autem, ſi cæterorum, quæ ex oppoſito diuiduntur, quoduis eſt proprium talium quorumcunque eorum, quæ ex oppoſito diuiduntur, erit profecto reliquum eius proprium, cuius poſitum eſt non eſſe proprium, ut quia prudentiæ eſt proprium per ſe natum eſſe rationalis uirtutem eſſe, & aliarum uirtutum ſic uniuſcuiuſque ſumptæ, erit temperantiæ proprium per ſe natum eſſe concupiſcibilis uirtutem eſſe.

Hic unum peoprium duobus ſubiectis conſiderādum eſſe concludit contrario modo primo loco qui duo propria ad unum ſubiectum inquirenda eſſe dixit. Incipit igitur hic a ſubiectis ipſis, & inquit ſi aſſignatum eſt affirmationis proprium, ſcilicet ſubiecti dicti affirmatiue, ut animalis animatum, non erit idem negationis, uidelicet negati ſubiecti proprium, ut non animalis animatum. nam erit proprium unum plurium ſubiectorum & contradictorie oppoſitorum, ſimiliter & econtra. Nam ſi non animalis proprium inſenſibile neq; erit proprium hoc animalis. Verum inquit locum conſtruentem in his eſſe falſum, & ponit cauſam etiam dicens quod neque affirmatio negationis, neq; negatio affirmationis eſt proprium. Nam affirmationem ut poſitionem inpoſſibile eſt eſſe proprium negationis, quæ deſtructio eſt & quoddam ſine exiſtentia, ſed negationem affirmationi contingit ineſſe, ſed non ut proprium, ceu non ens opinabile eſt, nō ut album homini, ſed ut non ens. Nam opinio eius eſt non quia ſit, ſed quia non eſt, ſed opinabile non eſt proprium non entis. nam eſt etiam entis. Aſſignans itaq; locum primum ab oppoſitis ſecundum contradictionem deſtructiuum, in quo unum erat ſubiectum, & duo prædicata aliud affirmatiue & aliud negatiue, quod eſt proprie contradictio. Secundum autem in quo ſubiecta duo & prædicata duo accipiebantur, & ambæ coniugationes contradictorie oppoſitæ, & oſtendens hunc, & ad deſtructionem & conſtructionem utilem mentionem fecit de tertia oppoſitione, in qua autem prædicatum unum accipit, & duo ſubiecta contradictorie oppoſita contrario modo primo loco, & hunc inquit eſſe ſolum deſtructiuum. Nam ad conſtructionem non eſt utilis, quia falſus eſt & oſtendit cauſam, ut dictum eſt ſuperius. Deinde autem ex contradiuiſis contradiuiſa inter ſe dicuntur, quæcunque ex eodem genere ſecundum eandem diuiſionem inter ſe ſeparata ſunt. ſi ergo aliquis contradiuiſorum inter ſe aliquid aſſignauerit proprium alicuius alterius, & ipſorum contradiuiſorum inter ſe ſecundum aliam diuiſionem ex eodem genere, uel ſecundum aliam petitionem ex alio genere inquit ceſpiciendum eſſe in alio proprio aſſignato ſecundum eandem diuiſionem ſi alicuius alterius eſt proprium diuiſorum huic, cuius illud proprium aſſignatum eſt. Nam ſi nihil contradiuiſorum illi ineſt, neque erit aſſignatum proprium de quo aſſignatur, quod ſi alterum alterius proprium, uel alia aliorum ſi plura fuerint contradiuiſa erit pec hoc oſtenſum quod etiam quæſitum proprium eſt, cuius aſſignatum eſt, ceu contradiuiſa uelut propria animal ſenſile & animal intellectuale & contradiuiſa, ut ſubiecta mortalia animalia, ſcilicet & immortalis Deus. Inquit igitur ſi animal ſenſile non erit propcium mortalium animalium, neque animal intellectuale peoprium erit immortalis Dei. Cæterum in loco conſtructiuo uſus eſt exemplo tali accipiens uelut uniuerſæ animæ partes intec ſe contradiuiſæ, uidelicet rationale, iraſcibile, & concupiſcibile. Equidem accipiendo uirtutes eas quæ inter ſe contradiuiduntur ut prudentia, & fortitudo temperantia oſtendit, quod quia proprium prudentiæ eſt ſecundum ſe, ut ſit apta nata eſſe uirtus rationalis etiam fortitudinis erit, ſicut ſit iraſcibilis, & temperantiæ, ut ſit concupiſcibilis proprium hoc ut per ſe ſit uirtus.

Deinde ex caſibus, deſtruenti quidem, ſi caſus caſus non

eſt

eſt proprium, neque profecto caſus erit proprium caſus: ut quia non eſt eius, quod eſt iuſte proprium, id quod bene, neque iuſti proprium erit bonum. Conſtruenti autem, ſi caſus caſus eſt proprium, erit profecto & caſus caſus proprium: Vt quia hominis eſt proprium greſſibile bipes, & homini erit proprium greſſibili bipede dici. Non ſolum autem in eo, quod dictum eſt ſecundum caſus eſt conſiderandum, ſed & in oppoſitis, ut in prioribus locis dictum eſt. Deſtruenti quidem ſi oppoſiti caſus non eſt proprium oppoſiti caſus, neque utique oppoſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus: ut quia non eſt eius, quod eſt iuſte, proprium, quod bene, neque iniuſte erit proprium, quod male. Conſtruenti uero, ſi oppoſiti caſus eſt proprium oppoſiti caſus, erit & utique oppoſiti caſus propriũ oppoſiti caſus: Vt quia honeſti eſt proprium optimum, & inhoneſti erit proprium peſſimum. Deinde ex iis, quæ ſimiliter ſe habent. Deſtruenti quidem ſi quod ſimiliter ſe habet, eius, quod ſimiliter ſe habet, non eſt proprium: neque utique quod ſimiliter ſe habet, eius quod ſimiliter ſe habet, erit proprium. Vt quia ſimiliter ſe habet ad extruendum ædificium ædificator, & medicus ad efficiendam ſanitatem. Non eſt autem proprium medici efficere ſanitatem, neq; ædificatoris erit proprium extruere ædificium. Conſtruenti autem, ſi quod ſimiliter ſe habet, erit proprium eius, quod ſimiliter ſe habet: erit utique & quod ſimiliter ſe habet eius, quod ſimiliter ſe habet proprium. Vt quoniam ſimiliter ſe habet medicus ad id, quod eſt eſſe effectiuum ſanitatis, & ludimagiſter ad id, quod eſt eſſe effectiuum bonæ habitudinis. Eſt autem proprium magiſtri ludi eſſe effectiuum bonæ habitudinis, erit proprium & medici eſſe effectiuum ſanitatis. Deinde ex iis, quæ eodẽ modo ſe habent, deſtruenti quidem ſi quod eodem modo ſe habet eius, ad quod eodem modo ſe habet, nõ erit proprium: neque utique quod eodem modo ſe habet eius ad quod eodem modo ſe habet, erit proprium. Si autem eius ad quod eodem modo ſe habet id, quod eodem modo ſe habet, eſt proprium eius non erit proprium, cuius poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia eodem modo ſe habet prudentia ad honeſtum & turpe, eo quia diſciplina utriuſque eorum eſt, non eſt autem prudentiæ proprium diſciplinam eſſe honeſti, non utrique erit proprium prudentiæ diſciplinam eſſe turpis. Si uero eſt proprium prudentiæ diſciplinam eſſe honeſti, non erit proprium eiuſdem diſciplinam eſſe turpis. Impoſſibile eſt enim eiuſdem plura eſſe propria. Conſtruenti uero nihil locus iſte utilis. Nam quod eodem modo ſe habet unum ad plura comparatur.

In prioribus dixit caſus iuſte ipſius iuſtus, fortiter huius fortis, nunc autem caſus dicit utraq; utrorumq; uiciſſim. Equidem mos ipſi eſt etiam dicere cognata omnia caſus eſſe, ſed cognata inuicem ſunt hæc, iuſtum, iuſte, & iuſtitia. Nam hæc ſunt ſimilia inter ſe, ſi ergo caſus ipſius caſus non erit proprium, neque idipſum, cuius caſus proprium non eſt, reliqui erit proprium. Si uero caſus ipſius caſus eſt proprium, & id cuius eſt caſus proprium illius erit, cuius caſus erat proprium caſus. Vnde inquit non ſolum dicto loco & caſus oportet uti, ſed etiã in his quæ ſunt oppoſita eis, ut etiam in prioribus locis dictum eſt, qui fuerunt dicti accidens. Sciẽdum quod plane in exemplis oſtendit quod nomine caſus communius nunc in cognatis uſus eſt. Non enim ſolum in caſibus, ſed ſimpliciter etiam in cognatis locus deſtructiuus & conſtructiuus eſt. Erit autem locus hic competens etiam his ſecundum proportionem. Vt enim in mari tranquillitas, ſic etiam in aere ſerenitas. Nam proportione ſimilitudo eſt, quare ſi non alterum alterius proprium, neq; alterum erit reliqui. Vel ſi alterum alterius proprium, & reliquum erit eeliqui. Deinde ex his quæ eodem pacto ſic ſe habent, quæ ſunt quæ eodem modo ſic ſe habent, & quę differentiam habent ad ſimiliter ſe habentia, ipſe paulo poſt dicit. Nam quæ ſimiliter ſe habent ſic ſunt, ut unum ad plura comparantur, ſed ſimiliter ſe habentia oſtenſa quod duo ad duo comparationem accipiunt. Nam ſi nõ proprium habens ſimiliter ad aliquid illius, neq; hoc ſimiliter ad aliquid habens aliud illius proprium fiebat. Sed in his quæ eodem pacto ſe habent unum accipitur ad duo ſimiliter ſe habens, uel duo ad unum de quibus duobus ſi alterum non fuerit proprium huius habentis ſe ſimiliter ad ambo, neque alterum eius proprium erit. Si autem unum ad duo differentia inter ſe, & ſimiliter ſe habentia alterius ipſorum proprium fuerit, non erit etiã reliqui proprium eo quod non poteſt idem eſſe plurium proprium, ſiquidem proprium eſt quod ſoli alicui ineſt. Nam ſi prudentia ſimiliter ſe habentia uiſa ad bonum & turpe, eo quod amborum ipſorum uidetur ſcientia eſſe ſi alterius ipſorum fuerit proprium, reliqui nõ erit proprium. Item autem econtra accipit ſi prudentiæ dicens proprium dicendo ſcientiam boni eſſe non amplius ipſius proprium erit hoc ſcientiam eſſe turpis, deinde inferens cauſam dicendo impoſſibile eſſe ut idem proprium ſit plurium redarguit peccatum. Non enim ad duo proprium aſſignauit, ſed ad unum prudentia. Quæreret autem aliquis quomodo adhuc poteſt idẽ ſimiliter ad ambo ſe habere, ſi eſt ſolius alterius ipſorum proprium eſt. Vel etiam hoc ſimul oſtendit quod uidetur ſimiliter habere cum non ſimiliter ſe habere. Sed ad conſtructionem inquit hunc locum non eſſe utilem, ſed cauſam non adiecit, ſed uel ſolum enim eodem modo ſe habens unũ ad plura comparatur, & uidetur per hunc locum potentia dicere. Non enim eſſe alterius ipſorum proprium ad ambo eodem modo ſe habens conſtructiuum eſt huius ſcilicet, & alterius ipſorum idem proprium eſſe, ſed deſtructiuum. Non enim ſi oſtenſum fuerit alterius proprium eſſe, conſtruetur quod etiam reliqui. Nam contrarium deſtruitur, nam ad duo comparatur & proprium plurium eſſe proprium non poteſt.

1 *Deinde deſtruenti quidem, ſi quod ſecundum eſſe dicitur, non eſt eius, quod ſecundum eſſe dicitur, proprium. Nam neque ſecundum corrumpi, eius quod eſt ſecundum corrumpi, neque ſecundum generari, eius quod ſecundum generari dicitur, erit proprium. Vt quia non eſt hominis proprium eſſe animal, neque eius, quod eſt homine generari, erit proprium generari animal, neque eius, quod eſt hominem corrumpi, erit proprium corrumpi animal. Eodem autem modo accipiendum eſt ex generari ad eſſe, & corrumpi ad eſſe, & generari, quemadmodum dictum eſt nunc, ex eſſe ad generari, & corrumpi. Conſtruenti autem, ſi eius, quod eſt ſecundum eſſe, ordinatum eſt (Eſt autem per ſe ordinatum proprium) nam & eius quod ſecundum generari dicitur, erit hoc, quod ſecundum generari dicitur, proprium. Et eius quod ſecundum corrumpi, hoc quod ſecundum corrumpi eſt aſſignatum: ut quia hominis eſt proprium eſſe mortalem, & eius quod eſt generari hominem, erit proprium generari mortalem, & eius, quod eſt corrumpi hominem, corrumpi mortalem. Eodem autem modo accipiendum eſt & ex generari, & corrumpi & ad eſſe, & ad ipſa ex ipſis fieri quemadmodum & in deſtruenti dictum eſt. Deinde inſpiciendum ad ideam poſiti, deſtruenti quidem, ſi ideæ non ineſt, aut ſi non ſecundum hoc, ſecundum quod dicitur de illo cuius proprium aſſignatum eſt. Nõ enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. ut quoniam ipſi homini non ineſt immobilitas, quia homo eſt, ſed qua idea, non erit homi-*

nis proprium immobilitas. Conſtruenti autem, ſi ideæ ineſt, & ſecundum hoc ineſt, quia dicitur de illo ipſo, cuius poſitum eſt non eſſe proprium. Erit enim proprium quod poſitum eſt non eſſe proprium: ut quoniam ineſt animali ex anima & corpore compoſitum eſſe, & qua animal eſt ipſi ineſt id erit proprium animalis ex corpore & anima compoſitum eſſe.

Quia proprium alicuius, ut neceſſarium quidem eſſe entis, ut eius quod factum eſt fieri, & eius quod corruptũ eſt corrumpi: ſi in aliquo horum aſſignatum proprium diſſonat, neq; in aliis erit proprium. Si autẽ in aliquo horum aſſignatum proprium eſt, non in reliquis conſtruetur reſpiciendo ad ideam poſiti. Item ſi proprium aſſignatum alicuius non inſit ideæ rei, cuius proprium aſſignatum ineſt ipſi, ſed non quatenus idea eius erit, uel diceretur non erit proprium aſſignatum proprium, ut quia ipſiſſimo homini ꝙ eſt idea hominis non ineſt quieſcere non quatenus homini ſunt quatenus idea. Nam cunctis ideis hoc ineſt, nõ erit profecto hominis proprium quieſcere. Rurſus autem quia ipſiſſimo animali ineſt componi ex anima & corpore, & ineſt huic quatenus idea, erit etiam animalis proprium ex anima & corpore componi. Equidem communius & in pluribus & nunc exemplo utitur, hoc ideam animalis, uidelicet ipſummet animal componi ex anima & corpore. Nam ſequitur æqualiter hoc, non tamen conceditur a ponentibus ideas.

Deinde ex magis, & minus, primum quidem deſtruenti, ſi quod magis eſt, eius quod magis, non eſt proprium. Neque enim quod minus eſt eius, quod minus, erit proprium, neque quod minime, eius quod minime, neque quod maxime, eius quod maxime, neque quod ſimpliciter eius, quod ſimpliciter. Vt quia non eſt magis colorari magis corporis proprium, neque minus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari corporis omnino. Conſtruenti autem, ſi quod magis eſt, eius quod magis eſt, eſt proprium. nam quod minus eſt eius, quod minus eſt, erit proprium: & quod minime eius, quod minime: & quod maxime eius, quod maxime: & quod ſimpliciter eius, quod ſimpliciter. Vt quia magis uiuentis magis ſentire eſt proprium, & minus uiuentis minus ſentire erit proprium, & eius quod maxime, id quod maxime, & eius quod minime id, quod minime, & eius quod ſimpliciter id quoque, quod ſimpliciter. Et ex eo autem quod ſimpliciter, ad eadem conſiderandum eſt, deſtruenti quidem, ſi quod ſimpliciter eius, quod ſimpliciter, non eſt proprium, neque enim eius, quod magis eſt, eius quod magis, neque quod minus eius, quod minus, neque quod maxime eius, quod maxime, neque quod minime eius, quod minime erit proprium: Vt quia non eſt hominis proprium ſtudioſum, neque magis hominis magis ſtudioſum erit proprium. Conſtruenti autem, ſi quod ſimpliciter eſt eius, quod ſimpliciter eſt proprium. Nam & hoc, quod magis eius, quod magis, & quod minus eius, quod minus, & quod minime eius, quod minime, & quod maxime eius, quod maxime erit proprium. Vt quia eſt ignis proprium ſurſum ferri ſecundum naturam, & magis ignis erit proprium magis ſurſum ferri ſecundum naturam. Eodem autem modo conſiderandum eſt & ex alijs ad omnia huiuſmodi. Secundum autem deſtruenti quidem, ſi quod magis eſt, non eſt eius, quod magis eſt, proprium. neque.n. quod minus eſt eius quod minus, erit proprium, ut quoniam magis eſt proprium animalis ſentire, quàm hominis ſcire: non eſt autem animalis proprium ſentire, quare non erit hominis proprium ſcire. Conſtruenti autem, ſi quod minus, eius quod minus, eſt proprium. nam & quod magis, eius quod magis, erit proprium, ut quia minus eſt hominis proprium manſuetum natura quàm animalis uiuere. Eſt autem hominis proprium manſuetum natura, erit proprium animalis uiuere.

Et ex ſuperpoſitionibus etiam ſcilicet ab his ſuperlatiuis maxime & minime, quia ut ſe habet in uno etiam reliquis, uel plurimis & ut in ſimplicibus, ſic etiam in comparatiuis quatuor aſſignat locos a magis ſcilicet unum de uno, duo circa duo, & duo circa unũ, & unum circa duo. Et eſt primus conſtructiuus & deſtructiuus utrinq;. Sed ſecundus & quartus a magis deſtructiui & minus conſtructiui. Sed tertius ſolum conſtructiuus. Quæreret autem aliquis ſi ſimplicia omnino ſequi oportet comparatiua. nam in quibuſdam uidetur non ſequi. nam magis & minus aer grauis, non tamen & ſimpliciter grauis, & terra magis & minus leuis. Vel in his non ſequitur ipſum ſimpliciter ea ſecundum comparationem, quia non proprie in his accipiuntur dicta ſecundum comparationem graue & leue, ſed æquiuoce. nam in tantis magis, ſed non ſimpliciter. Et exemplis his etiam in his locis cõmunius utitur. nam in ſubſtantiis quæ non ſuſcipiunt magis & minus fecit ſermonem. Verum peculiarius aptiuſq; erit exemplum de uoluptate & bono facere rationem. nam ſi magis uoluptas non eſt bonum magis, neq; aliæ, et ſimiliter in aliis deſtructiue & conſtructiue. Secundum uero locum deſtruentem aſſignat, ubi quò ad expoſitionẽ loci idem uidebitur dicere quod iam dixit, ſed nõ ſic ſe habet, ut per exempla oſtenditur. Nam tunc comparatio quæ ſecundum magis erat facta ab ipſo ad ea comparata accepta ꝓpria, & ea quorũ ſunt propria fiebat. Nam ſi quæratur an colorari proprium ſit corporis, utrunq; ipſorum ſecundum magis & minus accipiebatur. Nam ſi alterum non alterius proprium erat, tolleretur etiam ſimpliciter hoc ipſius ſimpliciter proprium eſſe. Sed nunc ipſorum intentionem ad ipſa accipimus & magis, ſed eorũ quæ inſunt eis. Nã ſi magis quod alicui ineſt, proprium, non eſt illius, neq; cui minus ineſt. Et ſunt hi loci iidẽ cum locis proprie a magis & minus dictis, quorum alii ab ipſo magis ſunt deſtructiui, alii autem ab ipſo minus cõſtructiui. Sed primo duo quædam habentia habitudinem ad duo ſecundum magis & minus differentia accipit.

Tertium uero, deſtruenti quidem, ſi cuius magis eſt, proprium, non eſt, neque enim cuius eſt minus proprium, erit eius proprium. Si autem illius eſt proprium, non erit huius proprium, ut quia colorari magis ſuperficiei quàm corporis eſt proprium, non eſt autem ſuperficiei proprium, non erit corporis proprium colorari. Si uero eſt ſuperficiei proprium, non erit corporis proprium. Nam conſtruenti hic locus non eſt utilis, impoſſibile enim eſt idem plurium proprium eſſe.

Primus locus faciebat cõparationem unius ad unum. Et ſecundus duorum ad duo. Hic uero unius ad duo & ſolum deſtructiuus. nam ſiue cuius magis eſt proprium non eſt proprium, ſiue eſt, non erit proprium, cuius eſt proprium. Nam ab ipſo magis locus deſtructiuus eſt nõ conſtructiuus, & quod impoſſibile eſt idem plurium eſſe proprium, ideo neq; ab ipſo minus eſt conſtructiuus.

Quartum autem, deſtruenti quidem, ſi quod magis eſt, eius proprium, non eſt proprium, neque profecto quod minus eſt eius proprium, erit proprium: Vt quia magis proprium eſt animalis ſenſibile quam partibile, non eſt autem animalis ſenſibile proprium, quare non erit animalis partibile proprium. Cõſtruenti autem, ſi quod minus eſt eius proprium, eſt proprium. nam & quod magis eſt eius proprium, erit proprium: ut quia minus eſt animalis proprium ſentire quam uiuere. eſt autem animalis proprium ſentire, erit animalis proprium uiuere. Deinde ex his, quæ ſimiliter

inſunt,

inſunt, primum quidem deſtruenti, ſi quod ſimiliter eſt proprium, non eſt proprium eius, cuius ſimiliter eſt proprium. neque enim quod ſimiliter eſt proprium, erit proprium eius, cuius ſimiliter eſt proprium, ut quia ſimiliter eſt proprium concupiſcibilis concupiſcere, & rationalis ratiocinari: non eſt autem proprium concupiſcibilis concupiſcere, non erit rationalis proprium ratiocinari. Conſtruenti uero, ſi quod ſimiliter eſt proprium, eius eſt proprium, cuius eſt ſimiliter proprium. nam & quod ſimiliter eſt proprium erit eius proprium, cuius ſimiliter eſt proprium, ut quia ſimiliter eſt proprium rationalis primum prudens, & concupiſcibilis proprium primum temperans, eſt autem rationalis proprium primum prudens, erit utique concupiſcibilis propriũ primum temperans. Secundum autem, deſtruenti quidem, ſi quod ſimiliter eſt proprium, non eſt proprium eius. nam neque quod ſimiliter eſt proprium, non eſt proprium eius. Vt quia ſimiliter eſt proprium hominis uidere, & audire, non eſt autem hominis proprium uidere, non utique erit hominis proprium audire. Conſtruenti uero, ſi quod ſimiliter eſt eius proprium, eſt proprium. nam & quod ſimiliter eſt eius proprium, erit proprium, ut quia ſimiliter eſt proprium animæ aliqua pars eius eſſe concupiſcibile, & rationale primo, eſt autem proprium animæ aliqua pars eius eſſe concupiſcibile primo, erit utique proprium animæ aliqua pars eius eſſe rationale primo.

Aſsignat quartum locum a magis & minus deſtructiuum & conſtructiuum eorum quæ habent comparationem duorum ad unum ſecundum magis, deinde ex ſimiliter in exiſtentibus aſsignat locos ſecundum magis & minus, procedit ad locos eorum quæ ſimiliter inſunt. Sed hi non ſunt iidem cum illis quos iam a ſimiliter ſe habentibus aſsignauit. Nam illi fuerunt a ſimiliter ſe habentibus accepti ad aliquid ſecundum proportionem, ſed hi ab his quæ inſunt aliquibus ſimiliter. Dicet quoque ipſe differentiam ipſorum. Qui ergo a magis & minus quatuor fuerunt. Tres uero ab his quæ ſimiliter inſunt, quos ponet, de quibus etiam in locis de problematibus ab accidente mētionem fecit. Dixit autem quod comparatio ſecundum magis & minus eorundem etiam fit ad eadē, non ſolum inter ſe, ſed ſimilitudo ſolum in pluribus. Primum igitur accepit locum a ſimilibus deſtructiuũ & conſtructiuum, ſi quo quædam duobus quibuſdam inſunt ſimiliter. Secũdum autem ſimiliter ad ambo utilem, ſi duo alicui uni ſimiliter inſunt. Tertium uero deſtructiuum ſolum, ſi unum aliquibus duobus ſimiliter ineſt, in hoc conſiderat ſi duo propria ſimiliter uni inſunt, uel non inſunt, & exemplum ponit planum de ipſo non ineſſe uidere, audire, hominem, quia exemplum de ipſo ineſſe occultum eſt. Eſt autem quod dicit tale. Si ſimiliter eſt animæ proprium, ut partis eius primo ſit concupiſcibilis, & rationale ſimiliter partis primæ erit proprium eius rationale partis primæ, ut etiam concupiſcibilis partis primę propriũ eius. Sed animæ partis primæ eſſe concupiſcibilem & rationalem in exemplis accepit, quia etiam hominis propriũ eſt, quando aliquis dicit aliud eſſe iraſcibile, & aliud concupiſcibile, ſed non primæ.

Tertium uero, deſtructi quidem, ſi cuius ſimiliter eſt proprium, non eſt proprium, neque enim cuius ſimiliter eſt proprium, erit proprium. Si autem illius eſt proprium, non erit alterius proprium: Vt quia urere ſimiliter eſt proprium flammæ, & carbonis: non eſt autem flammæ proprium urere, non erit utique carbonis proprium urere. Si autem eſt flammæ proprium, non erit carbonis proprium urere. Conſtruenti enim hic locus non eſt utilis. Differt autem quod eſt ex iis que ſimiliter ſe habent, ab eo, quod ex iis eſt, que ſimiliter inſunt, quoniam illud quidem ſecundum proportionem ſumitur, non in eo quod ineſt alicui comparantur. Hoc autem ex eo, quod ineſt, alicui comparatur.

Si unum duobus quibuſdam ſimiliter ineſt, ceu quia ſimiliter eſt proprium eſt flammæ & carbonis urere, quia non poteſt idem plurium eſſe proprium, ſed in quo alte eius ipſorum oſtendit proprium eſſe, ſimul ſi oſtenderetur quod neque ambo peorſus inſunt.

Deinde deſtruenti quidem, ſi potentia proprium aſsignans, & ad ens aſsignauit proprium potentia, cum non cōtingat ei potentia ineſſe, cum ens non eſt. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium: Vt quia qui dixit aeris proprium reſpirabile, potentia quidem aſsignauit proprium (nam tale proprium, ut reſpirari poſsit, reſpirabile eſt) aſsignauit autem & ad ens proprium. nam & cum non eſt animal, quod natum eſt aerem ſpirare, contingit aerem eſſe, non tamen cum non eſt animal, poſsibile eſt ſpirare, quare neque aeris erit proprium huiuſmodi poſsibile reſpirari tunc, quia animal non erit, quod tale eſt, ut reſpirare poſsit. Non ergo erit aeris proprium reſpirabile. Conſtruēti autem, ſi potentia aſsignans proprium, tam ad ens quàm ad non ens proprium aſsignauit, cum contingat potentia ineſſe eo non ente erit enim proprium quod poſitum eſt non eſſe proprium: Vt quia aſsignauit proprium entis poſsibile pati, aut facere, potentia aſsignans proprium, ad ens aſsignauit proprium (nam cum ens eſt, & poſsibile pati quid, aut facere erit) quare proprium erit entis poſsibile pati, quid aut facere.

Si quis proprium aſsignans ad potentiam, ſed ſecundum potentiam eſt, uerbi gratia, capax ſcientiæ & riſibile. Et quæcunque non ſecundum actum dicuntur ineſſe rei, ſed dicuntur proprium ipſius poſſe in unoquoque fieri. Porro ſi quis proprium alicuius aſsignando ad potentiam aſsignauit potentiam hanc ad aliquid quod poteſt & non eſſe entis eius cuius proprium aſsignatum eſt, cum non contingat hæc potentia ineſſe non enti non ſane erit aſsignans proprium, ceu ipſi reſpirari reſpirabile eſt, & quia aptum natum reſpirari ab aliquo reſpiratur, & omne reſpirabile animal, ad animal erit reſpirabile dictum ꝓprium. Nam cum dicat aeris eſſe proprium inſpirabile eſſe ad potentiam aſsignauit reſpirabile, ideſt quia contingit animali exiſtente reſpirari aerem, & non exiſtente animali aerem eſſe, & non reſpirari, ſi quidem reſpirabile ad reſpirans dicitur, proinde ſi non fuerit reſpirans, neque reſpirabile erit quare non bene aſsignauit aeris propriũ eſſe reſpirabile. Nam quod eſt ens contingenter non ſemper eſt. Nam contingit etiam non eſſe, ſed non ſemper ens proprium aſsignauit non bene. Nam oportet proprium inſeparabile eſſe & ſemper ineſſe ei, cuius eſt proprium. Cæterum conſtruere poteſt aliquis, ſi potentiam eius ad ens fieri ſecundum potentiam aſsignati aſsignat. Vnde exemplum proprii adiecit ipſum ens poſſe pati uel facere. Sed huius ad non ens nullo pacto, contingit tamen ipſum etiam non entis eſſe. Erit autem exemplum huius in formis materia capax exiſtens contrariorum. Nam ſi non unius generis actu materia acciperetur, ſed potentia inerit eidem aſsignatum proprium ſecundum. Inquit autem conſtruentem oportet conſiderare ſi potētia proprium aſsignauit, uel ad ens, uel non ad eos, uel materiam contingentis potentiæ. i. eius quod potentia eſt, & non enti ineſſe quod eſt materia. Nam materia nō ens ens eſt, quia eſt omnia potentia & nihil eſt actu. Si ergo aliquis aſsignauerit materiæ proprium eſſe, ut ſit capax omnium. Nam potentia eſt capax omnium, quod quidem alicuius entis non eſt, uel ſi aſsignauit entis proprium quod poteſt pati uel agere. Nam omne ens poteſt pati uel agere bene aſsignauit proprium utriuſque in

idem, quia quando non entis huius ad quod potentia aſſignata eſt, neque potentia adhuc ſeruatur, rei cuius eſt ꝓprium aſſignatum, non bene aſſignatum, Si autem nõ entis huius ad quod dicitur potẽtia adhuc manet res in potentia, tunc bene erit ſecundum potentiam proprium aſſignatum. Nam huius reſpirabilem eſſe aerem potentia, in alio eſt. ſ. in animali, ſed huius ens poſſibile pati, uel agere potentia in ipſo eſt & non exiſtente patiente uel agente. Nam actus impeditur non exiſtentibus rebus, ſed potentia in ipſo ſeruatur.

Deinde deſtruenti quidem, ſi per ſuperabundantiam poſuit proprium, non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Accidit enim ſic aſſignantibus proprium non de quo orationem, & nomen uerificari. nam corrupta re, nihil minus erit oratio, eorum enim quæ ſunt, alicui maxime inſunt, ut ſi quis aſſignet ignis proprium corpus leuiſſimum. corrupto enim igne, erit aliquod corporum, quod leuiſſimum erit. Quare non erit ignis proprium corpus leuiſſimum. Conſtruenti autem, ſi non per ſuperabundantiam poſuit proprium. erit enim ſecundum hoc bene poſitum proprium: ut quia qui poſuit hominis proprium animal manſuetum natura, non per ſuperabundantiam aſſignauit proprium, erit utique ſecundum hoc bene poſitum proprium.

Nam ſi oportet proprium ſoli ineſſe & ſimul tollitur ſublato eo cuius eſt proprium, & id quod eſt per ſuperabundantiam dictum non ſimul deſtruitur cum ipſo habente ſuperabundantiam, ob id ſublato hoc aliud ſit in ipſa ſuperabundantia quod eſt poſt illud, ſi quis cum ſuperabundantia aſſignaret alicuius proprium, non erit bene aſſignans. Nam accidit (inquit) de quo hæc ratio proprii, uidelicet ſuperlatiuum dicitur non uerificatur etiam nomen proprii. Nam ſublato ſubiecto non ſimul tollitur id quod ſuperlatiue dicitur proprium, ut dictum eſt, ut eſto aſſignatum leuiſſimum eſſe igni proprium, ſed non erit bene aſſignatum. Nam ſublato igne erit leuiſſimum in aere.

Quinti libri Topicorum finis.

ALEXANDRI

APHRODISIENSIS IN SEXTVM ARISTOTElis Topicorum Librum

COMMENTARIVS.

ARISTOTELES Cum docuiſſet generis & proprii quæſtiones, itemq; de iis quę ex accidente ducũtur, locutus eſſet, locosq; quibus probaretur hoc eſſe huius genus proprium, aut accidens, uel etiam infirmaretur, tradidiſſet: hoc libro definitiuas quæſtiones docet. in quo non declarat naturam definitionis, etſi oporteat multa genera in definitione aſſumi, & unam differentiam, uel econtra: & quorum definitio ſit, quod uidelicet principaliter eſt ſubſtantiarũ, & poſtea accidentium. quibus de rebus omnibus docuit in libris Metaphyſicæ, & in ſecũdo Poſteriorum. ubi docet utrum definitionum faciendæ ſint demonſtrationes: ſed hic exponit utrum definitio alicui aſſignata, ſit eius definitio nec ne. hoc enim eſt, quod hoc libro ei propoſitum eſt diſputare.

EIus autem negocii, quod eſt circa terminos, partes ſunt quinque.

INQVIT huius negocii tractationiſue, q̃ eſt circa terminos diffinitionesq;, uel quæ eſt circa diffinitiua problemata, partes ſunt quinque. Nam quinque ſunt quibus nitimur conſtruere quod hoc eſt diffinitio huius, & rurſus contrarium deſtruere, quod aſſignata diffinitio non bene aſſignetur.

Aut quia non eſt uerum dicere de quo nomen, & orationem. Oportet enim hominis defintionem de omni homine uerificari. Aut quia cum ſit genus, non poſuit in genere, uel nõ in proprio genere poſuit. Oportet enim eum, qui definit, in genere ponentem differentias adiungere. nam maxime eorum, quæ ſunt in definitione. genus uidetur definiti ſubſtantiam ſignificare. Aut quia non propria eſt definitio, oportet enim defitionem (quemadmodum & prius dictum eſt) proprium eſſe. Aut ſi omnia quæ dicta ſunt, faciens, non determinauit neque dixit quod quid erat eſſe ipſi definito. Reliquum autem præter ea, quæ dicta ſunt, ſi definiuit quidem, ſed tamẽ non bene definiuit.

Aut enim oportet arguere & oſtendere quod nõ perperam aſſignata diffinitio numerum diffiniti ſignificat, ſed aliud quid eſt. Nam ſi animal rationale mortale eſt diffinitio hominis, debet etiam de omni homine prædicari & de quo nomen prædicatur, uidelicet a nomine, ſignificatum, ceu homo etiam de Socrate prædicatur & ob id diffinitio etiam hominis propria Socrati oſtẽdi ſolet. Aut cum ſit genus diffiniti, non poſuit diffinitionem in genus, uel non accepit genus diffinitionis in diffinitionem ipſius, ut ſi quis ſcientiam diffiniens dicat, Scientia eſt indiſſuaſibilis a ratione peccãs redargueretur, quippe qui non accepit genus in diffinitione eius. Nam maxime inquit genus acceptorum in diffinitione uidetur ſubſtantiã ſignificare diffiniti. Nam in quid eſt prædicatur genus, ſed differentiæ uelut qualitates magis accipiũtur, & quia primo genus uniuſcuiuſque ſubſtantiam oſtendit ſeparans ipſa ab omnibus differentibus. Nam principium diffinitionis eſt genus, & differentiæ aſſimilantur efficientiæ & operi. Equidem differentiis a propriis & cognatis ſeparant diffinitũ, a quibus nõ põt ſeparari ipſum niſi prius ſeparetur a diſſimilaribus & extra naturam diffiniti quod facit genus, uel quando non proprium diffiniti aliquis aſſignauerit rationem, ut ſi quis poneret diffinitionem eſſe hominis animal pedeſtre bipes. Nam hoc diffinitio non eſt hominis quia non conuertitur. Oportet autem diffinitionem propriam eſſe diffiniti & conuerti, ut etiam ꝓprium. (Aut omnia quæ dicta ſunt, faciens.) uidelicet genus etiam proprium accipiens, & differentias addens & conuertens ad diffinitum diffinitionem aſſignando non determinauit, ideſt non proprie aſſignauit diffinitionem, ſed deſcriptionẽ, neque dixit quid erat eſſe, uidelicet non indicauit naturam diffiniti. Nam qui dicit animal recte ꝓgreſſiuum latiungue caluum uentricoſum Socratem eſſe, omnia ea quæ diximus cuſtodiunt, ſed non fecit diffinitionem, ſed deſcriptionem cum accipiat accidẽtia, ideo indicauit naturam diffiniti. (Et reliquum ſi definiuit non bene diffiniuit,) ideſt ſi diffinitio eſt aſſignata, & non propria ſit rei.

Si igitur non uerificatur de quo nomen & oratio, ex iis, quæ dicta ſunt in accidente locis, conſiderandum. nam & illic utrum uerum, uel non uerum, omnis conſideratio ſit. Quando enim quoniam ineſt accidens diſputamus, quoniam uerum eſt dicimus. Quando autem, quoniam non ineſt, quoniam non uerum. Sin uero non in proprio genere poſuit, aut ſi non propria eſt aſſignata oratio, ex iis quæ ſunt ad genus. & proprium dictis locis, perſpiciendum. Reliquum uero ſi non definiuit, aut ſi non bene definiuit aliquo modo, aggrediendum dicere.

Cum quinque ſint quæ numerauit peccata quæ fiunt ſecundum problemata diffinibilia, & priora tria ex aſſignatis locis ſecundum accidens, genus & proprium aſſignaſſet, inquit deſtruendum eſſe, & duo poſteriora tradit propriis locis egere, quos etiam exponit, ideo inquit. {Si igitur non uerificatur de quo nomen & ratio } ſcilicet ſi nullo pacto inerit rei aſſignata diffinitio, per illos locos oſtendemus, per quos etiam oſtendimus in his quæ ſunt per accidens. Hi enim oſtenſum fuerit quod poſitum ineſt, & accidens ſoli inexiſtentiæ deſignauit. nam erat accidens quod nec genus, nec diffinitio, nec proprium ineſt rei, ut quod album non ineſt Socrati. Etenim in illis conſideratio, & inquiſitio fiebat, utrum ineſt Socrati albũ, uel non. nam ut ibi ſtuduimus oſtendere quod Socrati non ineſt album, quia nec album eſt, ulterius autem non curioſe, uel pluribus tractauimus, uel rurſus quod ineſt: ſic ſufficit nobis, & ſi oſtendemus quod ſubſtantia inanimata in ſenſibilis non eſt diffinitio hominis. Neque ipſe eſt inanimatus & inſenſilis, ceu rurſus igitur animal rationale mortale diffinitio eſt eius, quia etiam rationalis mortalis eſt. Sed locos quibus debemus oſtendere quod in diffinitione genus alienum eſt a diffinitio, uel quod non conuertitur diffinitio, conſiderãdum inquit eſſe ab aſſignatis locis in problematibus genericis & propriis. Nam per quę oſtenderetur in illis quod non eſt genus huius, uel proprium aſſignatum per eadem, & quod nec genus in diffinitione propriũ eſt diffinitio, uel quod diffinitio ſit eius propria. Similiter autem rurſus & per locos in illis talia conſtruimus, quare primæ quidem deſtructiones diffinitionum a locis ad accidens fierent, & ſecundæ per locos ad genus, & tertiæ per locos ad proprium.

Primum igitur inſpiciendum, ſi non bene definiuit. Facilius eſt enim quodlibet feciſſe quam bene feciſſe. Manifeſtum igitur, quoniam peccatum circa hoc pluſculum, eo quod laborioſius. Quare argumentatio facilior circa hoc, quam quæ circa illud, fit. Sunt itaque eius, quod eſt non bene, partes duæ. Vna quidem obſcura interpretatione uti. Oportet enim definientem (ut contingit) quam clariſſima interpretatione uti, eo quod cognoſcendi gratia, aſſignatur definitio.

Cum duo ſint ſubaccepta ad quæ oportet locos inuenire, primum inquit conſiderandum eſſe an non bene diffinitum eſt. Nam facilius ad hoc eſt argumentandum, uidelicet quod non bene diffinitum eſt, quam ad id quod nõ diffinitum eſt. Nam ſimpliciter facere facilius eſt, quã benefacere, & peccantis plus ſit circa benefacere quã circa ſimpliciter facere, ſed circa quod peccatum, eſt plus quoque argumenti facilius ad deſtruendum ſumi poterit, quia etiam facilius eſt plura peccata deprehendere quam minora, quare facilius eſt oſtendere quę non bene definita ſunt, quam ea quæ nec prorſus diffinita ſunt.

Secunda autem, ſi amplius dixit in definitione quàm par ſit. Nam omne, quod ſuperadiectum eſt in definitione, ſuperfluum eſt. Rurſus autem utrunque quod dictum eſt, in plures partes diuiditur.

Ideſt ſi ſuperfluum adiecit diffinitioni. Nam qui addit aliquod ſuperfluum rationi indicanti quid erat propoſiti tanquam non bene diffiniens contigeretur, ſed qui in minus aſſignat & ſecundum indigentiam etiam hac ratione peccat, non eo quod non bene, ſed quod perperã diffiniuit. Nam diminuta ratio ſecundum hoc egens eſt, quia deficit aliquid ei ad diffiniendum, uidelicet ad ſignificandum quod quid erat eſſe, ſed quod non indicat qđ quid erat eſſe non eſt diffinitio.

Vnus ergo locus eius, quod obſcure eſt, ſit ſit æquiuocum alicui, quod dictum eſt: Vt quoniam generatio eſt ductio ad ſubſtantiam, & quoniam ſanitas commenſuratio calidorum, & frigidorum. Nam æquiuoca eſt ductio, & commenſuratio. Immanifeſtum igitur, utrum uult dicere eorum, quæ ſignificantur ab eo, quod multipliciter dicitur. Similiter autem & ſi cum definitum multipliciter dicitur, diuidens non dixit. Nam immanifeſtum utrius definitionem aſſignauit.

Nam æquiuocum eſt deductio & cõmenſuratio, quia deductio ſignificat aliquorum lationem, quod etiam afferre euehiq; dicitur, ut dicitur cibi deductio, uel uini uectio. Dicitur etiam ornatus morum, ut dicitur puerorum educatio & deductio. Item dicitur deductio tendentia, in quo ſignificato qui ſic generationem diffinit utitur nomine deductionis. Item commenſuratio eſt æquiuocum ut etiam commenſurabile. Nam commenſurabilia eodem metro eademq; menſura menſurantur, ut in numeris & magnitudinibus, & in his quæ unicuique congruunt & competunt, ut pallia, uel ſubcalcei, uel ſecundum multitudinem, uel magnitudinem ſecundum temperantiam qualitatum eo quod non excedit alia alteram, ſed æqualiter ſunt in compoſitione, uel habentia potentias ſecundum proportionem.

Inſuper etiam contingit calumniari, uelut non conueniente oratione ad omnia, quorum definitionem aſſignauit.

Contingit (inquit) calumniari ſic aſſignatam diffinitionem quod neque principio diffinitio eſt, ſi quis cum aſſignaret diffinitionem omnium ſignificatorum ipſius rationis diffinitionem, & pertrectando illa ſignificata quibus nõ competit aſſignata ratio, oſtenderet quod non diffinitio, quia aliquorum diffinitionem oportet de omnibus uerificari, de quibus etiam nomen uerificatur, cuius eſt diffinitio. Vnde merito adiecit calumniari in tali elencho. Nõ enim qui aſſignat rationem canis cũ putat omnibus ſub cane ſignificationis competere, perinde ac ſit una natura canis exiſtentis calumniatur. Nam diffinitio alicuius canis eſt animal pedeſtre latrabile. Si ſic forte fortuna aſſignaretur occulta fieret diffinitio eo quod non determinatum eſt de quo cane ſit, tamen exhibet occaſionem talis calumniæ, cum is qui aſſignat diffinitionem non ſecernat diſtinguatq; id quod multipliciter dicitur, ſed uelut unam naturam nominis indicat.

Maxime autem contingit tale quippiam facere, cum latet æquiuocatio. Contingit etiam & eum, qui diuidit (quoties dicitur id, quod in definitione aſſignatum eſt) ſyllogiſmum facere. Nam ſi ſecundum nullum modorum ſufficienter dictum eſt, manifeſtum, quoniam non definiuit illo modo.

Maxime autem contingit (inquit) redarguere diffinientem, quare ignorauerit aliquis quod multa ſignificat id quod eſt multipliciter dictum in diffinitione. Nam tunc poſſibile eſt, ut qui accipit, ut unam naturam ſignificantis nominis oſtendere quod non eſt diffinitio, quia non omnibus his ſub nomine competit. Si uero cognoſcit diſputans uerbi gratia quod canis multa ſignificat & diuidet ipſum in ſignificata, & dicet quod huius canis diffinitionem aſſignauit non debet corrigi. Equidem (inquit) contingit autem ipſum diſputantem diuidere, & determinare quot ſignificat aſſignatum, uidelicet affinitum in diffinitione ſyllogiſmum facere, uidelicet collectionem, & nomination ſignificatorum competet aſſignatum in diffinitione non bene aſſignatum diffinitumq; erit, quod indicauit, quia dicit illo modo, uidelicet ſecundum aliquẽ modum ſignificationis numeratorũ. oportet autem collectionem ſic facere, quia uerbi gratia quia aſſignata a te diffinitio canis, neque aſtro conuenit, neq; terreno, neque marino, igitur non bene definiebas.

Alius ſi ſecundum metaphoram dixit, ut ſcientiam indeciduam, aut terram nutricem, aut temperantiam conſonantiam. Nam omne obſcurum, quod ſecundum metaphoram dicitur. Contingit autem & metaphora loquentem calumniari, tanquam non proprie dicentem. Non enim congruet dicta definitio, ut in temperantia. omnis enim conſonantia in ſonis. Inſuper ſi eſt genus conſonantia temperantiæ, in duo-

bus generibus erit idem non continentibus ſeinuicem. Neque enim conſonantia uirtutem, neque uirtus continet conſonantiam.

Translatio quidem eſt quando eam quæ proprie de aliquo dicitur uocem traducimus ad alterum non proprie ſignificatum ab ipſo, quæ uocatur a grammaticis ēt abuſio. Si ergo aliquis diffiniens ſcientiam diceret indeciduam, quia indiſſolubile indeciduumq; proprie de corporibus dicitur, quæ per uim nō mutantur, uel per æqualitatem & commenſurationem nō tranſmutantur occultum fecit dictum. Similiter etiam qui diffinit terram altricem. Nam altrix proprie dicitur de nutriente & alente filios. Contingit igitur (inquit) metaphorice translatiueq; diffinientem calumniari, uidelicet reprehēdere tanquam non aſſignantem diffinitionem conuenientem ſubiecto, ut ſi quis diffiniret temperantiam conſonantiam. Nam conſonantia non conuenit temperantiæ. Nam proprie conſonantia dicitur de ictibus & ſonis. Si ergo & temperantia eſt conſonantia ſecundum diffinientem, erat etiam temperantia ſonus, ſed neque genus erit temperantiæ cōſonantia. Nam ſi ſecundum diffinitum genus eſt temperantiæ conſonantia. Nam ſic ab illo aſſumptum eſt in diffinitione. Item eſt genus conſenſu omnium ipſius temperantiæ uirtus, inuenietur etiam temperantia eſſe una & eadem ſpecies ſub duobus generibus redacta, quorum unum non continet aliud uiciſſim, neque ſub uno & eodem genere reducuntur. Nam ſi ſub eodem & uno genere reducerentur, uel uirtus, uel conſonantia: uel conſonantia contineret uirtutem, uel uirtus conſonantiam, ſed non ſunt ſub eodem genere. Nam uirtutis generaliſſimum eſt qualitas, & conſonantiæ ipſum ad aliquid.

Præterea ſi non poſitis nominibus utitur, ut Plato cilium are oculum, aut araneum putrimordax, aut medullam oſſigenum. Nam omne obſcurum, quod in ſuetum eſt.

Etiam hic locus, ſuperioris ſecundum abuſionem trāſlationemq; habetur. Poſita igitur nomina dicit conſuetas & triuiales dictiones, & non eas quibus Lycophron utitur, ſcilicet dictis allegoriis dicens morte dignam eſſe mortiferam, & canem mulierem, ob inuerecundiam. Et Plato oculum umbracilium, & alia quæ adiecit hic. nam hæc ſunt inſueta, & omnis dictio inſueta ingerit diffinitionibus occultationem.

Quædam autem neque ſecundum æquiuocationem, neque ſecundum metaphoram, neque proprie dicuntur, ut lex menſura, uel imago eorum, quæ natura iuſta ſunt. Sunt autem huiuſmodi deteriora metaphora. Nam metaphora facit quodam modo notum, quod aſſignatum eſt per ſimilitudinem. Omnes enim metaphora utentes, ſecundum aliquam ſimilitudinem ea utuntur. At quod tale eſt, non facit notum. Nam neque ſimilitudo eſt, ſecundum quam menſura, uel imago lex eſt, neque proprie ſolet dici. Quapropter ſi proprie menſuram, uel imaginem legem dicit eſſe, mentitur. Imago enim id eſt, cuius generatio per imitationem eſt. Hoc autem non ineſt legi, ſi autem non proprie, manifeſtum quoniam obſcure dixit, atque deterius quolibet eorum, quæ ſecundum metaphoram dicuntur.

Inquit quædam nec ſecundum æquiuocationem, nec ſecundum translationem, nec proprie dicuntur, & ſunt hæc priora dictis ſecundum translationem. Etenim ſic poſita in diffinitionibus, uel ſecundum æquiuocationem, uel ſecundum translationem erant cauſa occultationis, ſed hoc non principaliter accepta excidunt, & ſunt longe errore facto ſecundum conſuetam æquiuocationē priora atque ea ſimilitudine accepta ex translatione. Nam translatio & metaphora, & ſi non proprie eſt rei ſignificatiua, tamen notum aliquo modo cōtinet ſignificatum, quia ſecundum ſimilitudinem aliquam fiunt metaphoræ & translationes, & qui utitur æquiuocatione habet etiam ipſe propoſitū a nomine ſignificatum proprie, & ſi non ſolum, ſed talia nullatenus præbent cognitionem, eo ꝙ non ſunt propria, nec ſecundum ſimilitudinem dicta, ſed fiunt cauſa multæ occultationis. Nam nec ſimilitudo ineſt ſecundum quam menſura uel ſimulacrum lex eſt, neque cōſueuit proprie dici, ſed uelut neutrum eſt proprie lex. Nam menſura eſt quantitas, ſed lex non quantitas, & ſimulacrum imitatio eſt animalis ex talibus coloribus figuratum, ſed lex non eſt imitatio animalis. Si autem non proprie uidelicet occulte dixit quod non bene diffiniendum ſunt duæ partes hæ occultatio & ſuperfluitas. Et occultatio quæ per æquiuocationem, uel in diffinitione, uel in diffinitio eſt, uel per translationem, uel per abuſionem.

Inſuper etiam ſi nō manifeſta eſt contraria ratio ex hoc, quod dicitur. Nam quæ bene aſſignantur, & contrarias commanifeſtant. Aut ſi per ſe dicta, non ſit manifeſtum, cuius eſt definitio. Sed quemadmodum ea quæ ſunt antiquarum picturarum, niſi quis ſuper ſcripſiſſet, non cognoſcebatur, quid unumquodque.

Adhuc huius occulte dici oſtenſiuum eſt hoc ex aſſignata diffinitione non eſſe notum contrarii cuius aſſignatur diffinitio, rationem & diffinitionem, uidelicet an ſit aliquid & contrarium. nam uidetur alterius contrariorum diffinitio facere notum & aliam alterius. nam ob contrarium quod eſt in diffinitione alterius contrariorum cognoſcitur contrarium ipſi. Ad idem adhuc inquit ſi non ratio & diffinitio contrarii manifeſta eſt ex dicta diffinitione. Nam bene aſſignatæ diffinitiones ſignificant etiam diffinitiones contrariorum, ut ſi quis diceret iniuſtitia eſt malitia animæ, ſtatim & contrarii diffinitionem iuſtitiæ iudicauit. Eſt autem hæc uirtus animæ. Et ſi album colorem diſgregatiuum uiſus, patet quod contrarium albo, ideſt nigrum erit color congregatiuus uiſus. Si ergo ex dicta diffinitione non ſit manifeſta, & diffinitio contrarii diffinibili ambigua ſit, cuius ſit diffinitio, aut ſi ſecundum ſe dicta nō plana erit cuius ſit diffinitio. Oportet (inquit) aſſignatam diffinitionem plane, & ſi non additum id qd̓ qua ipſis competit id cuius eſt diffinitio ſtatim notum ſit ſtudioſis circa hæc. Nō enim & idiotis uulgaribuſue notum ſit quod diffinitio non eget additione, cuius eſt diffinitio. Nam hoc ineuidens & ſine diſciplina eſt, quod quidem ueteres pictores faciebant nō exactas elaboratasq; imagines operantes per deſcriptionem indicabant, cuius animalis unaquæque figura. Quando igitur aſſignata alicuius diffinitio ſit non nota per ſe fuerit, cuius eſt diffinitio, ſed eget additione diffiniti, patet quod occulte aſſignatum eſt.

Si igitur non clare, ex huiuſmodi eſt inſpiciendum. Si autem ſuperfluum in termino dixit, primum quidem conſiderandum, ſi aliquo uſus eſt, quod omnibus inſit, uel ſimpliciter iis, quæ ſunt, uel iis, quæ ſub eodem genere ſunt definitorum. Nam ſuperfluum dici neceſſarium id eſt. Oportet enim genus ab aliis ſeparare. Differentiam autem ab aliquo eorum, quæ ſunt in eodem genere. At qui quod omnibus quidem ineſt ſimpliciter, a nullo ſeparat: quod autem omnibus, quæ ſub eodem ſunt genere, ineſt, non ſeparat ab iis, quæ ſunt in eodem genere. Quare ſuperuacaneum huiuſmodi appoſitum.

Occultum igitur inquit ex dictis iudicandum, & fere quando quidem inuenitur in paſſionibus dictionis. Nam paſſio dicitur etiam æquiuocatio, & translatio, & abuſio, ſed ſi ſuperfluum, & uanum in primo acceſſu impetuq; uideretur Ariſtotelis traducere ad negotioſas inquiſitiones. Nam palam locus aſſumit ex abundantia malitiam & plures res. Nam uidetur & redarguere, ſed non uere, ſed quando toti diffinitioni ſimul acciderit dici in plus quam res non ad modum increpatio, neque ad bene, ut homo eſt animal bipes, ſed quando in una dictione ſuperfluum,

perfluum,qua & ablata reſiqua diffinitio perfecta,& exacta fuerit hoc turpe erit iam, ut in corpore pulchro penſilia. Et hunc modum nunc accuſat Ariſtoteles & inquit. Superuacaneum atque pareleon eſt diffinitioni addere quod cunctis ineſt,uel ſimpliciter exiſtētibus,uel his quę ſunt ſub ipſo genere diffiniti.Equidem quod ineſt exiſtentibus, ut quando aliquis diceret animal rationale mortale unum ens. Nā addit in hac unum ens quod ſuperfluum eſt tanquam omnibus inexiſtens & his quæ ſunt eiuſdem generis & diſſimilibus genus, & id quod ineſt his quæ ſub idem genus,ut quando dixerit animal rationale mortale.Nam ſenſile omnibus ſpeciebus ſub eodem genere, ceu equo,boui,& aliis ineſt.Nam oportet(inquit)in diffinitione genus ab his quę ſunt ſimilis generis ſeparare,ſed differentiam a ſimilibus, tamen quod omnibus ineſt non ſeparat diffinitum ex diuerſis genere, ſed quod ſimilibus genere ineſt non ſeparat ipſum a ſpeciebus in eodem genere.

Aut ſi eſt quidem proprium, quod appoſitum eſt. Ablato enim illo, & reliqua definitio propria eſt, & indicat ſubſtantiam. Vt in hominis oratione ſcientiæ ſuſceptiuum appoſitum,ſuperfluum eſt.Etenim eo ablato, reliqua oratio propria eſt, & indicat ſubſtantiam. Simpliciter autem dicendo, omne ſuperfluum,quo ablato,reliquum manifeſtum facit id, quod definitur. Talis autem eſt & animæ terminus,ſi eſt numerus ipſe ſeipſum mouēs.Etenim quod ſeipſum mouet, eſt anima,ceu Plato definit.an proprium quidem eſt, quod dicitur, non tamen indicat ſubſtantiam interempto numero. Vtrouis igitur modo ſe habeat,difficile eſt explicare. Vtendum autē in omnibus,talibus ad id,quod expedit,ut eſt phlegmatis terminus,humidum primum a cibo indigeſtum. Vnum enim primum non multa,quare ſuperfluum,indigeſtum, appoſitum. Etenim hoc ablato, reliqua erit propria definitio. Non enim contingit a cibo & hoc quid, & aliud quoddam primum eſſe.An nō ſimpliciter a cibo phlegma,ſed indigeſtorum primum. Quare addendum eſt indigeſtum. Nam illo quidem modo dicta, non uera erit definitio,ſi quidem non omnium primum eſt,

Aut additum inquit proprium eſt diffinitionis,ſed hoc ablato & tota ratio propria eſt, atque indicat ſubſtātiam eius ſuperfluum additum eſt. Nam uniuerſaliter omne ſuperfluum quo ſublato a derelicto indicatur ſubſtantia propoſiti. Vniuerſaliter autem intulit hoc demonſtratiuum exiſtens huius & comunia excedere ab hoc & illis ſublatis demonſtrari a reliqua ratione, uel quia non propoſiti, tanquam ſi generi non fuerit oſtenſum, non amplius erit ratio,ut animæ diffinitio numerus ſeipſum mouens.nā numerus ſuperfluo ponitur.Etenim ipſum ſeipſum mouens ſine numero indicat animam, ut Plato in Phædone inquit dicens. Cum immortalis dicta a ſeipſa mouetur,ſubſtantiam animæ & rationem hoc aliquis dicens non erubeſcit. Item numerus non eſt genus animę ut ſi aliquis inſtaret,& diceret quomodo inquis quod ſublato numero non diffinitio lęditur & euertitur.nam genus animæ eſt numerus ſecundum Xenocratem,& Platonem.Et oportet additione numeri ut generis in diffinitione inquit, ꝙ ſi dabimus ꝙ numerus eſt genus animæ hoc ſublato relictum non erit diffinitio ſed proprium,non tamen & ſubſtantiam ſignificabit rei. nam omnis diffinitio proprium,non tamen & econtra,utrouis modo igitur ſe habet, tamen difficile eſt aperire an ſit genus animæ an non, & utrum ablato numero relictum diffinitio eſt animæ,uel proprium,uel non. Nam maioris conſiderationis eſt inquiſitio de hoc, quam dialecticæ. Sed utendum eſt diffinitione in præſenti exemplo,ut nobis eſt utile. Vtilis autem ſit ut accipiamus nunc numerum ut genus animæ. Oportet autem cognoſcere quod huius non bene definitæ ſunt duæ partes,immanifeſtatio,& ſuperflua locutio. Dixit autem quot modis occultatio. Nunc aūt de ſuperuacanea locutione. Superfluum eſt in diffinitione omne quo ſublato reliquum indicat quid eſt definitum, hoc uel omnibus ineſt, uel uniuerſis exiſtentibus, uel his quæ ſunt ſub eodem genere diffiniti,uel proprium eſt additum,nel non omnibus ineſt his ſub eadem ſpecie,uel ſępe dictum eſt,uel ſi uniuerſaliter dictum adderetur,& particulariter priori exemplo adiecit etiam alterū ſimile dicendo,ſi quis poneret diffinitionem phlegmatis eſſe humidum primum a cibo indigeſtum. Nam indigeſtum ſuperfluo ponitur,quia hoc porro(primum)ſat eſt. Deinde dubitat ſimul de dicto perinde ac ſit primum humidum,& humidum primum indigeſtum. Na poteſt a cibo humidum eſſe primum & ante phlegma non indigeſtum, ceu ſanguis ex humecto cibo & in digeſtione fiat quod retribuitur, attamen ut indigeſtum humidum primum phlegma, quia poſſunt & alia a cibo humida indigeſta eſſe,porro a phlegmate trāſmutato acutus humor ſit aliquis circa ſtomachum, aliquando autem cholericus, ideo non ſuperflueret additum indigeſtum in ratione phlegmatis. Nam ſi non eſt ſimpliciter primum, tamen indigeſtorum primum erit.

Inſuper ſi quippiam eorum quæ ſunt in oratione, non omnibus ineſt,quæ ſunt ſub eadem ſpecie.Nam talis peius definit,quàm qui uſi ſunt eo quod ineſt omnibus,quæ ſunt. Illic enim ſi reliqua propria definitio eſt, & tota propria erit. Simpliciter enim ad proprium quolibet addito uero,tota oratio propria fit. At ſi aliquid eorum, quæ ſunt in oratione non omnibus inſit, quæ ſunt ſub eadem ſpecie,impoſſibile eſt totam orationem propriam eſſe. Non enim conuerſim prædicabitur de re, ut animal greſſibile bipes quadricubitale. Non enim huiuſmodi oratio conuerſim prædicabitur de re, eo quòd non omnibus ineſt, quæ ſub eadem ſpecie ſunt,quadricubitale.

Item ſi aſſignatæ alicuius rationi aliquid tale additum fuerit,quod non omnibus aſſignatis in eadem ſpecie cuius eſt diffinitio ineſt, pareleon ſuperuacaneum, ſcilicet & fruſtra additorum tale erit,& magis deterius quàm additum habentis quod cunctis ineſt,& proprium eſt alicuius ſubiecti ſubſtantiam eius indicans,& cum hoc addito propria erit ei.Nam uniuerſaliter ad propriam diffinitionem alicuius ſi adderetur aliquid quod omni definito ineſt, & tota ratio cum addito adhuc propria ſit rei,& uiciſſim conuertitur cum diffinito. Nam nulli alii præter propoſitum competit talis ratio, ſi autem adderetur aliquid quod non omni ineſt diffinito,fieri non poteſt ut tota ratio ſit propria, non enim conuerſim prædicatur de re, quia non omnibus ineſt quæ ſunt ſub eadem ſpecie, quadricubitale. Erit autem ſi non quod non diffiniatur, ſed quia non bene diffinitur eo quod habet ſuperfluo additum. Et hic locus eſt quod ſublato hoc quod non omnibus ineſt relicta oratio diffinitio eſt propoſiti.

Rurſum ſi idem frequenter dixit, ut qui concupiſcentiam appetitum delectationis dixit. nam omnis concupiſcentia delectationis eſt, quare & idem concupiſcentiæ appetitus delectationis erit. Fit igitur terminus concupiſcentiæ appetitus delectationis (nihil enim differt concupiſcentiam dicere, & appetitum delectationis) quare utrunque eorum delectationis erit. An hoc quidem nihil abſurdum.nam & homo bipes eſt,quare idem homini bipes erit, eſt autem idem homini animal greſſibile bipes. Quare animal greſſibile bipes, bipes eſt,ſed non propter hoc abſurdum aliquid accadit, non enim de animali ſolum greſſibili,bipes prædicatur(ſic enim de eodem bis bipes prædicaretur) ſed de animali greſſibili bipede bipes ditur. Quare ſemel tantum bipes prædicatur. Similiter autem et in concupiſcentia,non enim de appetitu id, quod

eſt delectationis eſſe prædicatur, ſed de toto, quare ſemel & hic prædicatio fit. Non eſt autem bis dicere idem nomen aliquid abſurdum, ſed frequenter de aliquo idem prædicari, ſicut Xenocrates prudentiam definitiuam, & contemplatiuam eorum quæ ſunt, dicit eſſe. nam definitiua contemplatiua quædam eſt. Quare bis idem dicit, addens rurſum contemplatiuam.

Rurſum autem inquit plus peccat, qui ponit ſæpe idem in diffinitione actu tamen idem, & non ſiquis facile diffiniens ſæpe poneret. Nam planum fit & perſpicuum peccatum, potentia autem ſæpe faciunt quidam hoc addentes quod iam idem eſt alicui dictorum, ut aſſignans diffinitionem hominis animal rationale ſenſitiuum pedeſtre bipes, actu quidem non poſuit ſæpe idem poſitum ſenſitiuum, ſed potentia hoc fecit. Nam in animali ſenſitiuum aſſumptum eſt, ſiquidem animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, ideo, & ſuperuacanea eſt talis ratio eo quod habet aliquid additum ex ſuperfluo in quo ſæpe, uel actu, uel potentia idem aſſumptum eſt. Non enim de animali pedeſtre bipes prædicatur, quod uelut de homine bipes prædicatur, ſic etiam cum ſit ipſa diffinitio animal pedeſtre bipes, & non bis prædicatur bipes, ſed ſemel. Non enim ſolum bipes prædicatur de animali pedeſtri, ſed de toto animali pedeſtre bipede, quia nec hominis cui eadem eſt huius diffinitio per bipedem prædicatur. Et dicens uirtus eſt habitus in mediocritate exceſſus, & defectus optimus, bis dixit optimum. Nam omne medium etiam optimum eſt, quare ſuperfluum eſt hoc {optimus} Similiter & illud {defectus} & exceſſus, eſt ſuperfluum. Nam dicendo medium indicauit, quod neque excedit, neque deficit, & dicendo concupiſcentiam eſſe appetitum uoluptatis, bis poſuit hoc {uoluptatis} in diffinitione. Vt enim concupiſcentia eſt uoluptatis, ſic etiam eius diffinitio appetitus uoluptatis, uoluptatis eſt. Sed forte inquit nullum abſurdum hoc. Etenim bipes idem eſt cum homine, & prædicabitur de ipſo. Eſt autem animal pedeſtre bipes idem homini, quare de homine bipes prædicabitur, quod erat animalis pedeſtris bipedis, ſed non erit homo animal pedeſtre bipes, ideo nullum abſurdum ex hoc accidit. Non enim de pedeſtri animali bipes dicitur. Nam ſic duplex prædicatio fiebat de homine. & animali pedeſtri, & in diffinitione bis accipiebatur bipes, ſed de animali pedeſtre bipede dicitur bipes, & animal pedeſtre bipes homo eſt, & in hoc habet homo ipſum eſſe, quare qui dicit animal pedeſtre bipes hominem dixit. Eadem ſimiliter etiam in concupiſcentia oportet accipere. Sed apertius dicendum eſt de hoc, quod uelut de homine bipes prædicabitur, ſic etiam de diffinitione hac animal pedeſtre bipes, & non bis ipſum bipes prædicatur, ſed ſemel. Non enim bipes de ſolo animali pedeſtre prædicatur tanquam ex neceſſitate, quando audiemus animal pedeſtre intelligemus ipſum, & bipes eſſe, ſed prædicatur de toto animali pedeſtri bipede, quod eſt homo. Quia igitur in homine bipes non bis prædicatur, neque in diffinitione eius qui eſt idem cum eo bipes bis aſſumetur, ſiquidem de homine aſſignaretur diffinitio animal pedeſtre bipes. Similiter igitur neque in concupiſcentia bis ſuaue prædicabitur. Non enim de ſolo appetitu ſuaue prædicatur, ſed de uniuerſo, uidelicet appetitu uoluptatis, quare non eſt abſurdum bis idem nomen loqui, ſed ſi ſæpe idem prædicaretur. Vt igitur de homine habente in ſeipſo bipes nullum abſurdum ſi prædicaretur de eodem bipes. Nam uerum & ſanum eſt hominem bipedem dicere, & nullum abſurdum eſt quod ineſt alicui prædicare de eodem, ſic nihil abſurdum eſt, neque de diffinitione hominis modo habeat in ſeipſo bipes idem prædicari. Non enim quando dixero forte, quod homo eſt animal rationale mortale, & poſſum ſimul intelligere, quod homo eſt animal rationale mortale, & uelut ſi dico hoc ſecundum ſententiam intellectumque abſurdum aliquid facio, & ob id corrigam bis dicere idem, ſed quando de eodem ſubiecto idem bis prædicatum fecero. Et ponit huius exemplum ipſam diffinitionem a Xenocrate aſſignatam de prudentia dicente, quod prudentia eſt diffinitiua, & contemplatiua entium. Nam contemplatiuum idem exiſtens cum diffinitiuo bis in tali diffinitione aſſumitur. Similiter etiam per reliqua exempla quæ dicit plana fecit, ob id pluribus dicere nobis opus nõ eſt.

Similiter autem & quicunque refrigerationem priuationem eius quidem caloris, qui ſecũdum naturam eſt, dicunt eſſe. nam omnis priuatio eius eſt, quod ſecundum naturam eſt. Sed ſufficit fortaſſe dicere priuationem caloris, eo quod ipſa priuatio notum facit, quod eius ſit, quod ſecundum naturam dicitur.

Non idem eſt dicere priuationem eius quod ineſt, ſecundum naturam, & priuationem ſecundum naturam, nam quia abſentia eius quod aptum eſt, quando aptum eſt ineſſe priuatio eſt. Et priuationum aliæ ſunt uiolentæ, aliæ factæ præter naturam, ceu ſi quis oculos exſcinderet, & aliæ ſecundum naturam, ut ſomnus priuatio eſt uigiliæ. Dicens ergo priuationem, eius ſecundum naturam incidit in abſurditatem hanc, ut Philoſophus inſinuat. at qui dicit ſomnum priuationem uigiliæ ſecundum naturam non incidit in talem abſurditatem, ut Sonon putat ſic diffinientem corrigens. Acciperet autem aliquis etiam exempla ſimilia acceptis ab ipſo, quæ talem abſurditatem habeant, ut ſi quis diffiniret lineam, eſſe dimenſionum eam, quæ eſt ad unum diuiſilem, tanquam idem ſit hoc diuiſile ad unum cum linea. Nam ſimile aliquid hic dicit, ut ſi dicat ad unum diuiſile, diuiſile eſt. Nam diuiſile ad unum aliquod diuiſile aliquamque diuiſilem in ſeipſo continet. Non enim in dimenſione dimenſum ad unum diuiſibileque eſt. Et rurſus qui dicit, ignem eſſe corporum ſiccum, & calidum. Nam ſiccum, & calidum ineſt igni, uel hominẽ animal præelectiuum, & uoluntarium, tanquam præelectio eadem ſit cum conſilio, & uoluntate. Vel uirtutem habitum in mediocritate exceſſus, & defectus optimum diceret. Nam in prædicta mediocritate optimum eſt, & altera plura ſimiliter.

Rurſum ſi uniuerſaliter dicto, addidit & particulare, ut ſi clementiam imminutionem expedientium, & iuſtorum, nã iuſtum expediens quippiam eſt. Quare continetur in expediente. ſuperfluum igitur iuſtum. nam qui dixit uniuerſaliter, addit & particulare, & ſi medicinam diſciplinam ſanatiuorum animali, & homini aut legem imaginem eorum, quæ ſunt bona, & iuſta. Iuſtum enim bonum quippiam. Quare frequenter idem dicit. Vtrum igitur bene, an non bene definiuit, per hæc, & homini perſpiciendum. Vtrum uero definiuit, & dixit quod quid erat eſſe, aut non, ex hiſce.

Huius addere aliquid ſuperfluo diffinitioni oſtẽſiuum inquit eſſe hoc, ſcilicet inuenire ſi dicto uniuerſaliter de aliquo addatur aliquid particulariũ, & ſub ipſo. Etenim qui hoc facit ſæpe idem accipit, ſed differt hic locus ab eo qui eſt ante ipſum, quia ibi oſtendebatur additum idẽ eſſe alicui poſitorum, ſed hic idem ſub aliquo datorum accipitur. Videbitur tamen locus habere inſtantiam, nam in uolatili fiſſę pennæ additum non eſt ſuperuacaneum, ſi etiam fiſſum penna in uolatili continetur. Sed hoc non eſt ſimile poſitis hic exemplis, nam in illis, eo quod uniuerſaliter eſt proprium rei, hoc fiebat, ideo additio eius ſub ipſo erat ſuperflua, & non particularium in diffinitione appoſitorum per uniuerſalia, & particularia indicantur, nam lex omnium bonorum eſt imago, ſecundum ſic dicentem, & æquitas in cunctis conferentibus, eſt eius diminutiua. Nam ſi in quibuſdam diffinitis opus erat additione, & non ſi dicebatur conferentium, & iuſtorum eſſe, quanuis conferentia ſint iniuſtis, & medicina ſcientia canonum in cunctis animalibus, & auis non in omnibus eſt

uolatilibus,

uolatilibus, ſed uolatile in hoc. Item in aue genus quidem uolatile, differentia autem fiſſum penna, ſed in prædictis, neque uniuerſale, ut genus exiſtens propoſiti ſumptum eſt, neq; ſub ipſo differentia, ſed aliqua ſpecies uniuerſalis.

Primum quidem, ſi non per priora, & notiora confecit definitionem. nam cum terminus aſſignetur eius cognoſcendi gratia, quod dicitur. Cognoſcimus autem non ex quibuſlibet, ſed ex prioribus, & notioribus, quemadmodum in demonſtrationibus (ſic enim omnis doctrina, & diſciplina ſe habet) manifeſtum igitur, quoniam qui non per huiuſmodi definiunt, non definiuit. Si enim definiuit, plures erunt eiuſdem definitiones. manifeſtum enim, quoniam & qui per priora, & notiora, melius definit. Quare utræque erunt definitiones eiuſdem. Tale autem non uidetur. Vnicuique enim eorum, quæ ſunt unum eſt eſſe, quod quidem eſt. Quare ſi plures erunt eiuſdem definitiones, idem erit definito eſſe, quod quidem ſecundum utranque definitionem ſignificatur. Hæc autem non eadem ſunt, eo quia & definitiones diuerſæ ſunt. manifeſtum igitur, quoniam non definiuit, qui non per priora, atque notiora definiuit. Igitur per notiora quidem terminum dici, dupliciter eſt accipere. Aut enim ſi ſimpliciter ex ignotioribus, aut ſi nobis ignotioribus. Contingit enim utroque modo. Simpliciter enim notius eſt quidem, quod prius eſt poſteriore, ut punctum linea, & linea ſuperficie, & ſuperficies corpore, quemadmodum & unitas numero. Prius enim & principium omnis numeri. Similiter autem, & elementum ſyllaba. Nobis autem econuerſo quandoque accidit. nam corpus magis, quam ſuperficies ſub ſenſu cadit, ſuperficies autem magis, quam linea, linea autem ſigno magis. Multi enim magis huiuſmodi cognoſcunt. nam illa quidem quomodolibet, hæc autem ſubtili, ac fœcundo intellectu comprehendere oportet. Simpliciter igitur melius per priora, poſteriora tentare cognoſcere, ſcientificum enim magis huiuſmodi eſt: uerum ad eos, qui impotentes ſunt cognoſcere per talia, neceſſarium forſan per ea, quæ illis nota ſunt, facere orationem. Sunt autem talium definitiones, quæ & puncti, & lineæ, & ſuperficiei. Omnes enim per poſteriora priora indicant. nam illam quidem lineæ, iſtam autem ſuperficiei, hanc uero corporis fines dicunt eſſe. Non oportet autem latere, quoniam ſic definientes non contingit, quod quid erat eſſe definito indicare, niſi contingat idem, & nobis notius eſſe, & ſimpliciter notius. Siquidem oportet per genus, & differentias definire eum, qui bene definit. Hæc autem ſimpliciter notiora, & priora ſunt ſpecie, interimit enim genus, & differentia ſpeciem. Quare priora hæc ſpecie. Sunt autem & notiora. nam ſpecie quidem nota, neceſſe eſt & genus, & differentias cognoſci. Qui enim hominem cognoſcit, & animal, & greſſibile cognoſcit. At genere, uel differentia nota, non neceſſe eſt, & ſpeciem cognoſci. Quare ignotior ſpecies.

Primum quidem (inquit) oſtendetur non diffiniri propoſitum, niſi per priora, & notiora eius faciat aliquis diffinitionem, nam diffinitio cauſa cognoſcendi propoſitum datur, cognoſcimus autem non ex quibuſuis, ſed ex prioribus, & notioribus, ut in demonſtratione ſignificatum eſt, quare non erit per poſteriora, ſed per notiora diffinitio. Si autem aliquis diceret, & per hæc fieri, accidit eiuſdem plures eſſe diffinitiones. Nam patet quod ratio per priora, & notiora eius diffiniti erit diffinitio optima, ſed ſi diffinitio ratio eſt, quod quid erat eſſe rei indicans, ſic plures erunt diffinitiones eiuſdem rei, nam plura etiam ſunt hæc quid erat eſſe rei. Sed unicuique eſſe, quatenus eſt idem eſt, nam unum eſſe rei, & non plura. Equidem unumquodque entium, quatenus eſt quod quid erat eſſe unum, & idem habet, & non eget pluribus diffinitionibus ad ſignificationem huius quod quid erat eſſe: igitur non eſt poſſibile, & ut plures ſint una diffinitione. Sed ſciendum eſt, quod hoc per notiora dupliciter, uel ſimpliciter, uel non, quia & notius, ſimpliciter igitur melius eſt per priora poſteriora niti cognoſcere, nam tale magis ſcientificum eſt, porro contra impotentes per talia cognoſcere forte neceſſarium eſt per notiora illis definire, uidelicet niti quod quid erat eſſe rei indicare, niſi forte idem nobis fuerit notius, & naturæ, ſunt autem hæc, ceu oportere diffinitionem ex genere eſſe, & differentiis, & genus, & differẽtiæ debent eſſe primorum ſimpliciter, & naturæ notiorum quam ſit ſpecies diffinita. Nam unumquodque horum ſimul deſtruit ſpeciem, ſiue diffinitum, ſed non ſimul deſtruitur ab ipſo, quare ſi per hæc diffinitio, ſed non talia quo ad nos ſi fuerint notiora. Equidem oratio aſſignata per notiora quo ad nos, & primo non quod quid erat eſſe indicat, neque diffinitio, nam oportet diffinitionem hoc ſignificare, unde oſtẽdens quod genus, & differentia ſunt priora ſpecie, quia ſequitur ex hoc quod priora ſunt, ut etiam ſint notiora, nam de hoc ei propoſitum eſt dicere, ſubdidit. Sunt autem notiora, quia qui ſcit quod uere eſt diffinitum, & cuius ſpeciei diffinitio ſit, nouit, & genus eius, & differentias ideſt diffinitionem, nam hoc erat ſcire ſubſtantiam eius, ſed tamen non qui ſcit genus, uel differentiarum conſtitutionem, iam & ſpeciem nouit, unde ſi ſciuit, quod non conuertitur cognitio, quod notiora erunt quæ una proceſſus cognoſcuntur. Poteſt tamẽ cognoſci ſecundum proprietatem ſine illis, quæ poſſunt cognoſci, ut enim prius natura eſt id quo ſublato ſecum deſtruit alia, & non deſtruitur aliis ſublatis, ſic etiam notius natura, cuius cognitio ſimul ſcitur cum cognitione alicuius. Porro illud nõ cognitione ipſorum cognitum ſimul introducit, ſed latere non oportet eos qui ſic diffiniunt, quod diffinitione ex notioribus nobis, & poſterioribus nõ indicant quid erat eſſe diffiniti, niſi idem fuerit notius nobis, & naturæ, ſiquidem diffinitiones ex genere, & conſtitutiuis differentiis ſint. Hæc autem priora, & notiora naturæ ſunt, unde uolens ualde diligenter oſtendere notius eſſe genus, & differentias uſus eſt prioris diffinitione. Nam ſi prius eſt id, quod cum deſtruitur reliqua deſtruit, & non deſtruitur illis deſtructis, merito erit notius illud, quod ſimul eſt notum alicui, quàm id quod non eſt ſimul notum. Item ſciẽdum eſt, ꝙ notius dupliciter, in aliquibus igitur prius natura, & quo ad nos diuerſa patiuntur, & habent in quibus neceſſe eſt diffinitiones incidere in uno abſurdo. Vel enim coniecturantes euidentiam, quo ad nos ſubſtantiæ rei peccant, uel certitudinem rationis transferentes deſpiciunt notum, quo ad nos, in quibus ergo ambo concurrunt ſimiliter, ut eadem nobis nota ſint, & ſimpliciter, hæ quoque dicunt, & docent quid erat eſſe, tales autem ſunt quæ per priora genera, & differentias proprias aſſignantur. Etenim genus eſt notius nobis, & naturæ. Nam quod eſt natura prius etiam ſecum deſtruit alia ipſo deſtructo, ſed non nobis notum, quia cognoſcentes ſpeciem, & genus omnino cognoſcunt, ſed non econtra. Plures igitur uidentes non conſuetos piſces, & aues, quod unumquodque ſit piſcis, & auis nouimus, ſed quid, non ſciuimus dicere, unde prima naturæ exacti, & ſcientifici (inquit) eſt intellectus cognoſcere, uidelicet potentis etiam non facilia comprehendere, ut igitur reuertamur ad contextum ſimpliciter melius eſt diffinire poſteriora per priora naturæ. Nam ſcientis eſt tale, non tamen debemus ſemper hoc facere, nam ad non potentes cognoſcere res per priora natura neceſſarium eſt facere diffinitiones a notioribus illis ideſt a poſterioribus, ſunt autem indicãtes per poſteriora priora diffinitiones,

de quibus adiecit exempla , diffinitionem ſciéntiæ, lineæ plani. Sed nos latendum non eſt,quod diffinientes ex poſterioribus non indicat quid erat eſſe,& ſubſtantiam diffiniti,niſi alicubi aſſumptum in diffinitione idem ſit, uidelicet & nobis, & naturæ natum . Conſtruit igitur , & quomodo poſſunt ea quæ ſunt naturæ priora etiam nobis nota eſſe,& inquit qđ omnis diffinitio ex genere, & differentiis conſtitutiuis cõponitur.Hæc autem omnino priora naturæ,& notiora,atque nobis nota,quia ſpeciem cognoſcentes etiam genus , & differentias ipſius cognoſcimus,ſed econuerſo nõ ex neceſſitate. Qui ergo facit diffinitionem ex ſolis naturæ notis , & non nobis , bene facit quo ad naturam,ſed non nobis, ſed ſi ex notis ſecundum ambo optimam efficit diffinitionem . Item qui ex ſolum notis nobis ideſt poſterioribus tentet diffinire ob ualde plebeios uulgareſq; , ac rudes uiros hoc faciens forſitan rationabiliter facit,ſed ad ſcientiam,& exactam cognitionem minime .

Inſuper illis (qui ſecundum ueritatem huiuſmodi definitiones dicunt eſſe , quæ ſunt ex his , quæ unicuique ſunt nota) plures eiuſdem accidit dicere definitiones eſſe. Siquidem alia alijs, & non omnibus eadem contingit notiora eſſe . Quare ad unumquenque erit definitio aſſignanda. Siquidem ex his , quæ ſingulis quibuſque ſunt notiora , definitionem oportet facere . Præterea eiſdem alia , interdum alia magis nota . nam a principio quidem ſenſibilia,inſtructioribus autem factis,contra. Quare neque ad eundem ſemper eadem definitio aſſignanda eſt ab his,qui per ea,quæ ſingulis quibuſque ſunt notiora,definitionem fatentur aſſignandam eſſe. Manifeſtum igitur,quoniam non definiendum eſt per ea , quæ huiuſmodi ſunt , ſed per ſimpliciter notiora. Solummodo enim ſic una , & eadem definitio ſemper fiet. Fortaſſe autem, & id , quod ſimpliciter notum eſt , non eſt id , quod omnibus notum eſt . ſed quod bene diſpoſitis intellectu, quemadmodum, & ſimpliciter ſalubre his,qui bene affectum habent corpus . Oportet igitur unumquodque talium diligenter perueſtigare,uti autem diſputantes ad id,quod expedit .

Inquit,dicentes,quod aſſignare diſpoſitiones ex notis unicuique proprie , & ſecundum ueritatem diffinitiones ſunt,periclitantur hi plures diffinitiones eiuſdem aſſignare,quia alia aliis ſunt nota,& non eadem omnibus,quare oportet ad unumquenq; diſputantium alias,& alias diffinitiones eiuſdem aſſignare,ſiquidem plerique de eodem diſputant,& a notioribus unicuiq; diffinitiones efficiunt , quare accidit unius , & eiuſdem rei plures eſſe diffinitiones,quod eſt abſurdum, neque ad eundem , & unum eandem ſemper aſſignata diffinitio eſt , ſiquidem neceſſe eſt diffinitiones facere ex notis uniuſcuiſque , quia eidem & uni & alia,atque alia ſunt nota. Nam ex principio cum ſit aliquis adoleſcens ei ſenſilia ſunt nota , ſed intellectualia omnibus ignota, ſed cum exactione ætate tactus eſt ideſt cum nouerit , & ſciuerit diligenter res diuidere,ſenſilia ei uidebuntur eſſe in continuo fluxu,& intellectualia, & ualde nota,ut permanentia, & ſtabilia, quare neque ad eundem ſemper eadem ratio ſemper erit , ſecundum quos oportet diffinitionem a notis unicuique fieri forſitam, & notum ſimpliciter,non omnibus notum eſt ,ſed bene diſpoſitis mente,& intellectu,uidelicet ſcientibus. Equidem notum eſt bene effectis ,id quod eſt ſuapte natura primũ, & notum ſed hoc ſolutio eſt alicuius incidentis. Nam ad inſtantem forte , quia aliquo modo poſſibile eſt ea quæ ſunt nota naturæ etiam cunctis nota eſſe, inquit quod nõ dico omnibus ſimpliciter,ſed ſcientibus,ut etiam ſimpliciter ſanum dicimus ſanum , non quia omnibus uidetur, ſed habentibus corpus ualidum , ob id oportet dictis attendere locis,& uti ipſis ad conferens. Nam ſi alius quiſpiam diffinit a notis unicuique oportet ipſum redarguere per ea loca, quæ diximus,ſi autem tu ipſe es diffiniens ex notioribus nobis te oportet inſtare , quod non bene diffiniuiſti. Nam talis dialectices non ueri indagatrix,ſed per opinabilia tentatiua , & argumenatrix , & aliquando quidem per nota naturæ diffinit , & aliquando per nota quo ad nos .

Maxime autem ſine diſſenſione interimere contingit definitionem,ſi neque ex ſimpliciter notioribus , neque ex his , quæ nobis , contingit definitionem fieri . Vnus igitur locus eius,quod non per notiora , eſt ex eo , quia per poſteriora priora indicant,ut prius diximus .

Maxime autem ex conſenſu , & proprie contingit deſtruere diffinitionem,quam aliquis fecit,neq; ex notis ſimpliciter,neque quo ad nos,ut ſi quis diceret homo eſt animal inſtar aquæ motum , uel mixtim , & fortuna latum . Nam inſtar aquæ motum,& hoc mixtim, neque natura, neque nobis nota ſunt,cum ſint uoces uerſatiles abuſiue, & non proprie dictæ, nam ſi proprie dicebantur,erant ſane naturæ, nobiſque nota ,tanque indicantes rem,de qua dicuntur .

Alius autem, ſi eius , quod eſt in quiete, & definitione , per indefinitum , & quod in motu eſt , aſſignata eſt oratio nobis . Prius enim eſt, & notius,quod manens, & definitum eo,quod indefinitum eſt, & in motu .

Si aliquis inquit eius, quod quieſcit,per id qđ eſt diffinitionem facit, uel diffiniti determinatique per indeterminatum peccat , & non aſſignat diffinitionem ſubiecti bene ut diffinientis ideam per effectum dicũt eſſe cauſam eorũ quę ſunt ab ipſa. Nam ſenſilia ſe habent ob eã quę in motu ſunt,& indefinita,ſed idea eſt immobilis,& deſinita,ſic etiam peccaret qui dicit ſcientiam eſſe abiectionẽ ignorantiæ,nam quia ignorantia eſt priuatio ſcientiæ, & priuatio eſt non ens , & non ens eſt indefinitum. & omnis ſcientia circa diffinita, & ſemper eodem modo ſe habentia ſubiecta uerſantur fecit diffinitionem definiti determinatique ex indefinito interminatoque. Item qui dicunt ſanitatem eſſe abiectionem morbi ſimiliter peccant. Et ruſus qui dicunt,quod Deus ex opifex eorum quæ facta,& ſunt in motu. Nam Deu eſt ſempiternus ſtans , atque immutabilis, ſed opificia , atq; condita ſunt in fluxu,& motu . Item qui ſcientiam rurſus habitum per diſciplinam motiuum diffinit immobile per id quod eſt in motu. Nã diſciplina eſt aliquis motus. Item qui dicit idem eſſe ſubſtantiam infiguratam,& intactile uidetur diffinire diffinita per indefinitũ. Item qui dicit uirtutem medtocritatem eſſe exceſſus,& defectus definit diffinitum per indefinita.

Eius autem , quod eſt non ex prioribus , tres ſunt modi . Primus quidem , ſi per oppoſita , oppoſitum definiuit . Vt per malum , bonum . Simul enim natura oppoſita . Et nonnullis eadem diſciplina contrariorum uidetur eſſe. Quare non notius alterum altero . Oportet autem non latere quædam fortaſſe aliter definiri non poſſe , ut duplum ſine dimidio, & quæcunque per ſe ad aliquid dicuntur. Nam omnibus huiuſmodi eſt idem eſſe ei,quod eſt ad aliquid quodammodo ſe habere . Quare non eſt poſſibile ſine altero alterum cognoſcere, quippe cum neceſſarium ſit in alterius oratione coaſſumi & alterum . Ergo cognoſcere quidem oportet huiuſmodi omnia , uti autem eis in his , ut uidebitur expedire .

Nã oppoſita ſimul natura ſunt , & quæ ſunt per ſe ad aliquid aliter diffiniri nequeunt, quam inuicem , quando quidem illorum eſſentia ſit ut unum non poſſit eſſe ſine altero uiciſſim , ſed per ſe ad aliquid dicuntur , quia ſunt quædam quæ ſecundum relationem ad aliud quippiam ſunt ad aliquid ſunt,ſed nõ ad aliquid per ſe ut medicina, & grãmatices,& unaquæque ſcientiarum, nam ipſe ſecũdum propriam rationem nõ ſunt eorum,quæ ſunt ad aliquid,ſed ſecũdum relationem ad genus ad aliquid, ideo horum

horum diffinitionem aſsignare nõn poſſumus ſine oppoſitis eorum. Nam eſſentia ipſorum eſt in habitudine ad illa, tamen medicinam, & geometriam diffinientes nõ amplius ipſis oppoſitis u'untur, quia non ſunt hæc per ſe eorum, quæ ſunt ad aliquid. Sunt autem quædam per accidens ad aliquid ut unitas, nam quia accidit ei, ut ſit numeri principium, & principium eſt per ſe ad aliquid, ſecundum hoc etiam unitas erit de numero eorum quæ ſunt ad aliquid. Item punctum, quatenus terminus, & linea & ſuperficies. Nam accidit eiſdem omnibus ut ſint termini. Dicendo igitur & oſtendendo quod eorum per ſe dictorum ad aliquid non eſt aliter, uidelicet ſine oppoſitis aſsignare ratione, oportet igitur cognoſcere ideſt agnoſcere omnia quæ ſic ſe habent, & uti ipſis oportet diſputando, ut uidetur conferre ad propoſitum, nam ſi uolumus deſtruere dicemus, quod non eſt diffinitio ex prioribus, & notioribus, ſi autem probauerimus, oſtendemus quod non poſſunt talia aliter diffiniri.

Alius, ſi eodem ei, quod definitur, uſus eſt. Latet autem, cum nomine non utitur eodem ei, quod eſt definiti: Vt ſi ſolem ſtellam in die apparentem definierit, ſiquidem, qui die utitur, & ſole utitur. Oportet autem ad deprehendenda talia ſumere pro nomine orationem, ut quoniam dies eſt ſolis latio ſuper terram. Nam tunc manifeſtum, quoniam qui ſolis lationem ſuper terram dixit, ſolem dixit: Quare utitur ſole, qui die utitur.

Nam idem in ſeipſo, uel de ſimile, & nihil ſe eſt prius, uel poſterius, latet autem quoſdam, & non uidentur hoc facere, quia neque eodem nomine diffiniti utuntur. Nam ſic aſsignatorum malitia facile deprehenditur, ceu ſi quis diffiniens rationem aſsignaret uocem ſignificatiuam, cuius partes ſunt rationis partes, nihil uero intereſt ad aſsignandum perperam rationem ſimul uti eodem ad diffinitionem, ſi quis non idem nomen poſuerit, ſed aliud quippiam æquale ei eſſe poſsibile, ut exemplum quod ponit, ut ſi quis diceret, ſol eſt aſtrum illuminans diem. Nam cum dicat diẽ ſolem dixit, quare dixit ſol eſt aſtrũ ſol. Oportet igitur ad deprehendendam talem malitiam mutare diffinitionem pro nomine, ceu pro hoc dicere diem, dicere diffinitionem diei, nam eum qui ſi lateret poneret diffinitum in diffinitione ut ratio eius deprehendemus quod diffinitum accepit in diffinitione, ceu quia dies eſt quando ſol fertur ſuper terram, uidelicet lationem ſolis, dicẽdo diem ſolem dixit. quare diem accipiens in diffinitione ſolis, & dicendo ſol eſt aſtrum illuminans diem, ſole utebatur in diffinitione eius.

Rurſum ſi eo, quod e diuerſo diuiditur, id, quod e diuerſo diuiditur, definiuit: Vt impar eſt, quod unitate maius eſt pari. Simul enim natura ſunt, quæ ſub eodem genere e diuerſo diuiduntur. Impar autem & par e diuerſo diuiduntur. Nam ambo numeri differentiæ ſunt.

Tertium locum aſsignat oſtenſiuum eius, quod non diffinitur per priora, ſiquis id quod eſt contradiuiſum diffiniret per contradiuiſum, nam ſimul natura ſunt contradiuiſa inter ſe.

Similiter autem, & ſi per inferiora, ſuperiora definiuit. Vt parem numerum, qui bipartite ſecatur: aut bonum, habitum uirtutis. Nam & bipartite ſumptum eſt a duobus, quæ paria ſunt, & uirtus bonum quoddam eſt. Quare inferiora hæc, quam illa ſunt. Eſt autem neceſſe eum, qui inferioribus utitur, & illis uti. Qui enim uirtute utitur, & bono utitur. eo quod bonum quoddam uirtus eſt. Similiter autem, & qui bipartite utitur & pari utitur. eo quod in duo ſecari ſignificat bipartite ſecari. Duo autem paria ſunt. Generatim igitur dicendo unus eſt locus, non per priora, et notiora feciſſe orationem. partes autem eius, quæ dictæ ſunt.

Videtur hunc locum addere oſtenſiuum eius, quod non ex prioribus, de quibus alterum trium prædixit, nam neque ex oppoſitis, neque ex eiſdem diffinitio, neque ex contradiuiſis ſub uniuerſali. Oſtendit igitur quod definitum aliquod non per priora, ſed per aliquid eorum ſub communi, nam hoc eſt ſi per inferiora ſuperiora diffinita fuerit, non erit tunc aſsignata diffinitio propoſiti. Et erit hic locus euidentiſsimus eorum, qui ſunt ex diffinientibus non per priora, ceu ſi quis propoſitum ſic diffiniens, quia inferius poſterius eſt eo, cuius eſt inferius. Eſt autem neceſſarium ei, qui utitur inferiori, & eodem uti. Erat autem ſecundus locus dictus ab ipſo oſtenſiuus, quod non per priora eſt diffinitio per idem, & ſeipſum ad quem uidetur reducere, & hunc diffinientem ſuperiora per inferiora. Ideo etiam tres dixit eſſe locos non per priora, ſed non quatuor ſunt. Hoc igitur maxime modo diceret aliquis ſi eius diffinitio per idem, neq; ſeipſum, & non proprium ſit, tamen quatuor maxime ſunt, & non tres.

Secundus autem, ſi in genere exiſtentis rei, non ponitur in genere. Nam in omnibus tale peccatum eſt, in quibus non proponitur in oratione ipſum quid eſt. Vt ſi corporis definitio, hoc quod eſt habere tres dimenſiones, aut ſi quis hominem definierit, quoniam ſcit numerare. Non enim dictum eſt ipſum quid exiſtens tres habet dimenſiones, aut ipſum quid exiſtens, ſcit numerare. Genus autem uult ipſum quid eſt ſignificare, & primum ſupponitur eorum, quæ in definitione dicuntur.

Cum aſsignaret ut unum tres locos, qui oſtẽdit quod non diffinit, quia non per priora, & notiora, hunc ſecundum locum aſsignat oſtenſiuum, quod non definitur aliquid habens genus, niſi aſſumat in diffinitione genus ipſius, occulte autem dixit hoc. { Si in genere exiſtentis rei } cum dicere debeat ſi res eſt ſub genere, nam ſunt quædam, quorum non eſt genus ut generaliſsima. Oportet igitur genus, quia quid eſt ſignificat primum ſupponere eorum, quæ ſunt in diffinitione, nam per genus prius figuramus naturam, & per differentiam tanquam complemus, & perfecte deſcribimus. Nam primo dicendum eſt quid eſt, & ſic quale quid eſt, nam ex ambobus unicuique quod quid erat eſſe. Dixit autem ſupponitur, quia non ſecundum demonſtrationem accipitur. Eſt autem ſuppoſitio contradiuiſa diffinitioni, & poſitio communis ipſis.

Inſuper ſi cum dicatur ad plura id, quod definitur, non ad omnia aſsignauit: Vt ſi grammaticen ſcientiam ſcribendi, quod profertur. Nam indiget & quoniam legendi, nihilo enim magis ſcribendi, quam legendi aſsignat, qui definit. Quare non alius, ſed qui utraque hæc dicit, eo quod plures non contingit eiuſdem definitiones eſſe. In quibuſdam enim ſecundum ueritatem ſe habet, ut dictum eſt, in quibuſdam uero non. Vt in quibuſcunque non per ſe dicitur ad utrunque, ut medicinalem ſcientiam ſanitatem, & ægritudinem efficiendi. Nam ad illam quidem per ſe dicitur, ad hanc autem per accidens. Simpliciter enim alienum a medicinali eſt, ægritudinem efficere. Quare nihil magis definiuit qui ad utrunque aſsignauit, quam qui ad alterum. Verum fortaſſe, & deterius. eo quod & reliquorum quilibet poteſt ægritudinem efficere. Inſuper ſi non ad melius, ſed ad peius, cum ſint plura, ad quæ dicitur, quod definitur. Nam omnis diſciplina & poteſtas optimi uidetur eſſe.

Quia quædam ſunt ad aliquid unum; quæ dicuntur eſſe unius uelut effectrix potentia, habitus, habitudo, & quædam ad plura, ut duplum ad unum dicitur, huius enim dimidii unitas eſt, & grammatica eſt de numero eorum quæ dicuntur ad plura. Etenim eſt ſcribendi & dicendi peritia ac legendi, & non magis unum, quam aliud. Vnde ſi quis diffiniens qđ dicitur ad plura nõ ad omnia

aſsignaret ipſum, certe non diffinitum eſſet tale,equidem quando ad plura ſimiliter haberet eſſe aliquid per ſe, & ad omnia non definit qui aſsignat ad aliquid, & non ad omnia,unde ſi aliquid ad plura diceretur,& non proprie ad omnia, neq; per ſe,ſed ad aliquid per ſe,& ad aliquid per accidens.inquit non magis amplius in his diffinire aſsignantem ad ambo diffinitionem eius quod eſt per ſe, ſed etiam minus,nam ſæpe & alienum eſt a prędicto illo ad quod dicitur per accidens. Non .n. in ſubſtantia uniuſcuiuſq; per accidens ineſt ipſi,ſed oportet ut ſubſtantiam ſubiecti diffinitio ſignificet, quia plures eiuſdem diffinitiones eſſe nō contingit.Nam una ſubſtātia eſt uniuſcuiuſq;, cuius diffinitio eſt indicatiua. Inquit igitur in quibuſdam uerum eſſe diffinitionem aſsignare ad omnia ad quæ dicitur diffinitum, ſed in aliquibus nullo pacto. Nam ſi ad plura dicitur, quorum aliud melius eſt,& aliud peius,qui nō ad melius ipſius ſolum,ſed etiam ad peius aſsignationem facit,non diffinuit, nam omnis ſcientia, & potentia eſt melioris,& ipſum eſſe illorum in hoc conſiſtit.

Rurſum ſi non poſitum eſt in proprio genere, quod dictum eſt, conſiderandum ex his(quæ ad genera ſunt)elementis,ut prius dictum eſt. Præterea ſi tranſcendens dicit genera,ut qui iuſtitiam æqualitatis habitum effectiuum,uel diſtributiuum æqui. nam tranſcendit (qui ſi definit) uirtutem. Relinquens igitur iuſtitiæ genus,non dicit quod quid erat eſſe. Nam ſubſtantia unicuique cum genere eſt. Eſt autem hoc idem ei, quod eſt non in proximo genere ponere.Qui enim in proximo poſuit,omnia ſuperiora dixit,eo quodomnia ſuperiora dixit,eo quod omnia ſuperiora genera de inferioribus prædicantur.Quare aut in proximo genere ponendum, aut omne differentias ſuperiori generi addendum, per quas definitur proximum genus. Sic enim erit nihil prætermiſſum, ſed pro nomine in oratione dictum erit inferius genus. Qui uero ipſum ſuperius genus dicit, non dicit & inferius genus. Quoniam qui plantam dicit, non dicit arborem.

Item ſi non ponitur in proprio genere, quod dictum eſt, ſed in alio, nam non definit uirtutem, qui genus eius aſsignat ſubſtantiam in ratione,ſed quomodo poſsimus cognoſcere, an aſsignatum genus in ratione ſit propriū eemitteret nos ad locos aſsignatos ad genus,nam in illis de hoc tractauit,iam etiam hoc a principio huius libri dixit.Elementa autem dixit locos,quia hi elementa,& principia,atque occaſiones argumentorum ſecundum unumquodque genus problematum ſunt.Cum ergo dicat eos qui non ponunt additum in proprio genere non diffinire dicit,neque eos diffinire qui non ponunt in proximo genere diffinitum,ſed ſupergredientes cōmunius accipiunt. Nam dixit traſcendere eſſe hoc ſcilicet nō ponere in propinquiſsimo genere, ſecundum aliquid igitur peccant ſic facientes, & quomodo fiat peccatum,& quomodo non dicit, nam proximum propoſiti genus aſsignans , habet etiam ea quæ ſub ipſo,ſiquidem ſuperiora ſint in his quæ ſub ipſis , nam dicens uirtutem etiam habitum dixit, ſed accipiens ſuperius non amplius in hoc dicit, & inferius, quare relinqueret aliquid eorum quæ ſunt in ſubſtantia, & complent eſſe,ſed qui aliquid horum omittit non definit propoſitum. Ideo inquit oportere diffinientē,uel proximus genere accipere diffiniti, uel tranſcendentem accipere differentias ſuperiorum , quibus diuiditur proxime poſitum genus ex contradiuiſis ipſi ex aſſumpto genere. Nam ſic nil amplius erit excedens, & relinquens,ſed pro nomine proximi generis diffinitionē eius accipiens erit. Si ergo ſi aſsignauerit aliquis non peccat,quod ſi ponens ſuppoſitum genus non amplius adderet differentias proximas in ſubſtantia generis ipſi propoſito, ſed ſolas accipit differentias quibus propoſitum a proximo genere ſeparatum eſt, eo quod omittit proprium propoſiti generis non definit propoſitum, non enim definit qui dicit hominem ſubſtantiam animatam pedeſtrem bipedem , neque qui dicit album qualitatem diſgregatiuā uiſus. Adiecit autem. {Eſt autem hoc idem ei,quod eſt non in proximo genere ponere}reuocans nos ad memoriam loci qui eſt inter locos ad problemata generibus poſitus.

Rurſum in differentijs ſimiliter conſiderandum , & ſi differentias dixit generis . Si enim rei non ſpecificis definiuit differentijs , aut ſi etiam omnino aliquid huiuſmodi dixit, quod nullius contingit differentiam eſſe (ut animal, aut ſubſtantiam) manifeſtum,quoniam non definiuit . Nullius enim differentiæ , quæ diuiſa ſunt . Videndum autem,& ſi eſt aliquid , quod e diuerſo diuiditur dictæ differentiæ.Si enim non eſt,perſpicuum, quoniam non erit,quæ dicta eſt generis differentia . Quippe cum omne genus his (quæ e diuerſo diuiditur) differentijs diuidatur, ut animal,greſsibili, & uolatili, & aquatili bipedi .

Nunc oſtendit,& peccata diffinitionū ob differentias , & primo inquit uidendo eſſe , ſi definies aliquis proprias generis in quo eſt diffinitum differentias ſuſcipiat, nam ſi hoc non facit non diffinit propoſitum,uel ſi talis fuerit ut differentia accepta,quæ non contingit differentia eſſe , ut animal , uel ſi non eſt aliquid diuiſum cōtra illam dictam differentiam. Nam ſi non eſt,non erit dicta generis differentia quo completa eſt, nam omne genus diuiditur differentiis contradiuiſis , uel ſi eſt contradiuiſa differentia , non ineſt autem aſsignatum ſub genere , neque hoc diuidens , patet quod neque erit generis differentia,uel ſi habet poſitum ut differentiam contradiuiſum aliquid , uel etiam ſecundum ambo uerificatum ſecundum genus, & ens aliquid in ipſo, ſi talis profecto erit ut compoſita generi non efficiat ſpeciem , patet quod non ſunt ſpecificæ differētiæ. Dixit,ſed uerificantur de proprio genere,quia in eodem ſunt, & prædicantur de ipſo ſimul accepto.nā animal,uel rationale,uel irrationale.uel dixit differētiam uerificari de genere,quia de aliquo eius prędicatur.Item uidendum eſt , ſi eſt contradiuiſum aliquid dictæ differentiæ,ſic qui dicit animam motum ſubſtantialem reprehenderetur, ſed ſubſtantiale non eſt differentia contradiuiſa ſecundum quam ipſe motus diuiditur, quocirca qui ſic aſsignat , uelut non aſsignans propriam differentiam eſt .

Aut ſi eſt quidem e diuerſo diuiſa differentia, non uerificatur autem de genere:ſi enim non,perſpicuum quoniam neutra erit generis differentia. Omnes enim quæ e diuerſo diuiduntur differentiæ , uerificantur de proprio genere .

Vt ſi hominē aliquis diffiniret animal continuum,nam eſt continuo contradiuiſum diſcretum , ſed neutrum horum eſt animalis differentia .

Similiter autem & ſi uerificatur quidem , at non facit appoſita generi , ſpeciem . Nam perſpicuum , quoniam non erit hæc ſpecifica differentia generis, quippe cum omnis ſpecifica differentia cum genere ſpeciem faciat . Si autem hæc non eſt differentia , nec quæ dicta eſt,quia hæc e diuerſo diuiditur .

Vt ſi hominem aliquis diffiniat habere naſum curuū , nam diuiditur curuum contra ſimum, ſed curuum compoſitum animal ſpeciem non facit .

Inſuper ſi negatione diuidat genus , ut qui lineam definiunt eſſe longitudinem ſine latitudine.Nihil enim aliud ſignificat ſine latitudine , quam quoniam non habet latitudinem . Accidet igitur genus participare ſpeciem, omnis enim longitudo ſine latitudine,aut latitudinē habens eſt,quia de quolibet uel affirmatio,uel negatio uera ſit.Quare genus lineæ(cum longitudo ſit) ſine latitudine , aut latitudinem habens erit .

At

At longitudo ſine latitudine ſpeciei eſt ratio. Similiter autem & longitudo latitudinem habens. Sine latitudine enim, & latitudinem habens, differentiæ ſunt. Ex differentia autem & genere eſt ſpeciei oratio, quare genus ſuſcipiet ſpeciei rationem. Similiter autem, & differentiæ eo quod altera dictarum differentiarum ex neceſsitate prædicatur de genere.

Neq; qui negatione diuidunt genus ideſt qui ponunt diffinitione negationem ut differentiam propoſiti generis accipiunt hi definiunt (inquit) ceu qui aſsignat diffinitionem lineæ longitudinem ſine latitudine. Nam ſine latitudine æquale eſt huic negationi, non habens latitudinem, quomodo accipiunt ſic diffinientes, hoc autem inquit non bene fieri, nam accidit ſecundum diuidentes ſic genus participare ſpecie ideſt genus ſuſcipere diffinitionem ſpeciei, quod eſt abſurdum. Nam nec ſpecies, nec differentia de genere prædicatur, ſed econuerſo genus de his, nam has in minus cum ſint ipſum ſequitur. Item oſtēdit quomodo ſecundum ſic facientes genus recipiet rationem ſpeciei, quia opus erit de ſolo genere, uel affirmationem, uel negationem uerificari, quia igitur de longitudine, quod quidem ut genus accepit lineæ, uel latitudinem habere, uel non habere uerificatur, uerificatur autē & de lōgitudine, longitudo non habens latitudinem, ſed hoc diffinitio lineæ eſt, uel eſt ſpecies longitudinis, igitur genus ſpeciei recipiet rationem, & non ſolum genus participabit ſpecie, ſecundum diuiſionem dictam, ſed etiam differentiæ, ſed hoc abſurdum eſt, nam ſi differentia longitudinis eſt habere latitudinem, & non habere latitudinem, neceſſe eſt ut alterum horum ſit uerum de longitudine. Nam contradictio erit, & altera differentiarum longitudinis uerificabitur de diuiſo a genere, quod erat longitudo. Eſt autem hic locus totus ſophiſticus. Non enim contradiuiſe differentiæ longitudinis ſine latitudine, & latitudinem habens de genere, uidelicet longitudine prædicantur. Nam tunc prædicarentur, ſiquidem eſſet conſtitutiuæ longitudinis, & non diuiſiuæ, & incidunt in cōtradictionem ſic dictam, & ex hoc patet rationale & irrationale eſſe differentias contradiuiſas animalis, & de animali non dicuntur, ſed cum animali de homine & animalibus irrationalibus, ſic etiam in præſenti ſe habet. Nam diuiditur longitudo in id quod habet latitudinem, & id quod eſt ſine latitudine, ſed utrunq; horum cum longitudine non de longitudine dicitur, ſed id ſine latitudine aſſumens longitudinem ut genus de linea prædicatur, & latitudinem habens rurſus cum longitudine de ſuperficie.

Eſt autem dictus locus utilis ad eos, qui ponunt ideas eſſe. Si enim non eſt ipſa longitudo, quodam modo prædicabitur de genere, quoniam latitudinem habet, aut ſine latitudine eſt. Oportet enim de omni longitudine alterum eorum uerificari, ſiquidem de genere uerificari oporteat. hoc autem non accidit. Sunt enim & ſine latitudine, & latitudinem habentes longitudines. Quare ad illos ſolos utilis hic locus, quicunque genus unum numero dicunt eſſe. Hoc autem faciunt, qui ideas ponunt, quoniam ipſam longitudinem & ipſum animal genus dicunt eſſe. Fortaſſe autem in quibuſdam etiam neceſſarium eſt negatione uti definientem, ut in priuationibus. Cæcum enim eſt, quod non habet uiſum, quando aptum eſt habere.

Cum oſtēdiſſet ponentes ideas eſſe, per ſuperiora quæ uidētur abſurda ſequi diuidentes negationes genus, poſt hæc in quibus poſſunt dici dicta dicit, & ad quæ utilis eſt dictus locus, nam quia genus de pluribus prædicatur, & eſt nomen uniuerſale & non indiuiduum, ſed contradictio in uniuerſalibus nominibus cum determinatione facta omne animal rationale, & non omne animal rationale, omnis linea latitudinem habet, & omnis linea non latitudinem habet, & eſt in generibus negatio accepta, differentiæ uera cum determinatione facta hæc nō omne animal rationale nullum abſurdum ab his accidit, ſi ſic diceretur longitudo ſine latitudine, & longitudine habens latitudinem non addito hoc eſſe. Non enim hoc eſt contradictio, quia non neceſſe horum alterum eſſe: inquit igitur in illis congruere locum ad conſtructionē, quia genus unum aliquid numero dicunt. Hi autem ſunt qui genera ideas eſſe dicunt, nam unum aliquid numero eſt idea, ceu ipſummet animal, igitur ponentes ideas dicunt ſi ipſummet animal unum aliquid eſt nunc non ſuſcipit determinationē hanc omnis, uel hanc non omnis, ſed in ipſo uno exiſtente numero rationale & irrationale prædicabitur. Similiter etiam ſi eadem longitudo eſt unum aliquid numero uerum in ipſo erit, & latitudinem habere uel non habere, quare merito in diffinitione additur longitudo ſine latitudine. In quibuſdam autem inquit neceſſarium eſſe ut negatione utetur qui diffinit ut in diffinitionibus quæ ſunt priuationum, ut cæcum eſt non habens uiſum quod aptum eſt habere & in alijs ſimiliter, & hoc uerîſimile eſt. Neq; enim genus aliquod accipimus in ipſis, ſed in quibus genus acceptum eſt in his ſane abſurdum eſt negatione uti, nam negatio neq; eſſe aliquid ſignificat, neq; diffinit, nec deſcribit ea quæ ſunt ſub genere, nec aliquid ponit, ſed per ſe dicta non magis de ente quam de non ente uerificatur.

Differt autem nihil negatione diuidere genus, aut huiuſmodi affirmatione, quatenus negatione neceſſe eſt e diuerſo diuidi, ut ſi longitudinem habentem latitudinem definiuit. Nā habenti latitudinem e diuerſo diuiditur non habens latitudinem, neque aliud quicquam. Quare rurſum negatione diuiditur genus.

Nihil intereſt ſi diuidatur genus a negatione, ut quando dicimus longitudo diuiditur in habens latitudinem & in id quod eſt ſine latitudine, uel animal in rationale & irrationale, uel tali affirmatione qua ſimul intelligi pōt, & contradiuiſa huic negatio, ut ſi quis diffiniat longitudinem habens latitudinem, nam quod cum hoc ſimul intelligitur etiam id quod non eſt habens latitudinem tanquā ſit contradiuiſum illi, uel rurſus quando dicimus colorē diſgregatiuum uiſus ſimul intelligimus & non diſgregatiuum uiſus, ſed non in omnibus hoc ſeruatur. Nam ſi aliquis diceret quod uiſus eſt inſtrumentum uiſus non ſtatim ſimul intelligit quid ſit contradiuiſum huic, nam neq; habet, & alia plurima talia ſunt.

Rurſum ſi ſpeciem, ut differentiam aſsignauit, ut qui conuicium, iniuriam cum irriſione definierunt. nam irriſio iniuria quædam eſt. Quare non differentia, ſed ſpecies eſt irriſio. Inſuper ſi genus differentiam dixit, ut uirtutem, habitum bonum, uel ſtudioſum, bonum enim genus uirtutis eſt. An nō genus eſt bonum, ſed differentia. Si quidem uerum eſt, quod non contingat idem in duobus generibus eſſe, non continentibus ſeinuicem, (nam neque bonum continet habitum, neque habitus bonum. Non enim omnis habitus eſt bonum, neque omne bonum eſt habitus) non erunt profecto genera ambo. Si igitur habitus genus eſt uirtutis, perſpicuum bonum non genus, ſed magis differentiam eſſe. Præterea habitus quidem quid eſt uirtus ſignificat, bonum autem, non quid eſt, ſed quale quid eſt. uidetur autē differentia quale quid ſignificare.

Ideſt ceu ſi quis uocem diffiniret aerem percuſſum, nā genus uocis eſt percuſsio, ſed non differentia, & ſimitatis genus cauitas ideo non diffinit diffiniens dicendo naſum cauum ſimitatem, nam cauitas eſt in naſo. Nam differentia ſpecifica ſimitas eſt ſimum in naſo, & lutum eſt conſtrictio compactioq;, ſed non differentia. Item ſimitatis genus eſt cauitas. Item ſi genus ut differentiā dixit, uirtutis genus eſſe inquit bonum uel ſtudioſum habitum, quo circa bonum quod ut differētiam habitus accepit genus magis eſt, & nō differentia. Deinde corrigens ſe forte inquit.

de hoc exemplo non uidetur bonum genus eſſe, ſed differentia. Nam ſi bonum genus eſt uirtutis, eſt autem & habitus ex confeſſo cõtingit ut una & eadem ſpecies ſub duobus generibus nõ ſubalternis reducatur, nunc autem neq; habitus continget bonum, neque bonum habitum. Neq; omnis habitus bonum, neq; omne bonum habitus, quare non erunt genera uirtutis ambo habitus & bonũ, ſed ſi etiam nõ continet alterum alterum, tamen ſub uno & eodem genere ſcilicet qualitate reducuntur, ſunt igitur magis talis exempli quæ ſupra a nobis poſita ſunt conſtituentia locum, & oſtendentia uere ſe habere.

Videndum autem, & ſi non quale quid, ſed ipſum quid ſignificat aſſignata differentia. Videtur enim omnis differentia quale quid ſignificare.

Inquit uidendum eſſe & ſi aſſignata differentia non quale quid ſignificet, ſed hoc aliquid, & in quid eſt prædicatum, non enim eſſet differentia,

Conſiderandum autem, & ſi ſecundum accidens ineſt definito differentia nam nulla differentia eſt eorum, quæ ſecundum accidens inſunt, ſicuti neque genus. non enim contingit differentiam ineſſe alicui, & non ineſſe. Inſuper ſi prædicatur de genere differentia, uel ſpecies, uel aliquod inferiorum ſpeciei, non erit definiens. Nullam enim eorum, quæ dicta ſunt, contingit de genere prædicari, eo quod genus de quamplurimis omnium dicitur. Rurſum ſi prædicatur genus de differentia. Non enim de differentia, ſed de quibus differentia genus uidetur prædicari, ut animal de homine, & boue, & de alijs greſſibilibus animalibus, non autem de ea differentia, quæ de ſpecie dicitur. Si enim de unaquaque differentiarum animal prædicabitur, multa animalia de ſpecie prædicabuntur, quippe cum differentiæ de ſpecie prædicentur.

Hic locus communior eſt prædictis duobus, nam ſpecies & genus hoc aliquid ſignificat, ſed nullum quid horum in ſubſtantia poteſt eſſe accidens, nam accidens poteſt ineſſe & non ineſſe cui accidit, ſed ꝙ eſt in ſubſtantia alicuius inſeparabile eſt ab ipſo, ſi ergo aliquis diffiniens aliquid aſſumpſit pro differentia aliquod accidens diffinito non definitum eſt hoc. { Inſuper ſi prædicatur genus de differentia } inquit tales differentias acceptas non eſſe ſumendas in diffinitionibus ut genus de ipſis prædicetur, ſed de quibus differentia ideſt de ſpeciebus atomis. nam in quæ diuiſio generum fit de his etiam genera prædicantur, ſed genera non diuiduntur in differentias, ſed per differentias, ut igitur in alijs diuiſis diuidens non eſt ꝙ eſt diuiſum. Nam neq; ſuperficies diuiditur ſuperficie, neque linea diuiditur linea, ſic neq; in differentiis ſecundum quas diuiditur genus, nam ſi genus fuerit de unaquaq; differentia prædicatum, ut animal de pedeſtri & bipede, quia de quo prædicatur animal in quid eſt illud eſt animal, erit etiam pedeſtre animal ipſe animal & bipes rurſus animal, ſi ergo homo animal pedeſtre bipes ſæpe de ipſo animal prædicaretur & plura animalia homo erit, ꝙ eſt abſurdum,

Inſuper differentiæ omnes, aut ſpecies, aut indiuidua erunt, ſiquidem ſunt animalia: nam unumquodq; animalium, aut ſpecies, aut indiuiduum eſt.

Secundum autem quod etiam unaquæq; differentia, uel erit ſpecies, uel indiuiduum, quia omne ꝙ eſt ſub genere uel ſpecies eſt, uel indiuiduum. Nam in hæc generũ diuiſio fit, & eſſe generum nihil eſt proxime quidem in ſpeciebus, ſecundo autem in atomis indiuiduiſq;, in his uidetur corrigere dictum in prædicamentis ꝙ diuerſorũ generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ, uel etiam ibi diuideretur hoc additione ſpeciei, uel in prædicamentis diuerſa genera dicit, quę ſub alio & alio generaliſſimo rediguntur, quia diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum, neq; ambæ ſub eodem genere rerum diuerſæ ſpecie differentiæ ſunt. Inquit igitur cõſiderandum eſſe ſi aliqua differentia alicuius aſſignatorum in diffinitione & deterius generis differentia eſt, ꝙ neque continet id cuius accepta eſt differentia, neq; continetur ab ipſo ambæ ſub eodem ſunt genere. Nam ſi eſſet quædam talis aſſumpta differentia, nõ erit diſpoſitio propoſiti aſſignata ratio, neque propoſiti generis erit differentia, nam ſi erit, accidet etiam eadem ſpecies in duobus generibus eſſe non ſeſe uiciſſim continentibus, nam unaquæq; differentia proprium genus ſpeciebus de quibus ipſum ſumitur in diffinitione, quare de quo differentia & utrunque generum. Patet igitur quod ſpecies in duobus generibus non ſeſe continentibus inuicem quando cum alterius generis fuerit, ut alterius cuiuſdam ſumeretur. Nam eadem fieret duorum generum huius quidem, quia aſſumitur cum non ſit eius et alterius, quia proprie illud diuidit, ceu ſi quis animal definiret ſubſtantiam contemplatiuam. Nam cõtemplatiuum eſt quidem ſcientiæ differentia, ſed aſſumptum eſt ſubſtantiæ, & ſunt ambarum diuerſa genera non ſubalterna, ſic igitur erit animal ſubſtantia, & ſcientia, quia differentia proprium genus una introducit cum eo de quo in diffinitione aſſumitur, proinde dicit. Inſuper differentiæ omnes, aut ſpecies, aut indiuidua ſi quidem genera de differentiis prædicantur, ſed genera de ſpeciebus, & indiuiduis prædicentur, differentiæ igitur, aut ſunt ſpecies, aut indiuidua, ut ſi animal de differentiis ipſius prædicatur. Prædicatur autem & de ſpeciebus ſub ipſo & indiuiduis, differentia animalis, itaque rationale ſcilicet & irrationale uel ſpecies erunt, ideſt ſpecialiſſimæ, uel indiuidua, nam cum animal de unaquaque ſpecie ſua prædicetur, unaquæque ſpecies eſt animal & dicitur, ſic etiam ſi prædicatur de differentiis eius unaquæque differentia eius erit animal, & unumquodq; animal, uel ſpecies eſt, uel indiuiduum.

Similiter autem inſpiciendum & ſi ſpecies, aut inferiorum ſpeciei aliquod de differentia prædicatur. Impoſſibile enim, eo quod de pluribus differentia quàm ſpecies dicitur. Præterea accidet differentiam ſpeciem eſſe, ſi quidem prædicabitur de ea aliqua ſpecierum. Nam ſi de differentia prædicabitur homo, manifeſtum, quoniam differentia eſt homo. Rurſum ſi non prior eſt differentia ſpecie. Nam genere quidem poſterior eſt. Specie autem priorem differentiam eſſe oportet. Conſiderandum autem, & ſi alterius generis eſt dicta differentia, neque contenti, neque continentis. nam non uidetur eadem differentia duorum generum eſſe non continentium ſeinuicem. Si autem non, accidet & ſpeciem eandem in duobus generibus eſſe non continentibus ſeinuicem. Infert enim unaquæque differentiarum proprium genus, ut greſſibile & bipes, animal coinferunt. quare ſi de quo differentia & generum utrunque, manifeſtum utique quoniam ſpecies in duobus erit generibus non continentibus ſeinuicem.

Similiter inquit, cõſiderandum & ſi ſpecies, uel aliquid eorum ſub ſpecie de differentia prædicatum, ut ſi quis de immortali animam cum ſit ſpecies prædicatum faceret; aut ſi quis ſimiliter Socratem de rationali cum ſit indiuiduum. Nam indiuidua ſunt inferiora ſpeciebus, ſed hoc impoſſibile eſt (inquit) quia differẽtia in plus eſſe dicitur, cuius contrarium diffiniens fecit cum ponat in plus ſpecies quam indiuidua differentiæ.

An non impoſſibile eandem differentiam duorum generum eſſe non continentium ſeinuicem, ſed addendum, neque utroque ſub eodem exiſtente. nam greſſibile animal, & uolatile animal genera ſunt non continentia ſeinuicem. Et utriuſque eorum eſt bipes differentia. Quare addendum eſt, neque ſub eodem utroque exiſtente. Hæc enim ambo ſub animali

ſunt,

ſunt. Manifeſtum etiam, quoniam non neceſſe eſt differẽtiam omnem proprium genus inferre. Eo quod contingit eandem duorum generum eſſe, non continentium ſeinuicem, ſed alterum tantum neceſſe eſt inferre, & eo ſuperiora omnia. Vt bipes, greſſibile, uel uolatile animal.

Hoc correctiuum eſt loci dicentis, quod omnis differentia proprium infert genus, non enim neceſſe eſt inquit ſimul inferre proprium genus. nam in quibus eadẽ eſt differentia duorum generum non ſubalternatim poſitorum non neceſſe eſt ſimul inferre in diffinitione & ambo genera, ſed alterum ſolum & ſuperiora huius. Nam bipes in hominis diffinitione non infert ambo genera uolatile & pedeſtre, ſed pedeſtre ſolum, & illud ſuper hoc in quibus ambobus animal eſt.

Videndum aũt & ſi in aliquo differentiam aſſignauit ſubſtantiæ. Nam non uidetur differre ſubſtantia a ſubſtantia in eo quod alicubi eſt. Quare & eos, qui greſſibili, & aquatili diuidunt animal, increpant, tanquam greſſibile & aquatile alicubi ſignificet. An in his quidem non recte increpant, non enim in aliquo neque alicubi ſignificat aquatile, & terreſtre, ſed quale quid, etenim ſi in ſicco fuerit, pari ratione aquatile, Similiter autem & terreſtre, & ſi in humido fuerit, pari ratione terreſtre, ſed non aquatile erit. Attamen ſi quandoque ſignificet in aliquo differentia, manifeſtum, quoniam peccabit.

Quia alicubi eſſe & in aliquo loco non eſt ſubſtantia alicuius quod quid erat eſſe ſignificans & diffinitio, quod quid erat eſſe ſignificat, inquit uidendum eſſe ſiquis diffiniens aliquam ſubſtantiam accipit differentiam in diffinitione hoc alicubi eſſe ſignificãtem. Nam unum in aliquo multipliciter cum dicatur nunc de hoc in loco eſſe dicit, nam qui ſic accipit (inquit) peccat, & quidam utentes loco deſtruunt oſtendentes quod marinum terrenum non ſunt differentiæ animalis, nã ſignificant in loco eſſe, quos oſtendit peccare, & inquit quod, aquatile & terrenum nõ ab alicubi, uidelicet ab hoc in loco eſſe ſic dicuntur, ſed ab eo quod eſt in potentia. Nam quadam poſitione talis, nam aliquod quale ſignificant, merito autem & illud (ſubſtantiæ) adiecit. nam ſubſtantiæ differentia non poteſt eſſe hoc alicubi, tamen exiſtentium alicubi neceſſarium eſt etiam ut diffinitio habeat aliquam differentiam indicatiuam alicubi, ut aquatile & terrenum, non uelut nunc ſint in loco in quo ſunt & modo non ſint, ſed ſemper ſint, quia enĩ quando accidit locos ipſa mutare differentias, nõ mutant. Non. n. homo natans dicitur aqueus, ſed terrenus, ſimiliter & quæcunque aquea qua ad terrã proficiſcuntur non dicuntur terrena, ſed aquea.

Rurſum ſi affectum differentiam aſſignauit. nam omnis affectus, cum magis ſit, detrahit a ſubſtantia. Differentia autem non talis eſt. Differentia enim magis uidetur ſeruare id cuius eſt differentia. Etiam ſimpliciter impoſſibile eſt unumquodque eſſe ſine propria differentia. Greſſibili enim non exiſtente, non erit homo. Etiam (ut ſimpliciter dicam) ſecundum quæcunq; alteratur habens, nihil eorum eſt illius differentia. Omnia enim huiuſmodi, cum magis fiunt, detrahunt a ſubſtantia. Quare ſi aliquam huiuſmodi differentiam quiſpiam aſſignauit, peccauit. Simpliciter enim non alteramur ſecundum differentias.

Vt ſi quis diceret homo eſt animal calidũ aut frigidũ; planum eſt quod calefieri, & infrigidari cum ſint paſſiones differentiam ſubſtantialem efficiunt, ſed hæc omnia cum ſint paſſiones accipiunt intenſionem, & egreditur animal a ſubſtantia, quare calidum & frigidum recipientia intenſionem in animali corrumpitur animal, & ſubſtantialis differentia conſeruatrix magis debet eſſe ſubſtantiæ, & non corruptiua. Nam uniuerſaliter impoſſibile eſt eſſe unumquodque ens ſine propria differentia ut homo nequit eſſe ſine rationali, & equus ſine irrationali. Et uniuerſaliter dicit ſecundum quaſcunq; paſſiones quibus alteratur ſpecies quæ habet hæc quæ ſunt calidum & frigidum, uel album & nigrum ut talia nihil horũ erit differentia, nam calidum intenſum corrumpit tactum & animal, nam ſine tactu eſt impoſſibile ut ſit animal, & album & ualde lucidum ſuper excedit uim uidendi, & corrumpit uiſum, & alia ſimiliter.

Et ſi alicuius eorum, quæ ſunt ad aliquid, non ad aliud differentiam aſſignauit. nam eorum, quæ ſunt ad aliquid, & differentiæ ſunt ad aliquid. Vt & in ſcientia, contemplatiua enim, & actiua, & factiua dicitur: unumquodque autem horum ad aliquid ſignificat. Contemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & factiua alicuius. Conſiderandum autem & ſi non ad quod natum eſt unumquodque eorum, quæ ſunt ad aliquid, aſſignauit definiens, nam in quibuſdam quidem, ad quod natum eſt unumquodque eorum quæ ſunt ad aliquid ſolum eſt uti, ad aliud autem nihil. in quibuſdam autem, & ad aliquid aliud. Vt uiſu quidem ad uidendum ſolum. Stelengidi autem, hoc eſt labro, ſi hauriat aliquis. Attamen ſi aliquis diffinit labrum, inſtrumentum ad hauriendum, peccauit. Non enim ad hoc natum eſt, terminus autem huius, ad quod natum eſt, illud eſt ad quod utique utitur eo prudens, quatenus prudens, & diſciplina, quæ circa unumquodque propria eſt. Inſuper ſi non primum aſſignauit, quando contingit ad plura dictum eſſe, ut prudentiam uirtutem hominis, aut animæ, & non rationalis. primum enim rationalis uirtus, prudentia, ſecundum hoc, & anima & homo dicitur prudens.

Adhuc inquit generum ad aliquid & differentias eſſe ad aliquid oportet. nam quia eorum ad aliquid, alia ſunt ad unum ſolum aliquid, & non ſi quis ipſis uteretur ad aliud, uel ad quod natum eſt unumquodque ut uiſu ſolum uidere, & quædam ad aliud quid, ad quod non eſt aptum aliquis uteretur, porro ſi quis uteretur, ſtelengide labroque non ad poliendum, ſed etiam ad hauriendum aquam, inquit (oportet) in aſſignatione eorum quæ ſunt ad aliquid non ſolum conſeruare differentias, ut etiam eadem ſint ad aliquid, ſed etiam ſi ad quod nata ſunt aſſignantur. Eſt autem ſtelengides ut quidam dicunt pecten, ut alii dicunt inſtrumẽtum cauum per quod aquam hauriunt quod melius uidetur ex hoc, quia per ipſum cum ſit cauum aquam haurimus. Et eſt ſtelengidis nomen in Lycophrone. Nam ille inquit, ſtelengiſmata ſunt polita & terſa. Cæterum inquit, non ſolum oportet differẽtias quę accipiuntur in diffinitionibus eorum quæ ſunt ad aliquid etiam ipſas eſſe ad aliquid, ſed oportet diſputantem conſiderare, & ſi unumquodq; definitum eorum ad aliquid diffiniens aſſignat, ad quod propria natum eſt dici, uelut habens habitudinem, nam oportet diffinitionem aliquid eorum quæ ſunt ad aliquid, & de illis mentionem facere in aſſignatione diffinitionis ad quæ dicitur proprie diffinitum ſiue unum ſint ea ad que dicitur, ſiue etiam duo. Nam ſi diffinitum illud ad duo aptum natum eſt habere habitudinem proprie, ut grammatica cum ſit diffinitum & ipſa eſt de numero eorum ad aliquid, quatenus generaliſſimo nomine eius ſcientia dicitur ad duo nata eſt habere habitudinem, uidelicet ad bene ſcribendum & bene legendum, & oportet eum qui diffinit in diffinitione eius de utriſq; mentionem facere, dicendo grãmatica eſt ars bene ſcribendi & bene legendi. Si autem ad unum proprie apparet habens habitudinem diffinitum, & ad alterum improprie, ut medicina ad ſanandum proprie dicitur, ſed ad efficiendum morbum improprie, de eo ad quod proprie dicitur ſola mentio habenda eſt. Si autem ad unum ſolum ut uiſus ad ſolum uidere, & auditus ad ſolum audire mentio facienda eſt de ipſo ſolo, contingit

tamē uti quibuſdam ad aliquid,& ad aliud quid ad quod non nata ſunt dici, ceu ſtelengide labroque par eſt uti ad hauriendum aquam,uel aliquid humidum,quanquā magis idoneum ſit ad poliendum,ſed tamē inquit, & ſi poſſibile eſt uti hac idoneitate ad hauriendum per quam habet cauitatem, quia ſi non natum eſſet,ad hauriendum, ſed ad trahendum poliendumq́. diceret aliquis diffiniens eum eſſe inſtrumentum ad hauriendum peccat. Equidem nonnulli aiunt ſtelengidem eſſe pecten ſtrigilemque. alii uero ſpeciem ſpongiæ per quam medici aquas ægrotantium abſtergunt & abſorbent. ut igitur in aliis circa unūquodqne ſcientis,& ſtudioſi ſententia uti oportet, ſic etiā in diſcretione & differētia propoſitorum inquit. ideo aſſignant diffinitionem eius ad quod natum eſt dicēdo ad quod uteretur eodē prudens qua prudens,& circa unum quodque eſt propria ſcientia qua ſcientia, ceu medici eſt uidere medicos prudētiores & ſciētes ad quod hoc uſus eſt. Similiter etiam ad geometricum animet dicere uidere que quomodo hoc accipiunt. Addit autem hoc & ſuperioribus, nam quia aliqua eorum quæ dicuntur ad plura non ad omnia dicuntur primo,ſed ad unum aliquid primo,& ad aliquid aliud ſecundo (inquit) oportet uidere ſi non ad quod dicitur primo aſſignauit diffiniens. Nam prudentia primo eſt uirtus rationalis & animæ pars eſt rationale, & quod ineſt parti,ineſt etiam toti. Secundum hoc igitur dicitur & anima prudens, ſed ſecundo & homo per animam, nam ex anima & corpore conſtat, & ſi temperantiam concupiſcibilis cum ſit primo uirtus & fortitudinem iraſcibilis aliquis aſſignaret animæ uirtutes.

Præterea ſi eius non ſuſceptiuum eſt,cuius dicitur definitus affectus,uel diſpoſitio, uel quoduis aliud peccauit. Nam omnis diſpoſitio,uel affectus in illo natus eſt fieri,cuius eſt diſpoſitio uel affectus; ut & ſcientia in anima, diſpoſitio exiſtens animæ. Aliquando autem peccant in talibus,ueluti quicunque dicunt ſomnum eſſe impotentiam ſenſus, & dubitationem cōtrariorum ratiocinationum æqualitatem,& dolorem naturalium partium uiolentam ſeparationem. Neque enim ſomnus ſenſui ineſt,oportet autem ineſſe, ſi ſenſus impotentia eſt. Similiter autem neque dubitatio contrariis ratiocinationibus ineſt,neque dolor naturalibus partibus. Dolebunt enim inanimata,ſi dolor eis inerit. Talis autem eſt & ſanitatis definitio,ſiquidem commenſuratio calidorum,& frigidorum eſt: Neceſſe eſt enim ſana eſſe calida & frigida. Illis enim cuiuſque commenſuratio ineſt,quorum eſt commenſuratio Quare ſanitas inerit utique ipſis.

Item inquit,ſi non ſuſceptiuum . diffinitum illud,ſcilicet affectio uel diſpoſitio,uel habitus,uel quoduis aliud illius de quo aſſignauit diffiniens ſic peccauit. Nam omnis paſsio affectioque, & omnis diſpoſitio in illa re nata eſt fieri, cuius eſt diſpoſitio,uel paſsio,ut ſi quis diffiniret ſcientiam diſpoſitionem animæ bene aſſignauit diffinitionem ſcientiæ, nam in anima eſt ſcientia diſpoſitio, ſi autē aſſignatum paſsioni uel diſpoſitioni in diffinitione non eſt illius non bene diffiniuit, ſeu ſomnus eſt impotētia ſenſus. Etenim ſomnus eſt paſsio,ſed animalis in quo ſenſus, non tamen de ipſo ſenſu dicitur. Nam cuius eſt impotentia,illius etiam paſsio erit ſomnus, ſed non eſt ſomnus in ſenſu,ſed in animali, & rurſus dubitatio eſt æqualitas cōtrariarum rationum. Etenim dubitatio eſt paſsio hominis per æqualitatem contrarium rationum. Item dolor eſt diſtantia connaturalium partium cum uiolentia. Nā dolor eſt paſsio animalis per diſtantiam partium connaturalium cum uiolentia, ſed non diſtantia partium connaturalium. Si enim erat ſic oportebat non inanimata cum ſecantur diſtantiam partium patienna habere dolorem. Item ſanitas eſt commenſuratio humorum & calorum. Nam ſi hoc, neceſſe etiam eſt ut humida & frigida ſanare,uidelicet ipſas inanimatas qualitates. Eſt enim & in his commenſuratio humidorum & calorum, ſed ſanitas eſt corporis animalis in commenſuratione calorum frigidorum & humorum & ſiccorum, igitur in his omnibus dictis peccatum ſit ob id quia non eſt aſſignatum effectum ſuſceptiuum,uel diſpoſitio non ſubiicitur dictis.

Item id quod ſit, in effectiuum, aut econuerſo accidit ponere ſi in diffinientibus. Non enim eſt dolor ſeparatio naturalium partium,ſed effectiuum doloris. Nec ſomnus impotentia ſenſus,ſed effectiuum alterum alterius. Aut enim propter impotentiam dormimus, aut propter ſomnum impotentes ſumus. Simpliciter autem & dubitationis uidebitur effectiuum eſſe contrariarum ratiocinationum æqualitas. Quando enim ad utraque ratiocinantibus, nobis uidentur omnia ſecundum utrunque fieri,dubitamus utrum agamus.

Item (inquit) peccant ſic diffinientes, & accipientes in diffinitione tale quod non eſt ſuſceptiuum diffiniti,uel ponunt factum in effectiuum, uel effectiuum in factum. Nā qui dicit ſomnus eſt impotentia ſenſus fecit ſenſum ſuſceptiuum ſomni, ſed non eſt paſsio ſenſus ipſe ſomnus, ut dictum eſt, alioquin ſenſus eſſet dormiens, neque dolor eſt diſtantia partium connaturalium, alioquin accideret ſic factum eſſe effectiuum, quod eſt abſurdum. Nam diſtantia connaturalium partium magis eſt effectiuum doloris, neques ſomnus eſt impotentia ſenſus,ſed effectiuū alterum alterius, nam uel eſt impotentia effectiuum ſomni,nam cum nequit organum inſtrumentumque uidendi non poteſt uidere animal in ſomnum incidit,uel econtra ſomnus eſt effectiuus impotentiæ, nam cum animal in ſomnum incidit aduenit impotentia ſenſui. Item nec dubitatio eſt effectrix contrariarum rationum,ſed econtra. Eſt autem dubitatio paſsio intellectus ob contrarietatem rationum aduenieus, nam quando in duabus rationibus contrariis conſiderantibus & inquirentibus nobis qualis magis congrua uideatur, æqualitas & ſimilitudo ad ambo ſecundum utrunque appareret, tunc talis paſsio fit, ceu ſi proponatur, an anima ſit immortalis, an mortalis & ſumptis, ſecundum utranque quæſtionem rationibus oſtendentibus ambo quæſita rationibus & demonſtrationibus ualidis, tunc fit dubitatio cui partium ſit hærendū, quando igitur omnia fortia & ualida uiderentur & ſimilia,adeo ut etiam dubitandum ſit, quarum partium ea ſit ſumenda,talis eſt dubitatio.

Ad hæc ſecundum tempora omnia conſiderandum, ſicubi diſſonet. Vt ſi immortale animal definierit nunc incorruptibile eſſe. Num nunc incorruptibile animal, nunc immortale erit. an in hoc quidem non accidit. Anceps enim ſecundum amphiboliam eſt nunc incorruptibile eſſe. aut enim quoniam non corrumpitur nunc, ſignificat,aut quoniam non poſſibile corrumpi nunc, aut quoniam huiuſmodi eſt nunc, ut nunquam poſſit corrumpi. Quando igitur dicimus,quoniam incorruptibile nunc eſt animal, non hoc dicimus, quoniam nunc tale eſt animal,ſed ut nunquam poſſit corrumpi. Hoc autem immortali idem erat. Quare non accidit nunc idem immortale eſſe. neruntamen ſicubi accidit quod ſecundum definitionem quidem aſſignatum eſt ineſſe nunc uel prius. Quod uero ſecundum nomen non ineſt,non erit idem. Vtendum ergo hoc loco,ut dictum eſt.

Inquit,uidendum eſſe ſi diſſonat ſecundum tēpus diffiniti aſſignatum in diffinitione, nam ſi diffinitum habet cōditionem ſempiternam & immortalem, & ſecūdum tria tempora procedit prorogaturq́. Eſt autem & diffinitio talis pulchre aſſignata. ſi autem diſſonat nō bene eſt diffinitum, ſic autem calumniaretur qui diceret quocunq́ futurus ſemper eſt. Nam æuum ſempiternum eſt ſecūdum uniuerſa tempora, ſed qui aſſignauit ſolum quod futurum eſt. nam immanifeſtum eſt ſi futurum aliquid erit,

non

non bene ſeccirco aſsignauit, nam diſſonat ſecũdum tempus. Similiter etiam ſi quis diceret immortale eſt nunc incorruptibile, nã nunc incorruptibile nunc immortale indicat & diſſonat ſecundum futurum ut præteritum, nam immanifeſtum eſt, ſi etiam poſt hæc corrumpitur, uel ante corruptum ſit. Nam immortale ſemper eſt immortale, unde de hoc ſignificato, ſcilicet nunc non accidit aſsignare bene diffinitionem, nam ambiguum eſt nunc incorruptibile, nam tria ſignificat. Vel enim quod non corruptum eſt nunc, uidelicet uſque nunc, ſed corrumpetur, uel quod non poteſt nunc corrumpi, ſed poteſt corruptum iri, aut quod nunc tale eſt, ut nunquã interire queat. Quãdo igitur (inquit) dicimus quod immortale eſt nunc incorruptibile animal non ſecũdum hoc ſignificatum de incorruptibili dicimus nunc incorruptibile quod nunc eſt incorruptibile, ſed primum corruptum eſt, neque ſecundum alterum quod eſt de futuro, ſed ſecundum tertium ſignificatum nunc incorruptibilis quando idem eſt immortali, quare nõ accidit ſecundum hoc ſignificatum nunc incorruptibile, nunc immortale eſſe, quare ſi conſonat immortale cum incorruptibili ſecundum rationem ſcilicet ſecundum tertium aſsignatum ſignificatum, & ſecundum nomen diſſonat quod immortale non ſignificat nunc incorruptibile, non eſt idem incorruptibile cum immortali, & propter hoc nec diffinitio eius eſt, utendum nobis igitur eſt loco, ut dictum eſt, uidelicet ſecũdum tertium ſignificatum.

Inſpiciendum autem & ſi ſecundum aliud quippiam magis dicitur, quod definitur, quam ſecundum aſsignatam orationem: Vt iuſtitia poteſtas æqui diſtributiua eſt. Iuſtus enim magis eſt, qui eligit æquum diſtribuere eo, qui poteſt. Quare non erit iuſtitia poteſtas æqui diſtributiua. Nam & iuſtus eſſet maxime, qui poſſet æquum diſtribuere.

Quia uniuſcuiuſque diffinitio eſt eiuſdem ſubſtantiæ indicatiua (inquit) oportet aliqua aſsignata diffinitione conſiderare, an ſecundum aliam rationem aliquam poteſt dici propoſitum diffinitum. Nam ſi erit magis ab altero quodam ſignificatum, non erit dicta ratio diffinitio eius. Nam ratio magis indicans propoſitum, ipſa eſt proprie eius diffinitio. Erit autem locus iſte ex ſimilitudine, comparationeq;. Quod autem in electione magis quam in potentia iuſtitia ſit, etiam ex aliis uirtutibus oſtenditur. Nam communior electio eſt ipſa potentia, non enim potens, ſed præeligens ſtudioſus eſt, & ſi non poſſet ſecũdum actum eſſe ſtudioſus, idem quoque in malitia.

10 *Inſuper ſi res quidem ſuſcipit magis, quod autem ſecundum orationem aſsignatur, non ſuſcipit: Aut contra, quod ſecundum orationem ei aſsignatur, ſuſcipit, res autem non. Oportet enim aut utraque ſuſcipere, aut neutrum, ſiquidem idem eſt rei, quod ſecundum orationem aſsignatur. Ad hæc ſi ſuſcipiunt utraque quidem magis, non ſimul autem utraque augmentum ſumunt, ut ſi amor concupiſcentia coitus eſt. Nam magis amans non magis concupiſcit coitum. Quare non ſimul utraque ſuſcipiunt magis: at oporteret, ſi ſimul eſſent.*

Inquit, ſi diffinitum ſuſcipit intenſionem, & id, quod ſecundum rationem aſsignatum non ſuſcipit, uel econtra quod eſt aſsignatum ſecundũ rationem ſuſcipit, ſed diffinitum non ſuſcipit, non bene eſt aſsignata diffinitio, ut uoluptas eſt diſpoſitio animæ optima, nam ecce diffinitum ſuſcipit magis. Nã uoluptas eſt magis & minus, ſed diffinitio, ideſt diſpoſitio animæ optima, quia habitus eſt non ſuſcipit magis, uel econtra ut homo eſt animal album grammaticum. Nam ecce diffinitum homo non ſuſcipit magis, quippe non eſt magis homo, ſed album & grammaticum poſitum in diffinitione ſuſcipit, nam eſt animal album grammaticum magis & minus. Oportet autẽ ambo ſuſcipere magis & minus, uel neutrum. ſi quidem diffinitio ipſa debet eſſe eadem cum diffinito, ſi ergo diffinitio ſuſcipit magis & minus & diffinitum non ſuſcipit, uel econtra, non eſt eadem diffinito, etiam patet quod nec diffinitio eſt. Item inquit, ſi ambo hæc diffinitum & diffinitio ſuſcipiunt magis & minus, & non ſimul, ſed diuiſim nõ bene aſsignatur diffinitio, ut amor eſt deſiderium colloquii & conſortii. Nam quando amans habet magis deſiderium colloquii atque coire minus habet, nam magis amans non magis appetit coire, nam coitus conuenientiaq; eſt corruptiua amoris, ſed quando deſiderium coitus & conuenientiæ magis habet, tunc econtra amans minus. Nam qui magis appetit coire, minus amat, unde oportet ambo magis & minus ſimul ſuſcipere & non diuiſim, ſiquidem diffinitio eadem eſſe debet cum diffinito.

Præterea ſi duobus quibuſdam propoſitis, de quo res magis dicitur, id quod eſt ſecundum orationem, minus dicitur. Vt ſi ignis eſt corpus ſubtiliſsimum. Ignis enim magis flamma quam lux. corpus autem ſubtiliſsimum minus flamma quam lux. Oportet autem utraque magis ineſſe eidem, ſiquidem eadem ſint. Rurſum ſi hoc quidem ſimiliter utriſque ineſt propoſitis, aliud autem non ſimiliter utriſque, ſed alteri magis.

Item ſi duabus quibuſdam propoſitis ſpeciebus ut flãma & igne aſsignareto diffinitio ignis corpus ſubtiliſsimum, ſumendæ ſunt partes ignis, ſcilicet flamma & lumen, & conſiderandum eſt de quo res, uidelicet ignis magis dicitur, & ratio tunc ignis, uidelicet corpus ſubtiliſsimum minus. In his igitur flãma magis dicitur ignis quã lumen, ſed lumen corpus ſubtiliſsimum magis quã flamma, quare non eſt diffinitio corpus ſubtiliſsimum. Nam oportuit ſi erat diffinitio hæc ignis & de ambabus ipſius partibus, uidelicet flamma & lumine nomen ſimiliter & rationem dici, & non de hoc minus, & de illo magis. Rurſus ſi daretur ignis diffinitio corpus uſtiuum, ſumendæ ſunt duæ ſpecies ipſius ignis, ſcilicet flamma & carbo, & conſiderandum eſt ſi ignis ſimiliter de ambobus prædicatur & non magis flamma quam carbo diceretur igni, ſed alterum. uidelicet diffinitio ignis, ideſt corpus uſtiuũ magis de flamma quam de carbone, non bene aſsignatur diffinitio ignis, corpus uſtiuum.

Ad hæc ſi ad duo definitionem aſsignauit ſecundum utrunque, ut bonum, quod per uiſum, uel auditum delectabile. Et ens, quod poſsibile eſt pati, aut facere: Simul enim idem & bonum, & non bonum eſt. Similiter autem & ens, & non ens. Quod enim per auditum delectabile eſt, idem bono erit, Quare quod non delectabile per auditum. idem non bono. Nam eiſdem & oppoſita eadem erunt. Opponitur autem bono quidem, non bonum, per auditum autem delectabili non delectabile per auditum. Manifeſtum igitur, quoniam idem non delectabile per auditum, non bono. Si igitur aliquid eſt per uiſum quidem delectabile per auditum autem non, & bonum, & non bonum erit. Similiter autem oſtendemus, & quoniam idem & ens, non ens eſt.

Oportet (inquit) etiam quæ ponuntur in diffinitione quærere an ad duo aſsignauit diffinitionem, quia autem eorum ad duo aſsignatum aliud ſic aſsignari ad ipſa poteſt, uelut ad ambo ſimul hæc. Nam qui grammaticam dicit ſcientiam legẽdi & ſcribendi ſimul ad ambo eandẽ aſsignauit, ſed illud ad duo aſsignatum non tamen ut ambo ſimul, ſed ut in his cum ſit res diffinita uolens oſtendere quomodo ad duo aſsignatam rationem facit diffiniẽs adiecit, hoc ſecũdum utrunque quod eſt indicatiuum huius non ad ſimul, ut facit qui diffinit pulchrum, & dicit pulchrum eſt quod per uiſum, uel auditum eſt delectabile. Dicit igitur ſic diffinientes non bene aſsignare rei rationem. Nam ſimul per eandem rationem idem & hoc,

& non hoc dicit,& pulchrum & non pulchrũ ſecundum utrunque aſsignatum. Nam ſi pulchrum eſt quod per uiſum eſt delectabile, & pulchrum etiam eſt quod per auditum delectabile, erit utrique ipſorũ idem , ſed pulchrum hoc quando non per uiſum fuerit delectabile non erit pulchrum. Nam eiſdem eadem quoque ſunt oppoſita. Si ergo idem bonum quod per uiſum delectabile, & non pulchrum opponũtur pulchro,& delectabili per uiſum, id quod non delectabile per uiſum , idem erit non bono non delectabile per uiſum , ſed delectabile per auditum non eſt delectabile per uiſum,igitur delectabile per auditum non pulchrum, ſed ſupponebatur pulchrum eſſe id quod eſt per auditum pulchrum , idem igitur erit pulchrum & non pulchrum apud eos qui ſic diffiniunt. Similiter autem & ſi entis aſsignaretur ratio quod ens eſt qđ poteſt facere & pati . Nam ſi idẽ erit ens & non ens,nam ſi ens idem utrique ipſorum ens igitur idem huic poteſt facere , ſed quod non poteſt facere non eſt ens , & quod poteſt pati eſt non facere , ſed quod potentis facere, ſed ꝙ poteſt facere eſt ens , igitur quod poteſt pati non ens , igitur idem erit ens & non ens quippe quod poteſt pati ſit idem enti & nõ enti,enti quidem,quia ponebatur ens & in hoc , & non enti,quia eſt oppoſitum ipſi potenti facere quod erat idem cum ente, idem igitur erit non enti. Item ipſum facere & pati erunt ens & non ens. Nã quatenus poteſt facere ipſum ens eſſe dicit, ſed quatenus poteſt pati non ens,uel econuerſo,nam nil differt .

Deinde & generibus,& differentijs, & alijs omnibus, quæ in definitione ſunt aſsignata,eis,qui orationes pro nominibus faciunt,conſiderandum,ſi quicquam diſſonet .

Item oportet(inquit)pro nominibus poſitis in diffinitionibus , ſiue genera ſint hæc , ſiue differentiæ accipere diffinitiones ipſorum,& conſiderare ſi diſſonant,ut planta eſt animal radicitus collocatũ in terra,quia igitur ſumpta diffinitione animalis quod ut genus ponitur in diffinitione plantæ, & eſt ſubſtantia animalis ſenſitiua,diſſonantia erit huius ad plantam , quandoquidem planta non ſit ſenſitiua,quocirca non erit recte aſsignata diffinitio plantæ hæc, animal radicitus firmatum in terra,ſimiliter & in differentiis.

Si autem ſit ad aliquid,quod definitur,aut per ſe, aut ſecundum genus, conſiderandum ſi non dictum eſt in definitione ad quod dicitur,aut ſecundum ipſum,aut ſecundum genus. Vt ſi ſcientiam definiuit opinionem indiſſuaſibilem, aut etiam uoluntatem appetitum ſine triſtitia . Omnis enim eius, quod eſt ad aliquid,ſubſtantia ad alterum eſt , eo quod idem ſi unicuique eorum,quæ ſunt ad aliquid eſſe quod quidem eſt ipſum ad aliquid quodammodo ſe habere . Oportebat igitur ſcientiam dicere opinionem ſcibilis, & uoluntatem appetitum boni . Similiter autem & ſi grammaticem definiuit ſcientiam literarum . oportebat enim , aut ad quod ipſum dicitur , aut ad quod forte genus dicitur,in definitione aſsignari .

Eorum quæ ſunt ad aliquid alia per ſe ut ſcientia, ſenſus,duplum , nam per ſe aſsignantur ſcientia quidem ad ſcibile,ſenſus ad ſenſile, & ſimiliter duplum ad dimidiũ , & alia non per ſe,ſed ſecundum genus,ut geometria,grãmatica , nam hæc per ſcientiam quæ eſt genus earũ ſiunt ad aliquid , & non per ſe . Nam per ſe ſunt qualitates, ut oſtenſum eſt in prædicamentis . Porro ſi quis diffiniens (inquit)aliquid eorum quę ſunt ad aliquid in diffinitione non aſsignauerit,ad quod dicitur,ſi hoc ipſum per ſe erit eorum,quæ ſunt ad aliquid,uel ſecundum genus non aſsignat bene diffinitionem. Non enim ſubſtantiam indicat diffiniti, ut ſi quis aſsignaret ſcientiæ diffinitionem dicendo,ſcientia eſt opinio indiſſuaſibilis,non bene aſsignauit diffinitionem , neque enim ut per ſe ad aliquid diffiniret ſcientiam, neque ſecundum genus , uidelicet opinionem quod accepit in diffinitione. Nam ſi aſsignaretur opinio ad opinabile,bene ſe haberet diffinitio.ſimiliter & ſi quis diceret , uoluntas eſt appetitus ſine triſtitia non aſsignauit recte diffinitionem, nam nec ad quod dicitur res,uidelicet uolũtas,neq; ad quod dicitur genus faciebat aſsignationem in diffinitione . ſi autem aliquis diceret uoluntas eſt appetitus eius quod uolumus,uel appetitus appetibilis,pulchre aſsignauit diffinitionem uoluntatis. Nam ſubſtantia eorum quæ ſunt ad aliquid,hoc eſt ut ad alterum dicantur,quia eſſe, & ſubſtantia eorum , quæ ſunt ad aliquid in hoc conſiſtit , ut unum quodq; ad aliquid aliquo modo ſe habeat,uel ad alterum dicatur, ſed pro hoc dicere appetitus eſt appetibilis , dixit appetitus boni , quia uniuerſalius eſt appetibile,quam bonum,nam omne bonum appetibile , ſed non omne appetibile bonum, nam furi latronique appetibile eſt rapere,ſed non bonum . Similiter inquit, & ſi grammaticam deſiniret ſcientiam eſſe literarum qui ſic diffiniens eſt non bene diffiniuit ipſam ; quia nec aſsignauit in diffinitione ad quod ſciẽtia eſſe habet,uidelicet ſcibile,ſed non eſt idem ſcibile cum hoc literarum , ideo oportebat in diffinitione poni hoc{ſcibilis} & non literarum . Nam ipſa grammatica non dicitur ad aliquid, neq; eius eſſe eſt hoc eſſe literarum , ob id igitur non oportebat ineſſe dicere hoc literarum : uerum quia ſecundum genus eſt ad aliquid ad quod genus ipſius dicitur,hoc oportebat aſsignare.porro genus aſsignans, uidelicet ſcientiam oportebat dicere{ſcibilis}Nam oportebat , uel ad quod ipſum dicitur , uel ad quod genus , ſed grammatica,neque eſt ad aliquid per ſe, neque literarum eſt ſcientia, ſed legendi,& ſcribendi,quare non bene aſsignauit diffinitionem grammaticus. Illud autem in contextu { Oportebat enim aut ad quod ipſum dicitur, aut ad quod forte genus dicitur in diffinitione aſsignari} erit dictum , quod eorum , quæ ſunt ad aliquid per ſe , ad quæ oportet aſsignare,nam qui dicit ſcientiam opinionem eſſe ſcibilium, non ad quod opinio dicitur,quod genus accepit ſcientiæ in diffinitione poſuit,ſed ad quod ſcientia. Nam per ſe ſcientia eſt ad aliquid,ſed qui dicit grammaticam eſſe ſcientiam ſcibilium ad quod genus dicitur diffiniti , hoc accepit, quia etiam diffinitum grammatica , ſecundum genus eſt ad aliquid .

Aut ſi cum quippiam ad aliquid dicitur, non aſsignauit ad finem. Eſt autem finis in unoquoque, quod optimum eſt , aut cuius gratia alia ſunt. Dicendum igitur,aut optimum,aut ultimum,ut concupiſcentiam non delectabilis, ſed delectationis. Nam propter hanc,& delectabile eligimus .

Neque hos inquit diffinire , qui cum diffinitum ſit ad aliquid , & dicitur ad duo , quorum alterum ad alterum habet relationem eſtque aliud finis , & aliud uelut ad finem,ſi non ad finem,ſed ad aliquid eorum ad finem aſsignant peccantes , nam oportet ſemper ad optimum eorum,ad quod dicitur aſsignari. Nam unumquodque horum ſecundum optimum eorum in ipſo maxime eſt, uel ad extremum , ut ſi quis diceret quod concupiſcentia eſt appetitus ſuauis & uoluptuoſi , non bene diffiniuit. Non enim ſuaue eſt finis concupiſcentiæ , ſed aliquid eorum ad finem,nam finis concupiſcentiæ eſt uoluptas, nam ob hanc & delectabile eligimus . oportebat igitur dicere, quod concupiſcentia eſt appetitus uoluptatis , nam hæc finis eſt .

Conſiderandum & ſi generatio,uel actus eſt,ad quod aſsignauit nihil. enim talium finis . Nam magis quod eſt egiſſe, & generaſſe finis, quam fieri,& agere. An non in omnibus uerum huiuſmodi ? Fere enim plurimi delectari magis uolunt,quam deſtitiſſe delectari. Quare agere magis finem quis ſtatuet,quam egiſſe .

Conſiderandũ eſſe inquit,& ſi generatio eſt,uel actus , uel motus ad quod aſsignata eſt diffinitio:neq; enim generatio,uel actus,uel motus ſunt fines,quia alter ſit,& altera efficitur , & alter mouetur. Equidẽ horum nullus eſt finis,ut ſi quis diceret,quod album eſt corpus motum ad albationem.

albationem. Nam quia mouetur,& nondum in finem incurrit,& iam album factum eſt,non bene aſsignatur diffinitio,quia finem non accepit. Vel rurſus album eſt color a nigredine diſtans.Etenim hæc diffinitio non recte ſe habet, non enim a nigredine diſtantia finem ſignificauit.Similiter igitur,& in reliquis generatione,ſcilicet,& actione actuque.nam factum eſſe,& actum eſſe potius ſunt fines, quam fieri,& agere.uerum in his affert inſtantiam ad locum,& oſtendit non eſſe uerum in omnibus.Nam inquit ſecundum uoluptatem plures potius uelle operari, quã egiſſe,ideſt ceſſaſſe,quare in hoc magis erit finis agere,& non egiſſe.

Rurſum in quibuſdam, ſi non determinant quanti, aut qualis,aut ubi,aut ſecundum alias differentias,ut ambitioſus, & quanti,& qualis honoris appetens eſt. Omnes enim appetunt honorem, quare non ſufficit ambitioſum dicere, qui appetit honorem. Sed addere oportet, dictas differentias: Similiter autem & auarus,quantas appetit pecunias,aut intemperans circa quales uoluptates.Non enim qui a qualibet uoluptate tenetur,intemperans dicitur,ſed qui ab aliqua.aut rurſum qui definit noctem, umbram terræ:aut ſucceſsionem, motum terræ: aut nubem denſitudinem aeris,aut uentum, motum aeris. Addendum enim quanti, & qualis, & ubi,& a quo. Similiter autem et in cæteris huiuſmodi. Omittens enim differentiam quamlibet non dicit quid eſt eſſe. Oportet autem ſemper ad id,quo indiget,argumentari. Non enim quolibet modo terra mota,neque quantacunque,ſucceſsio erit. Similiter autem,neque aere quolibet modo, neque quantocunq; moto,uentus erit.

Quia ſiunt quædam peccata in diffinitione & ſecundũ defectum, nunc aſsignat locum quomodo deprehendere ſic peccantes poterimus.nam quia aliqua talia ſunt,nõ quod ſimpliciter in quibuſdam ſint, ſed uel in quantitate, uel qualitate,uel loco,uel aliqua tali differentia,diffiniens itaque aliquod ens cũ tali differentia ſine differentia peccat,non enim diffinit, ceu ſi diceret aliquis,ambitioſus eſt qui honorem appetit,& non addit qualem honorem,an apud regem,uel apud maiores,& magiſtratus,neq; quantum ut maiorem,uel quemuis,neque ubi,ceu in conſilio, uel in agro,unde cum non aſsignat aliam talium differentiarum non perfectam aſsignat diffinitionem. Et in hoc poſuit etiam diuerſa exempla,quæ uelut aperta relinquimus. Quomodo autem eſt diffinitio noctis,quæ dicit qđ non eſt umbra terræ deficiens, quia etiam umbræ facta ſub arbore, uel monte magno nox non eſt, quia non quæuis, & ut contingit facta terræ umbra nox eſt,ſed facta ob ſolis cauſam, eo ꝙ ipſe eſt in hemiſphærio alio ab eo,in quo aliis ſit nox.Oportebat igitur addere diffinitioni ſole dimetiente umbram, & diffinitio terræ motus quationiſque terræ.Nam oportebat addere hoc ex uiolento uento recondito in concauitatibus terræ quærent exitum. Nam ſæpe cum quidam fodiunt terram ligonẽ, uehemẽtius deorſum firmat, ut inueniat terram ſolidam, & duram, quoties lapis grauis ab altitudine decidit, ſit quædam leuiſsima quatio eorum circa ipſa. Item diffinitioni nebulæ, quod eſt denſatio aeris,oportebat addere hoc taliter, uidelicet ualde. Item diffinitioni uenti,quod motus eſt aer, addendum erat ex euaporatione terræ,& in aliis ſimiliter ob id inquit uidendum eſt de definitione, & ſi quid in ipſa prætermiſſum eſt,deinde arguere ab ipſo quod deeſt.Nam neque quomodouis terra mota,neque parua terræ parte mota ſit terræmotus,& quatio terræ. Oportet igitur addere hoc,quanta,uidelicet tota,uel aliqua pars maxima digna dictu. Similiter quoque in reliquis.

Inſuper in appetitibus, ſi non apponitur, quod apparat, & in quot aliis congruit. Vt quoniam uoluntas appetitus boni, concupiſcentia autem appetitus delectationis, ſed non apparentis boni,aut delectationis. Plerunque enim latet appetentes,quoniam bonum,aut delectabile eſt:quare nõ neceſſarium bonum,uel delectabile eſſe,ſed apparens ſolũ.Oportebat ergo ſic & aſsignationem facere.Si autem & aſsignauit,quod dictum eſt, in ipſas ſpecies ducendum eum qui ponit ideas eſſe. Non enim eſt idea ullius apparentis,nam ipſa ſpecies ad ipſam ſpeciem uidetur dici. Vt ipſa concupiſcentia ipſius delectationis, & ipſa uoluntas ipſius boni. Apparentis igitur boni non erit ipſa uoluntas,neque apparentis delectationis ipſa concupiſcentia. Abſurdum enim eſt eſſe ipſum apparens bonum,uel delectabile.

Hic locus communis eſt omni, cuius in diffinitione ſumitur,ut genus appetitus. Genus autem appetitus,& uoluntatis,& concupiſcentiæ,& iræ. Dicit igitur eos qui nõ addunt in rationibus talium appetitui alicuius apparens non diffinire. Adiecit autem & hoc{ Et in quot aliis congruit}quia uideri etiam quibuſdam aliis apponit non ſolum appetitibus, porro dicimus ſyllogiſmum ſophiſticum eſſe eum ex apparentibus probabilibus. Si ergo aliquis diceret(inquit)quod uolũtas eſt appetitus boni, uel concupiſcentia eſt appetitus delectabilis non addens apparens bonum,uel apparens delectabile,non bene diffinit,quia non omne appetibile bonum,uel delectabile eſt, quia furi appetibile eſt rapere aliena,ſed non bonum. Nã ſæpe(inquiunt)latet appetentes, & uidetur ipſis bonum eſſe illud,quod appetunt,nõ eſt autem bonum. Similiter neque delectabile,quare non ex neceſsitate omne appetibile bonum,uel delectabile ſimpliciter dicitur, ſed apparens cum hæc dicit,adiecit oportere rurſus addentes appetitui apparere in rationibus propoſitorum redarguere, tanquam non bene diffinientes dicentes ad ideas, uel transferentes ad illas aſsignatas rationes, ſiquidem uidelicet illi ſic diffinientes ponunt ideas. Nam quia idea ad ideam dicitur,non poteſt ipſum bonum,& apparens eſſe bonum. Nam nihil in idea apparens.

Præterea ſi ſit quidem habitus definitio, conſiderandum in habente,ſiquidem habentis in habitu. Similiter autem & in cæteris talibus. Vt ſi delectatio eſt uiuatio, & delectabile iuuabile. uniuerſaliter autem dicendo ſit huiuſmodi definitionibus quodammodo uno plura accidit eum,qui definit,definire. Nam qui ſcientiam definit,quodammodo & ignorantiam definiunt. Similiter autem, & ſcitum, & inſcitum, & ſcire,& ignorare. Primo enim dilucido facto,& reliqua quodammodo dilucida,ſiunt. Inſpiciendum igitur in omnibus talibus,ne quicquam diſſonet ei,qui elementis utitur, ex contrariis,& coniugatis.

Hic locus a coniugatis, uel etiam a contrariis arguere ponit. Nam quia cognata inter ſe ſimiliter ſe habent, & contraria contrario modo oportet(inquit) aſsignata aliqua diffinitione transferre aſsignatam diffinitionem ad cognata,uidelicet competentia ſecundum dictionem unicuique ipſorum proprie aſsignatam diffinitionem. Et ſi in aliquo diſſonat deſtruenda eſt diffinitio tanquam non ſit illius, de qua aſsignatur. Et in his inquit diffinitionibus quodammodo plura uno accidit diffinientem diffinire. Etenim qui cognata diffinit, & cognatis contraria,& contrariis cognata ſilentio diffinit. Ideo conſiderandum eſſe inquit ei qui in his utitur elementis, uidelicet locis acceptis ex contrariis, & cognatis, & his quidem ex contrariis,quia ſi contrario contrarium,& contrario contrariũ, & his ex cognatis,quod ut ſe habet in uno cognatorum; ſic etiam in reliquis.

Deinceps in iis, quæ ad aliquid ſunt:conſiderandum,ſi ad quod genus aſsignatur,& ſpecies ad illud quoddam aſsignatur: Vt ſi opinio ad opinabile, & quædam opinio ad quoddam opinabile. Et ſi multiplex ad ſubmultiplex,& quoddam

multiplex ad quoddam ſubmultiplex. Si enim non ſic aſsignatur, manifeſtum quoniam peccatur.

Inquit cõſiderandum eſſe in his ad aliquid, ſi ad quod genus aſsignatur genus, & ſpecies ad ſpeciem, ceu quia genus eſt opinio, & ſpecies eius eſt, uel quædam opinio; & rurſus genus eſt opinabile, & ſpecies quoddam opinabile. Planum eſt, quod ſi genus opinio ad ſpeciem opinabile ſcilicet aſsignatur, & quædam opinio cum ſit ſpecies aſsignabitur ad aliquod opinabile, ſi autem non illud ad illud, neque hoc ad hoc. Similiter inquit, & multiplex ad ſubmultiplex, & aliquod ſubmultiplex, ad aliquod ſubmultiplex. Nam genera multiplex, & ſubmultiplex ſunt, & ſpecies aliquod multiplex, & aliquod ſubmultiplex.

Videndum autem, & ſi oppoſiti oppoſita eſt definitio, ut ſi dimidij ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quæ eſt duplicis, nam ſi duplex eſt, quod in æquali ſuperat dimidium, et dimidium, quod in æquali ſuperatur. Et in contrarijs ſimiliter. nam contraria contrarij oratio erit.

Sciendum inquit quod ſi non mutuo ea quæ ſunt ad aliquod genus, & ſpeciẽ aliquis aſsignauit, peccauit, ideo conſiderandum eſt oppoſitum aſsignate rationi, ſi oppoſiti diffinitio eſt diffinitio. Oppoſita autem nunc uocat ea quæ ſunt ad aliquid, & in contrariis ſimiliter, nam dixit quod contraria contrarii ratio erit.

Secundum unam quandam complexionem, contrariorum. Vt ſi adiuuatiuum quidem effectiuum boni eſt, nociuum effectiuum mali, aut corruptiuum boni, alterum enim horum neceſſarium eſt contrarium eſſe ei, quod ex principio dictum eſt. Si igitur neutrum contrarium eſt eſt, quod a principio dictum eſt, manifeſtum, quoniam neutra erit earum (quæ poſterius aſsignatæ ſunt) contraria oratio. Quare neque quæ a principio aſsignata eſt definitio, recte aſsignata eſt. Quoniam autem quædam contrariorum priuatione alterius dicuntur, ut inæqualitas priuatio æqualitatis uidetur eſſe (Inæqualia enim quæ non æqualia ſunt, dicuntur) perſpicuum, quoniam quod ſecundum priuationem quidem dicitur, contrarium, neceſſarium eſt definire per alterum. Reliquum uero non iam oportet per id, quod ſecundum priuationem dicitur. Non enim accidit alterum per alterum cognoſci. Conſiderandum igitur in contrarijs huiuſmodi peccatum, ut ſi quis definierit æqualitatem contrarium inæqualitati. nam per hoc, quod ſecundum priuationem dicitur, definiuit. Inſuper ſic definientem neceſſe eſt eo, quod definitur, uti. Patet autem hoc, ſi accipiatur pro nomine oratio. nam cum nihil referat dicere inæqualitatem priuationem æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis. Quare eodem erit uſus. Si autem neutrum contrariorum ſecundum priuationem dicatur, aſsignetur autem oratio ſimiliter. Vt bonum contrarium malo: manifeſtum, quoniam malum contrarium bono erit. nam ſic contrariorum ſimiliter oratio aſsignanda eſt. Quare rurſum eo, quod definitur, accidit uti. ineſt enim in mali oratione bonum. Quocirca cum bonum ſit malo contrarium, malum autem nihil differat, uel quod eſt bono contrarium, erit bonum contrarium contrario boni. Perſpicuum igitur, quoniam eodem uſus eſt.

Quia pluribus modis contraria accipiantur in complexionibus cenſet quærendum eſſe ei, quia omnia pertractat, ſi aliqua complexionum facientium contrarietatem competet contrario huius, cuius diffinitio aſsignatur. Et complexio contrariorum, quod multipliciter dicitur oſtenditur, in ſecundo libro præſentis tractationis. Nam eo quod amicis bene faciundum eſt, contrarium etiam eſt amicis malefacere, & inimicis bene. Oportet igitur inquit contrariam rationem aſsignatæ diffinitioni cõtrarii competere contrario diffiniti, ſecundum qualẽcunque complexionem, quia effectiuo boni contrarium eſt, uel effectiuum mali, uel corruptiuum boni. Hoc quidem igitur, ut exemplum ponitur huius ꝙ non ſit una contrariorum complexio, ſed loci exemplum ponit duplum, & dimidium dicendo, ſi duplum dimidio opponitur, & ratio dupli rationi dimidii opponetur. Eſt autem dupli ratio, quod excedit in æquali, & dimidii, quod in æquali exceditur. Et planum eſt, quod etiam rationes opponuntur. Eodem autem modo inquit, & in contrariis. Nã ſi nullum contrariorum poſteriorum dicto a principio contrarium, neq; aſsignata ratio a principio erit bene aſsignata. Quia autem quædam contrariorum adhuc in contrariis ſecundum priuationem ſunt, illud ſecundum priuationem dictum neceſſe eſt diffiniri per alterum, uidelicet illius ſecundum habitum. Sed reliquum nõ amplius per dictum ſecundum priuationem conſentaneum eſt diffiniri. Nam accidit ſic diffinientem ſic diffinito uti in diffinitione, ut inæquale quidem non æquale dicetur, ſed minime æquale dicetur non inæquale. Ideo inquit attendendum eſt peccato diffinientium ſic, uidelicet ſi quis diffiniret æqualitatem non eſſe inæqualitatem. Non enim bene aſsignauit diffinitionem dictam ſecundum habitũ; qui eſt æqualitas per dictum ſecũdum priuationem ideſt diffiniens per inæqualitatem, & in aliis ſimiliter. Item inquit ſic diffinientem, uidelicet per dictum ſecundum priuationem, ſecundum habitum neceſſarium ipſi diffinito, uidelicet diffinito uti, & patet ꝙ ſi tranſmutaretur ratio pro nomine. Nam quia inquit inæqualitas priuatio eſt æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis, quare qui dicit æqualitas eſt contrarium priuationi æqualitatis idem dixit, quod æqualitas eſt æqualitas, & patet quod ipſum diffinitum aſsignauit in diffinitione. Quod autem hoc ſit prauum perſpicuum eſt, nam erit idem per ſeipſum diffinitum. Item quod ut ignotum utitur diffinire hoc iam noto utitur. Si autem neutrum contrariorum inquit ſecundum priuationem dicitur, oportet neutrum ipſorum per alterum diffiniri. Nam ſi ſic dictorum cõtrariorum alterum per alterum aliquis diffiniret, prorſus ſimiliter & alterum per alterum aſsignabit. Nam cur magis bonum per malum, quam malum per bonũ aſsignabit. Non enim eſt differentia ut in oppoſitis ſecundum priuationem, & habitum, ſed eſt ſimile bonum dicere contrarium mali, & malum contrarium boni. Nam ſic dictorum contrariorum, & non habentium alterum priuatiuum ratio ſimiliter aſsignatur, ſed hoc facto accidit prædictum uti diffinito eodem in diffinitione eiuſdem. Nam ſi aliquis diceret bonum contrarium malo, quia ineſt in ratione non mali bonum. Nam eſt malum contrarium bono mutato malo in propriam rationem, erit bonum contrarium contrario boni. Patet igitur, quod eodem utitur.

Inſuper ſi quod ſecundum priuationem dicitur aſsignans, non aſsignauit, id cuius eſt priuatio, ut habitum, aut contrarium, aut cuiuſcunque eſt priuatio. Et ſi non in quo aptum eſt fieri addidit, uel ſimpliciter, uel in quo primo aptum eſt fieri. Vt ſi ignorantiam dicens priuationem, non ſcientiæ priuationem dixerit, aut ſi non addiderit in quo apta eſt fieri, aut ſi addiderit, non in quo primo aſsignauerit, ut quoniam non in rationali, ſed in homine, uel in anima Nam ſi quodlibet horum omiſerit, peccauit. Similiter autem & ſi cæcitatem nõ uiſus priuationem in oculo dixerit. Oportet enim bene aſsignantem quid eſt, & cuius eſt priuatio aſsignare, & quidnam eſt quod priuatum eſt.

Cum aſsignaſſet locos ab oppoſitis, ſecundum ea ad aliquid, & a contrariis ſimpliciter, & ſecundum priuationem dictis cum diceret in ipſis dictis contrariis ſecundũ priuationem, quod dictum ſecũdum priuationem oportet

tet per hoc, de quo priuatum eſſe dicitur diffiniri, ſi fuerint priuationes, & contraria priuatione dicta inquit in hoc, quod ſi ſecundum priuationem dictum aliquis diffiniens non complexus eſt in diffinitione hoc, cuius priuatione diffinitum dicitur non recte diffinit, ſed & ſi hoc nō poſuerit, & non addiderit id, in quo natum eſt fieri ſimpliciter, uel in quo primo, neque ſic diffiniuit. Non enim priuatio eſt alicuius, & in aliquo, ſed aliquando, nam quando natum eſt ſic accipit proprie priuationem. Nā inquit eum oportere qui bene diffinit quid eſt, & cuius eſt priuatio aſsignare, & in aliqua parte ſit hoc, & quid eſt priuatum. Nam in ipſa ignorantia quædam pars animæ eſt priuatum, & in cæcitate cæcus.

Videndum autem, & ſi non ſecundum priuationem dictum, priuatione definiuit, ut in ignorantia uidebitur eſſe huiuſmodi peccatum ijs, quæ ſecundum negationem ignorantiam dicunt. Nam quod nō habet ſcientiam, non uidetur ignorare, ſed magis quod deceptum eſt. Propter quod neque inanimata, neque pueros dicimus ignorare. Quare non ſecundum negationem ſcientiæ ignorantia dicitur.

Item inquit peccat etiam qui non priuatiuum, ut priuatiuum diffinit. Ideo docet non recte aſsignari diffinitionem ignorantiæ, ſi quis ipſam priuationem ſcientiæ dicat. Nam quicunque non ſecundum negationem dicunt opponi ignorantiam ſcientiæ, neque dicunt ſimpliciter ignorare non cognoſcere peccant. Nam neque partes ignorat, neque pueri. ſed hæc non cognoſcere, dicuntur autem ignorare illi qui habent errantem diſpoſitionem, & prauam quos inquit habere ignorantiam pro habitu prauam, & decipientem, ſed non cognitionis priuationem. Similiter etiam peccaret diffiniens immortalitatem eſſe priuationem mortis. Non enim priuatio mortis eſt immortalitatis, ſed habitus, & diſpoſitio.

Inſuper ſi ſimilibus nominis caſibus ſimiles orationis caſus aptantur. Vt ſi adiutiuum eſt effectiuum ſanitatis. adiutiue eſt ſanitatis effectiue, & adiuuans efficiens ſanitatem.

Hic locus fere idem eſt cum quadrageſimo nono. Etenim nunc putat caſibus diffiniti caſus competere diffinitionis. Nam ſi non competunt, non erit bene aſsignata diffinitio, & planum facit hoc per exemplum.

Conſiderandum & in idea, ſi aptabitur dictus terminus. Nam in quibuſdam non accidit, ut quemadmodum Plato definiuit, mortale addens in animalium definitionibus. Idea enim non erit mortalis, ut ipſe homo. Quare non aptabitur ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut paſsiuum neceſſe eſt diſſonare in idea terminum. Siquidem impaſsibiles, & immobiles uidentur eſſe ideæ ijs, dicunt ideas eſſe. Aduerſus hos autem, & tales orationes utiles ſunt.

Hic autem locus eſt contra ponentes ideas, & dicentes illorum eſſe diffinitiones. Nam ſi aſsignata ratio alicuius non competit ideæ ſecundum illud non erit bene aſsignata ratio, ut ſi quis diceret hominem animal rationale mortale non bene diffinit, quia non poteſt ipſiuſmet hominis, uel ideæ hominis eadem eſſe ratio. Neq; enim paſsibile, neque mortale illud, & uniuerſaliter in quibus rationibus aliquid conuenit effectiuum, uel paſsiuum hæc nō conueniunt ideis. Nam ideæ ſunt immobiles, & ſempiternæ. Cæterum illud. [Aduerſus hos autem, & tales orationes utiles ſunt] diceretur, ſcilicet de ſequentibus locis dictis, uel de dictis contra ideas, & ſi hoc erit magis conuenientius contra hos ſcribere, uel aduerſus hos. Item illud dicere, ſcilicet ipſummet hominem mortalem eſſe non eo quod dicitur mori, ſed quia de ratione mortalis eſt mortale, ſecundum quod hæc ſunt mortalia, non eſt ſententia efficientium ideas ipſas per ſe ſubſtantias primas, & ſempiternas, ſed rationes & diffinitiones facientium ideas.

Inſuper ſi eorum, quæ ſecundum æquiuocationem dicuntur, unam definitionem omnium communem aſsignauit. Vniuoca enim, quorum una eſt, ſecundum nomen ratio. Quare nullius eorum quæ ſub nomine ſunt, aſsignatus eſt terminus, quoniam ſimiliter ad omne æquiuocum adaptatur. Paſſus autem hoc eſt, & Dionyſij uitæ terminus, ſiquidem ea motus eſt generi nutriendi naturaliter inſeruiens. Nihil enim hoc magis animalibus, quam plantis ineſt. Vita autem non ſecundum unam ſpeciem uidetur dici, ſed altera quidem animalibus, altera plantis ineſt. Contingit igitur, & ſecundum electionem ſic aſsignare terminum, ac ſi uniuoca, & ſecundum unam ſpeciem omnis uita diceretur. Nihil autem prohibet, & eum qui conſpicit æquiuocationem, & qui alterius uult definitionem aſsignare, latere non propriam, ſed communem utriſq; orationem aſsignando. Sed nihil minus, ſi utrouis modo fecerit, peccauit.

Si aliquis (inquit) æquiuoce dictorum aliquorum unam communem rationem aſsignauerit, patet quod peccet. Nam efficit ipſa ſynonyma eſſe. Nam nullius erit eorū quæ ſub nomine talis ratio diffinitio, eo quod ab illis differunt diffinitiones. Sed quia in his omnibus uidetur ſimiliter competere. Quæreret autem aliquis quomodo poteſt competere cunctis æquiuocis una cōmunis ratio. Non enim amplius manent æquiuoca, ſi etiam nomine, & quadam communicatione communicant, uel ſi unam quandam ſubſtantiam, & naturam rei ratio hæc indicans cunctis competit non amplius erunt æquiuoca. Si uero communia quædam accidentia ipſis habent compoſita non amplius horum eadem diffinitio erit, neq; ē deſtrueretur æquiuocatio ipſorum. Dixit autem quod contingit igitur, & ſecundum prælectionem ſic aſsignare id eſt quod ſi ſecundum prælectionem ut uniuocorum aſsignaret aliquis æquiuocorum unam rationem omnibus congruentem, ſiue continens æquiuocationem, & uolens alicuius unius ſub communi nomine diffinitionem aſsignare, lateret non propriam, ſed communem aſsignans, ut omnibus competentem his etiam ſub nomine, & ſic peccat. Nam utrouis hoc fuerit factū, peccatum eſt.

Quoniam uero æquiuocorum nonnulla latent, interroganti quidem, ut uniuocis utendum. Non enim aptabitur alterius terminus ad alterum. Quare uidebitur non diſtinguendum hoc pacto. Oporteret enim in omne uniuocum aptari. Eidem autem reſpondenti diſtinguendum eſt.

Quia autem inquit quædam æquiuoca, uel uniuoca non ſunt nota, utrum ſint æquiuoca, an uniuoca. Inquit interrogantes & arguere uolentes oportet, ut de uniuocis ipſis efficiant rationem, & oſtendant, quod aſsignata ratio non competit omnibus ipſis perinde ac ſint unius naturæ, & ſimilis ſpeciei, ſi talis, uidelicet fuerit aſsignata ratio. Sed reſpondentes oportet diuidere, & oſtendere ſignificatorum communionem, quæ non ſit ſolum ſecundum rationem, ideo nec aſsignata ratio omnium communis aſsignata eſt, ut ſi quis diffinitionem motus aſsignauerit, quod eſt mutatio ſecundum locum, quia motus eſt, & alteratio, oportet oſtendere quod non competit huic aſsignata ratio motus cum non ſit uniuocus, ſed æquiuocus. Nam quod uniuoce dicitur oportet in cunctis, de quibus dicitur, congruere ſecundum rationē. Vnde oportet ipſum reſpondentem oſtendere, quod etiam motus æquiuocus eſt, & ipſe diffiniret motum ſecundum locum, qui eſt principaliſsimus, & propriiſsimus motus. Oportet quoque in talibus ad contentiones magis. Equidem ſophiſticus eſt locus, qui eſt ad nomen, & non dialecticus.

Quoniam autem quidam reſpondentium uniuocum quidem dicunt æquiuocum, quando non accommodatur ad omne aſſignata ratio: æquiuocum autem uniuocum etiam ſi ad utrunque accommodetur præconfeſſione utendum pro talibus, aut proſyllogizandum, quoniam æquiuocum, aut uniuocum, aut utrunque fuerit, magis enim concedunt, non præuidentes, quod futurum eſt accidere. Si autem non facta confeſſione dixerit aliquis uniuocum æquiuocum eſſe, propterea quia non accommodatur, & in hoc aſſignata oratio: conſiderandum ſi huius oratio accommodetur, & ad reliqua. Nam manifeſtum, quoniam uniuocum erit rrliquis. Si autem non plures erunt definitiones reliquis, quoniam duæ ſecundum nomen orationes accommodabuntur ad eadem: & quæ prior aſſignata, & quæ poſterior.

Quoniam autem (inquit) quidam reſpondentium ob ignorantiam ſæpe uniuocum æquiuocum dicunt. Nam quando competeret aſſignata ratio omnibus, ceu quando aliquis diceret, quod animal eſt ſubſtantia animata irrationalis, quia ratio hæc quam aſſignauit non competit omnibus, coactus dicet, quod non uana eſt, ſi non competit omnibus, nam animal æquiuocum, ſed in æquiuocis non poteſt una oratio diffinitiua aſſignari, uel rurſus æquiuocum uniuocum, ut ſi aſſignaret unam communē diffinitionem in ambobus, uidelicet in omnibus ſignificatis a nomine, ceu quod motus eſt actus internus entelechiaq; mobilis, qua mobile dicet talis, quia cum aſſignata hæc diffinitio ſit omni motui competens motus deinceps uniuocus eſt. Nam in uniuocis una eſt communis diffinitio, quia igitur ut diximus quidam reſpondentes per ignorantiam dicunt æquiuoca uniuoca, & uniuoca æquiuoca, & ob id reprehenduntur ab interrogante, tā quam non bene aſſignantes diffinitionem, porro pro his prius habenda eſt confeſſio, & conſenſus, ideſt oportet interrogantem cogere reſpondentem concedere utrum diffinibile ſit æquiuocum, uel uniuocum. Nam magis inquit concedunt uera non præuidentes, quæ futura ſit ex conceſſione confutatio. Nam ſi aliquis diffiniet bonum, uerbi gratia ſic, quod eſt aptum facere bonos, cōgruum eſt primo cōceſſionem facere ad interrogantem, utrum bonum æquiuocum, uel uniuocum eſt. Et ſi dicit, quod uniuocum, oſtendendo interrogans, quod non omnibus bonis aſſignata ratio competeret, ſic confutare illum poterit. Quod ſi æquiuocum dicit, corrigendum eſt, uelut is qui tentat æquiuoce dicti unam diffinitionem aſſignare, ſed (utrunque fuerit) dixit pro hoc, uel diuerſiuocum, uel multiuocum, quod ſi non facta confeſſione inquit reſpondens fugiendo confutationem huius, quod non cōpetat aſſignata ratio omnibus, quæ ſub nomine ſunt, diceret uniuocum non uniuocum, ſed æquiuocum eſſe, inquit (oportet) uti etiam tali modo ad confutationem dicti, conſiderando ſi ratio hæc competit etiam reliquis, & ſic arguere ipſum, tanquam ratio uniuoci ſit aſſignata de æquiuoco. Etenim competit etiam reliquis, quæ dixit eſſe æquiuoca, nam quorum una eſt ratio hæc uniuerſa ſunt, ſi autem non fuerint uniuoca, & aſſignata ab illo ratio, ut uniuoci aſſignata eſt, & ſic confutabitur quod plures ſunt diffinitiones ipſarum ſpecierum, quam ille aſſignauit dicendo animal eſt ſubſtantia animata irrationalis, & illa poſterior, quam interrogans adducit, quod animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, & quæ communis inueniretur eſſe eidem ad illud, quod uidetur ipſi æquiuocum eſſe.

Rurſum ſi quis definiens aliquid eorum, quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accommodetur ad omnia. Quia æquiuocum eſſe non concedit, nomen etiam dicit non ad omnia accommodari, quoniam nec oratio. Dicendum ad eiuſmodi, quoniam nominatione quidem oportet uti, quæ tradita eſt, & quæ ſeruata eſt, & non dimouere talia. Nonnulla tamen non dicendum ſimiliter, ut plures.

Nunc multipliciter inquit æquiuoca, atqui & aliorum multipliciter dictorum, ut uniuocorum, & inquit ſi quis diffiniuit aliquod æquiuocum, ceu motus eſt ſecundum locum mutatio, quia eadem ratio non competit omnibus ſpeciebus motus. Non enim proprius, neque auctioni, neque alterationi, neque reliquis, patet quod æquiuocum eſt. Si ergo diſputans redargueretur, & aſſignans diffinitionem motus, adhuc autem inſtaret fortiter diceret ipſa non eſſe æquiuoca, principio nec diceret nomen competere his, de quibus neque eſt aſſignata ab ipſo diffinitio. Vnde inquit oportet ad talem ſic dicere. quod nominibus oportet uti, ut plures dicunt, & non noua nomina ponere. Verum ſolent rebus competere nomina ſecus, quaplures, ſed ut ſapientes. Non enim ut plures appellanda eſt bona fortuna felicitas, neque familiæ rector illiberalis, neque grauis prudens, neque audax fortis, ut multi conſueuerunt. Differunt autem hæc ab illis, quæ imponuntur, quoniam illa ſic uocant ſtudioſi, hæc autem uulgares nominant.

Si autem alicuius complexorum aſſignetur terminus, conſiderandum eſt ei, qui aufert alterius eorum, quæ complectuntur, orationem, ſi eſt & reliqua reliqui. nam ſi non, perſpicuum, quoniam neque tota totius, ut ſi quiſpiam definiens lineam finalem rectam, finem plani habentis fines, cuius medium ſuperadditur finibus. Si finalis lineæ oratio eſt, finis plani habentis fines, recte oportet eſſe reliquum, cuius medium ſuperadditur finibus. Sed infinita neque medium, neque fines habet, recta autem eſt. Quare non eſt reliqua reliqui oratio.

Quia in diffinitionibus compoſitorum, ſi fuerit compoſitum, cuius diffinitio aſſignatur ex duobus quibuſdā compoſitum, oportet enim qui aufert a tota ratione alterius eorum in diffinitione rationem conſiderare, ſi relicta pars aſſignatæ rationis relictæ diffinitio compoſito diffinitio ſit. Nam ſi non neque tota ratio erit diffinitio totius compoſiti diffinitio idem. Inquit ergo (Si autem alicuius complexorum aſſignetur terminus) ut quod homo albus eſt animal rationale mortale ſuſceptiuum coloris diſgregatiuū uiſus, oportet conſiderare, & auferre rationem alterius, uidelicet unius complexorum, ut animal rationale mortale. Si ergo & reliqua. Eſt autem ſuſceptiuum coloris diſgregatiuū uiſus, diffinitio eſt reliqui, quod complicatur cum nomine, uidelicet albi, patet q etiam diffinitio totius erit diffinitio, ſi autem aſſumptum non eſt aſſumpti diffinitio, ut neque tota totius, ceu linea finita recta eſt terminus plani habentis terminos, cuius medium ante extrema, diuiſit autem complexum, & dixit, ſi finitæ lineæ diffinitio eſt, ut ſit terminus planum habentis terminos, & eſt linea terminus plani, nam terminus ſuperficiei eſt linea. Cæterum illud (Finis plani habentis fines recte oportet reliquum, uidelicet, cuius mediū ſuperadditur finibus, ſed eſt infinita linea, quod neque mediū, neque finem habens, recta autem eſt,) ideſt oportet intelligere lineam rectam ductam, neque medium habentem, neque fines, cui non eſt adaptare relictum, ſiue cuius medium extremis ſuperadditur finibus, quia neque mediū habet, neque fines, quare non eſt reliqua diffinitio reliqui, uidelicet cuius medium extremis ſuperadditur rectæ, ſed neque tota totius.

Inſuper ſi cum ſit compoſitum quod definitur, æquimembris oratio aſſignetur definito: æquimembris autem dicitur oratio eſſe, quando quot fuerint compoſita, tot & in oratione nomina, & uerba fuerint. Neceſſe enim in talibus ipſorum nominum commutationem fieri, aut omnium, aut aliquorum. quoniā non plura nunc, quā prius nomina dicta ſunt: opotet

etiam

iamet eum, qui definit, orationem pro nominibus aſſignare, maxime quidem pro omnibus: Si autem non, ſaltem pro pluribus. Sic enim & in ſimplicibus, qui nomen commutat, non definiturus eſt, ut pro tunica ueſtem.

Aequimembrem diffinitionem inquit eam, quæ habet partes æquales diffinito. Sed quod dicit tale eſt, quia ſi cõpoſita ratio de aliquo aſſignata fuerit tondem partes habens, quot etiam compoſitum habet, cuius diffinitio aſſignatur, non eſt hæc oratio diffinitio illius. Nam in ſic aſſignatis rationibus neceſſarium eſt nominum in nomina tranſmutationem fieri, quia æqualia ſunt etiam ea, quæ ſunt in definito, & ea quæ ſunt in ratione, & nominis in nomen tranſumptio non diffinitio. Nam ponitur diffinitio oratio eſſe. Vt igitur ſimplex in nomen tranſmutans non diffinitum eſt, ſic neque ex pluribus aſſignata ratio talis, ut unumquodque nominum in eodem in nomen tranſmutari poſſit diffinitio eſt. Dixit autem illud (maxime quidem pro omnibus, ſi autem non ſaltem pro pluribus,) perinde ac non omnia debeant ex neceſſitate cõpoſita nomina in diffinitione ipſorum tranſmutari in orationem. Nam ſufficiens eſt, ut in quibuſdam plurima ſumantur. Nam dicimus ſyllogiſmum demonſtratiuum rationem eſſe ex ueris primis immediatis cauſiſque concluſionis, quanquam ſyllogiſmum non diffiniamus. Fit autem hoc, in quibus dictum genus eſt alicuius notum. Etenim prædicta oratio eſt diffinitio, quia genus ſyllogiſmus, & ut genus aſſumptum eſt in ratione. Sit autẽ apertius dictum per exemplum, ceu homo albus eſt uir candidus. Hic æqualis eſt diffinitio diffinito quo ad partes, & utrunq; componitur ex duobus nominibus, & ambo nomina quę ſunt in definito in æqualia nomina tranſumpta fuerunt in diffinitione, uel aliquorum quãdo fieret tranſmutatio unius, ut homo albus ẽſt uir candidus. Patet igitur, quod facta euariatione in diffinitione, quia plura nomina quæ dicta ſunt eorum indefinita non ſunt diffinitio aſſignata. Nam oportet diffinitionem plura diffiniti nomina habere ſignificantia, tamen unum, ut ſe habet in homine, ut homo eſt animal rationale mortale mentis, & ſcientiæ capax. Cæterum oportet diffinientem omnia nomina in orationem tranſmutare, ut quando dixerit homo albus eſt animal rationale mortale mentis, & ſcientiæ capax habens colorem album, uel non omnium: plurium ſaltem & occultorum, ceu ſyllogiſmus demonſtratiuus eſt ſyllogiſmus, in quo poſitis quibuſdam, & cætera. Hic ſyllogiſmus non mutatus eſt in orationem ob euidentiam, ſed demonſtratiuus tranſumptus eſt in orationem. Quod ſi non ſic fieret tranſumptio nominum in orationes, ſed nomina pro nomine aliquis aſſignando cenſeret diffinitionem eſſe, etiam erit omne nomen ſimplex in ſimplex tranſmutandum, & ſic fieri diffinitionem aſſerere, ut pro tunica ueſtem.

Adbuc autem maius peccatum erit, & ſi per ignotiora nomina immutationem fecerit: Vt pro homine albo, terrigenam candidum. Neque enim definuit, cum minus ſit clarũ, quod ſic dicitur.

Item inquit maius peccatum ſit, ſi etiam per ignotiora nomina aliquis tranſumptionem faceret, ceu pro albo homine aſſignando uirum candidum. Nam quo ad diffiniendum fecit rationem captu difficiliorem.

Conſiderandum etiam in commutatione nominum ſi non idem adbuc ſignificent. Vt qui contemplatiuam ſcientiam, opinionem contemplatiuam dixit. Nam opinio ſcientiæ non idẽ eſt. Oportet autem, ſi debet, & totum idem eſſe. Nam contemplatiuum quidem commune in utriſque orationibus eſt, reliquum uero differens.

Inquit etiam hoc conſiderandum eſſe, ſi ſumptum in commutatione nominum idem ſignificat cum nomine diffiniti uidelicet ſi æquiualet eidem. Nam ſi non idem eſt, patet ut etiam ſecundum hoc praua ſit aſſignatio, ut ſcientia contemplatiua eſt opinio contemplatiua, hic opinio non idem ſignificat cum ſcientia. Nam hæc eſt eorum, quæ ſemper eodem modo ſe habent, & ſempiterna nunquam defutura, ſed opinio eſt eorum quæ poſſunt errare, & nõ eodem modo ſemper ſe habent. Oportet autem idem ſignificare, ſiquidem tota, uidelicet diffinitio eadem eſſe debet cum diffinito.

Inſuper ſi alterius nominis commutationem faciens non differentiæ, ſed generis commutationem fecit, ut in eo, quod nuper dictum eſt, ignotius enim contemplatiua quam ſcientia. Nam hoc quidem genus, illud autem differentia. Omnibus autem notius eſt genus, communius enim eſt. Quare non generis, ſed differentiæ oportebat commutationem fieri quoniam ignotior eſt. An hæc quidem ridicula reprehenſio eſt, nihil enim probibet differentiam quidem notiſſimo nomine dici, genus autem non. Sic autem rebus ſe habentibus perſpicuum, quoniam generis, & non differentiæ ſecundum nomen commutatio facienda. Si autem non nomen pro nomine, ſed orationem pro nomine commutauerit, manifeſtũ, quoniam differentiæ magis quam generis definitio aſſignanda eſt. Quoniam cognoſcendi gratia definitio aſſignatur. Minus enim differentia quam genus nota eſt.

Et hoc inquit, oportere in tranſmutationibus nominum in nomina conſiderare ſi aliquis alterius nominis tranſumptionem non efficiens non differentiæ uelut occultioris, ſed generis eum ſit notum fecerit. Nam oportet tranſumptionem ignotioris efficere, ſed poſt exponendum eſt ſupra exemplum hoc uidelicet contemplatiuæ ſcientiæ. Vnde inquit non eſt neceſſe differentiam ſemper genere ignotiorem eſſe, quo circa in quibuſdam ſi acciderit differentiam notiorem eſſe genere in nomen tranſumptionem facere licebit. Si autem non nominis trãſumptio in nomẽ fieret ſed in orationem & diffinitionem, differentiam (inquit) oportet magis tranſmutare quam genus. Nam peculiarior eſt differentia rei quam genus, & diffinitio cauſa cognoſcendi ſit, quare ob differentiam hoc fieri debet. Sed ob genus non magis hoc quam aliquid aliud ſimilium generum cum ipſo, ut ſi fuerit propoſitum ſyllogiſmum demonſtratiuum definire non ſyllogiſmum ſimpliciter, ſed demonſtratiuum ſyllogiſmum erit definire. Nam hoc quærimus ut proprium, & eorum quæ ſub ſyllogiſmo aliud magis differt. Nam differentia minus nota eſſe quam genus uidetur non eſſe cõceſſum paulo ante dictis. Nam dixit poſſibile eſſe differentiam nominari per ſe notam, ſed genus non. Ideo & inquit oportere apertius tranſumere, uel ſi etiam nomen aliquando differentiæ non eius fuerit generis, ſed ipſa res differentia ſignificata minus nota ſignificato ſub genere. Nam cum qui cognoſcit differentiam, oportet etiam genus cognoſcere, non tamen in cognitione generis & differentia continetur.

Si autem differentiæ terminum aſſignauerit, conſiderandum ſi & alicuius alterius cõmunis eſt aſſignatus terminus. Vt cum imparem numerum, numerum medium habentem dixerit, determinandum quoniam pacto medium habentem. Nã numerus quidem communis in utriſque orationibus eſt. Imparis autem tranſumpta oratio. Habet autem & linea, & corpus medium, cum non ſint imparia. Quare non erit utique definitio hæc imparis. Si autem multipliciter dicitur medium habens, determinãdum quomodo medium habens. Quare aut reprehenſio erit, aut ſyllogiſmus, quoniã non definiunt.

Inquit rurſus oportere, quando tranſumpta fuerit differentia in orationem conſiderare ſi aſſignata oratio differentiæ & alicui alii competit. Nam ſi non competit alicui alii non eſt diffinitio tranſumptæ differentiæ. Nam oportet diffinitionem propriam eſſe huius cuius eſt, & ad nihil aliud commune. Sed non ſolum

peccat qui aſſignat rationem poſiti ut differentiæ, quæ ab aliis etiam competit, ſed etiam ſi in omni eo competeret de quo aſſignatur, & ſic peccauit. Nam qui dicit lineæ rectæ diffinitionem, linea eſt cuius media ſuperponuntur extremis, peccat, quia hæc ratio non competit infinitæ lineæ rectæ, quandoquidem hæc non habeat medium, neque fines, ſed neque ſuperponitur ſecundum aliquas partes ab intermediis, quia autem hoc ſcilicet medium habens eſt de numero eorum quæ multipliciter dicuntur. Nam quia numerorum eſt magnitudinum in aſſignationibus multipliciter dictorum oportet definire ſecundum quale, uel quod ſignificatũ aliquis facit aſſignationem, uel ratiocinandum eſt & oſtendendum quod nõ definiuit qui ſic aſſignat, eo quod competit etiam aliis aſſignata ratio, uel increpandum eſt quod non bene accepit, quia indeterminate aſſignationem faciebat. Nõ enim ſuperfluum eſt hoc habens medium ſimpliciter, ſed etiã habens unitatem mediam, ut quinque. Nam inter duo & duo eſt unitas.

Inſuper ſi id, cuius quidem orationem aſſignauit, eſt entium: Quod autem ſub oratione, non entium, ut ſi album quiſpiam definierit colorem igni permiſtum. Impoſſibile enim incorporeum corpori permiſceri. Quare non erit color igni permiſtus, tamen album eſt.

Quia diffinitio quid erat eſſe ſignificat uniuſcuiuſque, oportet, inquit, inſpicere, ſi quidem diffinitio entium eſt, & illud a diffinitione ſignificatum ideſt diffinitum, non rerum. Nam ſi hoc manifeſtum perinde ac non ſit diffinitio propoſiti aſſignata oratio. Non enim poſſibile eſt alicuius entium quod quid erat eſſe, cuius eſt diffinititio indicatiua non ens eſſe. Sed poſitum exemplum cum ſit manifeſtum oſtendit loci potentiam.

Inſuper quæcunque non diuidunt in iis, quæ ſunt ad aliquid, ad quod dicitur, ſed in pluribus comprehendentes dicunt, aut omnino, aut in aliquo falſum dicunt. Vt ſi aliquis medicinam diſciplinam entis dixerit. Nam ſi nullius entium medicina eſt diſciplina, manifeſtum quoniam tota oratio mendax eſt. Si autem alicuius quidem, alicuius autem non, in aliquo falſa erit. Oportet enim de omni, ſiquidem per ſe, & non ſecundum accidens entis eſſe dicuntur, quemadmodum in aliis ſe habent ea, quæ ad aliquid ſunt. Nam omne diſciplinatum ad diſciplinam dicitur. Similiter autem & in aliis, quoniam conuertuntur quæcunque ſunt ad aliquid, omne enim diſciplinatum ad aliquid. Cæterum ſi is (qui non per ſe, ſed ſicundum accidens aſſignationem fecit) recte aſſignauit, non ad unum, ſed ad plura unumquodque eorum, quæ ad aliquid dicuntur, aſſignauit. Nihil enim prohibet idem, & ens, & album, & bonum eſſe. Quare qui ad quodlibet horum aſſignauit, recte aſſignauit, ſiquidem is, qui ſecundum accidens aſſignauit, recte aſſignauit. Præterea autem impoſſibile eſt huiuſmodi orationem propriam aſſignati eſſe. Nam non ſolum medicina, ſed plures aliarum diſciplinarum ad ens dicuntur. Quare unaquæque entis diſciplina erit. Manifeſtum igitur, quoniam talis nullius eſt diſciplinæ definitio. Propriam enim & non communem oportet definitionem eſſe.

Peccant autem (inquit) etiam hi qui diffiniẽdo aliquid eorum ad aliquid non diuidunt neque determinant ad quod dicitur illud quod ſub communi diffiniunt. Nam quia omne ad aliquid habet eſſe in habitudine ad aliud, & eſt hoc ad quod unumquodque eorum ad aliquid habet eſſe determinatum, ut etiam ipſum ad illud eſſe habet: ſi aſſignando quis diffinitionem eorum ad aliquid ad quod aliud aſſignaretur, quod commune cum ſit continet etiam id ad quod diffinite dicitur, cuius diffinitionẽ aſſignat, uel aliud eſt ab eo, omnino peccat & mentitur uel ad aliquid, uel ſimpliciter, uel uniuerſaliter. Et quo ad aliquid ſi fuerit id ad quod aſſignauit ipſum commune, & in hoc continentes ad quod proprie hoc dicitur. Item ſimpliciter & omnino peccat, uel mentitur, ſi aliud. Nam medicinam diffiniens ſcientiam entis, ad aliquid peccat, eo quod ſub ente ſunt etiam hæc quorum eſt medicina ſcientia. Non enim omnia entia, ſed quædam medicina ſcit, nam ens unum & de morbidis ægrotantibus agit; quorum eſt ſcientia medicina. Vel poteſt commune eſſe & non æquiuocum ut ens, ſed uniuocum illi ad quod propoſitum dicitur, ut ſi geometriam aliquis diffiniens dixerit ſcientiam ſcibilis uel opinabilis eſſe nam ſcibilia & opinabilia ſunt, quorum geometria eſt ſcientia. Simpliciter autem peccat qui dicit medicinam eſſe ſcientiam paris & imparis. Nam omnino hæc ſunt diuerſa a medicinalibus rebus. Et exempli gratia, ut oſtendat quod aliquis mentiens quo ad aliquid & quædam ſimpliciter ſit, in medicina dixit hoc. Nã ſi de nullo ente medicina ſcientia eſt, quaſi dicat, ſic hæ enim non fuerint ſub aſſignata quorum eſt ſcientia medicina, ſimpliciter mentitus eſt. Si uero fuerit ad aliquid, quia omnis ſcientia entis eſt. Nam oportet medicinam eſſe ſciẽtiam omnis entis, ſi quidem per ſe & non ſecundum accidens ſit aſſignata diffinitio, ſed per accidens eſt entis, quia accidit ſanis ut ſint, ſed nõ ſimpliciter, neque per ſe. Oportet autem unumquodque eorum ad aliquid ad quod dicuntur per ſe aſſignare. Nã omnia ad aliquid dicuntur ad conuertentia. Vt enim ſciẽtia ad ſcibile, ſic etiam ſcibile ad ſcientiam, ſed non per ſe aſſignata, ſed ad communius & per accidens non conuertitur, & adhuc apertius de hoc dicemus. Nam ſi aſſignauit quod ſcientia de nullo ente eſt medicina, omnino mẽtitus eſt. Si uero alicuius eſt ceu ſani, & alicuius non ut morbidi, ad aliquid mentitur. Nam prorſus oportet ut medicina ſit ſcientia de ambobus, ſcilicet morbido & ſano, ſi quidem per ſe aſſignatum ad ens, & non per accidens ſit, & non de aliquo uerificetur, & de aliquo non, igitur non debet uniuerſalius eſſe eo ad quod dicitur. Vt enim ſcientia ad ſcibile dicitur & econtra oportet etiam medicinam diffinire ad aliquid dici. Nam ſi non erit uniuerſalius ſed æquiualens erit etiam conuertens. Nunc autem neque conuerti poteſt dicendo omne ens ſcibile medicinæ eſt. Nam aliquod ens ſcibile eius eſt, ut ſanum & morbidum. Nam ob id dixit quod ſi per ſe & non ſecundum accidens aſſignauit ſcientiam ad ens. Nam quæ dicuntur per ſe ad aliquid conuertuntur etiam inter ſe, ſed quæ non per ſe, ſed per accidens, ideſt ad aliquod communius aſſignata non conuertuntur. Quod uero non oporteat per accidens aſſignationem eorum ad aliquid facere oſtendens appoſuit etiam hunc locum dicendo quod ſi ſic aſſignaretur aliquid eorum ad aliquid, accidet unumquodque non unum dici, ſed ad plura ſecundum hanc rationẽ. Nam ut ſomno accidit eſſe aliquod ens ſic nihil prohibet eidem accidere bonum magnum album & alia infinita. Et qui ad unumquodque horum aſſignat ſcientiam & medicinam bene aſſignabit, ſiue dabimus quod aſſignans per accidens recte aſſignat. Hoc igitur abſurdum. Item non fieri in tali aſſignatione aſſignatum diffinitionem propriam ei de quo aſſignatur patet, ſed oportet habere propriam diffinitionem quod diffinitur. Nam oportet ipſam propriam eſſe & ſignificare quod quid erat eſſe, cuius eſt. Item inquit & hoc impoſſibile eſt, ſcilicet eſſe peculiarem diffinito ſic aſſignatam diffinitionem. Non enim ſolum medicina ſcientia entis dicetur, ſed etiam ſimpliciter unaquæque ſcientiarum ad ens aſſignabitur, ſi quidem omnis ſcientia ſit alicuius entis, quod ſi omni ſcientiæ competit, nullius erit propria. Cæterum cum dicit { Nam non ſolum medicina, ſed plures aliarum diſciplinarum ad ens dicuntur. } hoc ſimplicius dixit, uel quia uidetur etiam ſcientia ſophiſtica, cum quædam ſit circa ens non eſſe, ut Plato in ſophiſta demonſtrauit.

Quandoq; autem definiunt non rem, ſed rem bene ſe habentem,

bentem, aut perfectam. Talis autem & rectoris, & furis terminus eſt, ut ſit rector quidem, qui poteſt quod in unoquoque eſt uerisſimile conſiderare, & nihil prætermittere. Fur autem qui clam ſumit. Perſpicum enim quoniam cum talis uterque bonus ſit, ille quidem bonus rector, hic autem bonus fur erit. Non enim qui clam ſumit, ſed qui uult clam ſumere, fur eſt.

Errant aliquando qui non diffiniunt per ſe eem, ſed eẽ bene ſe habẽtem uel perfectam, uidelicet qui finem & habitum rei, quod corrigeretur efficereturque recte ab aliquo ob exercitium & diligẽtiam meditationemque diffiniunt. Non enim in omnibus rebus ſubſtãtia in ipſo bene ponitur. in quibus igitur non eſt ipſum bene connaturale, ſed extrinſecus aduenit, ut etiam ad ipſum bene poſſe res ſit, in his non recte ipſum bene in diffinitione aſſumitur. Nam pars eius, ſed nõ totum diffinitur. Non enim ſolus homo ſtudioſus, neque ſola domus ſtudioſa, item nec ſola ciuitas, bene recta legibuſque, neque actio nec diſpoſitio uel opinio cum ipſo eſſe hoc bene habent, ideo in omnibus his diuerſa eſt rei diffinitio, & alia eſt hæc bene habentis. Nam rector non eſt qui cõtemplatur in unoque uerisſimile & nihil omittit, & etiam ſi dimitteret aliquid non contingentium ad propoſitum perſuaſibilium & uoluerit eſſe uerisſimile inuenire & afferre. Nam ſunt quædam etiam in ſcientiis & artibus imperfectiores. Itẽ uirtutum & malitiarum, & qui in unoquoque addit conſilio uoluntatique actum perfectum definit, qui uero ab electione ſi incipiat habentem habitum diffinit. Nam iniuſtus eſt qui eſt perfectus in iuſtitia præeligens & faciens iniuſta, & non ſolum eligens.

Rurſum ſi quod propter ſe eligendum eſt, ut actiuum, uel effectiuum, uel quolibet modo propter aliud eligendum aſsignauit. Vt qui iuſtitiam legum conſeruatricem dixit, aut ſapientiam effectiuam felicitatis. Nam conſeruatiuum, & effectiuum eorum ſunt, quæ propter aliud eliguntur. An nihil quidem prohibet & quod propter ſe eligendum eſt, & propter aliud eſſe eligendum. Attamen nihil minus peccauit, qui ſic definiunt quod propter ſe eſt eligendum. Nam unicuique optimum in ſubſtantia maxime. Melius autem quod propter ſe eligendum quam quod propter aliud. quare id, & diffinitionem oportebit magis ſignificare.

Quia diffinitio ſubſtãtiam uniuſcuiuſque & eius eſſe ſignificat, eligens per ſe eligibile uelut effectiuum & actiuũ alterius & propter hoc eligibile, uel uniuerſaliter propter aliud eligibile, patet quod non diffinit, quandoquidem ſubſtãtiam rei indicat per orationem. Si autem ſunt quædam propter ſe eligenda, & propter alia, nihil minus inquit peccat qui talia a deteriore diffinit, nã unumquodque ſecundum melius eorum in ipſo diffiniri debet, ſed diffinitio eius quod erat eſſe uniuſcuiuſque eſt indicatiua. Sed non oportet exiſtimare pugnãtia ipſum dicere cum paulo ante dixerit non oportere diffinientem ab ipſo bene ſe habente eorum in ipſo diffinire, nunc autem dicit uniuſcuiuſque ſubſtantiam ſecundum eo quod melius eſt in ipſo diffiniendam eſſe. Nam in cunctis in quibus ſunt optimum & minus tale, ut in prædictis eligibilibus propter ſe, & propter diuerſa, & alia horũ eſſe propter ſeipſa eſt melius eo propter altera, ſed quorum melius non eſt in natura, ſed extrinſecus ab ipſis hoc aduenit ex aliqua cura & diligentia, horum eſſe non eſt amplius in meliore, quandoquidem nec a principio in omnibus ſit. Item argumentum fit ſecundum probabile.

Conſiderandum autem eſt, & ſi is, qui alicuius definitionem aſsignauit, aut hæc, aut quod eſt ex his, aut hoc cum illo definiuit. Nam ſi hæc quidem, accidet utriſque, et neutri ineſſe. Vt ſi iuſtitiam temperantiam, & fortitudinem definierit. Nam ſi duo ſint, uterque autem alterum habeat, utrique iuſti erunt, & neuter: quoniam, ambo quidem habent iuſtitiam uterque autem non habet. Si autem nondum quod dictum eſt admodum abſurdum uidetur, quoniam & in alijs accidit huiuſmodi (nihil enim prohibet utroſque habere minam, cum neuter habeat) Attamen contraria ineſſe eidem omnino abſurdum uidebitur eſſe. Accidet autem hoc, ſi hic quidem ipſorum temperantiam, & timiditatem habet. Ille autem fortitudinem, & prodigalitatem, nam utrique & iuſtitiam, & iniuſtitiam habent Nam ſi iuſtitia, & temperantia, & fortitudo eſt, & iniuſtitia timiditas & prodigalitas erit. Et omnino quæcunque ſunt ad argumentandum idonea quoniam non idem ſunt & partes, & totum. Omnia utilia ſunt ad id, quod nunc dictum eſt. Videtur enim qui ſic definit, partes toti eaſdem dicere eſſe. Maxime autem accommodatæ fiunt orationes, in quibuſcunque manifeſta partium eſt cõpoſitio. Quemadmodum in domo, & in cæteris talibus. Verum manifeſtum, quoniam cum partes fuerint, nihil prohibet totum nõ eſſe, quare non idem erunt partes toti. Si autem non hæc, ſed quod ex his eſt dixit id eſſe, quod definitur. Primum conſiderandum, ſi non aptum eſt quippiam unum fieri ex ijs, quæ dicta ſunt. Quædam enim ſic ſe habent adinuicem, ut nihil ex eis unum quippiam fiat, ut linea & numerus.

Conſiderandum inquit eſſe ſi alicuius diffiniti uelut domus aliquis diffinitionem aſsignans diffiniret quod domus eſt hæc, uidelicet lapides, & ligna, uel ex his uidelicet quod iuſtitia eſt ex fortitudine & temperãtia, uel domus ex lapidibus & lignis, uel hoc cum hoc, quia iuſtitia eſt temperantia cum fortitudine, uel domus eſt integumentum cum lapidibus & lignis. Nam ſi hæc accidet & ſi duo extiterint alter temperatus, & alter fortis, & duobus his iuſtitia ineſt, & nulli ipſorum diuiſim. Nam unus & temperatus non iudicaretur iuſtus quippe duæ erant, iuſtitia ſcilicet, temperantia & fortitudo. Nam cum duo fuerint homines alter habeat temperantiam, & alter fortitudinẽ, & ob id ambo iuſti erunt & neuter ſeorſum, nec unus ſolus qui habet fortitudinem iuſtus uocabitur, aliquando quia ambo hi duo qui habent iuſtitiam nemo eorum diuiſim iuſtitiam habet. Cæterum inquit & ſi nullum abſurdum accidit, ſi diceretur unus horum non habere iuſtitiam, neq; appellari iuſtum, immo quod ſimul duo habent ipſam, & diffinire iuſtos ambos debemus, quia in aliis tale accidit. Nam ſi fuerint quidem tres, qui ſimul numiſma unum habeant, ſimul tribus inerit numiſma unum, ſed diuiſim unicuique non inerit, tamen hoc cum inſit duobus contrario modo, ut iuſtum & iniuſtum uidebitur omnino abſurdum eſſe. Nam opponitur iniuſtitia iuſtitiæ, & temperantiæ intemperantia, & timiditati fortitudo. Si ergo iuſtitia eſt fortitudo, & temperantia, erit etiam iniuſtitia timiditas & intemperantia, ideo etiã accidit cõtraria eiſdem ineſſe, ſi ipſorum alter fuerit temperans, & timidus. Nã fortis non eſt, & alter fuerit fortis & intemperans. Non.n. temperans & ob id etiam ambo habebunt iuſtitiam & iniuſtitiam, ſiquidem iuſtitia eſt tẽperantia cum fortitudine. & ob id iniuſtitia eſt intemperantia cum timiditate. Vniuerſaliter igitur inquit quæcunque ſunt oſtendentia non idem eſſe totum & partes, omnia ſunt utilia ad id quod nunc dicitur, ut quod iuſtitia eſt hæc uidelicet temperantia, et fortitudo. Nã qui ſic diffinit inquit partes eſſe has in toto. Nã partes iuſtitiæ ſunt fortitudo & temperantia. Vnde maxime orationes oſtendẽtes non idem eſſe totũ & partes peculiares ſunt ſane congruæ in quibus perſpicua eſt compoſitio partium. Nam patet ex his quod ſi lapides & ligna fuerint, non neceſſe eſt etiam domum eſſe, quare eorum quæ ſunt partes contingit totum nõ eſſe non idem erunt partes cũ toto. Hic autẽ locus utilis in ſolis diſſimilaribus. Qđ ſi quis diffiniẽdo nõ dixit partes totum eſſe, ſed illud quod fit ex partis

bus, ut domum non ex lapide & latere, ſed ex lapidibus & lateribus, primo conſiderãdum eſt ſi ex his aliquis diffiniret ex quibus non poteſt compoſitis unum aliquid fieri cum unum ſit diffinitum. Nam quædam talia ſunt ex quibus non poteſt unum aliquid fieri, ut linea, numerus, & tota accidentia. Nam qui ex talibus ipſum eſſe alicuius dicit & definit, patet quod non definit, ceu corpus eſt ex lineis numeriſq; compoſitum, ideo neq; qui dicit albedinem ex igne & colore diffinit.

Inſuper ſi definitum quidem in uno aliquo aptum eſt primo fieri, ea autem ex quibus dixit ipſum eſſe, non in uno primo apta ſunt fieri, ſed utrumque in utroque. Manifeſtum enim quoniam non erit ex ijs illud, in quibus enim partes, & totum neceſſe eſt ineſſe. Quare non in uno totum primo eſſet, ſed in pluribus.

Item inquit hoc conſiderandum eſſe ſi diffinitum, cuius diffinitionem aſſignat in uno quodam eſt, in quo primo natum eſt fieri, & ea ex quibus diffiniuit non ſunt in eodem primo, ſed in alio & alio, ut prudentia eſt ex fortitudine & temperantia, patet quod etiam non definit prudentiam qui ſic aſſignat. Nam in quo ex his compoſitũ uidelicet prudẽtia eſt, in illo oportet eſſe etiam ea ex quibus componitur prudentia: ſed prudentia in prima eſt rationali parte, & fortitudo & temperantia alia in iraſcibili, & alia in concupiſcibili, igitur patet quod non erit ex his temperantia. Nam in quibus apparent partes, in illis etiam totum apparere oportet, quare non in una prima ratiomali parte accidit prudentiam uideri, ſed etiam in pleriſque aliis, uidelicet iraſcibili & concupiſcibili.

Si autem & partes, & totum in uno aliquo primo fuerint, conſiderandum, ſi non in eodem, ſed in altero totum, & in altero partes ſint, nam in quo totum in eo & partes eſſe uidentur.

Si autem utrunq; inquit ex quibus aſſignauit eſſe propoſitum in uno primo ſunt illa & totum quod eſt ex his erit quod quidem eſt propoſitum, cuius diffinitionem aſſignat, non tamen in eadem parte, ſed alia in alia, & alia in alia, neque is erit diffiniens. Nam in quo totum, in illo oportet etiam partes eſſe, ceu ſi quis diffiniret uirtutem ex fortitudine temperantia & prudentia. Nam ibi totum apparet, uidelicet uirtus, apparet autem in anima in qua etiam partes apparent, ſed unaquæq; talium partium uirtutis in alia & alia parte animi uidentur & non unaquæq; in toto. Nam partes animæ rationalis iraſcibilis & concupiſcibilis ſunt.

Rurſum ſi cum toto corrumpuntur partes, econuerſo enim oportet accidere, partibus corruptis, totum corrumpi. Toto uero corrupto, non neceſſe eſt & partes corrumpi.

Quia partibus corruptis neceſſe eſt ſimul corrumpi & totum, & toto corrupto non neceſſe eſt partes ſimul corrumpi, ſiquis inquit diffiniret aliquid ex talibus partibus corrupto toto neceſſe etiam eſt hæc ſimul corrumpi ex quibus definitum eſt totum, patet quod non bene diffiniuit. Sic igitur peccaret qui diffiniens corpus quod ex planis conſtitutum eſt. Nam una cum corpore corrumpuntur plana, uel planum ex lineis, uel linea ex punctis. Neq; enim corpus ex planis, quia ſimul cum corpore corrumpitur planum, neque planum ex lineis, neque linea ex punctis ob id neq; ex ſpeciebus poteſt dici genus eſſe. Nam ſimul deſtruentur cum eo. Item neq; quod numerus ex pari & impari conſtet.

Aut ſi totum quidem bonum, uel malum, partes autem neutræ: aut econuerſo, partes quidem bonæ, uel malæ, totum autem neutrum. Non enim ex neutris poſſibile eſt bonum quippiam, uel malum fieri, neque ex bonis, uel malis neutrum.

Nam ſi totum bonum et partes neutræ bonum non continget ſic recte diffiniri propoſitum ex partibus. Nã oportebat etiam partes bona uel mala eſſe, ſiquidẽ partes totius extiterint. Nam impoſſibile eſt partibus nõ exiſtentibus, uel bonis uel malis aliquid ex his compoſitum bonum uel malum eſſe. Vel rurſum ſi partes bonæ uel malæ, & totum nec bonum nec malum, non recte erit aſſignatio facta totius per partes. Nam patet quod non ex talibus partibus tale componitur. Nam quatenus ipſum totum bonum uel malum etiam erat, ſi quidem ex talibus partibus erat.

Aut ſi magis quidem alterum bonum, quam alterum malum. Quod autem ex his non magis bonum quam malum eſt. Vt ſi imprudentia ex fortitudine, & falſa opinione. Magis enim bonum fortitudo eſt, quam malum falſa opinio. Oportet ergo & quod ex his eſt, ſequi illud, quod magis eſt, & eſſe uel ſimpliciter bonum, uel magis bonum quam malum. Et hoc quidem non neceſſarium, niſi utrunque ſit per ſe bonum uel malum. Multa enim effectiuorum per ſe quidem non ſunt bona: mixta autem quibuſdam ſiunt bona. aut econuerſo utrunque quidem bonum: mixta autem malum, uel neutrum. Maxime autem manifeſtum, quod nunc dictum eſt in ſalubribus, & morbificis. Nam quædam medicamentorum ſic ſe habent, ut utrunque quidem ſit bonum. Si autem utraque dentur mixta, malum.

Quia uidetur compoſitum ex quibuſdam quorum eſt magis aliud & aliud minus tale magis ſequi ſi diffiniens aliquis aſſignarit aliquod compoſitum ex bono & malo, quorum bonum magis eſt bonum quam malum, & malum quod nõ eſt magis bonum diffinit, is ſic diffiniens non recte diffinit. Cum hæc dicit affert in dictis inſtantiam, dicendo quod non neceſſe eſt compoſitum ex bonis omnino bonum eſſe, neq; ex malis malum ꝙ locus ante hunc ſtatuerat. Item nec ex magis bono magis bonum neceſſe eſt eſſe, nec ex magis malo magis malum. Nã in iis quæ ſunt per ſe & ſimpliciter dicta ſequerentur. Si autem aliqua uelut effectiua boni uel mali acciperentur non amplius neceſſe eſt ſequi dicta. Nam plura per ſe non exiſtentia effectiua boni in mixtione adinuicem hoc faciunt, tamen uirtus cum ſit per ſe bona talis manet & non in compoſitione cum alio, igitur boni exiſtentis per ſe neceſſe etiam eſt partes bonas eſſe. Similiter etiam in malo. At ſi effectiua fuerint bona uel mala non neceſſe eſt ut quæ ex his prodeunt ſint bona uel mala. Et hoc ſic oſtendit ſe habere in pharmacis efficientibus ſanitatem et non talibus. Etenim quæ non ſunt per ſe ſana immo contrario dãnoſa mixta tamen inuicem efficiunt ex ipſis effectiuum ſanitatis. Et rurſus cum quædam fuerint nõ dannoſa ſeorſum, & mixta inuicem utilia efficiunt ex eis dannoſum.

Rurſum ſi quod ex meliore, & peiore eſt, non eſt totum peiore quidem melius, meliore autem peius. An neque hoc neceſſarium eſt. Niſi per ſe bona ſint, ex quibus componitur. Nam in ijs, quæ non per ſe ſunt bona, nihil prohibet totum non fieri bonum: ut in ijs, quæ modo dicta ſunt.

Rurſum inquit ſi aliquis dictum ex meliore & peiore non fuerit meliore peius, & peiore melius, neq; congrue ex his eſſe diceretur. Nam ex his compoſitum medium ſit utriuſq; ipſorum extremi accepti ob mixtionem contrariorum utriuſq; ipſorum ferens deteriora. Ideo temperantia continentiaq; compoſita eſt ex recta ratiocinatione & prauo deſiderio & eſt melior prauo deſiderio & peior recta ratiocinatione. Cæterum ad hoc affert inſtãtiam quam etiam ante hæc prius adduxit. Nam in his per ſe bonis & malis uera eſt ratio, non ſimpliciter. Nam ſi aliquid fuerit compoſitum ex ſimpliciter bono, & ſim-

plicer

pliciter malo, intermedium compoſitorum erit, ſi utrunque illorum in compoſitione ſeruaretur, ſed in bonis uelut effectiuis hoc non amplius neceſſe eſt. Nam hæc in compoſitione adinuicem alterantur, ut prædixit in medicinalibus pharmacis, tãquam nil prohibeat ex ambobus melius & probius utroque fieri.

Inſuper ſi uniuocum eſt totum alteri. Non oportet enim quemadmodum neque in ſyllabis Nulli enim elementorum ex quibus componitur, ſyllaba uniuoca eſt.

Neq; hunc inquit diffinire qui dicit aliquid ex aliquibus eſſe, quorum unum aliquid in toto hoc ex omnibus uniuocum eſt, ceu uirtus eſt fortitudo, iuſtitia, & prudentia. Nam unumquodque horum uirtus dicitur uniuoce cum toto, non oportet igitur totum uniuocum eſſe cum partibus, ut neq; in ſyllabis. Nam unaquæq; ſyllaba non eſt uniuoca cum elementis componentibus ipſam.

Prætrea ſi non dixit modum compoſitionis. Non enim ſufficiens eſt ad cognoſcendum dicere ex his. Nam non quod ex his ſed quod & ſic ex his, cuiuſq; compoſitorum ſubſtantia eſt. Vt in domo. Non enim ſi quolibet modo componantur hec, domus eſt.

Item neque illum inquit diffinire qui dicit ex quibuſdã componi quod diffinitur, & minime exponit modum compoſitionis. Non enim ſufficiens eſt de ſe ad indicationem ſubſtantiæ compoſitorum ex aliquibus aſſignatio eorum ex quibus ea componuntur, niſi etiam modus cõpoſitionis ipſorum fuerit in ratione additus. Nam ſic ex his compoſitum ſubſtantia uniuſcuiuſq; compoſitorum eſt. Et dictum patet exemplo domus & ſyllabæ. Neque enim domus ſimpliciter eſt lapides, lateres, & ligna, ſed omnium talis ordo: neque ſyllaba eſt elementa, ſed horum talis compoſitio.

Si autem hoc cum illo aſsignauit, primum quidem dicendum, quoniam hoc cum illo dicitur, aut hoc & illud, aut quod ex illis: nam qui dicit mel cum aqua, uel mel & aquam dicit, uel quod ex melle, & aqua. Quare ſi cuilibet eorum, quæ dicta ſunt, idem confitebitur hoc cum illo: eadem conueniet dicere, quæ quidem dicta ſunt prius ad utrunque eorum.

Inquit & ſi quis diffinitionem alicuius fuerit aſsignans aſsignando hoc cum hoc nihil intereſt (inquit) ſi dixerit hæc quædam eſſe uel hoc ex his. Nam qui dicit mellismerum dicit ſimile uinum mero, ut ſi dixit mellimerum eſſe merum uinum, uel ex mero & melle. Vtrumuis horũ erit idem dictu. Ideo & locis his ad deſtructionem utendum eſt, quibus etiam ibi deffinientes prius aſsignauit. Tradit autem & hic quoſdam proprios locos ad talem aſsignationem definitionum.

Inſuper diuidenti quoties dicitur alterum cum altero, conſiderandum, ſi nullo modo hoc cum illo, ut ſi dicitur alterum cum altero aut ut in aliquo eodem ſuſceptiuo: ut iuſtitia & fortitudo in anima aut in loco eodem, aut ut in tempore eodem. Quod ſi nullo modo uerum ſit, quod dictum eſt in his, manifeſtum eſt, quoniam nullius erit aſsignata definitio quoniam nullo modo hoc cum illo eſt. Si autem diuiſio quoties dicitur alterum cum altero, uerum erit in eodem tempore utrunque eſſe, conſiderandum, ſi contingit non ad eundem finem utrunque dici. Vt ſi fortitudinem definiuit audaciam cum recta intelligentia. Contingit enim audaciam quidem habere ſpoliandi, rectam autem intelligentiam circa ſalubria. Sed non fortis, qui in eodem tempore cum illo hoc habet. Inſuper ſi & ad idem ambo dicuntur, ut ad medicinalia. Nihil enim prohibet & audaciam quandam, & rectam intelligentiam habere ad medicinalia: non tamen ſic fortis erit, qui hoc cum illo habet. Neque enim ad alterum, eorum utrunque oportet dici, neque ad idem quodcunque ſit. Sed ad fortitudinis finem, ut ad præliorum pericula, aut ſi quid magis eſt illius finis.

Primum igitur cenſet diuidentem quotupliciter dicitur hoc cum hoc conſiderare ſi ſecundum nullum ſignificatorum ab ipſo aſsignatũ hoc cum hoc eſt. Non enim erit determinate ſic aſsignans. Significat autem hoc cum hoc uel hoc cum eodem ſubiecto, uel id in eodem loco, uel in eodem tempore. Addit autem quod ſi aſsignatam poſsit in eodem tempore eſſe non ad idem utrunq; diceretur, uel ſi etiam ad idem ambo dicerentur, non tamen ad finem propoſiti definiti, neq; ſic ſane definitum eſt, neque enim ad alterum oportet dici, neque ad idem quoduis, ſed ad finem diffiniti. Sed exempla huius quod ſint in eodem receptiuo dicit, ut uirtus iuſtitia cum fortitudine. Nam in eodem receptiuo, ſcilicet anima ambæ ſunt iuſtitia & fortitudo. Item in eodem loco ut corpus trifariam dimenſum cum ſuperficie. Nam in quo loco eſt corpus in eodem etiam ſuperficies. Item in eodem tempore, ut fortitudo eſt audacia cum recta intelligẽtia. Nam in quo tempore eſt audacia, in eodem etiam recta intelligentia. Item inquit ſi ad eundem finem audacia eſt recta intelligentia diceretur, ut ad medicinalia forte. Nam par eſt in quibus inducit ſectionem medicus, ut in uulnere ſimul audaciam & rectam intelligentiam habere & ad unum finem reſpicere, ſcilicet laborantem ſanare, ſed tamen nec ſic dicetur fortis medicus. Neque enim utraque pars ad alium & alium finem dicenda eſt, ut in prauo deſiderio & recta ratione, neq; ad eundẽ et unũ. Sed forte ut nunc diximus eundem finem habere ambo, ſcilicet ſanare, ſed ad quem dicitur diffinitum, ceu quia fortitudo ad recte agendum ea, quæ in bello geruntur, oportet etiam ad eũdem finem partes eius reſpicere, ut audacia & recta intelligentia partes eius.

Quædam autem ſic aſsignatorum nullo modo ſub dictam cadunt diuiſionem: Vt ſi ira triſtitia eſt cum opinione paruipendendi. Nam cum propter huiuſmodi opinionem triſtitia fiat, hoc uult indicare hoc cum hoc fieri aliquid. Hoc autem ſecundum nullum dictorum modorum idem eſt ei, quod eſt hoc cum illo eſſe.

Oſtendit & aliud peccatum, quod poteſt inueniri in tali aſsignatione. Nam quædam ſic aſsignata ſecundum dictionem quod hoc cum hoc aliud quid ſignificat, & nihil horum ſignificatorum huius cum hoc, neq; eorum ſub dicta diuiſione. Nam neq; hæc ſignificat, neque hæc ex his, neque hoc cum hoc, ſed hoc & hoc. Nã qui dicit quod ira eſt triſtitia cum opinione paruipendendi, & nihil horum ſignificare uult, quia per tantam opinionem facta triſtitia ira eſt. ſi autem uult ſignificare dici per hoc cum hoc, patet quod peccaret, & non bene aſsignaret diffinitionem.

Rurſum ſi horum compoſitionem dixit totum, ut animæ & corporis compoſitionem, animal: primum quidem conſiderandum, ſi non dixit qualis compoſitio, ut ſi carnem definiens, aut os, ignis & aeris & terræ dixit compoſitionem. Non enim ſufficit compoſitionem dicere. Sed & qualis quædam determinandum. Non enim quolibet modo compoſitis his, caro fit, ſed ſic quidem compoſitis, caro: ſic autem, os. Videtur autem neutrum eorum, quæ dicta ſunt, omnino eſſe compoſitioni idem. Nam compoſitioni omni diſſolutio contraria eſt. Dictorum autem neutri ullo modo.

Item qui diffiniuit totum eſſe talium harumq; compoſitionem partium, peccat. Non enim quæuis compoſitio totum eſt, neque quoduis cõpoſitum totum dicere ſufficit, ſed qualis quæue ſit compoſitio determinanda eſt, ut qui dicit animal eſſe compoſitum ex anima & corpore, & animal ut totum aliquid eſt, ſed partes eius anima & corpus oportet determinare, & quod hæc ſint. Quod uero nec idem ſit componi utrunque dictorum, quia quod

eſt ex quibuſdam compoſitum non eſt illorum compoſitio ſic oſtendit. Nam omni compoſitioni inquit diſſolutio quædam eſt contraria,ſed toti nil eſt contrarium.

Inſuper ſi ſimiliter ueriſimile eſt omne compoſitum compoſitionem eſſe,uel nullum : animalium autem unumquodque (cum ſi compoſitum) non eſt compoſitio : nullum profecto aliorum compoſitorum compoſitio erit.

Addit etiam hoc dictis,ſi ſimiliter conſentaneum uériſimileque fuerit omne compoſitum, & compoſitionem illorum eſſe,uel nullum. Nam ſi unum aliquid oſtenderetur compoſitorum ex aliquibus non eſſe illorum compoſitorum, non aliud quippiam compoſitorum ex aliquibus compoſitio illorum erit: ſed non animal compoſitū eſt ex aliquibus,igitur non eſt compoſitio illorum. Nam ſubſtantia animata ſenſitiua animal, ſed non compoſitio animæ & corporis ex quibus componitur, igitur neque quippiam aliud ex compoſitis eſt compoſitio. Erit igitur talis demonſtratio per conceſsionem a ſimilibus. Si autē non compoſitio uniuerſaliter,neq; qualiſcunque compoſitio erit.

Rurſum ſi ſimiliter in aliquo apta ſunt eſſe contraria, definiuit autem per alterum, manifeſtum quoniam non definiuit. Si autem non eſt ita, plures accidet eiuſdem definitiones eſſe. Quid enim magis qui per hoc, quam qui per alterum definiens dixit? Quoniam ſimiliter utraque apta ſunt fieri in eodem, talis autem animæ eſt definitio. Siquidem eſt ſubſtantia diſciplinæ ſuſceptiua. nam ſimiliter & ignorantiæ eſt ſuſceptiua.

Si aliquid fuerit ſuſceptiuum eorum quę ſunt ſimiliter inuicem contraria diffiniens hoc per alterum contrariorum nō aſsignat diffinitionem eius. Nam ſic accidet eiuſdem plures eſſe diffinitiones. Nam eſt diffinitio propoſiti & aſsignata ratio per alterum contrariorum, ſiquidem ſimiliter eorum diffinitum eſt capax.

Oportet autem ſi non ad totam definitionem habeat aliquis argumentum,eo quod non nota ſit tota:ad aliquam partium argumentari, ſi ſit nota, & non bene aſsignata appareat. Nam parte interempta, & tota definitio interimitur. Quæcunque autem definitiones obſcuræ ſunt,emendanti,& reformanti ad manifeſtandum aliquid, & habendum argumentum, ſic conſiderandum. neceſſe eſt enim reſpondenti aut ſuſcipere,quod ſumptum eſt ab interrogante:aut idem declarare,quid temere eſt in definitione.

Inquit oportere eum occultas immanifeſtaſq; diffinitiones tranſumere transſerreque, qui corrigit & figurat ipſas ut quippiam manifeſtum ſignificare poſsimus ad quod arguere ualeamus. Vel enim ſic ſe habere orationem concedunt qui illam diffiniunt, uel ſi non concedunt ipſi apertius diffiniunt, oſtendentes per ea quæ a nobis dicta ſunt,quod non admittunt tranſuptionem. Sed ſi utrumuis fieret a nobis, bene facillimeque ratio probari poterit, ceu ſi aſsignaret aliquis diffinitionē animę quod eſt numerus ipſe ſeipſum mouens,opus erit ipſam tranſumere ex immanifeſto ad manifeſtum, & tale a quo haberes argumentum,uidelicet locum deſtruendi ipſam. Vel enim reſpondens ad te oſtendet tranſumptionem diffinitionis,ut tranſumpta ſit a te,& ſi facies deſtructionē eius: uel ſi nō recipit tranſumptionem neceſsitatem habebit a te aperiendi aſsignatam diffinitionem, ſed tranſumptio diffinitionis ſic ſit, ut in diffinitione animæ quæ dicta eſt ſuperius. Eſt autem Xenocratis. Dixit igitur ſi numerus fuerit, ut Xenocrates inquit, uel impar eſt uel par,igitur anima uel eſt par uel impar. et ſi par uel quatuor ſunt,uel ſex: ſi autem impar,uel quinque,uel ſemptem,igitur anima eſt aliquid quatuor uel quinq;, & quia ex omni numero abiecta unitate alter numerus relinquitur, ut ab ipſo ſex quinque, & ab ipſo ſeptem rurſus ſex, igitur quendam numerum ab ipſa anima abiici oportet, & tunc facit alterum, & ſic deſtrues. atqui qui ſic diffinit anima etiā ſecundum Pythagoreos diffinit. Nam hi ſpecies uocabant numeros, & dicebant quod ut numerus, uerbi gratia,decem dictus uirum determinat intelligentiam, & ipſa eſt dans animali occaſiones motus quo pacto moueatur. Nam huius gratia dixit mouens ipſa ſeipſam. Nam motus, quibus moueretur animal,uel animaſtici ſunt, uel naturales, & naturales qui ſunt in ſurſum uel in deorſum motus, ut motus ignis ſurſum uel lapidis. Equidem animaſtici etiam ſunt hi qui a loco in locum prælectione fiunt.

Inſuper quemadmodum in concionibus ſolent legem inducere,& ſi melior ſit,quæ inducitur, interimunt anteriorem; ſic & in definitionibus faciendum,& definitio alia ferenda. Nam ſi apparet melior,& magis,quod definitur,perſpicuū, manifeſtum quoniam interempta erit, quæ poſita eſt, quoniā non ſunt eiuſdem plures definitiones.

Vt in concilijs populiq; conuentu inquit ſi introduceretur aliqua lex noua ab aliquo, uidereturque melior poſita a ueteribus tolleretur iam poſita,eodem quoque modo fiat in diffinitionibus. Nam diffinitione aliqua aſsignata a reſpondente introducatur a te altera melior, quæcunque magis ſignificabit ſubſtantiam diffiniti,quod etiā Ariſtotelis fecit. Nam poſita diffinitione animæ quod ſit motio ſeipſam mouen, introduxit alterā quod eſt actus internus naturalis corporis inſtrumentarij habentis uitā in potentia, quæ cum uideatur longe melior abrogata eſt, atque ſublata poſita, quia non poſſunt eſſe eiuſdem duæ diffinitiones.

Ad omnes autem definitiones non minimum elementum apud ſe eſt,ſolerter definire propoſitum,aut apte dictum terminum aſſumere. Neceſſe eſt enim ueluti ad exemplar conſiderātem habere definitionem,et quod minus eſt ijs,quæ oportet,& quod appoſitum eſt ſuperflue,inſpicere:ut magis argumentis ſit abundans. Quæ igitur circa definitiones ſunt,intātum dictum ſit.

Non exiguam uiam, & occaſionem ad probationem cōtra diffinitiones eſſe inquit,& exercitatum eſſe, ut poſsit omne propoſitum facillime diffinire, uel etiam bene aſsignatas repetere, & uelut regula utitur, & quodam exemplo ex his ad uſum. Nam ad hanc conſiderantes, & comparantes aſsignatam facillime cōtueri poterimus peccata aſsignatæ diffinitiones, ſi defectuoſe aſsignata ſit, uel ſi ſuperfluo quippiam appoſitum habet. Nam ſic etiam argumentis magis abundabimus,ut ſi aſsignaretur quod homo ſit animal mortale irrationale, & adduceretur altera meliora, tunc id quod deficit addendum eſt, ſcilicet rationale, & mentis ſcientiæque capax, & fruſtra additum, uidelicet irrationale abiiciendum eſt,quare cū hoc ſit,erit copia abundantiaque argumentorum ad deſtruendum ipſum.

Finis Sexti Libri.

M. A. MVRETVS
L. MEMMIO FREMIOTO PATRICIO DIVIONENSI S.

QVIBVS ex cauſis quæque res effecta eſt, Luci Memmi, earum interitu ac commutatione ipſam quoque labefactari ac concidere neceſſe eſt. Quare mirandum non eſt, ſi quas amicitias uulgaris aliqua ac leuis cauſa coniunxit, eas nutare ad omnem, ut dicitur, uentulum, tandemque ad nihilum recidere uideamus. Me uerò non fluxa aliqua res, & uicisſitudini obnoxia coniunxit tibi: ſed cum eximia quędã ingenij naturæque tuæ bonitas magnam in animo meo tui admirationem excitaſſet, ea deinde inter nos amicitiæ fundamenta conſtituta ſunt, quæ quia æternas planéq; diuinas radices habent: falluntur, ſiqui coniunctionem hãc noſtram aut locorum interuallis, aut temporum. aut ulla ui ſemper ſæuientis in optimos quoſque fortunæ diſſolui poſſe arbitrantur. Equidem cum præſentem te nunquam non uiſus ſim admirabili quodam, omninoq; immenſo amore complecti, ex quo tamen flagitioſa. illa nos Iacobi Cinaſsij, aliorumque nebulorum coniuratio diſtraxit, ita eum in dies augeri ſentio, ut pene iam à magiſtro meo Ariſtotele diſſentiam, eredamq; etiã ad ea, infinita quæ ſunt, aliquã fieri poſſe acceſsionem. Cuius rei, non tibi, cui hoc certisſimum eſt, ſed ceteris omnibus indicium uolo eſſe, quòd cum hunc Alexandri Aphrodiſienſis (ſi uerus eſt index) librum animi cauſa, è Græco interpretatus, etiam in publicum edere ſtatuiſſem, neminem habui, cui eum potius dicatum uellem, quàm tibi. Vale. Venetijs, CAL. IVLIIS. M. D. LIIII.

ARISTOTELIS
TOPICORVM LIBER SEPTIMVS: ET IN EVNDEM ALEXANDRI Aphrodiſienſis Commentarius, Marco Antonio Mureto Auguſtoritano interprete.

IAM uerò quæſtionum, in quibus idem, an aliud ſit, quæritur, explicanda tractatio. Cum autem uariæ à nobis propoſitæ ſint eiuſdem acceptiones, ea nunc utemur, quæ ex omnibus maximè propria eſt.

CVM dixerit in primo Topicorum, definitioni adiuncta eſſe ea quoque problemata, in quibus, propoſitis duobus, idẽne ſit unum cum altero, an uero aliud, quæritur, eodemq; loco eius rei cauſam indicarit, rectè atq; ordine, problematis ad definitionem ſpectantibus, de quibus proximo ſuperiore libro explicatum eſt, annectit ea in quibus de eodẽ atque alio quæritur: locoſque tum ad deſtruendum, tum ad aſtruendum aptos hoc ſeptimo libro tradit: ita ut loci qui de eodem ſunt, eos qui ſunt de definitionibus, proximè ſubſequantur. Hi autem loci de eodem utiles ſunt, ad tractandas quæſtiones de rei alicuius definitione inſtitutas: quibus enim locis hoc cum illo idem eſſe oſtendimus, iiſdem oſtendere poſſumus propoſitam aliquam ſi nitionem idem eſſe cum eo quod definitur: contraque quibus locis oſtendimus hoc ab illo aliud eſſe, iiſdẽ oſtendi licet aliud eſſe definitionem quampiam, & aliud id, quod definiendum proponebatur.

Dicebamus autem maximè propriè idem eſſe id, quod numero unum eſt. Primum igitur conſiderari hoc poteſt, ex caſibus, ex coniugatis, ex contrarijs. Nam ſi iuſtitia & fortitudo eadem eſt: iuſtus etiam & fortis: iuſteque & fortiter, eadem erunt. Similis quoque contrariorum ratio eſt. Nam ſi hæc eadem ſunt, & quæ ijs aduerſantur, eadem erunt: quodcunque eorum quæ diximus contrariorum genus accipias. Si enim utrunque idem eſt, nihil ſanè intererit, id quod huic, an id quod illi contrarium eſt, ſumpſeris.

Quia idem aliud cum alio uariis modis dici poteſt, idcirco admonet, de eo quod maxime proprie idem dicitur, totam hanc diſputationem fore. Porro maximè propria eiuſdem acceptio eſt, qua aliquid unum & idem numero eſſe indicatur. Vbi enim aliter hoc uocabulo utimur, fere aliquid adiicere ſolemus, ita ut ea de quibus agitur, dicamus eadem eſſe genere, aut ſpecie: hic uerò ſine ulla adiectione, Idem, dicimus: ac ne illud quidem, numero, addere conſueuimus. Præterea ſi qua eadem numero ſint, ea tum genere, tum ſpecie eadem eſſe conſequitur: at eorum modorum alterutro eadem eſſe poſſunt, quæ tamen numero eadem non ſint. Quamuis igitur Idem multis modis dici poteſt, tamen hoc loco de iis demum quæ numero eadem ſunt, uerba facturus eſt: nam & definitiõ cum eo quod definitur idem eſſe hoc modo dicitur: numero uidelicet, non aut genere, aut ſpecie idem. Et uero eorum omnium quæ de eodem traduntur, hæc tantum pars ad definitionem attinere cenſenda eſt, nempe in qua de iis agitur, quæ quandam cum ipſis definitionibus cõmunitatem habent. Nam ſit ne aliquid cum alio, idem genere, ex ipſis qui ad genus referuntur, locis diſputari poteſt. Quibus enim locis hoc ſub uno, illud ſub alio genere etineri õoſtenditur: iiſdem etiam pateſit ea genere à ſe inuicem diſſidere. Siquidem ita demum genere eadẽ eſſe dicentur, ſi unum aliquod genus oſtenſum fuerit, cuius ambitu eorum utrunq; comprehẽdatur: quod & ipſe primo horum librorum tradidit. Quòd ſi ſpecialia problemata, ut ea etiam, quibus differentia exquiritur, ſub generalibus continentur, facile ex his, qui ad generis tractationem traditi ſunt, locis, tota eorum quæ ſpecie eadẽ ſunt, ratio intelligetur. Aptè igitur & conuenienter, de iis, quæ numero eadem ſunt, hoc loco diſputationem inſtituit. Ac primus quidem locus qui ab eo proponitur, hic eſt: ex caſibus, ex coniugatis, ex contrariis idem numero uel aſtrui poſſe, uel deſtrui. Etenim quod ad hanc de eodem & diuerſo quæſtionem attinet, quæ duorum inuicem collatorum ratio eſt, eadem in omnibus ipſorum et caſibus, & coniugatis ualet. Sed & ſi qua eadem ſint, eadem etiam eſſe oportet ea, quæ ſunt illis contraria. Sin diuerſa ipſa ſint, diuerſa quoque contraria erunt: idque in quolibet genere contrariorum.

Cõtraria eſt Cicerone appello, quæ Barbari opposita.

Item ex ijs quæ efficiendi, & ex ijs quæ interimendi uim habent, adeoque ex ipſis tum procreationibus, tum interitibus: omninoq;, ex iis quæ ad eorum alterutrum ſimilem rationem habent. Nam quæcunq; propriè eadem ſunt: eorum & procreationes & interitus idem: & eadem quoq;, tum quæ efficiendi, tum quæ interimendi uim habent.

Item, inquit, ex iis quæ efficiendi, & ex iis quæ interimendi uim habent. Nam quæcunque propriè eadem ſunt, eorum & procreationes & interitus idem. Vt ſi homo, & mortalis idem, utriuſq; etiam eadem procreatio, idemq; interitus. Procreatio quidem ex ſemine, ſanguineque menſtruo. Interitus autem ſeparatio animæ à corpore. Item ſi ſanitas cum morbo idem eſt, eadem quoque erit eorum procreatio. At id quidem ſecus ſe habet. Sanitatis enim efficientia ſunt ſalubres epulæ, uictuſque moderatus: morbi uero ea quæ his aduerſantur. Similiterq;

ſi eadem ipſa ſint, interitus quoque eis ab iiſdem rebus afferetur. Nō autem idem eſt interitus, & id quod interimendi uim habet. Interitus enim ſanitatis eſt, morbus. Quæ autem ipſius uelut interimendæ uim habent, ſunt, ut cibus, ut praua uictus ratio.

Videndum etiam, ſi unum eorum, quæ eadem eſſe dicuntur, ſummum aliqua in re gradum obtineat, num & alterum quoque ſummum eadem in re gradum obtinere dicatur. quo modo Xenocrates uitam beatam & eam quæ ex uirtute degitur, eandem eſſe demonſtrat: quòd uidelicet & ea maximè expetenda uita ſit, quæ cum uirtute coniuncta, & ea quæ beata eſt. Vnum enim eſt ultimum ac maximum rerum omnium expetendarum. Eadem ceterorum quoque conſimilium ratio eſt. Verum enimuero oportet utrunque eorum quæ maxima, quæ ue ſummè expetenda dicuntur, unum numero aliquid eſſe. Alioqui, hac ratione argumenti, eadem eſſe ipſa inter ſe non conſequetur. Neque enim neceſſario efficitur, ſi & Peloponeſij & Lacedæmonij Græcorum fortiſſimi ſunt, ut ijdem ſint inter ſe Peloponeſij, & Lacedæmonij. Nam neque Peloponeſij, neque Lacedæmonij nomine, certus aliquis homo, & unus numero indicatur. At illud certè neceſſarium eſt, in altero alterum contineri: ſicut & Lacedæmonij in Peloponeſijs continentur. Niſi enim alteri in alteris continerentur, utroſque ſe inuicem fortiores eſſe oporteret. Etenim ſi neutri continentur in alteris, Peloponeſios, cum ceteris omnibus fortiores ſint, Lacedæmonijs quoque fortiores eſſe oportet. Sed et Lacedæmonios Peloponeſijs: quippe cum eos quoque poſitum ſit ceteris eſſe omnibus fortiores. Itaque utrique alteris fortiores erunt. Perſpicuum igitur eſt, unum numero eſſe oportere id, quod optimum ac maximum dicitur, ſiquis ex eo, ut idem quoque ſit, efficere meditetur. Quocirca non rectè concludit Xenocrates: neque enim una numero eſt beata uita, & ea quæ ex uirtute degitur. Ideoque non, ſi utraq; ſummè expetenda eſt, ex eo eandem quoque eſſe conſequitur, ſed tantum alteram ſub altera contineri.

Pręterea quę eadem in re ceteris omnibus antecellere dicuntur, ut quod optimum eſt, quodque maximum, & cetera eiuſmodi, ſi eadem ſunt, omnino unum numero ſint oportet. Niſi enim unum numero ſint, eadem non ſunt: neceſſariumq; eſt eorum alterum ſub altero contineri. Alioqui utrumque altero eadem in re ſuperius erit. Oportet igitur in iis de quibus, utrum eadem inter ſe ſint, quæritur, inſpicere, ſi eorum unum aliqua in re cetera omnia ſuperet, num alterum quoque eadem in re cetera omnia ſuperare dicatur. Verbi gratia, ſi unum omniū maximum eſt, ſit ne alterum quoque omnium indem maximum. Et ſi unum maximum, maximeq; expetendum rerum omnium eſt, ſit ne alterum quoq; rerum omnium maximum, maximeq; expetendum. Neque enim ſi hoc quidem maximè expetendum fuerit, in eoq; cetera omnia ſuperet: illud autem maximum, atq; in eo ſuperet cetera omnia, idcirco eadem erunt: ſed ita demum ſi utraq; eadem in re ceteris omnibus ſuperiora ſint. Etenim neceſſe eſt, quæ eadem in re ceteris omnibus antecellant, ea inter ſe eadem numero eſſe. Vnum enim eſt, quod una eademq; re ceteris omnibus præſtat. Atque hoc ita uerum eſt, ſi eorum utroq; aliquid unum & idem numero, non autem ſi compoſitum ex pluribus quippiam, confuſumq; indicetur, ita uidelicet ut unum eorum, quæ ſub comparationem cadunt, alterius ambitu comprehendatur. Itaq; oſtendens cuius modi eſſe debeant ea, quæ in comparationem deducuntur, ait utroq; eorum de quibus, an eadem ſint, quæritur, unum aliquid numero, non autem compoſitum ex pluribus ſignificari oportere, ſi quis ex hoc, quem modo diximus, loco argumentationem conformare meditetur. Nam ſi eorum, quorum utrunque aut magnitudine, aut alia re aliqua ceteris antecellere omnibus dicitur, utrunque etiam unum aliquid numero ſit, ſatis id magno argumento eſt ipſa inter ſe quoq; eadem eſſe. Sin eorum utrunque non ſit unum aliquid numero, tum profectò ex eo non conſequetur eandem eſſe utriuſque naturam. quippe fieri poteſt, ut in eorum uno contineatur alterum. Nō enim eoſdem eſſe Lacedæmonios & Peloponeſios ex eo neceſſariò efficitur, quòd eorum utriq; inter Græcos primas fortitudinis partes tenere dicuntur: neq; enim unus aliquis numero, Lacedæmonii aut Peloponeſii nomine indicatur: imò uero Peloponeſiorum appellatione etiam Lacedæmonii continentur. Ea igitur de cauſa addidit oportere, ut ea utraq; quibus rei alicuius exuperantia tribuitur, unum quippiā ſignificent: nam ita demum erunt eadem numero, ſi tum re aliqua ceteris omnibus præſtare dicantur. Exēpli cauſa, quamuis Peloponeſios & Lacedæmonios non eoſdē eſſe, niſi quatenus alii in aliis continentur, & tamen utroſque Græcorum fortiſſimos eſſe dicamus, nulla tamen ex eo conſequitur abſurditas: qui enim Peloponeſios fortiſſimos eſſe dicit, Lacedæmonios quoq; complectitur, neque ita eis in hoc genere palmam tribuit, ut eos etiam Lacedæmoniis anteponat: quippe qui ipſi quoq; ſint è Peloponeſiis. Quòd niſi alteri in alteris contineantur, in eam incidemus abſurditatem, ut alteros alteris & præſtantiores & deteriores eſſe dicamus.

Videndum quoque, ſi eorum unum cum aliquo idem ſit, num & alterum. Si enim ambo cum eodem eadem non ſunt, conſtat ne inter ſe quidem eadem eſſe.

Vt ſi quis dicat uirum, mortalemq; idem eſſe, & unum numero. Nam ſi ſeorſum uterq; idem eſt cum homine, inter ſe quoq; eadem erunt: ſin minus, ne inuicem quidem.

Præterea ex iis quæ in ipſorum natura hærere, & ex iis in quibus hæc ipſa hærere poſſunt, eadem ne ſint, peruideri poteſt. Siquidem quæ in uno hærere poſſunt, ea ut in altero quoque hæreant, & ſi eorum unum in aliquo hærere poteſt, ut alterum quoque in eodem hærere poſſit, neceſſe eſt. Sin horum in aliquo diſſideant, eadem non eſſe conſtat:

Si enim homo & mortalis idem, illud conſequens eſt, ut quæcunque uni uſuuenire poſſunt, poſſint alteri quoque. Vſuuenire autem homini poteſt, ut grammaticus ſit, ut candidus. In mortali igitur hæc quoq; ineſſe poſſunt. Contraq;, inquit, in quibus eorum unum hærere poteſt, in iis alterum quoq; hærere poſſe oportet. Hæret autem hominis, mortaliſque natura, in Socrate, in Platone, ceteriſq; ſingulis hominibus. Quocirca homo & mortalis idem & unum numero ſunt. Quòd ſi horum in aliquo diſſideant, liquido conſtabit eadem non eſſe de quibus agitur.

Illud quoque uidendum, ad idem ne genus, eandemue categoriam pertineant, an minus: ſed hoc quidem, quale, illud uero, quantum, ſignificet, aut ſit ex iis quæ referuntur ad aliud.

Si enim diceret quiſpiam ſcientiam, uirtutemq; idem eſſe, uidendum erit ad eandem ne categoriam eorum utrunque referatur. Si enim non ita ſit, ſed unum quidem ad quātitatem, alterum ad qualitatem, relationem ue aut aliquod aliud pertineat, ne inter ſe quidem eadem fuerint. ut, uerbi gratia, numerus & ſciētia idem nō ſunt, quoniam hoc ſub uno, illud ſub alio genere continetur.

Præterea num idem utriuſque genus non ſit, ſed unius bonum, alterius malum: aut unius uirtus, alterius ſcientia.

Locus hic uideri poſſet cum priore idem eſſe: neq; tamen ita eſt. Prius enim de categoria tantum, id eſt de primo ſummoq; genere inquirebat: hic autem de genere propinquo, ac, ut ita dixerim, continenti. Nam & ſi duo aliqua in eadem categoria ſint, propinquum tamen genus idem non habeant, eadem idcirco inter ſe numero

non

non erunt. Sit enim eorum utrunque qualitas: at uerò hoc uirtus, illud uitium, aut hoc uirtus, illud ſcientia: diuerſa eſſe liquido conſtat.

Aut num genus quidem utriuſque idem, ſed non eædem differentiæ: ut ſi utrunque ſcientia ſit, ſed unum ex iis quæ cõtemplatione, alterum ex iis quæ actione cernuntur. Itidemq; in aliis.

Etiam ſi genus idem ſit, differentiæ tamen, quæ ſpeciem conſtituunt, eædem non ſint, conſtat ea de quibus agitur, eadem inuicem non eſſe. Itaque eadem non eſt ſcientia quæ contemplatione, & ea quæ actione cernitur. Nam & ſi commune utriuſque genus ſcientia eſt, iis tamen ipſis, quas diximus, differentiis ſeparantur.

Præterea ex acceſsione. ſi alterum quidem acceſsionem capit, alterum uero non capit.

Hac ratione oſtenditur non idem eſſe continentiam, & temperantiam: nam continentia & acceſsionem & deceſsionem capit: temperantia non item.

Aut ſi cum utrunque capiat acceſsionem, creſcere tamen alterum non creſcente altero poſsit. Quemadmodum, non ut quiſque amat uehementius, ita maiore commiſcendi corporis deſiderio ducitur. Non igitur idem eſt amor, & commiſcendi corporis cupiditas. Præterea ex additione; ut ſi eodem utrique addito, id totum quod efficitur, idem non eſt. Aut ſi, cum idem ab utroque ſuſtuleris, quod supereſt, idem non eſt. Vt ſi quis duplum dimidii, & multiplum dimidii idem eſſe diceret. Ita enim, ſublato utrinque dimidio reliqua idem ualere oporteret. At non ita eſt. Neq; enim duplum & multiplum idem ualent. Cõſiderandum autem eſt, non tãtum ex eo ipſo, quod ponitur, uerum etiam ex iis, quæ eo poſito conſequentur, abſurdum ne aliquid conſequatur: ut iis uſuuenit qui uacuum & id quod aeris plenum eſt, idem eſſe definiunt. Certum enim eſt, ſi aer quoque ipſe exceſſerit, nihilo minus, imo magis etiam uacuum locum fore. Atqui non erit tunc aeris plenus. Itaque poſito aliquo, ſeu falſo, ſeu uero, (nihil enim intereſt) ſi duorum alterum interimi, altero non interempto, poteſt, eadem inter ſe ea non eſſe perſpicuum eſt.

Quæ parentheſi incluſa ſunt, perſpicuitatis cauſa, ne quem Græca uox conturbaret, adiecimus.

Conſiderandum autem eſt] Locus hic ex hypotheſi educitur (id eſt, ex ficta quadam conceſsio, que interdum ponuntur, ut certa, ea quæ controuerſa ſunt, ut perſpici poſsit, quid eis poſitis conſequatur.) Putat enim animaduertendum eſſe, non tantum, poſitis iis de quibus agitur, ſtatim ne perſpicua ex eis naſcatur abſurditas (ut ſi quis effuſionem, & liberalitatem idem eſſe poſuerit, ſtatim conſequetur id, quod abſurdiſsimum eſt, idem eſſe uirtutem, & uitium. Ea uerò quæ ſunt eiuſmodi, ut ſi quis ipſa eadem eſſe poſuerit, ſtatim abſurdum aliquid conſequatur, conſtat diuerſa eſſe) non tãtum igitur ex iis de quibus ambigitur, uerum etiam ſi quid præterea ponatur, ſeu uerum, ſeu falſum, ſeu quod fieri queat, ſeu quod non queat (multa enim, quæ reuera eſſe non poſſunt, ex hypotheſi tamen nonnunquam recipi nihil uetat) num ex eo quoq; ipſo, aliquid, quod eſſe non poſsit, conſequatur. Tunc enim eadem non erunt ea de quibus agitur. In illis autem uerbis (uerum etiam ex iis, quæ eo poſito, conſequentur, abſurdine aliquid conſequatur) abſurdum uocat id, quod fieri non poteſt. Nam ſi ponamus hoc, uacuum & plenum aëris idẽ eſſe, ſi poſtea fingamus aërem è loco in quo erat, excedere, iam neceſſario conſequetur idẽ eſſe nõ poſſe uacuum & aëris plenum. Siquidem amoto, ex hypotheſi, aëre, uacuus locus remanet: plenus aëris non remanet.

Locus in Græco deprauatum.

Atque, ut uniuerſe ac generatim loquamur, uidendum, nunccubi uarient ea, quæ quomodocunque de utroque dicuntur, uel ea, de quibus hæc ipſa dicuntur. Quæcunque enim de uno dicuntur, ea de altero quoque dici; & de quibus unum dicitur, de iis etiam alterum dici oportet.

Videtur & hic locus idem eſſe cum iis duobus, qui proxime anteceſſerunt, ab adiunctis: neq; tamen penitus idem eſt, imo uero latius patet: quippe qui ducatur ex iis omnibus quæ quomodocunque inſunt in eis, de quibus agitur, non ex iis tantum, quæ eis accidunt. Non enim quicquid in re quapiam eſt, id ei accidere putandum eſt. Ait igitur uidenda eſſe omnia, in quibus, non tantum fortuito, ſed etiam quomodocunque inſint ea quæ in quæſtione uerſantur. Si enim aut non eadem ſint ea omnia, quæ in ipſis inſunt, aut ipſa utraque non eodem penitus modo inſint in iiſdem, ſequitur ut eadem non ſint. Nam quæ proprie eadem ſunt, nullo à ſe inuicem modo diſcrepare oportet.

Præterea, cum idem multis modis dicatur, uidendum eſt; num quo alio modo ſint eadem. neque enim ſi qua uel ſpecie, uel genere ſint eadem, ut etiam numero eadem ſint, neceſſe eſt. inſpiciemus igitur ecquid hoc modo eadem ſint, an minus: tum poſsit ne alterum ſine altero eſſe: neque enim idem fuerint. Atque hi quidem ſunt, qui ad quæſtiones de eodem referuntur, loci. Ex iis autem quæ diximus, conſtat, eos omnes locos, quibus idem non eſſe oſtenditur, euertendis quoque definitionibus utiles eſſe, ut et antea admonuimus. Niſi enim quod nomine, idem etiam oratione indicetur, eam definitionem non eſſe conſtat. Eorum autem quibus idem eſſe oſtenditur, nullus omnino utilis eſt ad confirmandam finitionem. Neque ſatis eſt oſtendere idem nomine aliquo, et propoſita oratione indicari, ut definitionem eſſe concludas: imo, ut definitio ſit, ea omnia præterea habeat oportet, quæ præcepta ſunt.

Quia tribus modis idem dicitur, ut in ſuperioribus dixit, admonet nunc, quę alio quopiam modo eadem ſunt, non numero quoque eadem eſſe. cuius præcepti hic ſenſus eſt. Si qua ſint proximo genere eadem, ſpecie autem à ſe inuicem differant: ea, cũ ſpecie differant, ut numero eadem ſint, fieri non poteſt. Rurſum quę ſpecie proxima eadẽ ſunt, numero à ſe inuicem differunt. Quocirca principio admonuit, maximè proprie idem dici, quod numero idem eſſet. Videntur enim quæ numero eadem ſunt, & ſpecie, & genere eadem eſſe. Ideoq; in quibuſdã nihil prohibere uidebitur, quin, cum & genere & ſpecie ſint eadem, eadem ſint numero quoque. Quare cum quis nonnulla interrogatus eadem eſſe dixerit, eam reſponſionem infirmare qui uolet, primum oſtendere debebit eſſe quidem eadem, ſed alio quodam modo, non eo de quo inſtituta quæſtio eſt: quòd ſi poſtea oſtenderit eorum unum ſine altero eſſe poſſe, iam eadem non eſſe conſtabit. Ex iis autem (inquit) quæ diximus, conſtat, eos omnes locos, quibus idem non eſſe oſtenditur, euertendis quoque finitionibus utiles eſſe. Quibuſcunque enim modis idem non eſſe oſtenditur, iis etiam omnibus definitio euerti poteſt. Niſi enim quod nomine, idem oratione indicetur, definitio non eſt. Neque tamen loci, quibus idem eſſe oſtenditur, etiam ad confirmandam finitionem ualent. neq; enim, ut definitio ſit, ſatis eſt, ſi idem indicet, imo ipſam rei naturam explicari oportet: quod nõ ſtatim præſtat, quiſquis aliquid affert, quod idem ſit, cum eo de quo agitur. Oportet enim & rei genus adferri, & differentias, quibus à ceteris, quæ ſub eodem genere ſunt, ſeparetur: & perſpicuam eſſe finitionem, & ex prioribus ductam, & denique conformatam ad ea omnia, quæ ſupra de finitione præcepimus.

Hoc igitur modo, & ex iis locis aggredi ad euertendas finitiones oportet. Quòd ſi finitionem aliquam confirmare uoluerimus, primum quidem illud intelligendum eſt, aut neminem, aut certe paucos admodum in diſputando facere, ut à ſe allatam finitionem ſyllogiſmo comprobent. quin omnes

quicquid eiuſmodi eſt, quaſi principium quoddam accipiunt; ut Geometræ, ut Arithmetici, ceterique mathematici. Deinde, alterius cuiuſdam facultatis & inſtituti eſſe, tum quid definitio ſit, accurate tradere, tum aperire quæ ſit ratio finiendi. Nunc autem, quantum ad hanc diſputationem attinet, tantum dixiſſe ſatis erit, definitionem uidelicet, eamque orationem qua rei natura explicatur, ſyllogiſmo poſſe concludi. Si enim finitio eſt oratio, qua, quid ſit res, indicatur; eaque ſola, quæ in definitione ponuntur ad quæſtionem, qua quid ſit res quæritur, de re propoſita dici oportet: neque quicquam præter genera & differentias, ad explicandam eiuſmodi quæſtionem ualet: liquido conſtat, ſi quis ea ſumat, quæ ſola ad quæſtionem, quid eſt, reſponderi oportet, orationem quæ ex ijs effecta fuerit, neceſſario definitionem fore. Neque enim alia eſſe poteſt definitio: cum, ſi quid ea res ſit, quæratur, aliud nihil reſponderi queat. Definitionem igitur ſyllogiſmo probari poſſe conſtat. Ex quibus autem eiuſmodi ſyllogiſmum conſtruere oporeat, alijs locis accuratius explicatum eſt. Iidem autem loci ad eam, quæ nobis hoc tempore propoſita eſt, rationem ſunt utiles. Nam & aduerſa, & alio quolibet modo contraria inſpicienda ſunt & ijs qui totas definitiones, & ijs qui partes aliquas earum conſiderant. Si enim contraria contrariæ, & hæc, quæ allata eſt, ut rei propoſitæ definitio ſit, neceſſe eſt.

Hoc igitur modo, & ex iis locis) Eos locos intelligit, quos & proximo ſuperiore libro, ad euertendam diffinitionem utiles tradidit, & quos hoc ipſo libro, utiles ad probandum eadẽ non eſſe quæ proponuntur. Deinceps autem locos quoſdam tradit, quibus definitiones confirmari queant: imprimiſq; nos admonet, ſolere eos, qui definiunt, definitionem accipere, quaſi principium quoddã, quod demonſtrari non poſſit: neque uero ei confirmandæ aut demonſtrationem adhibere, aut ſyllogiſmum: quibus uerbis illud ſtatuit, neque facile eſſe demonſtratione confirmare finitionem, neque neceſſarium. Nam & geometræ, & qui in aliarum ſcientiarum tractatione uerſantur, definitionibus ſuis, ut principiis quibuſdam utuntur, neq; ad eas demonſtrationem adhibent. Secundo admonet, accuratam finitionum tractationem non ad dialecticen, ſed ad primam illam ſupremamque philoſophiam pertinere: quare dicendum id tantum, definitionẽ uidelicet, eamq; orationem qua rei natura explicatur, ſyllogiſmo concludi, id eſt quòd ipſa finitio ſit, ſyllogiſmo confirmari ac patefieri poſſe, & ſi ſecundo libro poſteriorum analyticorum traditum eſt demonſtrari finitionẽ nequire. At nimirum id nos quoque dicimus, ſi ad ueritatem accurate hæc omnia exigantur, demonſtrari eam nõ poſſe: ut inibi quoque ipſe patefecit. dialecticè tamen & probabiliter ſyllogiſmo poſſe concludi, ut hoc loco dicitur. Quo autem id modo fieri poſſit, ſtatim explicat, his uerbis: Si enim finitio eſt oratio, quæ, id quod definitur, indicat, quid ſit: ob idque oportet ea demum quæ in definitione ponuntur, ad quæſtionem quid eſt, de re propoſita dici: genus autem & differentiæ ad eam quæſtionem explicandam ualent, (differentiæ enim & ſi qualitatem potius indicant, qua rei natura cõſtituitur, in finitionibus tamen quid ipſa res ſit, oſtendunt) liquido conſtat, ſi quis ex genere & differentiis rei naturam indicantibus orationem compoſuerit, ab eo definitionem eſſe confectam: neque enim alia eſſe poteſt definitio, quandoquidem neque genus aliud eſt, neq; aliæ, quæ rei naturam indicent, differẽtiæ. Deinde addit, Definitionem igitur ſyllogiſmo (dialectico uidelicet, non autem demonſtratione) probari poſſe conſtat. qua de re, aliis locis, accuratius explicatum eſt. (nempe in ſecundo poſteriorum analyticorum, & in ſeptimo de prima Philoſophia. Iidem autem loci ad eam, quæ nobis hoc tempore propoſita eſt, rationem ſunt utiles.) Eoſdem locos, ad confirmandas ratione quadam dialectica finitiones, utiles eſſe ait: nempe eos ipſos, quos ſupra ad euertendas finitiones tradidit. Cum enim proximo ſuperiore libro, euertẽdis diffinitionibus locos tradiderit, à contrariis, à coniugatis, aliiſq; quorum nunc quoque meminit, illi ipſi loci utiles ſunt iis, qui talia problemata confirmare meditantur. Nam & adiunctum, & genus, & proprium, argumento ex aduerſis ducto confirmari poteſt. Siquidem aduerſorum & adiuncta ſibi inuicem aduerſantur, & genera, & proprietates: itaq; cum unum in uno probatum fuerit, contrarium in contrario probatum intelligetur: eademq; tum cõiugatorum, tum aliorum, quos enumerat, ratio eſt. Etenim nullum eſt problematis genus, quod non locis communibus, à contrariis, à caſibus, à coniugatis, aliiſq;, quos ipſe enumerando perſequitur, & confirmari, & infirmari queat.

Quando autem eorum quæ ſibi inuicem aduerſantur, plures ſunt complexiones, ea demum aduerſæ rei ſumenda definitio erit, in qua maxime repugnantia elucebit. Atque hæc de ratione conſiderandi totas finitiones à nobis dicta ſint: nunc quomodo ſingulas earum partes conſiderare oporteat, explicemus. Primum igitur, genus recte poſitum eſſe oſtendemus: ſi enim rei, quæ aduerſatur ei de qua diſſerimus, genus quoque aduerſatur generi a nobis poſito, neque ſub eo ipſo genere res propoſita continetur, neceſſario continebitur in eo quod a nobis allatum eſt, nempe in aduerſo. Neceſſe enim eſt, ea quæ ſibi inuicem aduerſantur, aut uno eodemque genere, aut generibus ipſis quoque ſibi inuicem aduerſantibus contineri. Differentias autem repugnantes de repugnantibus dici arbitramur, ut de albo, & nigro: illud enim uidendi ſenſum diſſipat, hoc colligit. Itaque ſi de eo quod rei propoſitæ aduerſatur, differentiæ ijs quaſi ipſi attulimus, repugnantes enuncientur, has quoque conſtabit recte de re propoſita enunciari. Quocirca ſi & genus recte poſitum eſt, & eæ differentiæ additæ, quas oportuit, dici nihil poteſt, cur non tota diffinitio recte conſtituta ſit.

Quando autem eorum) Oportet enim, inquit, ſyllogiſmum qui confirmandæ finitioni adhibetur, ex notioribus ducere. Totam igitur finitionem hoc modo ex contrariis confirmari oportet. Deinceps autem docet, quomodo unaquæq; pars definitionis confirmari queat. Ac ſiquidem aduerſorum utrunque per aduerſa definiatur, eam definitionem ſumendam eſſe ait, in qua maxime repugnantia elucebit. Exempli cauſa, ſit utilis definitio, id quod eſt efficiens boni: noxii autem id quod efficiens mali, aut id quod habet uim tollendi, quaſiq; interimendi boni. Ex his duabus definitionibus ea ſumẽda eſt, quæ cum definitione eius quod utile eſt, apertiſſime pugnat. Rurſumq; amicitia, boni efficiens, odium, mali, aut eius quod bonum non eſt. Sumenda hic quoq; erit ea in qua maior pugna perſpicitur. His traditis docet, quomodo per partes definitio confirmanda ſit: cumq; finitionis partes ſint genus & differentia, primo de ratione confirmandi generis diſſerit. atq; imprimis ait cognoſci poſſe an recte traditum ſit genus, ex eo quod rei propoſitæ aduerſatur. Si enim res, quæ aduerſatur ei de qua diſſerimus in eo genere continetur, quod aduerſatur generi à nobis allato: neq; poteſt id, de quo agitur, ſub illo ipſo genere contineri, ſub quo aduerſum continetur, manifeſto conſtat id uerum genus eſſe quod à nobis allatum eſt. Docuimus enim ea quæ ſibi inuicem aduerſantur, aut uno eodemq; genere, aut generibus ipſis quoq; ſibi inuicem aduerſantibus contineri. Exempli gratia, aſſumpſerit aliquis uirtutem, tanquam genus, in definienda iuſtitia. Dicendum eſt, recte acceptum genus fuiſſe. Nam cum iniuſtitia, quæ iuſtitiæ aduerſatur, contineatur ſub uitio, quod aduerſatur uirtuti, neq; poſſit iuſtitia eius ipſius generis, nempe uitii ambitu comprehendi, conſtat nimirum eam ſub aduerſo

genere,

genere, nempe ſub uirtute contineri. Aduerſa enim aut ſub eodem genere ſunt, ut candidum & nigrum ſub colore: aut ſub aduerſis generibus, ut iuſtitia ſub uirtute, iniuſtitia ſub uitio. Illud non adiecit, aut ipſa quoque aduerſa genera eſſe, ut in categoriis dixerat: quia ne utile eſt id quidem ad diſputationem inſtitutam. Neque enim quæritur, utrum id quo de agitur, ſit genus, ſed ſub quo genere ſit. De differentiis quoque, inquit, ex aduerſis iudicare poterimus. Nam ſi de eo, quod rei diffinitæ aduerſatur, differentiæ quoque eis, quas ipſi attribuimus, aduerſantes enunciantur, conſequens eſt, recte etiam eas, quæ à nobis allatæ ſunt, de re propoſita enunciari. Vt ſi hæc iuſtitiæ finitio tradita ſit, habitus tribuens cuiq; id quod æquum eſt: uidere oportet, num rei quoque aduerſæ, nempe iniuſtitiæ differentia huic aduerſa conueniat, nempe ſit ne iniuſtitia ea, quæ plus minusve quàm æquum eſt, tribuit: quo peobato illud quoque ſuperius probatum intelligitur. Sed huic præcepto adfert argumentationem contrariam, hoc modo,

An uerò neceſſarium non eſt, de aduerſis aduerſas differentias enunciari? Ita eſt: niſi aduerſa ſub eodem genere includantur. Sed quorũ genera ipſa aduerſa ſunt, nihil probibet de eis utriſque eandem differentiam dici: ut de iuſtitia, & iniuſtitia Nam illa quidem uirtus, hæc autem uitium animi eſt. quare differentia illa, nempe animi, utrique conuenit. Siquidẽ corporis quoque & uirtus & uitium aliquod eſt.

An uero, inquit, neceſſarium non eſt de aduerſis aduerſas differentias dici? ita eſt: niſi aduerſa ſub eodem genere includantur.) Eorum enim quæ ſub eodem genere ſunt, neceſſe eſt aduerſas eſſe differentias, aut omnes, aut certe aliquas. omnes, ut in graui, & leui. Genus enim eſt, corpus. differẽtiæ autem, grauis quidem, craſſum denſumq; & in partem inferiorem ferri: leuis autem, tenue, & ferri in partem ſuperiorem. Aliquas uerò, ut ſi dicamus graue, naturaliter deorſum ferri: leue autem, naturaliter ſurſum. Etenim differentia illa, naturaliter, ambobus communis eſt: eoq; addito effectum eſt, ne omnes eorum differentiæ ſibi inuicem aduerſæ dicerentur. Eorum autem, quæ ſub aduerſis generibus ſunt, nihil neceſſe eſt aduerſas eſſe differentias. aliquam enim communem differentiam habere poſſunt. Quòd autem ita ſe habeat, oſtẽdit, allato iuſtitiæ & iniuſtitiæ exemplo. Quæ cum ſub aduerſis generibus includantur, illa quidem ſub uirtute, hæc uero ſub uitio, eandem tamen differentiam habent. Illud enim, animi, utriſque communis differentia eſt. Nam & illa animi uirtus, & hæc animi uitium eſt. Additur autem illud, animi, ad eas à corporis uirtutibus ac uitiis ſeparandas. Nam ut à ſe inuicẽ diſtinguantur, ſatis illud eſt, quòd genera inter ſe pugnantia habent: ſed differentia illa eò additur, ut à corporis uirtutibus ac uitiis ſeparentur. Fieri tamen poteſt, ut ea etiam quæ in aduerſis generibus cõtinentur, aduerſis quoque differẽtiis inſigniantur. ut cum dicimus iuſtitiam eſſe uirtutem, æquitatis effectricem, iniuſtitiam uerò, uitium, quo æquitas tollitur.

At illud quidem uerum eſt, aduerſorum aut aduerſas eſſe differentias, aut eaſdem. Si igitur aduerſa de aduerſo dicatur, de eo autem, quod propoſitum eſt, non dicitur: eam quæ allata eſt, rei propoſitæ conuenire perſpicuum eſt. Ad ſummam, cum definitio genere & differentijs conſtet, ſi aduerſi definitio nota ſit, eius quoque quod proponitur, definitio perſpicua erit. Quando enim aduerſum aut in eodem genere eſt, aut in aduerſo: ac differentiæ quoque de aduerſis, uel aduerſæ, uel eædem enunciantur, conſtat fore, ut de eo quod ad definiendum proponitur, uel idem genus, quod de ei aduerſo, enuncietur, aduerſæ autem differentiæ, aut omnes, aut ſaltem aliquæ aduerſæ, ceteræ uero eædem: uel contra, differentiæ quidem eædem, genera uero pugnantia: uel utraque pugnantia, & genera, & differentiæ. Vt enim utraque eadem ſint, fieri non poteſt: alioqui aduerſorum eadem definitio eſſet.

At illud quidem.) Propoſita contraria argumentatione, hoc addidit, quaſi indicans, aduerſorum ut uel aduerſas uel eaſdem differentias eſſe, ita & genera uel aduerſa, uel eadem. Nam & genus uel idẽ eſt, uel aduerſum. Itaq; illud perſpicuum eſt, ſi de aduerſo aduerſa differentia dicitur, de eo autem quod propoſitum eſt, non dicitur: fore ut ea quæ allata eſt, nempe ea quæ illi alteri aduerſatur, recte de re propoſita enuncietur. Ideoq; generalem quandam rationem ac uiam præſcribit, inquiens, cum definitio genere, ac differẽtiis conſtet, ſi aduerſi definitio nota ſit, eius quoque quod proponitur, definitionem perſpicuam fore. Quando enim aduerſum aut in eodem genere eſt, aut in aduerſo: ac differentiæ quoque de aduerſis, uel aduerſæ, uel eædem enunciantur, conſtat fore, ut uel in eodem genere ſit id, quo de agitur, cum eo quod ipſi aduerſatur, uel in aduerſo. Si in eodem, aut aduerſas omnes differentias habet, aut quaſdam aduerſas, quaſdam eaſdem. Si in aduerſo genere ſit, ſic quoque aduerſas differentias habebit, aut etiam eaſdem aliquas, ſed nõ omnes: aut omni ex parte pugnabit, ut & ſub aduerſo genere ſit, & omnes habeat aduerſas differentias. Vt autem utraque eadem ſint, fieri non poteſt: ita enim nõ iam amplius aduerſa eſſent, quæ finiuntur, imo uero eadem: eſſetq; aduerſorum eadem definitio, quod abſurdum eſt.

Præterea ex caſibus, & ex coniugatis. Nam & genera ex generibus, & ex finitionibus finitiones neceſſario conſequuntur. ut, ſi obliuio eſt ſcientiæ amiſſio, obliuiſci quoque erit, ſcientiam amittere: & obliuum eſſe, ſcientiam amiſiſſe: ita ut ſi quis horum unum admiſerit, is neceſſe habeat cetera etiam confiteri. Itidemq; ſi interitus eſt naturæ diſſolutio: interire quoque dicetur id, cuius natura diſſoluitur: & letaliter, efficienter ad naturam diſſoluendam. contraq; ſi letale eſt, quod diſſoluẽdæ naturæ uim habet, letum quoque ſiue interitus nihil erit aliud, quàm naturæ diſſolutio. Eademq; ratio aliorum eſt. Itaque conceſſo uno, cetera quoque conceſſa intelliguntur. Quin & ex ijs, quorum ſimilis ad ſe inuicem ratio eſt, argumentari licet. Si enim ſalubre eſt, id quo efficitur ſanitas, εὐεκτικὸν quoque erit id quo efficitur bona habitudo: & utile, id quo efficitur aliquid boni. Eadem enim eorum, quæ diximus, ad ſuum cuiuſque finem ratio eſt. Itaque ſi finitio unius è finis ſui effectione ducetur, eadem erit ratio cetera omnia finiendi.

εὐεκτικὸν uno uocabulo Latino exprimi nõ poteſt at ſi in plura diducas uis argumenti perit.

Præterea ex caſibus & ex coniugatis definitio confirmari poteſt. Nam & genera ex generibus, & ex finitionibus finitiones neceſſario conſequuntur. Si enim alicuius ex coniugatis finitionem aſſecuti fuerimus, ceterorum quoque finitio reperta erit. Vt ſi quis ortus finitionẽ tradiderit, cetera etiam quæ ex ortus uocabulo coniugata ſunt, quomodo finiri debeant, indicauit. Siquidem eo ipſo, quod poſita fuerit unius ex coniugatis finitio, ceterorum quoque finitiones poni oportebit.

Peæterea à maiore, & à ſimili. quibus ex locis non aliter definitio confirmari poteſt, quàm ſi duo cum duobus comparentur. ut ſi magis hæc huius rei definitio eſt, quàm illa illius: atque ea quæ minus uidetur, uera tamen finitio eſt, ſequitur, ut ea quoque uera ſit, quæ maiorem probabilitatem habet. quòd ſi adæque uidetur hæc huius, & illa illius rei finitio, qui unam receperit, alteram quoque recipiat, oportet. Inutilis autem eſt loci à maiore tractatio, ſi quis uelit aut unam definitionem cum duabus rebus, aut duas definitiones cum unica re comparare. Nam neque duarum rerum una, neque unius rei finitiones duæ eſſe poſſunt.

Non idem hic dicit, quod paulo ſupra dixerat. Illic enim loquebatur de ſimilitudine quadam ex analogia: hic uero de ſimilitudine ſimpliciter ac proprie accepta. Multos igitur locos à maiore, à minore, à ſimili, tum ad confirmandum, tum ad infirmandum utiles tradidit: à maiore & à minore quatuor, tres autem à ſimili. Nunc admonet eos demum ex illis locis, confirmandis finitionibus adhiberi oportere, per quos id fieri poteſt. Poteſt autem per eum tantum, quo duo cum duobus, uel ut maius cum minore, uel ſimiliter comparantur. Non enim per eum quo unum ad duo refertur, quorum alterum magis ſignificat, alterum minus: ſiquidem eadem definitio eidem rei non poteſt magis ac minus conuenire: neque una eademque definitio iſtam acceſſionem ac deceſſionem capit. ſed ne per eum quidem, quo duo de uno dicuntur, ita ut unum magis, alterum minus ineſſe dicatur: ac ne tum quidem ſi ſimilis ſit utriuſque ratio. Eius modi autem loci ſunt tum is qui probat quippiam in hac magis quàm in illa re ineſſe, tum is qui probat in re aliqua magis hoc ineſſe, quàm illud. Similiterque in locis a minore, & a ſimili. Talium igitur nullus in confirmanda finitione eſſe uſus poteſt. Non enim poteſt eadem definitio pluribus rebus, neque huic magis, illi minus, neque æque omnibus conuenire. Vtrorumque autem locorum, quos inutiles eſſe diximus, hac uia progreditur: Si hoc potius ineſt, quàm illud, aut, Si horum utrunque ſimiliter ineſt. Quare inutiles omnino ſunt ad confirmandam finitionem: neque enim unius rei plures finitiones eſſe poſſunt, neque ita ut hæc magis, illa minus conueniat, neque ut omnes æque conueniant. Vnus igitur locus reliquus eſt, in quo duo ſunt quæ ſubiiciuntur, & totidem quæ de eis enunciantur: ſiue unum magis, alterum minus, ſiue utrunque ex æquo ſit, ad explicandam naturam eius cui adiungitur, accommodatum. Hic igitur tantum locus communis eſt, per quem, tum a maiori, tum a ſimili, definitio confirmari poteſt. Atque hoc modo inter ſe continuanda ſunt, quæ hic dicuntur. Præterea, inquit, a maiore, confirmare finitionem, quatenus id fieri poteſt. ut hoc modo. Si magis definit temperantiam, qui eam in honeſtis tantum ſalutaribuſque rebus animo agitandis poſitam eſſe dicit, quàm iuſtitiam is, qui illam eſſe dicit habitum tribuentem cuique id quod æquum eſt, contraque, Si minus hæc iuſtitiæ finitio eſt, habitus cuique tribuens id quod æquum eſt, quàm illa temperantiæ, honeſta tantum & ſalutaria animo agitare. In hunc autem modum conformari argumentatio non poteſt, Si illa magis, hæc uero minus finitio eſt: & tamen prior illa finitio non eſt, ne illa quidem, quæ minus, niſi quis finitiones duas accipiat, quæ cum duabus itidem rebus comparentur. Eademque ratio eſt loci a ſimili. Si enim æque definitio eſt fortitudinis hæc, habitus fiduciam afferens aduerſus ea ex quibus mortis periculum impendet, atque hæc iuſtitiæ, habitus tribuens cuique quod ſuum eſt, & ſuperior illa finitio non eſt, hanc quoque finitionem non eſſe conſequitur. Quòd ſi unicam definitionem accipias, eamque cum duabus rebus compares, nihil tibi loci a maiore profutura tractatio eſt. Neque enim argumentatio ita dirigi poteſt: Si hæc magis illius, quàm huius finitio eſt, atque huius eſt, ſequitur ut illius quoque ſit: neque enim poteſt in duas res eadem finitio conuenire: ac ne inuenitur quidem ulla finitio quæ duobus (præterquam indiuiduis) conueniat. Sed ne duæ quidem eſſe poſſunt eiuſmodi finitiones: itaque in hunc modum non argumentamur, Si illa huius rei, magis quàm hæc, finitio eſt, eſtque hæc finitio, illa quoque finitio erit.

Ex omnibus autem locis opportuniſſimi ſunt ij, quos modo diximus: prætereaque loci a caſibus, & a coniugatis. Quocirca eos præcipue tenere, atque in promptu habere oportet: ſunt enim ad plurima utiliſſimi: ceterorum autem, ut quiſque maxime communis eſt, ita in eo plurimum eſt uirium. qualis eſt, inſpicere num ad res ſingulas, & num ad ſpecies definitio propoſita accommodari queat. ſiquidem ſynonimum quiddam eſt ſpecies. Hic autem locus utilis eſt aduerſum eos qui ideas ponunt, ut & ſuperius dictum eſt.

Præterea ex omnibus locis, ad conſtruendam finitionem opportuniſſimi ſunt, ut ſupra dictum eſt, locus a maiore, a minore, & a ſimili. ſed & a coniugatis, & a caſibus. quocirca eos in promptu habere oportet, ſunt enim opportuniſſimi, & propter perſpicuitatem, & propter efficacitatem. Ex aliis autem locis, ii præcipue in uſum conuertendi ſunt, qui maxime communes ſunt, id eſt, qui ad plurima quæſtionum genera accommodari queunt, & eos in promptu habere oportet, ſunt enim omnium maxime efficaces, maximeque utiles. Talem autem eſſe ait, eum quem ipſe huius diſputationis initio tradidit, per quem inſpiciendum eſſe autumabat, id quod alicui ineſſe dicitur, ecquid omnibus quæ ſub eo continerentur, conueniret. Etenim tum ad ſtabiliendas, tum ad euertendas finitiones utile illud eſt. Cum autem dixiſſet inſpiciendum eſſe, num ad res ſingulas, addidit etiam, num ad ſpecies. Si enim ſpecies indiuiduave ſunt, quorum tradita finitio eſt, ad ſingularia tantum, ſiue ad indiuidua reſpicere oportet. Sin genera, etiam ad ſpecies, quæ ſub eis continentur. Hunc autem locum, atque hanc conſiderationem utilem eſſe ait, ad euertendas ideas. neque enim ideis, & iis quæ ſub eas includuntur, eadem definitio conuenit, neque uidelicet idearum finitio indiuiduis, neque indiuiduorum, ideis. Oportet autem ſynonima eſſe ideis ea, quorum natura & effectio ex eis pendet.

Præterea ſi translato aliquo nomine uſus eſt. aut ſi idem de ſeipſo, ut diuerſum quippiam, enunciauit: & ſi quis præterea locus communis efficaxque eſt, eo utendum. Ex ijs autem, quæ poſtea dicentur, multo difficilius confirmari, quàm refelli finitionem, intelligetur. Primum enim facile non eſt, hoc a reſpondentibus obtinere, ut eorum quæ in definitione poſita fuerint, illud genus, hanc differentiam eſſe concedant. Deinde ut id quoque recipiant genere ac differentijs, quæ rei natura ſit, explicari. Quibus remotis, ſyllogiſmus confici probandæ finitioni accommodatus non poteſt. Si enim quædam etiam alia ad quæſtionem, qua, quid ſit res, quæritur, reſponderi queunt, iam non conſtabit, ſit ne ea quæ allata eſt, an potius alia quæpiam rei propoſitæ finitio. Eſt enim finitio, oratio, quæ, quid ſit res, indicat. Quin ex bis quoque idem intelligi poteſt. facilius enim eſt unum, quàm multa concludere: at definitio, uel uno eorum, quæ requiruntur, ſublato, refellitur: confirmari uero, niſi omnibus probatis, non poteſt. Præterea definitionem probare inſtituenti generalis ſyllogiſmus conficiendus eſt: oportet enim, quibuſcunque nomen conuenit, ijs etiam omnibus definitionem conuenire: itemque nomen & orationem inuicem reciprocari: Siquidem ea propria rei propoſitæ finitio eſt. At deſtruere uolentem, nihil neceſſe eſt generaliter argumentari. Satis enim eſt, ſi oſtendatur uel uni eorum de quibus nomen dicitur, orationem non conuenire: etiam ad definitionem uniuerſe ac generatim refellendam: neque neceſſarium eſt, quaſi ſurſum uerſus acta argumentatione oſtendere, quibus non conuenit oratio, ijs nomen conuenire.

Græca Ariſtotelis hoc loco [illegible] deprauata ſunt.

Cum

Cum dixerit, qui loci utiles ſint confirmandis finitionibus, ac quorundam mentionem iniecerit, per quos non confirmare modo, ſed etiam euertere finitionem licet, addit hos quoque communes ad eam euertendam locos, admonetq́; eos, utpote ualde utiles, in promptu habendos eſſe. ſunt autem hi; tum quòd uſus fuerit aduerſarius in finitione, tranſlato aliquo nomine, aut quomodolibet, inuerſo, & improprio. Qui enim ita definit, minus probe definit. ut neque is, qui de rei alicuius finitione interrogatus, illud ipſum quod definiendum eſt, in definitione ſubiungit. Ac tranſlato quidem nomine utitur, qui temperantiam, concentum animi eſſe dicit. Concentus enim propriè in fidibus dicitur. Idem autem de ſeipſo enunciat, qui hominem eſſe dicit, animal conſilii particeps, mortale, hominem. Ex iis autem, quæ poſtea dicentur, multo difficilius confirmari, quàm refelli finitionem intelligetur. Etenim difficile eſt à reſpondentibus obtinere eas propoſitiones, quibus oſtendatur orationem à nobis allatam, finitionem eſſe. Qui enim hanc finitionem eſſe probaturus eſt, is hoc primum obtineat, oportet, eorum quæ in oratione poſita ſunt, illud genus, hanc differentiam eſſe: eaque ſola, ubi quid ſit res, quæritur, enunciari. Hæc uero difficilia ſunt ad probandum: neque enim cuiuſlibet hominis eſt, eis aſſentiri. At, niſi iis conceſſis, definitionem eſſe hanc, nulla ratione probari poteſt. Nam ſi etiam alia quæpiam ſint, quæ de re propoſita, ad quæſtionem, quid eſt, reſponderi queant, non tantum genus, & differentia ex quibus conſtituta eſt finitio: tum certo cognoſci non poteſt, ſit ne hæc finitio, an potius alia quæpiam: quandoquidem finitio eſt oratio, quæ, quid ſit res, indicat. Quin ex his quoque idem intelligi poteſt quanto uidelicet facilius ſit conuellere, quàm confirmare finitionem, facilius enim eſt unum, quàm multa concludere. at uero ad confirmandam finitionem, probandum eſt, omnia, quæ illius ambitu comprehenſa ſunt, in rei propoſitæ natura ineſſe. niſi enim in ea, inſint omnia, finitio non eſt. ut autem euertatur, probeturque finitio non eſſe, ſatis eſt oſtendere, uel unū eorum quæ in definiendo adhibita ſunt, in re quæ definitur, non ineſſe. uno enim reprehenſo, tota definitio corruit. facilius autem eſt unum probare quàm multa. Præterea definitionem, inquit, probare inſtituenti generalis ſyllogiſmus, iſque aiens, neceſſario conficiendus eſt, quo concludat, quæ in definitione poſita ſunt, ea uniuerſe, ac generatim de eo quod definitur, enunciari: itemque nomen & orationem inuicem reciprocari, ſiquidem ea propria rei propoſitæ finitio eſt. At deſtruere uolentem nihil neceſſe eſt generaliter argumentari. non enim tantum refellitur definitio, ſi nulli eorum, quæ ſub nomine continentur, conueniat, uerum etiam ſi oſtendatur alicui non conuenire. Nam ad euertendum id, quod de toto aliquo genere dicitur, ſatis eſt, ſi oſtendatur, in eorum aliquo, de quibus nomen enunciatur, allatam orationem non ualere. Sed neque uiciſſim conferre finitionem cum eo quod finitur, deſtruenti neceſſarium eſt. Satis enim eſt, ſi oſtendatur, de quibus nomen dicitur, eorum nulli orationem conuenire: neque neceſſe eſt contra oſtendere, quibus non conuenit oratio, iis nomen conuenire. Aequalia enim ſunt hæc duo, de quibus nomen dicitur iis non conuenire orationem, & quibus non conuenit oratio, iis nomen conuenire. At reciprocationem in hoc genere argumenti reiiciendā eſſe dicit, utpote, quæ nihil ad euertendam finitionem conferat. Neque enim finitio eſt, quæ ita tradita eſt oratio. Difficilius igitur eſt cōfirmare, quam reprehendere finitionem.

Expoſitio quædam in hæc ipſa Ariſtotelis uerba, quam non eiuſdem interpretis eſſe, ſed à ſtudioſo aliquo adſcriptam, & poſtea commentario inſertam puto.

Satis eſt, inquit, reprehendenti aliquid generatim dictum, ſi oſtendat, quibus nomen conuenit, eorum nulli orationem conuenire: neque præterea opus eſt idem oſtendere per reciprocationem, quæ huiuſmodi eſt, de quibus oratio ipſa dicitur, de eorum nullo nomen enunciari. neque enim id ad conuellendam finitionem utile eſt, cum ſatis ſit oſtendere, de quibus nomen dicitur, de iis non dici orationem. Hæc tamen reciprocatio non per negantiam fieri uidetur, imo uero idem ſurſum uerſus retroque dici. Idem enim eſt, de quibus nomen dicitur, de eorum nullo dici orationem, & dici nomen de iis, de quibus non dicitur oratio. Quod & ex partium collatione perſpici poteſt. Aut forte reciprocationem indicauit huius enunciationis, De quibus dicitur nomen, de eorum nullo dicitur oratio: cum illa, De quibus oratio, de iiſdem etiam nomen dicitur. Forte etiam hoc ait, nihil prodeſſe reciprocationem huius, De quibus dicitur nomen, de eorum nullo dicitur oratio, propterea quòd ipſa per ſe reciprocatur. Aut, quia ſatis conſtat enunciationes, quæ de toto genere aliquid negant, reciprocari, ut id oſtendere nihil neceſſe ſit. Quanto igitur operoſius eſt multa probare, quàm unū, & probare affirmationē de toto genere, quàm id quod ei e regione reſpondet, id eſt negantiam de parte aliqua generis, uel etiam negantiam de toto genere, tanto maioris negocii eſt finitionem confirmare, quàm eandem refellere.

Euertitur etiam finitio, ſi oſtendas eam, omnibus quidem iis, de quibus dicitur, ſed non iis ſolis conuenire.

Quod autem de ea diximus, idem quoque in proprio atque in genere dici poteſt. Nam & horum utrunque minore opera refellitur, quàm comprobatur. Ac de proprio quidem id, uel ex iis quæ diximus, ſatis conſtat. Fere enim proprium coniunctim explicatur: quare unum qui refutauerit, is proprium ſuſtulerit: at confirmare meditanti, neceſſario omnia ſyllogiſmo ſunt colligenda. Ac quæcunque de finitione dicuntur, ea fere omnia ad proprium quoque accommodari queunt. Nam & in eo confirmando, oſtendendum eſt conuenire iis omnibus, quæ nomine comprehenduntur: & in refutando ſatis eſt, ſi oſtendatur uel uni non conuenire: quodque de finitione dictum eſt, corruere eam, ſi, quamuis omni, non tamen ſoli conueniat, idem etiam in proprio ualet.

De genere autem, eo quòd confirmanti unica propoſita uia eſt, quam neceſſario teneat, nempe ut in omni ineſſe oſtendat: reprehendenti autem duæ, ut aut nulli omnino ineſſe, aut etiam alicui non ineſſe: utrouis enim modo, quod initio poſitum fuerat, tollitur. Præterea confirmanti neceſſe eſt, non tantum ut ineſſe oſtendat, uerumetiam ineſſe, ut genus. at reprehendenti ſatis eſt, ſi oſtendat, aut in aliquo non ineſſe, aut in nullo. Vt autem ceteris in rebus tollere ac deſtruere, quàm efficere, ita in his quoque euertere, quàm conſtruere, facilius uidetur.

Proprium ait fere coniunctim, id eſt, cum genere explicari. Dixit enim, cum de proprio diſſereret, primo genus, deinde proprium tradi oportere. Dixit autem, fere, quia proprium interdum etiam unico nomine explicatur, ut cum dicimus decorum pulchri proprium eſſe, felicitatis, nullius rei indigum. Maxime autem hoc modo explicantur ſummorum generum proprietates: neque enim ullum ſuperius genus eſt, quocum complicentur. Sic eſſentiæ proprium eſt, in re ſubiecta non

eſſe. Si ergo proprium coniunctim dicitur, probandum eſt, & ineſſe omnia in eo de quo agitur, & uniuerſe ineſſe, & cum eo reciprocari. Hoc enim uno minus habet proprium, quàm finitio, quòd, quid res ſit, non indicat. Ad refutandum autem proprium ſatis eſt, ſi aut unum aliquid eorum, quæ ipſi explicando adhibita ſunt, non inſit in re propoſita, aut id quod proprium dicitur, non conueniat alicui eorum, quæ ſub re propoſita continentur. Quinetiam euertitur, ſi omni conueniat, ſed non ſoli. Oſtendit autem & genus facilius refelli, quàm comprobari. Nam comprobandi unica uia eſt, ſi uniuerſe dici oſtendas: reprehendendi duæ, ut aut nulli, aut alicui non conuenire demonſtres.

Adiunctum autem de toto quidem genere facilius eſt refellere, quàm probare. Nam is quidem qui probat, neceſſe habet probare, ineſſe in omni: is autem qui refellit, ſatis habet, ſi oſtendat in uno aliquo non ineſſe. At contra de parte generis facilius probatur, quàm refellitur. Probanti enim ſatis eſt, ſi probet in uno ineſſe: at refellenti oſtendendum eſt, nullum eſſe in quo inſit.

Præterea adiunctum de toto quidem genere facilius eſt refellere, quàm probare: de parte autem generis, contra. qui enim probare uult adiunctum hoc in omni homine ineſſe, haud ſane efficere id facile poteſt. Fieri enim non poteſt, ut uerè candor in omnibus hominibus hærere dicatur. At qui refellit, facile oſtendet in uno quopiam, ut forte in Socrate, non ineſſe candorem. Atque ita euertitur, quod de toto genere dictum fuerat. De parte uero generis, ut quòd candor in aliquo ineſt, facilius eſt probare, quàm refellere. Etenim ſatis eſt, ſi probetur in aliquo ineſſe. At refellere difficile eſt, & oſtendere in nullo homine ineſſe candorem. Fieri enim non poteſt, ut hominum nullus omnino ſit candidus. Nam eam quæ de aliquo affirmat, ea demum tollit, quæ de omni negat: quando ea quæ nō omnem dicit, in quibuſdam uera eſſe poteſt ſimul cum ea quæ aliquem.

Conſtat autem, cur omnium faciliime finitio reprehendatur. Plurimæ enim dantur ad id efficiendum uiæ, cum in finiendo multa dicantur. E pluribus autem facilius conficitur ſyllogiſmus. Peccari enim uериſimilius eſt, ubi multa, quàm ubi pauca dicuntur. Præterea etiam ex alijs argumenta ad impugnandam finitionem eruuntur. Siue enim propria non eſt oratio, ſiue genus non recte poſitum eſt, ſiue eorum, quæ allata ſunt, aliquid non ineſt in re propoſita, definitio corruit. at euertendis ceteris, neque ea quæ ad definitiones refellendas, neque cetera omnia adhiberi queunt.

Conſtat igitur, inquit, reprehendi finitionem facilius quàm ullum aliud problema, ſiue ex iis quibus proprium, ſiue quibus genus, ſiue quibus adiunctum aliquod explicatur. Cum enim multa dixerimus, quæ in finitione obſeruanda ſunt, quale eſt, ut finitio cum eo quod definitur, reciprocari queat, ut differentiæ ex ipſa rei eſſentia petitæ ſint, ut ne inſint uoces ullæ homonymæ, neue tranſlatæ, ſit ut multæ ad reprehendendum quaſi uiæ offerantur. Nam quo plura obſeruanda ſunt, eo facilius ſyllogiſmus ad reprehenſionem dirigi poteſt. cum quibus in rebus plura obſeruari oportet, in iis fere etiam multa peccentur. ubi autem pauciores ſunt obſeruationes, ibi etiam perſpicuum ſit pauciora eſſe peccata. Qui enim & longum iter conficere, & in eo etiam celeritatem adhibere contendit, oſtendit ſæpius, quàm qui in breuiore itinere adhibet etiam remiſsionem: quaſque in domos per plures uias aditus patet, in eas facilius aliquis de nocte ingredi poſſit, quàm in eas, quæ uno tantum aditu ſunt peruiæ. Præterea etiam ex aliis.) Is, inquit, qui finitionem reprehendere aggreditur, poteſt & hac uia aggredi, quòd aduerſarius in definiendo proximum non acceperit genus, &, quòd alienum genus aſſumpſerit, & quòd finitio cum re difinita non reciprocetur, & quòd ſit uſus uocibus uel homonymis, uel tranſlatis, & denique alia omnia tentare, quæ prodita ſunt in locis aptis ad reprehenſionem. Etenim cum tam multa in definiendo obſeruanda ſint, pene dixerim, neceſſarium eſt, ut aliquid fugerit obtutum illius, à quo compoſita finitio eſt. Itaque qui finitionem reprehendit, per alios etiam locos, quibus uidelicet problemata de proprio, de genere, de adiuncto refelluntur, efficere id, quod inſtituit, poteſt. Qua enim ratione proprium, eadem finitio reprehendi poterit, ſi cum re propoſita non reciprocetur. Et qua ratione genus aut ut alienum, aut ut non proxime adhærens, aut ut rei naturam non explicans reprehenditur, eadem, genus in finitione poſitum, aut quia genus non ſit, aut quia in re definita non inſit, redarguetur. Rurſumque ut in problematis de adiuncto oſtenditur in Socrate forſitan candor non ineſſe, ſic, ſi quis hominem finierit, naturam animatam conſilii expertem, aut mare, humorem potui aptum, qui uel unam è tota finitione partem ſuſtulerit, totam finitionem labefactarit. Quibus igitur modis alia, iiſdem & finitio reprehendi poteſt: ſed non contra. Neque enim quæ finitioni, eadem aliis quoque euertendis utilia ſunt. Nam etiam ſi quis oſtendat, aptum ad ridendum, quod in hominis finitione aliquis poſuerit, ex ipſa hominis eſſentia non eſſe, non tamen illud efficietur, ut ne proprium quidem ſit hominis. Neque, ſi genus aut non proximum, aut non recte allatum probaueris, ex eo, ut ne genus quidem ſit, conſequetur. Neque ſi candor hominis naturam non conſtituit, idcirco efficitur, ut ne fortuito quidem hærere in natura hominis poſſit. Quinetiam quibus è locis alia problemata, nempe de genere, & de proprio refelluntur, non ex iis omnibus etiam problemata de adiuncto refelli queunt: imo potius quæ ad refellendum adiunctum ualent, ea refellendis quoque ceteris utiliter adhibentur.

Quæ enim adiuncto, ea ſola ceteris quoque omnibus, quæ ante diximus, ſunt communia. Quicquid enim de re aliqua dicitur, id in ea in ſſe oportet. At qui genus oſtendit non ineſſe ut proprium, nullo modo euertit genus: ſimiliterque neque neceſſe eſt proprium ita ineſſe, ut genus: neque adiunctum ita ineſſe, aut ut genus, aut ut proprium, ſed ineſſe tantum. quare argumenta ex alijs ad alia duci non queunt, præterquam ad unam finitionem.

Quæ enim adiuncto, ea ſola ceteris quoque omnibus, quæ ante diximus, ſunt communia.) uidelicet ut non tantum ad tollendum adiunctum ualeant, ſed etiam ad tollenda cetera. Quod enim ſolum de adiuncto quæritur, inſit ne in re propoſita, idem in aliis quoque, nempe in proprio, in genere, in finitione, ſimiliter quæritur. Quòd ſi genus cum re propoſita non reciprocetur, ex eo non efficitur, ut ne ſit genus. neque ſi proprium non ineſt ita ut genus, in ipſa uidelicet rei eſſentia, ideo efficitur, ut ne ſit proprium. Similiterq; etiam ſi adiunctum neque eſt ex ipſa rei natura, ut genus, neque reciprocatur, ut proprium, non ex eo conſequitur, ut adiunctum ne ſit.

Finitionem igitur faciliime reprehendi, difficillime autem conſtitui conſtat: illa enim omnia ſyllogiſmo probanda ſunt, & quòd ea quæ in finitione ponuntur, inſint in

re pro-

re propoſita, & quòd genus recte traditum fuerit, & quòd propria finitio eſt, & præterea, quòd ipſius rei naturam & eſſentiam exponat. atque hoc recte præſtitiſſe oportet. E ceteris uero proprium ad eam proxime accedit: eo enim facilius reprehenditur, quòd plerunque conſtituitur ex pluribus. Difficillimum autem eſt ad probandum: nam & multa probanda ſunt, & quòd rei propoſitæ ſoli conueniat, & quòd cum ea reciprocetur. Adiunctum autem omnium facillimum eſt ad probandum. Nam in alijs, non tantum quòd inſint, uerum etiam quòd certo quodam modo inſint, oſtendendum eſt: in adiuncto autem, ſatis eſt ſi ineſſe oſtendatur. Difficillimum autem eſt ad refutandum: ſiquidem paucæ admodum dantur reprehendi uiæ. neque enim illud in adiuncto adſignificatur, quomodo in re inſit. Itaque aliorum quidem reprehendendi duplex ratio eſt, ſeu quòd non inſint, ſeu quòd non hoc modo inſint: adiunctum autem aliter tolli non poteſt, quàm ſi oſtendas non ineſſe. Locos igitur, qui tractando cuiq; problematum generi argumentorum copiam ſuppeditare poſſunt, quantum fere ſatis eſt, perſecuti ſumus.

Atque hoc recte præſtitiſſe oportet.] Hoc quoque, inquit, ratione concludere, ac demonſtrare oportet, finitione ea, quam probare uolumus, rei naturam explicari, neque obſcurum quicquam, neque ſuperuacaneum in ea contineri. quibus efficiendis plures ſuperius tradidit locos. Hac igitur, ceteriſq; de cauſis, quas expoſuimus, finitionem conſtituere difficillimum eſt. E ceteris autem problematis, maior eſt in confirmando proprio, quàm in genere, aut in adiuncto, difficultas: quod ipſum tamen facilius eſt ad confirmandum, quàm definitio. Ac proprium idcirco facilius reprehenditur, quàm cetera, quia e pluribus conſtat, fereq; coniunctim explicatur. Exempli cauſſa, animal aptum ad ridendum, quod & proprie proprium eſt, utpote coniunctim explicatum. Addidit autem, fere, quia nonnunquam etiam uno nomine exponitur, ut proprium hominis, aptum ad ridendum. Difficile igitur eſt probare illud, quod coniunctim ponitur: multa enim concludenda, & ratione colligenda ſunt. Primum quidem, quòd proximum genus ſumptũ fuerit: tum quòd animal aptum ad ridendum, de ſolo homine dici queat, quodq; cum eo reciprocetur. Omnium autem facillimè probatur adiunctum. Satis enim eſt ad confirmationem, ſi, uerbi cauſa, oſtendas candorem ineſſe Socrati: quod ſolum in alijs non eſt ſatis. Difficillimum autem, inquit, eſt ad refutandum. Vnus enim tantum locus eſt, nempe ſi oſtendas non ineſſe. Neque enim præterea quæri poteſt, inſit ne, ut genus, aut ut proprium. Itaque cum alia problemata duobus modis reprehẽdi queant, ob idq; facilis ſit eorum reprehenſio, problemata de adiuncto, quibus labefactandis una tantum propoſita uia eſt, difficillime refelluntur.

Hactenus Muretus.

ALEXANDRI APHRODISIENSIS IN OCTAVVM ARISTOTElis Topicorum Librum.

COMMENTARIVS.

NVNC *uero de ordine, ac de interrogandi ratione dicendum eſt.*

IN Primo libro præfatus eſt quædam, quæ ad hanc tractationem ſunt utilia, in hoc autem extremo idem facit. Proponit enim ſibi de tribus capitibus eſſe dicẽdum. primum eſt de reſpõſione & interrogatione, quando bene, uel ſecus interrogatur ac reſpondetur. Ei uero, quod de interrogatione eſt, addit ea, quæ ſumpta ſunt ad occultationem, & omnino ea, quibus interrogans cogeret eũ, qui reſpondet, uniuerſalẽ propoſitionẽ ei cõcedere: quoniam ſine ea effici ſyllogiſmus nõ poteſt. Sermoni uero de reſponſione additus eſt ſermo de propoſitionum diuiſione, & de ſignificatis ambiguorum, & uniuerſaliter de inſtantia, ex quo fit, ut de eis etiã loquatur. Quoniam autem eæ quæſtiones quæ probari facile poſſunt, difficulter refelluntur, & debet reſpondẽs tueri eam, quam poſuit, & interrogans eam confutare, propterea interroganti & reſpondenti erit de iis oratio. adeo poſtea de eis uerba faciet, primum autẽ de interrogante, deinde uero de reſpondente. Proinde primum caput eſt hoc, & ſecundũ quot modis oratio eſt uituperabilis & laudabilis, quia tripliciter, uel per ſe, uel ut ad problema, uel à diſputantibus altera. Nam cõtingit & orationẽ ipſam per ſe uituperabilem eſſe uel laudabilẽ, & horum utralibet cum ſint per ſe ad problema contraria, ſunt, aliquando autẽ etiã quæ bene interrogati poteſt ob inſcitiã alterius diſputantium uituperabilis fieret. Et hoc eſt ſecũdũ caput. Tertiũ autẽ quomodo exercitaremur priuſquã ad orationes ueniamus, & quæ pręparatio. Item aliter, in primo cum diuiſionem feciſſet dialecticorum problematum, & oſtẽderit quod quatuor ſunt, atq; aſſignaſſet in libris poſt illum locos problematum ad unum quodq; genus, quibus poterimus abundare argumentis ad deſtructiones problematum, & ad conſtructiones, in hoc qui ultimus eſt huius tractationis de uſu ipſorum ſermonem facit. Non enim ſufficiens de ſe locorum inuentio dialectico ad concludendum ſyllogiſmo propoſitum per eoſdem, ſed opus eſt ipſi & qualis ſit ordinis atq; uſus oſtendere. Et cauſa huius eſt, ꝙ dialecticus contra alium diſſerit, & ex interrogatione accipit propoſitiones, quibus propoſitum cõcludit ſyllogiſmo, nam ob id etiam dialectica propoſitio determinata eſt interrogatio contradictionis eſſe. Item opus eſt ipſi noſcere, qualis ſit ordo interrogatorum, quandoquidẽ non eędem reſponſiones reſpondeant de eiſdem quomodocunq; interrogat, ſed ſæpe quæ non concederent ſimpliciter interrogantes hæc dant per modum interrogationis. Oportet igitur dialecticum etiã de ipſo interrogare quandã experientiam atq; artem habere, ut per modum interrogationis accipere queat ea, quæ ſunt utilia ad propoſitum ſibi ſyllogiſmũ. Et eſt ſimilitudo ſecundum hoc rhetorices & dialectices. Nã ut rhetorẽ cum facit orationes alijs, quippe qui populo uel theatro, uel iudici, aut oportet poſt inuentionẽ dicendorũ diſtributionẽ eorum noſcere, ut quis ordo inuentorũ, & quæ ſit explicatio ipſorũ & dicẽdi modus. ſic etiã dialectico opus eſt poſt inuẽtionẽ locorũ in quibus demonſtrationes propoſitorũ ſunt, ſcire quis ſit ordo inuentorũ & apparatus ad interrogationem, atque in his eiuſdem interrogationis quæ eſt proportio dicẽdi modo ipſius rhetoris, quia nõ ſolũ

dialectici eſt interrogare,ſed etiam reſpondere, ut etiam pſe dixit principio huius tractationis. Nam dixit,ipſi ſuſtinentes orationem nihil dicemus contrarium, ob id nō de ſola interrogatione,ſed etiam de reſponſione facit ſermonem. Nā ut interrogantis eſt bene interrogare,& hoc eſt accipere utiliter ꝙ uult. ſic etiam reſpondentis eſt bene eeſpondere ꝙ eſt eo ꝙ nil contrarium dat his quę poſuit à principio. Ob id etiam quidam putant inſcribendū eſſe librum hunc de interrogatione & reſponſione. Verū alii de ordine & eeſponſione,quia etiam ipſe de his dicere incipiens proponit. Item aliter cum oſtenderit principio præſentis tractationis ꝙ quatuor ſunt genera problematum,aliqua ſecundum accidens,alia generica,alia propria,& diffinitiua,& deinceps uniuſcuiuſq; peculiares locos aſsignaſſet deſtructiuos & conſtructiuos,& poſterius de ipſo eodem parum diſſeruiſſet , ut ad diffinitiua problemata utile. Cum igitur in his omnibus aſsignaſſet,unde debeamus accipere argumenta cōſtruēdi uel deſtruēdi unumquodque ipſoeum: nunc proponit oſtendere de ordine ipſorum,quia non inordinate , & ut contingit temereq; ipſa peoferimus . Nam optima diſtributio eſt ſciee quæ primo proferenda ſunt,& quæ poſterius,non uelut rhetores,nam illi non ut natura & ordo poſtulat capita ponunt,ſed ut occaſio petit. Docet igitur qualia debemus prius ordinare,an ea à caſibus cognatiſq; quam illa à contrariis,uel potius hæc priuſquam illa,ſiquidem talibus pluribus abundemus. Porro de hoc quomodo interrogandum ſit,an ſecundum contradictionem , nam hoc dialectica methodus exigit.

Oportet autem primum quidem eum,qui interrogare debet locum inuenire,unde ſit argumentandum. Secundum autem interrogare, & ordinare ſingula apud ſeipſum . Reliquum uero & tertium,dicere iam eadem ad alterum.

Inquit,oportet eum qui interrogaturus eſt dialectice primum inuenire per ſe conſiderantem locum , unde debet arguere & diſputare.& ſecundo formare per ſe interrogationem , quomodo proponentes ipſam dialectice, id eſt contradictorie,ceu nunquid anima immortalis eſt, uel non,& cum hac ordinare ſuopte ingenio ſingula argumenta,& quale primum oportet inferre atque adducere,& quale poſt hæc & deinceps,& tertium peius afferre interrogationem.

Quo quidem ad locum ipſum inueniendum ſimiliter Philoſophi, & dialectici conſideratio eſt . Verum illa ordinare iam atque interrogare,proprium dialectici eſt. Ad alterum enim omne tale eſt. Philoſopho autem & quærenti per ſeipſum nihil curæ eſt,ſi uera quidem ſint, & nota , per quæ eſt ſyllogiſmus, & non ponat ea,qui reſpondet. Quoniam propinqua ſunt illis,quæ ſunt ex principio . Et præuidet , quod ſubſecuturum eſt. Sed fortaſſe & ſtudioſe aget,quoniam maxime notæ, & propinquæ ſunt dignitates. Ex illis enim ſcientifici ſyllogiſmi. Loca igitur,unde oportet ſumere,dictum eſt prius. De ordine autem, & interrogatione dicendum , diuidendo propoſitiones præter neceſſarias, quæcunque ſumendæ ſunt ,ſi quidem neceſſariæ dicuntur , per quas ſyllogiſmus ſit.

Quo igitur ad inueniendum locos, ab eiſdem inquit locis à quibus nititur dialecticus conſtruere & deſtruere, ab eiſdem nititur etiam demonſtratiuus, & quo ad abundandum talibus argumentis & utriſque eadem conſideratio eſt,ſcilicet dialectico & demonſtratiuo,ſed peopriū dialectici eſt ordinare inuentos locos ſuopte marte , & facere,ut præfati ſumus . Dialecticus autem merito hoc facit,quia proponit inuenta ad alterum,ſed demonſtrans per ſe quærens uerum,non tantum ſtudu adhibet differēdo an ueram & notam propoſitionem accipiat, quādoquidem non ſibi ſit neceſſe,ut hanc conceſſam à reſpondente accipiat. Non enim interrogat , ſed accipit per ſe,

Facit autem hæc demonſtrans,quia propoſitiones ſumptæ ſunt cognatæ poſito problemati ex principio , & quia ſtatim prouidet ex propoſitionibus cognatis quæ ſit euentura cōcluſio. Nam accipit uerbi gratia quòd anima ſeipſa mobilis quæ eſt propoſitio uera & nota , & proxime continuanda huic quòd anima immortalis. Nā & ſi diſputans una cum dialectico non concederet hanc, quia mox unaq; uidet concluſionem ex hoc , tamen ille accipit hanc,& ob id maxime ſtudium adhibet,quatenus ſunt apta nata eſſe nota & cognata concluſioni & primę ac immediate accepte dignitates,uidelicet propoſitiones nam ex his fiunt ſyllogiſmi demonſtratiui, ſed dialecticus non accipit hæc ſic , neque enim concederet hæc diſputans cum dialectico,quia prouidet quid euenturum ſit ex cognatis & ex proximis propoſitionibus, ſed curam adhibet & ad licentiam , quomodo lateat diſputantem ut cōcedat quòd uult,ut interrogat alterum de his duobus an animam moueat,uel ipſa ſeipſam mouet,& concedēte quod ſeipſam mouet,inducit ipſe quòd ſeipſum mouet per ſe mobile eſt,hoc autem immortale eſt , igitur & anima immortalis. accepit igitur hanc longe, ut lateat reſpondentem,& ipſe concedat proximam , & ſic concludet concluſionem.

Quæ autē præter has ſumuntur quatuor ſunt, aut enim gratia inductionis,ut detur uniuerſale: aut ad magnitudinem orationis,aut ad occultationem concluſionis,aut ut dilucidior ſit oratio . Præterea autem nulla eſt aſſumenda propoſitio; ſed per has augere, & interrogare tentandum . Sunt autem quæ ad occultationem,certaminis gratia ſed quia omne negocium,quod huiuſmodi eſt ad alterum eſt, neceſſe & illis uti. Neceſſarias igitur per quas ſit ſyllogiſmus,non ſtatim præordinandum,ſed abeundum ad ſuprema,ut non poſtulet quis contrariorum eandem diſciplinam,ſed oppoſitorum . Poſito enim hoc , & quoniam contrariorum eadem diſciplina eſt, ſyllogizabit,quoniam ex oppoſitis contraria ſunt. Si uero illam non ponat , per inductionem ſumendum proponenti in particularibus contrariis.

Oportet diuidere(inquit)propoſitiones , quaſcunque accipere debemus neceſſarias. Dicit autē neceſſarias has, non quia ſint neceſſariæ materiæ , ſed quia ad minus ex duabus exiſtentibus neceſſario concluditur cōcluſio, ſed dialectici etiam plures quam duas accipiunt. Ipſæ autem plures ſunt quatuor uidelicet ſecundum quatuor modos accipiuntur,uel enim inquit gratia inductionis. Nā utuntur inductione,ut accipiant ex particulari uniuerſale,& ſic inducunt proximam: aut ad magnitudinem orationis.i. ut uideatur auditoribus ſapiens , ſupfluas propoſitiones in oratione interſerit atq; inſinuat,& ipſam orationē prolixam efficit,ut nunquid uoluptas ſit ſecundum naturam? Nonne hoc natura & ipſa natura idem eſt,uel diuerſum, cur ſecundum naturam non eſt eligibile non bonum;uoluptas igitur bonum. eædem aſſumptæ propoſitiones ſuperfluæ ſunt & non utiles ad concluſionem, ſed aſſumptæ fuerunt gratia faciendi bonam magnitudinem orationis. Aut ad occultationem concluſionis, quando accepit etiam proſyllogiſmos contrariarum propoſitionū, ut neceſſariæ propoſitiones ſunt proxime continuandæ concluſioni,& eſto concluſio quod ſalubre & morbidū ſint oppoſita,igitur neceſſariæ propoſitiones quod ſalubre & morbidum contraria ſunt, & contraria oppoſita, igitur ſalubre & morbidum ſunt oppoſita . Vnde dialecticus uolens occultare id ei qui ſecum diſputet forte nō propter minorem propoſitionem quam non concedit, ipſam ſic proſyllogiſmo probat , ſalubre & morbidum ſunt inter ſe corruptiua,ſed quæ inuicem ſeſe corrūpunt ſimul eſſe impoſſibile eſt. Hæc autem contraria ſunt, igitur corruptiua inter ſe ſunt contraria { Aut ut dilucidior ſit oratio } Nam ponitur ab ipſis ſæpe propoſitio nihil plus ob aliam ſignificans,ſed uel ſolū hanc manifeſtans.

Præter

Præter has (inquit) impoſſibile eſt accipere aliam propoſitionem ſuperfluam, ſed uel per hæc, uidelicet per unum dictorum quatuor modorum augere ſimul orationem, ut interrogare dialectice. Nam unde impoſſibile eſt accipere propoſitiones ſuperfluas, ſunt autem ad occultationem in certamen aptiores, uidelicet quæ ſunt magis ſophiſticæ. Nam in oratione interrogatum & amicum magis contentionis contingit abnuere & reſpuere, & non ſequi rationem interrogatorum & poſitorum. Vtile autē erit dialectico ad occaſionem uti occultatione, & ſic interrogare. Nam ob id intulit, ſed quia omnis talis tractatio ad alterum eſt &c. Et dixit. ſed per hos augere & interrogare tentandum eſt, id eſt ſed has ſolas oportet extrinſecus addere, nam accipere eſt indicatiuum additionis earum ob neceſſarias, igitur neceſſarias ſtatim non eſt præordinandum, ſed abeundum eſt uſq; ad uniuerſaliora & communiora, ſi per ſyllogiſmum aſſumptionem neceſſariorum faciemus. Si autem non poſitum fuerit per inductionem ſumēdum eſt, id eſt ſi uniuerſale & ſuperius neceſſaria propoſitione uoluerimus accipere, & non cōcederet reſpondens, tentandum eſt pee inductionem accipere non uniuerſalem & ſuperiorem, ſed neceſſariā. Nā efficacior communior eſt his quæ in minus ſe habēt, quę ſub illa ſunt, oportet autem accipere per inductionē propoſitum, & erat hoc neceſſarium contrariorum unā eſſe ſcientiam, aſſumemus quod paris & imparis, quæ ſunt contraria, eadem ſit ſcientia, nam eſt arithmetica. Itē bonæ habitudinis & malæ habitudinis eadem ſcientia eſt, quippe quæ ſit exercitatiua. Item uirtutis & malitiæ eadem, quandoquidem ſit moralis philoſophia. Item diuitiarum & paupertatis, nam ſuppeditandi inueniendiq; peritia, & ſic inducentes augebimus hoc, quòd contrariorū omnium eadem ſit ſcientia.

Nam aut per ſyllogiſmum, aut per inductionem neceſſarias ſumendum: aut has quidem inductione, illas autem ſyllogiſmo. Quæcunque autem ualde manifeſtæ ſunt, illas quoque oportet protendere. Nam quod ſequuturum eſt, in abſceſſu, & inductione immanifeſtius eſt.

Quia neceſſe & proxime oſtenſæ concluſioni propoſitiones duæ ſunt, ut oſtenſum eſt in libro de priori reſolutione: cenſet quando non fuerint hæ per ſe notæ ſumēdas eſſe ambas per ſyllogiſmum, ut ſint quidam proſyllogiſmi facti, uel ambas per inductionem, uel unam per ſyllogiſmum & aliam per inductionem, quod quidē faciundum eſt in his, quæ non ſunt per ſe nota. Nam quæcūq; (inquit) ualde manifeſtæ ſunt neceſſariarum oportet has protendere offerre, non enim erubeſcunt contradicere manifeſtis, ut quod omnis numerus par uel impar eſt. Nam ſi reſiſtunt & cōtendunt, uidentur ad manifeſta inſtare ſeruantes increpationē ab audientibus. Cæterū ſubiungit quod ſemper immanifeſtius eſt, ſcilicet cum dixerit, quomodo oportet neceſſarias accipere propoſitiones, ſi nō ualde fuerint perſpicuæ, quod oporteat per ſyllogiſmum ſuperiora accipere, uel per inductionem, cauſam, qua ſic oportet accipere, aſſignat. Nam inquit ſit immanifeſtius quod ſecuturum & concludendum ſit in abſceſſu, id eſt in aſſumptione uniuerſalis, & in inductione, igitur quia immanifeſtius eſt quod ſecuturum, illud accipimus quod ſit neceſſarium, & quia nil uetat, etiam ſi non illa uia utimur ut hanc cōcedet aliquis ad aſſumptionem neceſſariarum, tales neceſſarias & utiles oblatas putat ſumendas eſſe. Item dixit immanifeſtius, quia ſemper in abſceſſu conſtructiuum eſt ſuperioris ipſum immanifeſtius, quandoquidē opus ſit recurrere ad uniuerſalius, uel uti inductione. Nam quanto aliquis uniuerſalioribus utitur, & quanto abſcedit a proximis propoſitionibus in remotiora, ut ſi pro cōtrariis accipiat oppoſita, aut inductione, quod conſoni & inconſoni muſica eſt ſcientia, tanto immanifeſtior ſit cōcluſio, quæ euentura eſt. Nam acceptis uniuerſalioribus aut in inductione particularium; non ſtatim diſputans intelligit quod concludendum eſt ex acceptis propoſitionibus. proinde ſi concederetur qđ oppoſitorum eadem eſt ſcientia, promptum eſt ſimul offerre proponereq; ſtatim ipſas utiles, uidelicet quod contrariorum eadem ſit ſcientia, quanquam nequeat eas accipere, quia illo modo non datur a diſputante, uidelicet ſi interrogans non eecurrit ad uniuerſalius, uel non utebatur inductione.

Præterea ſimul ipſas utiles protendere erit ei, & qui nō poteſt illo modo prompte ſumere.

Vtiles inquit, ideſt neceſſarias.

Igitur, quæ præter has dictæ ſunt, harum gratia quidem accipiendæ ſunt.

Cum dixerit de neceſſariis quomodo oportet has offerre & accipere, dicit de ipſis non neceſſariis, quæ ob dictas cauſas quatuor & ipſæ a dialecticis aſſumuntur, & inquit locum quidem & uniuerſaliter de ipſis hoc oportere illas aſſumere gratia neceſſariarum, & ſeorſum quomodo unaquaq; utendum eſt, deinceps addit.

Siquidem unaquaque eo modo utendum inducenti quidem a ſingularibus ad uniuerſalia, & a notis ad ignota. ſunt aūt magis nota, quæ ſecundum ſenſum, uel ſimpliciter, uel multitudini.

Nam a ſingularibus & notis, ad uniuerſalia & ignota oportet procedere. i. uti ſingularibus & notis ad oſtenſionem uniuerſalium, & ignotorum. & nota magis ſunt, quæ ſecundum ſenſum uel ſimpliciter & cætera. Nā contingit quædā eſſe notiora ſapientibus, quam ea per ſenſum, quandoquidem per demonſtrationem ſciuntur.

Cælanti uero proſyllogizare ea, per quæ ſyllogiſmus eius, quod ex principio eſt, debet fieri. Et hæc ut plurimum: erit etiam hoc. ſiquis non ſolum neceſſarias, ſed & earū, quæ utiles ſunt ad illas, aliquam ſyllogizauerit.

Quomodo autem utendum ſit his gratia occultandi & cælandi concluſis, quod uult aliquis acceptis propoſitionibus dicit: Equidem occultatio atque cælatio eſt methodus, qua poteſt cælari propoſitum ſyllogiſmo acceptum & concludendum.

Inſuper cōcluſiones nō dicere, ſed poſterius ſimul omnes ſyllogizare. Sic enim longiſſime abſcedet ab ea, quæ ex principio, poſitione. Vt autem uniuerſaliter dixerim, ſic oportet eū interrogare, qui latenter interrogat, ut interrogata omni oratione, & eo dicente concluſionē, quæratur propter quid, hic autem erit maxime per antedictum modum. Nam ſola ultima dicta concluſione, immanifeſtum erit, quonam modo accidit Quoniam non præuidit reſpondens ex quo accidit, non digeſtis per membra prioribus ſyllogiſmis minime etiā per membra digeritur ſyllogiſmus concluſionis, cum nō eius ſumptiones ponuntur. Sed cum ea ſumuntur, à quibus ſyllogiſmus fit.

Poteſt illud, ſimul omnes ſyllogizare, dixiſſe, non ut omnes concluſiones ſyllogiſmorum aliquis ſimul dicat, ſed in omnibus ſyllogiſmorum propoſitionibus ſimul ultimam nduceret concluſionem, quod etiam magis uidetur dici ex poſterius adductis. Nam dicit de ſola ultima dicta concluſionem, eo igitue quod immanifeſtū eſt oſtēſum ab his qui ſic interrogant concedunt propoſitiones, & ex conceſſo oſtendere per eeſolutionem rationis conſequens quod concluſiua propoſiti non amplius habent abnuere, quod quidem ſit maxime, ut dictum eſt, ſi quis aecipiens ſine propriis concluſionibus omnes propoſitiones, quibus oſtenditur propoſitum, ſolam ultimam cōcluſionem inferret, facit autem hoc notum reſolutio orationis. Item ſic faciēdo & accipiendo propoſitiones proſyllogiſmorum & proſyllogiſmos proſyllogiſmorum, & non inducens ipſorum concluſiones ſtatim, ſed poſterius longe remouendo reſpōdentem à poſitione, à prin

cipio,uel problemate,ſic inquit oportet interrogare reſpondentem,uidelicet eum qui latenter interrogat.quare interrogata tota oratione uel ſyllogiſmo & concluſa cõcluſione,quærendum eſt diſputanti,cur hoc ſit,quia non intellexit unde concluſa eſt concluſio , ut ſi ponitur problema hoc,ſi homo & equus ſubſtantia ſunt,dicat nonne ſubſtantia de omnibus ſub ipſa dicitur:quo conceſſo ab illo reſpondente,etiam reliquum cõcedendum eſt , ſcilicet igitur homo & equus ſub ſubſtantia. Deinde illo interrogante cur hoc,perinde ac non intellexerit , unde ſit concluſio concluſa,dicet interrogans quod quando conceſſit quod ſubſtãtia de omnibus ſub ipſa dicitur,tunc & ſi confitendo quod homo & equus ſubſtantia ſunt.Hoc autem, uidelicet hoc etiam conceſsis propoſitionibus, deinde adducta illataq; concluſione, adhuc rurſus quærendum eſt reſpondenti,quamobrem in quo pacto ſit dictus modus occultationis.Eſt autem hic modus , ſcilicet dicere propoſitiones proſyllogiſmorum, & inferre concluſiones ipſorum. Nam ſolum(inquit)dicta concluſione ultima,accidit hinc immanifeſtum eſſe non recte digeſtis proſyllogiſmis, ex quibus deducta eſt concluſio , ideſt concluſio dicta ſecundum unumquemque proſyllogiſmum.Nam minime inquit,ſi diſponeretur recte & notus fieret ſyllogiſmus,qualis eſt huius concluſæ concluſionis nobis non ponentibus ſumptiones uidelicet non accipientibus neceſſarias propoſitiones, quæ ſunt concluſiones proſyllogiſmorum,ſed propoſitiones proſyllogiſmorum,quibus ſit ſyllogiſmus.

Vtile autem & non continua poſtulata ſumere , quibus ſyllogiſmi:Sed uiciſſim ad aliam & ad aliam concluſionem. Nam poſitis conuenientibus iuxta ſe inuicem, magis quod accidit ex ipſis,manifeſtum.

Vtile eſſe inquit ad occultationem etiam hoc,præpoſitiones non accipere in ordine adinuicem , ſed differre & uiciſsim mutare atque ponere eas , quæ ſunt inuicem ad alterum, & ad alteram concluſionem conferentes , & non ad eandem . Nam poſitis propriis propoſitionibus deinceps conferentibus ad eandem concluſionem facillime reſpondentes contueri poterunt quid ſit euenturum. ſed notandum eſt quod communiter dignitatibus pro propoſitionibus uſus eſt.

Oportet autem & definitione ſumere,in quibus poſsibile eſt,uniuerſalem propoſitionem non in ipſis,ſed in coniugatis. Nam decipiunt falſa ratiocinatione ſeipſos, quando in coniugato ſumatur definitio,ſi non uniuerſale concedunt:Vt ſi oportet ſumere,quoniam qui iraſcitur,appetit pœnam ſumatur ira appetitus eſſe pœnæ propter apparentem paruipenſionem. Et erit manifeſtum , quoniam hoc ſumpto , habemus uniuerſale,quod præelegimus. At eis,qui in ipſis proponunt ſæpe accidit ut obſiſtat reſpondens quoniam magis ſe habet in ea re inſtantia,ut quoniam non omnis,qui iraſcitur, appetit pœnam.Nam parentibus iraſcimur quidem,non autem pœnam appetimus. Fortaſſe autem non uera inſtantia eſt nam in quibuſdam ſufficiens pœna eſt,triſtari ſolum, & facere pœnitere. Veruntamen habet aliquid uériſimilis , ut non uideatur irrationabile negare propoſitum:at in iræ definitione non ſimiliter facile eſt inſtantiam inuenire.

Inquit oportet autem et definitionem ſumere tentare, in quibus contingit per diffinitionem accipere uniuerſalem propoſitionem, tamen non diffinire ipſum propoſitum,ſed aliquid cognatorum eius.Nam accipientes in illo per diffinitionem quod uolumus , facilius etiam ad propoſitum cognatum illi transferendum eſt aſſumptum.Nam quæ in ipſis propoſitis non afferunt reſpondentes,ut uideant quid euenturum ſit,hæc dant in cognatis propoſito,quibus autem datis etiam propoſitum dabunt,quia locus cognatorum eſt uerus,ſed de ipſo propoſito,acceptum habet inſtantiam quandam non ueram forte,licet perſuaſibilem,ut non uideatur irrationabiliter abnuere propoſito,ſed minime ſimiliter,abundans diffiniens inſtare poterit ad cognatum.

Præterea proponere oportet eum qui proponit non ut propter ipſum,ſed alterius gratia. Nam deuitant ea,quæ ad poſitionem ſunt utilia. Vt autem ſimpliciter eſt dicere qui quam maxime dubium facere, utrum quod proponitur , an oppoſitum ſumere uult.Nam cum dubium fuerit quidnam ad poſitionem ſit utile magis , quod ei uidetur,ponunt.

Celatiuum etiam hoc,quia utilia ad oſtenſionem propoſiti proponenda ſunt, & interroganda ;uelut alterius gratia,& non accipere ea,ex quibus facilis eſt coniectura propoſiti. Nam ſuſpicatur gratia poſitionis,& propoſiti problematis interrogata reſpondentes,& ob id non facile admittunt.Cæterum inquit,ut autem ſimpliciter eſt dicere,quod quammaximum facere immanifeſtum,ſit quidem ut prædictum eſt,& quia interrogatum eſt immanifeſtum ignorantia utra reſponſionum utilis ſit ad propoſitum.Fit autem hoc etiam ob interrogationis modum, quod nunc cenſet faciendum . Nam ſi interrogatione non aperiemus quod uolumus accipere , uel maxime ipſum ponere,uel oſtendere abſurdum oppoſitum dicere,immanifeſtum facimus utrum , quam utile nobis ad propoſitum accipere uolumus. Nam uolentes oſtendere quod anima immortalis,uolumus accipere,quod anima ſeipſa mobilis,ſignificabimus per modum interrogationis quod hoc uolumus accipere,ſi autem dixerimus, num tibi uidetur anima eodem quo mouet motu moueri ab alio,uel non:non amplius oſtendemus per interrogationem,utrum quod proponimus uolumus accipere, uel negationem eius.

Inſuper per ſimilitudinem interrogare. Nam & perſuaſiuum eſt & latet magis uniuerſale. Vt quoniam quemadmodum ſcientia, & ignorantia contrariorum eadem, ſic & ſenſus contrariorum idem. Aut contra , quoniam ſenſus idem contrariorum eſt, & ſcientia. Hoc autem eſt ſimile inductioni,non tamen idem. Nam illic quidem a ſingularibus uniuerſale ſumitur. In ſimilibus autem non eſt,quod ſumitur uniuerſale,ſub quo omnia ſimilia ſunt.

Locum occultandi inquit eſſe etiam non ab eodem quod uolumus accipere,ſed ab alio quodam ſimili ipſi. Dicit autem hoc ſimile eſſe inductioni , ſed non idem. Nam inductio per ſimilitudinem ſingularium uniuerſale accipit,& ſit ſecundum ſimilis diſcurſum à ſimile propoſito propoſitum accipiens,ſed non ab eis , quæ ſunt ſub propoſito eodem.cæterum quia dicit (uniuerſale) ſignificauit propoſitionem.

Oportet autem & ipſum ſibimet quandoque inſtantiam ferre. Nam inſuſpecte ſe habent reſpondentes ad eos,qui uidentur iuſte argumentari.

Occultatiuum locum inquit eſſe ad facilius,quod quis uult ſibi concedi à reſpondente,& ipſum ſibi ad aliquid interrogantem inſtare . Nam uidentur qui hoc faciunt merito,& uere argumentari ad propoſitum.Proinde ad rationes ſic tractantis ſine ſuſpicione ſe habent reſpondentes,& promptiſsime concedunt ea quæ putant , perinde ac neque illis putantibus hæc ſint,& ſi ſic non ſe haberent. Equidem omne occultatiuum eſt,quod ducit reſpondentem ad inſtantiam circa reſponſiones.

Vtile autem, & dictum addere,quoniam conſuetum , & dicitur hoc tale. Nam pigreſcunt quod ſolitum eſt dimouere; inſtantiam non habentes. Simul autem & quia utuntur & ipſi talibus,cauent ea dimouere.

Vtile autem inquit ad accipiendum promptius interrogantibus quæ uolunt,& occultatarum addere conſuetum,& utile,ceu nunquid tibi uidetur ſanitas eligibilis eſſe,ut

ſe,ut omnibus uidetur? Nunquid uidetur tibi bonus iudex optimus eſſe,ut omnibus conſuetum eſt dicere? ſic & Socrates ad Callicen uſus eſt cum diceret ſapientes ſtolidos,non enim conſuetudo talis eſt de ſapienti ſuſpicio,nam hoc poteſt ipſi eſſe reſponſio,uel nullus ignoraret,quod non tales dico ſic etiã ſi quis eſſet addictus Platoni facilius aſſumet ab ipſo interrogans quod uult, ſi qs adderet,ſic Platoni uidetur.

Inſuper non diligenter agere, & ſi omnino utile ſit. Nã aduerſus diligenter agentes,magis renituntur,

Ad poſitionem inquit,quod oblatum ad oſtenſionem propoſiti non oportet eum qui diligenter agit apparere circa ipſum admittendum ab ipſo reſpondente. Nam & hoc occultatiuum eſt,nam quæ interrogantes ſtudent accipere magis contra reſpõdentes afferunt,&proponunt, ac contendunt,ideo quærunt afferre inſtantiam ad hæc: fieret autem hoc,ſi uelut dubitãtes, & ipſi interrogarent, & non ut ſcientes,quod ſæpe Socrates fecit apud Platonem. Nam ut neſcius eius, quod euenturum eſt, & uelut hoc aſſumens,quod ex ratione apparet optima habere, ſic interrogat.

Et ipſum ut in ſimilitudine proponere. Quod enim propter aliquid aliud proponitur, & non propter ipſum, utile ponentibus magis eſt.

Occultatiuum etiam hoc eſt,& quod uult quis accipere,ut in ſimilitudine interrogare alterius gratia accipiendo,& non uelut ipſum accipiendo,ut ſi uolumus accipere,quod continentia eſt uirtus,interrogabimus nunquid tibi uidetur,ut continentia uirtus,ſic etiam fortitudo, & iuſtitia eſſe.

Inſuper non id proponere,quod oportet ſumere, ſed cui conſequens id eſt ex neceßitate. Nam & magis concedunt. quoniam non ſimiliter ex his manifeſtum eſt,quod conſecuturum eſt, & ſumpto hoc,ſumptum eſt & illud.

Sunt quæ ſequuntur nonnulla neceſſario, ut uirtutem eſſe ſcientiam ſequitur hoc,uirtus eſt docenda,occultatiuum inquit eſſe,&non interrogare ipſum quod accipere uolumus,ſed id quod hoc ſequitur neceſſario,nam facilius eſt talibus concedentibus tanquam non habentibus aliquid ad propoſitum notum, & nihil minus ipſis datis concluditur propoſitum per illationem.

Et id ultimo interrogare,quod maxime uult ſumere. Nã maxime prima renuunt. Quoniam plurimi interrogantiũ prima interrogant,circa quæ uel maxime ſtudent. Ad quoſdam autem prima,quæ huiuſmodi ſunt, proponere. Nam proterui maxime prima admittunt, niſi omnino manifeſtum ſit quod ſecuturum eſt. In fine autem proteruiunt.

Occultatiuum etiam,quod uult aliquis.nõ primum interrogare, nam ad prima ut interrogata propoſiti gratia,& exiſtentia neceſſaria maxime inſtant,quia etiam fere diſputantes hæc primo interrogant. Oportet igitur (inquit)alia quedam interrogare prius,& ante diſſoluere,per eadẽ reſponſa, quod eſt inſtans,& ultimo interrogare utilia,uerum inquit non contrariis hoc loco interrogationis utendum eſſe. Nam ſunt quidem qui prima nõ concedunt, niſi ualde plana ſint,tanquam ſemet acceſſibiles ſuperfluis uerbis præbentes,poſterius recurrunt ad proprium defectum,

Similiter autem & quicunque arbitrantur acuti eſſe in reſpondendo, ponentes enim prima, in fine recantant,tanquam nihil acciderit ex his,quæ poſita ſunt. Ponunt enim prompte confidentes habitu, & arbitrantes ſe nihil eſſe paſſuros.

Sunt nonnulli per exiſtimationem acuitatis,tanquam nihil paſſuri, qui dant, & concedunt interrogata primis non inſtant,deinde in fine nugantur,& nituntur euertentes data oſtendere quod non ex conceſſis illatum oſtenditur, uel dictionem præuertentes, uel amphibologias quaſdam exponentes. tales porro inquit oportere potius neceſſaria interrogare, & quibus maxime conceſſis aliquis indiget.

Inſuper prolongare, & interponere, quæ nihil ſunt uſui ad orationem, quemadmodum pſeudographia utentes. nam cum ſint plura,immanifeſtum,in quo falſum ſit. Quare & occultant quandoque interrogantes, in abſconſo proponentes ea, quæ propoſita per ſe non ponerentur. Ad occultationem igitur dictis eſt utendum.

Inquit,adhuc quoſdam differre, & interponere quædam interrogata nihil utilis habẽtia ad propoſita, quod facere etiam in geometria qui falſa deſcribunt, inquit. Nam plures ducentes non utiles ad falſo deſcriptum demonſtratum,& quædam de ipſis dicentes, quæ cum eos latuerint ferentes in falſum deſcribunt. Nam immanifeſtius,& occultatius falſum eſt in pluribus, & poſitum in occulto,ut enim reſpondentes concedunt ea quæ ſunt inutilia interrogatis ad propoſitum, latent etiam utilia dantes cum ipſis. Item accidit ipſis confundi à multitudine interrogationum, quod uidere nequeunt ex quibus accidit propoſitum.

Ad ornatum uero inductione, & diuiſione eorum, quæ affinia ſunt. Inductio quidem quale quid eſt,manifeſtum. Diuidere autem, huiuſmodi,ut quoniam ſcientia eſt ſcientia melior,aut quia certior eſt,aut quia de melioribus. Et quoniam ſcientiarum,aliæ quidem ſunt contemplatiuæ, aliæ autẽ actiuæ,aliæ uero effectiuæ. Vnumquodque enim talium coornat quidem orationem,non neceſſarium autem eſt, ut dicatur ad concluſionem. Ad dilucidıtatem autem,exempla & ſimilitudines afferendum. Modo exempla accommodata fuerint, & ex quibus ſcimus. Qualia Homerus, non qualia Chœrilus, ſic enim dilucidius erit,quod proponitur. Vtendum autem in diſſerendo, ſyllogiſmo quidem ad dialecticos magis,quàm ad multitudinem. Inductione uero contra, ad multitudinem magis. Dictum eſt autem de his & prius.

Quia exemplum inductionis aliud etiam in libro de priori reſolutione dictum eſt, nam inductio eſt uia à ſingularibus ad uniuerſale. Exemplum autem fit ſimile, & notius ſimile, & minus noto, ideo inductio non fit per unum,ſed exemplum ſufficit etiam ut fiat per unum. Et eſt quidem inductio magis peculiaris dialectico,ſed exẽplum rhetori,utitur tamen etiã dialecticus exemplis gratia explicationis dicti,ſi non fuerit notum, ut paulo ante dicebatur quando dicebatur, Inſuper per ſimilitudinem interrogare. Nam exemplum ſic interrogat,num contrariorum eadem ſit ſcientia,ut ſenſus, uerum diſcrimen eſt inter exemplum,& ſimilitudinem,quia exemplum uidetur eſſe factum aliquid ad oſtenſionem apponi alicuius nondum facti,& ob id immanifeſti: ſed ſimilitudo eſt ſimulacrum ſignificans ſimilitudinem ad aliquid factum. Attamen,uidetur ipſe nunc pro eodem uſus fuiſſe exemplo,& ſimilitudine,per quę dicit? Modo exempla accõmodata fuerint, & ex quibus ſcimus qualia Homerus, nõ qualia Chœrilus,ſic enim dilucidius,& per nota ſunt ſimilitudines ab Homero factæ, ſed non tales quæ ſunt Chœrili.

Eſt autem in aliquibus quidem inducenti poſſibile interrogare uniuerſale, in aliquibus uero non facile. Quoniam non poſitum eſt ſimilitudinibus nomen omnibus commune. Nam quando oportet uniuerſale ſumere, & ſic in omnibus talibus eſſe dicere, id determinare difficillimum eſt, qualia ſunt ea,quæ proferuntur huiuſmodi, & qualia non. Et propter hoc ſæpenumero diſſident in diſputationibus, alij quidem dicentes ſimilia eſſe,quæ non ſunt ſimilia. Alij uero dubitantes,quæ ſunt ſimilia,non eſſe ſimilia. Quare tentandum

in omnibus talibus ipſum nomen effingere, ut neque reſpondenti liceat dubitare, quoniam non ſimiliter dicitur, quod infertur, neque interroganti calumniari, ut ſimiliter dicto, quoniam plura eorum, quæ non ſimiliter dicuntur, ſimiliter uidentur dici.

Dicit primo de inductiuis orationibus, quando utendum ſit ipſis, & primum quandam difficultatem ſæpe in rationibus inductiuis occurrentem indicat, quam cenſet ſeruare eos, qui recte agere, & corrigere tentant. Eſt autem difficultas talis, quia in quibuſdam uniuerſale, & commune non nominata ſunt, ceu quæ ſunt animalium quadrupedes. Nam animali bipedi eſt nomen homo, ſed pedeſtribus quadrupedibus non eſt unum nomen ſimilitudinem continens ipſorum. Facientes ergo inductiones in ipſis, & accipientes quædam ipſorum ab uniuerſalibus, quia non inferunt in ipſis commune nomen nominari, & omne tale, proinde ob talem illationem in ipſis inductiuis rationibus ſæpe inuicem ſeſe decipiunt, & confutant, & diſputantes diſſimilia ſumptis per inductionem inducentes, ut ſimilia & contenta, ea quod talia uidentur eſſe ob quandam ſimilitudinem breuem. Qui uero ſimilia non exiſtimantes eſſe ſimilia, neque concedunt hoc quod ſint talia ab quandam ſecundum aliquid aliud diſſimilitudinem. Concludit igitur talia ſeruare tentantes, ſi poſſibile eſt ipſis fingere nomina, & communi nomine complecti ſimilia acceptis pee inductionem, ceu quod omnia ferentia cornua utrinque dentes non habent. In quibus igitur abundare facilius eſt nomine, & ut in dictis, & in quibuſdam nomine facilius eſt. Veruntamen oportet forte ſi etiam nomine uno non poſſunt ipſa complecti, ſed oratione plane circunſcribente inferri, nam hoc notum, & minus occaſiones eſt præbens ambiguitatis.

Quando autem inducenti in pluribus, non dederit uniuerſale, tunc iuſtum eſt petere inſtantiam. Non dicente aũt ipſo in aliquibus non ſic, non eſt iuſtum petere, in quibus nõ ſic. oportet enim inducentem prius ſic inſtantiam petere.

Per hæc dicit, quod conſentaneum eſt inſtantiam petere interrogantem a reſpondente, & quando non conſentaneum eſt. Nam quando interrogans inductiue in pluribus rationem faceret, reſpondens non concederet uniuerſale, tunc conſentaneum ipſi eſt petere inſtantiam in aliquo quod non ſic ſit. Si uero aliquis non faceret fidem uniuerſalis ex ſingularibus accipiendo uniuerſale, & inſtantiam peteret abnuentis, non conſentanea eſt inſtantia, nam inducere oportet primum, ſic inſtantiam deinde petere.

Et digne petendum inſtantias (non in eo quod proponitur) ferre, niſi unum tantum ſit huiuſmodi, ut dualitas pariũ numerorum ſolus primus. Oportet enim eum, qui inſtat, in altero inſtantiã ferre, aut dicere, quoniã hoc ſolum tale eſt.

Et hoc de inductiuis rationibus dicit eos qui nituntur eis non oportere concedere permittereque reſpondentibus facere in ipſo propoſito, & oſtẽſo inſtantias ad deſtructionem uniuerſalis, niſi fuerit unum ſolum tale.

Ad eos autem, qui inſtant uniuerſali, ferentes autem inſtantiam non in eodem, ſed in æquiuoco, ut quoniam habet aliquis non ſuum colorem, uel pedem, uel manum (habebit enim pictor non ſuum colorem, & cocus pedem non ſuum) diuidendo profecto reuera iñ talibus interrogandum eſt, nam latente æquiuocatione bene uiderentur inſtare propoſitioni.

Quia quidam tentant inſtare ad uniuerſale per inductiones acceptum facientes inſtantias non in his, de quibus eſt ratio, & interrogatio, ſed in quibuſdam æquiuocis ipſorum. Proinde ad præcuſtodiam talium inſtantiatum, nihil ferentium ad propoſitum, ſed potentium aliquando efficere phantaſiam, perinde ac ſint inſtantiæ diuiſa in his æquiuocatione in his faciunda eſt interrogatio, quæ cadit extra æquiuocationem ad ea quæ non ſic ſe habent, ut in ipſo habere, quod quidẽ multipliciter dicitur, uel ut pars in ipſo, uel ut habitus, uel ut poſſeſſio.

Si autem non in æquiuoco, ſed in eodem inſtans prohibeat interrogationem, oportet auferentem id, in quo inſtantia eſt, proponere reliquum uniuerſale faciendo, donec ſumat, quod utile eſt. Vt in obliuione, & oblitum eſſe, non enim concedunt eum, qui amiſit diſciplinam, oblitum eſſe, quoniam tranſeunte re, amiſit quidem diſciplinã, oblitus autem non eſt. Dicendum igitur auferenti id, in quo inſtantia eſt, reliquum. Vt ſi permanente re, amiſit diſciplinam: ideirco oblitum eſſe.

Cum dixerit quomodo ſeruabimus inſtãtias in æquiuocis, quia diuidentes ſic ſeruabimus, addit quomodo, ſi in aliquo inſtantia non æquiuoci fieret, ſed in aliquo eorum ſub uniuerſali, quod accipere uolumus, per inductionem ſeruabimus, & talem inſtantiam eo concludimus propoſitum. Nam de hoc putat auferẽtes illud ab uniuerſali, ſecundum quo ſit inſtantia, uel ad determinãtes de relicto interrogare uniuerſale, ut ſi per inductionẽ nobis accipientibus, quod obliuio eſt ſcientiæ abiectio, inſtat aliquis dicendo, quod habentes alicuius rei ſcientiam mutata re, etiam ſcientiam abiicere rei, non tamen obliuiſci. Vnde auferentem oportet hoc, ſecundũ quod ſit inſtantia reliquum uniuerſale accipere. Auferretur aũt, ſi appoſitum hoc fuerit ſcientiæ abiectionem obliuionem eſſe ſeruata re. Nam talis determinatio addita inſtantiam deſtruit, & accipiendi propoſitum cauſa ſit.

Similiter autem & contra inſtantes, quoniam maiori bono maius opponitur malum. Proferunt enim quoniam ſanitati, quæ minus bonum eſt bona habitudine, maius malum opponitur, nam ægritudinem maius eſſe malum mala habitudine. Auferendum igitur & in hoc, id in quo inſtantia eſt, ablato enim magis ponet. ut quoniam maiori bono maius malum opponitur, niſi alterum inferat alterum: quemadmodum bona habitudo ſanitatem.

Quia in his petendum ſtatuẽdumq; eſt maiori bono maius malum opponi, in quibus non eſt maius bonum inferre alterum minus. Nam ſi fuerit tale, ut ſimul inferat alterum, & ob id maius eſſe, eo quod ipſum per ſe ſine illo non accipitur, non amplius ſit, & & contrariũ malum maius contrario minori bono malum, ut ſimul illatum a maiore. Nam ob hoc contrarium malum non eſt maius contrario malo ſanitati, quanquam maius ſit bona habitudo, quam ſanitas, ſed ob hoc maius, quia ſecũ infert ſanitatem: Nam fieri non poteſt ut aliquis bona habitudine potiatur, niſi recte ualuerit, ac ſanus ſit. Vt ergo bona habitudo maius bonum eſt, quam ipſa ſanitas, quia ſecum infert ipſam, ſic rurſus morbus, qui eſt cõtrarius ſanitati ſimul illato bono ab ipſa bona habitudine maius malum prauæ habitudinis, quæ eſt contraria bonæ habitudini, quia etiam ipſa ſimul infert malam habitudinem. Nam omnis qui laborat morbo in mala eſt habitudine.

Non ſolum autem eo inſtante, hoc faciendum eſt, ſed etiã ſi ſine inſtantia negauerit, propterea quia præuidet aliquid talium. Nam ablato eo, in quo inſtantia eſt, compelletur ponere, quoniam non præuidet in reliquo, in aliquo non ſic eſſe. Si autem non ponat, efflagitatus inſtantiam non habebit aſsignare. Sunt autem huiuſmodi propoſitionum, quæ in aliquo falſæ ſunt, in aliquo autem ueræ. In his enim par eſt auferre. reliquum autem uerum relinquere.

Quod & ſi nõ inſtantiam aliquam ferat reſpondens, neget tamen uniuerſale, quia ſubuidet aliquid tale, petat ipſos participantes determinare interrogationes, & auferre, ſecundum quæ inſtantiæ locum habent. Nam his

ſublatis

ſublatis additionibus cogetur petentibus cõcedere, quia non ſimul uidet in aliquo quod non ſic ſe habet aliquid ſuppoſitorum. Quæ autem propoſitiones naturales ſint, quæ egent tali determinatione, indicauit uniuerſaliter. Nam partim ueræ, partimque falſæ ſunt, quæ ſint hæ in libro de reſolutione priori dictæ ſunt. Sed in talibus addita determinatione poſſumus auferre falſum, & relictũ eſſe uerum poteſt. Nam propoſitio dicens omnis abiectio ſcientiæ obliuio eſt, non eſt uera uniuerſalis ſed ſeruata re.

Si autem in multis proponenti non ferat inſtantiam, poſtulandum eſt ponere. Nam dialectica eſt propoſitio, ad quã ſic in pluribus ſe habentem non eſt inſtantia.

Cenſet ſi in multis, & a multis conſtituentibus uniuerſale nobis per inductionem, reſpondens inſtantiam non ferat in aliquo, quod non eſt ſic, ſed ſolum contradicit ad uniuerſale, quia ponit ipſum, & utitur ipſo ueluti conceſſo, & probabili. Nam dialectica, id eſt probabilis propoſitio eſt, ad quam illius, quod in pluribus oſtẽditur, quod ſic ſe habet, non ferretur inſtantia.

Quoniam autem contingit idem, & ſine impoßibili, & per impoßibile ſyllogizare, demonſtrantis quidem, & non diſſerentis, nihil refert, uel ſic, uel illo modo ſyllogizare. Diſſerenti autem non eſt utendum per impoßibile ſyllogiſmo nam ſi ſine impoßibili quidem ſyllogiſmo ſyllogizat, minime fiet, ut dubitent. At quando per impoßibile ſyllogizant, niſi ualde manifeſtum ſit falſum eſſe, non impoßibile dicunt eſſe, quare non fit interrogantibus, quod uolunt.

Quia ſyllogiſmus fit etiam demonſtratiuus, fit etiã deductione ad impoſſibile, dicit quod ad oſtendendũ propoſitum ſyllogiſmum de ipſo factum, & gratia ueritatis inueniendæ nil differt ſic uel illo modo ſyllogiſmum cõficere. Nam eiſdem ut manifeſtis, & conceſſis utitur, & qui oſtenſiue oſtendit, & per impoſſibile deductione utitur, ut oſtenſum eſt in ſecundo libro priorum reſolutiuorum. Sed in diſputationibus utiliſſimi ſunt demõſtratiui, & demonſtrationes. Nam hæc rationabiliora dantur & conceduntur, cum nondum ſit oſtẽdendũ notum. Vnde in demonſtratione poſt aſſumptionem manifeſtam propoſitionum concluſio infertur, ſed in deductione ad impoſſibile planum eſt, quod debent oſtendi. Nam oppoſitum ſuppoſitioni demonſtrare uult talis demonſtratio, ſed quando præaſſumpta altera propoſitione in ſuppoſitione oſtenditur, quod aliquid eſt impoſſibile, cuius deſtructione uelut impoſſibilis conſtruitur oppoſitum ſuppoſitionis, non inquirunt oſtenſum, & concluſum impoſſibile eſſe, ſed uidentes quod cum hoc oſtenſum eſt eſſe impoſſibile oſtenditur oppoſitum ſuppoſitionis, & quod dederunt ſimpliciter petentes, ut uerum, hoc non dant uidentes quod euenturum eſt, ſed dato ipſo, & uniuerſaliter in oſtenſiua demonſtratione nullus eſt inſtantiæ locus, poſtquam oſtenſa fuerit concluſio per ſyllogiſmum, ſed in ipſum inductione ad impoſſibile poſtquam concluſum eſt ſyllogiſtice, adhuc eſt inſtantiæ locus, eo quod non oſtenditur per ſyllogiſmum propoſitum, ſed eo quod ſyllogiſmo concluſum eſt impoſſibile conſtruitur propoſitum, quod erat ſuppoſitioni oppoſitum.

Oportet autem proponere quæcunque in pluribus quidem ſic ſe habent, modo inſtantia, aut omnino non ſit, aut non in ſuperficie ſit conſpicere. nam qui non poſſunt conſpicere in quibus non ſic, tanquam uerum quid ſit, ponunt.

Oportet interrogatas propoſitiones ab interrogantibus tales eſſe, ut in pluribus ſint planæ, & conceſſæ, & inſtantiam, uel uniuerſaliter non habeant, uel prompta, & facilis in eis inueniri nequeat. Nam ſic acciperet eas a diſputante. Nam cum nequeat contueri in aliquo quod non ſic ſe habet, concedit petentibus aliam uniuerſalem.

Non oportet autem concluſionem interrogationem facere, alioquin eo remanente non uideretur fieri ſyllogiſmus. nam & ſæpe cum non interrogat, ſed ut ſequens infert, negant. Et hoc facientes non uidentur per hæc redargui, qui non conſpiciunt, quoniam accidit ex iis, quæ poſita ſunt. Quando igitur non dicens quidem accidere, interrogabit, ille autem negabit, omnino non uidetur fieri ſyllogiſmus.

Inquit non interrogandam eſſe concluſionem, uelut propoſitionem dialecticam, ut eſto concluſio, uel problema, quod uoluptas ſecundum naturam, non oportet interrogare, cur ſecundum naturam non bonum? curque uoluptas non bonum: Nam ſi ſic interrogaueris renuente diſputante, & non concedente, quod uoluptas ſit bonum, non uniuerſaliter erit ſyllogiſmus. Nam ſi alias propoſitiones gratia concluſionis interrogaueris, ut ex his concludas ipſam inferens concludendum, ut interrogatũ quod negabit, neque uniuerſaliter facit ſyllogiſmum. Nã ſæpe negat diſputans etiam non interrogante te concluſionem, ſed inferente, & concludente eandem: & id quod accidit ex propoſitis propoſitionibus, & hoc igitur negare facientes non uidentur redarguere non exactus probatiſque dialecticis. Nam ſi non fuerit probatus dialecticus, non redargueret ipſum qui non bene dicit. quando igitur interrogans interrogaret concluſionem, & non confiteretur quod concluſa ſit ex dictis propoſitionibus, & reſpondens negabit, patet quod non bene fieret ſyllogiſmus.

Non uidetur autem omne uniuerſale dialectica propoſitio eſſe, ut, quid eſt homo? aut, quot modis dicitur bonum? Eſt enim dialectica propoſitio, ad quam eſt reſpondere ſic, uel non. Ad dictas autem non eſt. Quare non ſunt dialecticæ huiuſmodi interrogationes, niſi ipſe determinans, uel diuidens dicat, ut, putas ne bonum ſic, uel non ſic dicitur? nam ad talia facilis reſponſio, uel affirmando, uel negando. Quapropter tentandum ſic proponere huiuſmodi propoſitionũ. Simul autem, & iuſtum fortaſſe eſt ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum: quando hoc diuidente, & proponente, nullo modo conceſſerit.

Vniuerſale, uel in propoſitionibus dicit, ꝙ non omnis propoſitio dialectica eſt, uel per hoc non uidetur uniuerſale omne, ꝙ quomodocunq; interrogatum eſt propoſitionem dialecticam eſſe, uel omne uniuerſale. Etenim ꝙ eſt hoc aliquid interrogans uniuerſalem quandam interrogationem interrogat. Nam horum diffinitiones ſunt. Et interrogans de aliquo quot modis dicitur. Nam ſimpliciter non ſolum non dialectica eſt propoſitio, quid eſt homo: ſed neque propoſitio eſt à principio, ſed dicta in primo nobis in memoriam reuocat. Etenim in illo dixit non eſſe dialecticas interrogationes inquirentes quid eſt propoſitum, quæ mos eſt à iunioribus eſt dici interrogationes. Quia igitur dixit in illis dialecticam propoſitionẽ interrogationem contradictionis eſſe, ſed tales non ſunt interrogationes hæ, tamen quid eſt homo eſt interrogatio illud, quid, ſi interrogans petat à diſputante diſcere hominis ſubſtantiam. Sic etiam in ſecundo diuiſionem fecit, ſed cur tales interrogationes non ſunt dialecticæ, adiecit. Nam eſt propoſitio dialectica, ad quam reſpondere eſt, utique, uel non. Quod uero ad dictas interrogationes non ſit poſſibile ſic reſpondere, perſpicuo docet. Nam tales interrogationes ſunt uolentium diſcere, & nõ diſputantium. Sed quomodo poſſint tales interrogationes transferri in dialecticum modum, ſignificauit dicendo, ſi non idem diuidens, uel determinans dixerit, id eſt diffiniens. Nam determinans hoc ipſum ſignificaret, ſcilicet pro hac dictione, quid eſt homo, nunquid eſt animal rationale mortale. Sed pro hoc quot modis dicitur bonum rurſus ipſe diuidendo diceret, num quadrifariam dicitur bonum: uel nunquid bonorum alia in anima ſunt,

& alia in corpore, & alia extra? Nam quæ petebat per illas interrogationes reſpōdere interrogatum, eadē oportet facere interrogans, an illi ſic uideatur. Nam ſic interrogabit dialecticus, & ſi poterit interrogatus reſpondere utique, uel non. Non enim dicta interrogatio talem reſponſionem excludit, & porro iuſtum inquit eſſe tunc à diſputante quid eſt hoc aliquid interrogare, uel quot modis hoc quid dicitur, quando interrogantis diffinitis, aut diuiſis interrogās nō acquiſierat cederetq;, aut diuiſioni, aut diffinitioni interrogatæ.

Quiſquis autem unam orationem multo tempore interrogat, male interrogat. nam ſi reſpondeat quidem ei interrogato, quod interrogatur, manifeſtum quoniam multas interrogationes interrogat, aut frequenter eaſdem. Quare aut nugatur, aut non habet ſyllogiſmum, ex paucis enim omnis ſyllogiſmus. Si uero non reſpondeat, non increpat, aut diſcedit.

Si omnis ſimplex ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus eſt, ac ſimplex & unus. Nam orationem ſyllogiſmum dixit. Quiſquis autem talem orationem multo tempore interrogat, ideſt per plures interrogationes, male interrogat. Notandum autem eſt rurſus quod ipſo interrogare etiam in dialectica interrogatione utebatur. Vnde cur exercitati multo tempore interrogare unam rationē male interrogant, cauſam aſsignauit. Nam ſi reſpōderit, aut interrogauerit ad unumquodq; interrogatum, patet quod plura interrogans & fruſtra, uel ſæpe eadem interrogabit & reſpondebit. Si ergo ſæpe eadem, certe nugatur: ſi uero quippiam aliud abundat ſyllogiſmis ad oſtendendum propoſitum & multum temporis cōterit ſuperfluis interrogationibus, ut uideretur quippiam efficere ad poſitum, quod ſi non reſponſum dederit ad interrogata immoratur interrogationibus peccat, quia non increpat ipſum & diſcedit ab ipſo uelut non diſputante. Et unumquodq; horum eſt inuenire apud Platonē. Sed nō eſt exiſtimandum ipſum contraria dicere, dictis de occultatione, quod oportet plures interrogare propoſitiones, & uiciſſim mutando genus ponere. Non enim erant hęc dicta de una ratione, ſed de eo in quo opus erat proſyllogiſmis.

Eſt autem argumentari difficile. & ſuſtinere facile eaſdē ſuppoſitiones. Sunt autem talia, & quæ natura ſunt prima, & quæ poſtrema. Nam prima quidem termino indigent, poſtrema uero per multa terminantur, uolenti continuum ſumere a primis, aut ſophiſticæ uidentur argumentationes. Impoßibile enim demonſtrare quippiam eſt cum, quis non incipit a proprijs principijs, & connectit uſque ad ultima. Definire autem non dignum putant reſpondentes, neque ſi interrogans definierit, aduertunt. Nō facto autem manifeſto, quidnam eſt ipſum propoſitum, non facile eſt argumentari. Maxime autem quod tale eſt, circa principia accidit. Nā alia quidem per hæc monſtrantur, ipſa uero non per alia contingit, ſed neceſſe eſt definitionem talium unum quodque cognoſcere. Sunt autem difficile argumentabilia, & quæ ualde propinqua ſunt principijs. Non enim contingit plures ad hæc rationes inuenire, cum & horum, & principiorum. per quæ neceſſe eſt monſtrare ea, quæ poſt illa ſunt, pauca ſint media.

Suppoſitiones nunc dicit problemata, quæ etiam poſitiones eſt mos ipſi dicere, arguere autem dicit interrogare & ratiocinari. Nam argumentum eſt dialecticus ſyllogiſmus. Et ſuſtinere dicit ipſum reſpondere. Inquit igitur eadem problemata interrogantibus, & uolentibus oſtendere difficilia eſſe, & difficulter oſtenſibilia, ſed reſpondētibus facillima ad inſtantiam, ut differentia & ſpecifica. Nam facilius eſt impedire difficile oſtendere quam oſtendere. Nam ob id difficile quia non facile aſſumuntur ea quibus oſtenditur. Eſt autem non facile quia multas habet inſtantias, merito quod eſt difficile interroganti, hoc eſt facile reſpondenti, quia ipſorum ſtudium eſt de oppoſitis, quia ſyllogiſmo cōcluditur oppoſitum poſito. Equidem nonnulla ſunt problemata argumentantibus difficilia oſtenſione, ſed reſpondentibus facilia, quod quidem addit. Nam ſi inquit talia partim ſunt natura prima, partimq; extrema, natura igitur prima ſunt principia. extrema autem ſunt, quæ plurimum diſtant à principiis. Verū non eſt eadem cauſa difficultatis amborum, ſed oppoſita. Nam prima difficultatem habent, quia non poſſunt et ipſa per alia oſtendi, eo quod oſtendēda per prima oſtēduntur, ſed primorum fit & principiorum cognitio non per demonſtrationem, ſed per terminum & diffinitionē. Nam definire oportet primum principium quid eſt, & tunc ſupponendo ipſum eſſe uti eodem ad demonſtrationem ipſorum poſt ipſum. Diffinire igitur qui reſpondent, non putant. Neq; enim principium dialectici eſt interrogare & exiſtimare accipiendum eſſe à reſpondente quid eſt reſpondendum, neq; argumentantibus licet concedere alicui diffinire male. Equidem de nulla quadā re ſe nata poteſt aliquid oſtēdi & cōcludi ſyllogiſmo, quod quidem maxime accidit in principiis eo quod pro hæc ſola ipſa ſunt nota, & ab iis ſunt ſyllogiſmi contra alios quidem impoſsibile eſt in principiis ignorantis. Prima igitur natura ob id difficilia probatione ſunt ac oſtenſione, ſed poſtrema ultimaq;, quia per multa media oſtenduntur, quandoquidem eorum cognitio pendeat à primis & principiis. Vnde ſi ab his proceſſus non fieret, ſed per quædam proxima ratione eſſent occultæ & ignotæ, & interrogata quæ egent cauſa. Si ergo aliquis continuas propoſitiones à principiis ſumpſerit, difficile erit ob multitudinem acceptorum. Nam cum plura accipiuntur plures quoq; ſunt occaſiones inſtantiarum, ſi uero ſuperceedens & continuas principiis falſas & ſophiſticas præpoſitiones apparent & non oſtendentes propoſitum, ad quas repugnare facilius eſt. Cæterum dicit eſſe difficile argumentabilia ea etiam quæ ſunt ualde propinqua principiis. Sunt autem difficilia econtrario ea, quæ quatenus diſtant per multitudinem mediorum probantur, & ea quę proxime ſunt, quandoquidem per paucitatem mediorū probantur. Nam quia ipſorū non ſunt media, uel ſi ſunt, ea ſane pauca ſunt, & non manifeſta, ideo difficilis eſt eorum oſtenſio. Item ob propinquiſsimam phantaſiam ad prima, qui de his dicunt, id quod eſt in principio petunt.

Terminorum autem difficile argumentabiles, hi omnium maxime ſunt, quicunque utuntur talibus nominibus, quæ primum quidem immanifeſta ſunt ſimpliciter ne, an multipliciter dicantur. Adhuc autem quæ neque nota utrum proprie, an ſecundum tranſlationem de definito dicantur. Nam quia obſcura ſunt, non habent argumenta: quia uero ignoratur ſi abſque tranſlatione dicitur, quod tale eſt, non habet increpationem.

Oſtenſum eſt facilius eſſe deſtruere diffinitionem quā conſtruere. Nunc oſtendit quæ ſint ipſorum difficiles deſtructione. Nam diffinitionem inquit diffinitiones difficillimæ hæ præſertim ſunt, quæ per hæc aſsignantur, quæ ſunt immanifeſta ob occultationem, ſiue ſint æquiuoca; & de numero multipliciter dictorum ſiue non, uel per hæc quæ non ſunt nota, ſiue ut propria accepta ſint, ſiue ut ſecundum tranſlationem. Nam dixit in ſexto non bene illos diffinire qui per æquiuoca diffiniunt, neque eos qui metaphorice diffiniunt. quando igitur immanifeſtum fuerit, ſiue æquiuocum ſit neceſſarium, ſiue non, difficilis argumento probationeq; fit. Similiter etiam ſi etiam de proprio propoſitio, uel ſecundum tranſlationem dicto dicantur. Nam quia ſunt immanifeſta, difficilia ſunt argumentatione, & quia ſunt immanifeſta, ſiue æquiuoce, ſiue ſecundum tranſlationē dicantur, ſunt ob id increpatione difficilia. Nam talis eſt ratio ſi quis diffinit unitatem in numeris infinitum, ſecundum utraq; immanifeſtum eſt. nam

non eſt

non eſt notum ſi ſimplex eſt, uel æquiuocum, neque planum eſt ſi proprie, uel metaphorice eodem utatur. Nã uult dicere quod ipſa non habet terminum cum dicitur infinita. Sed immanifeſtum eſt ſi proprie infinitũ eſt tale.

Omnino autem omne problema, quando fuerit difficile argumentabile, uel termino indigere arbitrandum eſt, uel eorum, quæ multipliciter, uel eorum, quæ ſecundum translationem eſſe dicuntur, uel non longe a principijs, aut quia non manifeſtum eſt primum nobis hoc idem, quo nam etiam dictorum modorum eſt, quod dubitationem præſtat. Nam cum manifeſtus eſſet modus, perſpicuum eſſet, quoniam aut definire, aut diuidere, aut propoſitiones inuenire oporteret, quippe cum per has oſtendantur ultima.

Cum dixerit ea, quæ ſunt natura prima & poſtrema adhuc ea quæ ſunt ualde propinqua principus, eſſe difficillima argumentatione, & immanifeſta ſiue habeant aliquod dictum in ratione æquiuocum ſiue metaphorice, nunc uniuerſaliter ad dicendum de ipſis ſeſe conuerint, dicendo ob quas cauſas probatione difficilia ſunt talia problemata. Nam omne tale difficile eſt argumentatione. Nam quando immanifeſtum fuerit ſecundũ aliquid quomodo ipſi opus ſit facere argumentum, tale eſt difficile probatione, uel quia diffinitione eget, uel quia dixit prima natura difficillima eſſe, uel eo quod habet aliquid in ipſis quod ſit de numero eorum quæ multipliciter dicuntur, uel quia proximum eſt principio, uel quia eſt de numero eorum quæ multipliciter dicuntur. Dicit autem talia maxime dubitationẽ ingerere, & primo quia immanifeſtum eſt propoſitum ſecũdum quid horũ opus ſit facere argumentum ad ipſum, & ſecundũ quid in ipſo eſt difficultas. Vtrũ quia eget diffinitione terminoq́;, uel quia habet æquiuocum, uel metaphoram, uel eſt proxima principijs. Oportet igitur ſcire quod propter aliquid horum difficile eſt argumẽtatione. Nam cum fuerit hoc notum quæremus ſecundum quod horum propoſitum eſt difficile argumentatione, ſi eo quod indigere uidetur problema aliqua diffinitione aut termino, periclitabimur diffinire hic: ſi uero per æquiuocationem, nitemur diuidere. Si uero metaphorice & abuſiue, tunc nitemur oſtendere, ſi autem quia ſunt propinqua principijs quærendum ſunt intermediæ diffinitiones, quibus oſtendi poterunt.

Et in multis poſitionibus (non bene aſsignata definitione) non facile eſt diſputare, atque argumentari: Vt utrũ unũ uni contrarium, an plura. definitis autem contrarijs aliquo modo, facile eſt oſtendere, utrum contingit plura eidem eſſe contraria, an non? Eodem autem modo & in alijs definitione indigentibus.

Cum oſtenderit quod in pluribus problematibus neceſſarium eſt primo diffinire eem, addit prædicti indicatiuum & explanatiuum hoc, quod ad plura problemata non eſt facilius diſputare, quam oſtendere in ipſis uerum niſi bene aſſignata fuerit diffinitio rerum in ipſa. nã quod unum eſt uni contrarium, non poteſt oſtendi niſi recte diffiniantur contraria. Nam ſi quis diceret contraria eſſe ea quæ inuicem multum diſtant, uel quorum unum aliud uiciſſim deſtruit, certe per hæc non poteſt oſtendere quod unum ſit uni contrarium. Nam poſſunt etiam multo plura accipi, quæ inuicem diſtent, & hoc quidem in eodẽ genere. Nam flauum & pallidum ab albo multum diſtant, quæ etiam deſtructiua ſunt albi, & ipſum album econtra eſt horum deſtructiuum. Itẽ poſſumus accipere nõnulla multum diſtantia in differentibus generibus, ſi aſſignetur eorum gratia quod plurimum inter ſe diſtent in eodem genere: Equidem plurimum inter ſe diſtare nequeunt eſſe plura quam duo. Nam unum uni plurimũ diſtans eſt. Item aſſignata eorum diffinitione ſecundum modum, uidelicet hunc (bene) facilius eſt concludere & oſtendere utrum contingit eidẽ ſubiecto plurima contraria eſſe, uel non. Nam ſi aſſignaretur ratio quod contrariæ ſunt quæ plurimum inter ſe diſtant, quorum unum eſt corruptiuũ alterius uiciſſim, & unum in alterum mutari non aptum eſt, quia extrema duo ſunt quæ cum plurimum, diſtẽt inter ſe, tum etiam non plura ſunt, patet quod unũ uni contrarium eſt.

Videntur autem & in diſciplinis, quædam ob definitionis defectum non facile deſcribi. Vt & quoniam, quæ ad latus ſecat planum linea, ſimiliter diuidit & lineam & locum. Definitione autem dicta, ſtatim manifeſtum eſt, quod dicitur. Nam eandem diuiſionem habent loca, & lineæ. Eſt autem definitio eius orationis hæc.

Quod non ſolũ in uerbis & diſputationibus ſunt etiã in diſciplinis quædã ob diffinitionis defectũ difficilia ſint conceſſu. Nam deſcriptione dixit ea eſſe non facilia, pro hoc nõ facile demonſtrantur, conſtituens quod in pluribus peoblematibus entium opus eſt diffinitione. Exẽplo autẽ huius ut demonſtrato & occulto uſus eſt hoc quod circa latus linea ſecus planum, ſimiliter diuidit linea & regionẽ locũq́;. Sed qui dicit, eſt hoc, quod ſi planũ parallelogrãmum fuerit, & duceretur in ipſo unum laterũ parallelum, ſimiliter parallelus diuidit lineã, & omnẽ locum, ideſt in eadẽ proportione. Nã hoc ſimiliter dictũ nõ eſt notũ, tamẽ dicta diffinitione proportionale ſit notũ, quia tale ab ipſa dicta linea parallela ſecatur linea et area regio locuſq́;. Eſt autem diffinitio proportionum qua ueteres utebantur hæc. Magnitudinis habent proportionẽ adinuicem quæ ſimiliter habent adinuicem, quorum eadẽ eſt ablatio inciſioq́; mutua. Dixerunt autem, mutua ablatio, pro deſtructione. Sed cum ea quæ habent proportionẽ adinuicẽ, & ſimiliter ſe adinuicẽ habere dicuntur, ideo dixit. Eſt autẽ diffinitio ſic. Cæterũ dicit, Eſt autẽ diffinitio eius orationis hæc, pro hoc. Eſt autẽ diffinitio huius proportionis, de qua cũ dicta fuerit diffinitio, planũ ſit, quod parallelum ductum latus in parallelogrammo loco ſimiliter ſecat, & lineam atq́; locum habere proportionẽ. Itẽ inquit uidetur in mathematicis nõ facile quædã deſcribi, quia non ſine defectu diffinitio aſſignatur, ut linea ſecus planum, uel aream regionis & loci prope latus, quia ſecat etiam latus, ſimiliter diuidit lineam, uel latus, & aream, lineam autem rectam dicit ſecantem latus plani & ipſum latus ſecatum, igitur hæc diffinitio eſt cum defectu, quia lineam dixit etiam ductum ad latus rectum & ſecutum latus. Sed erit perfecta diffinitio ſi ſic dicebatur, ducta linea recta prope quoddam latus quadrati, uel parallelogrammi ſimiliter ſecat aream loci & latus.

Simpliciter autem prima elementa, poſitis quidem definitionibus (ut quid linea, & quid circulus) facillimum eſt oſtendere. Verum non multis ad unumquodque eorum eſt argumentari, quoniam non ſunt multa media. Si autem non ponãtur principiorum definitiones, difficile. Fortaſſe autẽ omnino impoſsibile. Similiter autem his, & in illis, quæ ſunt circa orationes, ſe habet. Non igitur latere oportet, quando difficile eſt argumentabilis poſitio, quoniam paſſa eſt aliquid eorum, quæ dicta ſunt.

Cum dixerit de mathematicis & diſciplinis, utens prædicto exemplo, & uniuerſale inquit prima elementa, quæ erunt ea quæ ſunt proxima principus, & quæ per illa ſola oſtenduntur, ſi fuerint diffinitiones principiorũ notæ, ut quid punctus, quid linea, quid circulus, quid triãgulus, per quas oſtenduntur prima theoremata facilia demonſtratione eſſe, ſed nõ per plura. Nam eo quod plura ſunt media, quibus demonſtratio fit, ſit abundantia in ipſis ob propinquitatẽ ad principia, ut iam prædictũ hæc ſunt, & ſolũ per hæc oſtendere ſi nõ fuerint determinata principia, uel difficile, uel etiam impoſſibile eſt de ipſis afferre oſtenſionẽ. Vnde cũ dixerit de demonſtrationibus ſecundum diſciplinas & mathematicas, & utilitatẽ conſtituens ad demonſtrationes diffinitionum, ob id inquit. Similiter autẽ his & in illis quę ſunt circa orationes ſe habebit.

ubi orationes dicit argumentationes,quæ fiunt diſputando. Oportet autem inquit non latere quod difficilia argumentatione problemata paſſa ſunt aliquid dictorum.

Quando autem erit ad dignitatem & propoſitionem maior labor diſputare,quam ad poſitionem,dubitare utique poſſet quiſpiam,utrum ponenda ſint talia,an non.nam ſi non ponat,ſed poſcat & ad illa diſputare, maius præcipiet, quam quod id principio poſitum eſt.Si uero ponat,credet ex minus credibilibus.Si igitur oportet non difficilius problema facere,ponendum:Si autem per notiora ſyllogizare, non ponendam.An diſcenti quidem non ponēdum;niſi potius ſit:Exercitanti uero,ponendum,ſi uerum ſolum appareat? Quare manifeſtum,quoniam non ſimiliter & interroganti,& docenti exiſtimandum eſt eſſe ponendum. Quo pacto igitur interrogare,& ordinare oportet,pene ſufficiunt,quæ dicta ſunt.

Poſitionem problema dicit, & dignitatem & propoſitionem dicit. ueluti ea quæ ſunt idem ſignificantia atq; æqualiter. Dicit autem de acceptis propoſitionibus ad oſtenſionem problematis.Eſt autem quod quærit,ſi fuerit difficillimum , ideſt arduum maxime oſtendere acceptam propoſitionem ad propoſitum problema , quod ſic habeat problema ipſum, quid opus ſit facto. Vtrum argumētandum etiam ad propoſitionem, & faciendum eſt quod ipſa euadat problema , uel ipſa ponenda eſt,ut poſitio ſine demonſtratione ſic ſe habens, ſed propoſitū ſolum ex principio oſtendendum eſt cum habeat dubitationem. Nam & ſi propoſitionem oſtenderit uidebitur maius opus inuoluere propoſito atq; afferre,ſi uero non oſtenderit quod ſic ſe habente uti dignitate putauerit,etiam uidebitur ad ſyllogiſmum problematis oſtendere & ratiocinari,& dignum putabit quod reſpondens credat aliquid eorum quæ oſtenduntur per minus credēda. Vnde ponendo dubitationem , ipſe etiam iudicat & inquit. Quod ſi fuerit decens nō facere difficilius problema,ponenda eſt propoſitio & utendum eſt ea nobis ſine demonſtratione ſic ſe habente ad propoſitum. Si uero oportet ſyllogiſmos & propoſitiones problematū ſemper per notiora facere,non ſunt nobis utendæ tales propoſitiones ſine demonſtratione , ideo infert oportere in doctrinis nil ponere quod non ſit notum , & primum ſit quàm id quod oſtenditur per ipſum. Nam cognitiones ſcientificæ per hæc fiunt,ſed in dialogis duorumq; diſputationibus atq; argumentis quæ fiunt exercitii gratia, utēdum eſt talibus propoſitionibus,ſi ſolum ueræ uideātur. Non enim ſolum per ſimiles propoſitiones oportet docere & ratiocinari. Neq; enim minus erit propoſitū, quā ipſum & ea quæ conceduntur ſine demonſtratione. Nā qui oſtēdit & docet,per prima & nota facit rationes,ſed qui arguit,& per probabilia. Nam cum ſit propoſitū uidere quod omnis uoluptas bonum, dialecticus uteretur hoc omnem uoluptatem eſſe ſecundum naturam uelut probabili propoſitione . uel aſſumens hoc omne quod eſt ſecūdum naturam eſt bonū,quod eſt probabilius propoſito,& ſic oſtendet propoſitum . Sed oſtendens & demonſtrans , quæret quomodo omnis uoluptas ſit ſecundum naturā,et oſtendet quod efficacia actuſque eſt impediens uirtutis & poſitione ſecundum naturam , ſed quæ ſit potentia uſque ſecundū naturam, & quando energia, efficacia & actus impediat , opus eſt non exigua ratione quam ſit propoſitum ex principio. Sed notandum quod dignitates dicit etiam propoſitiones,quæ egent demonſtratione,ſed ſolas indemonſtrabiles, ut eius mos eſt dicere in poſterioribus reſolutoriis . Videtur autem contextus non nihil habere non inuicem reſpondens & congruum conſequenſque cum dicit, quando autem erit ad dignitatem & propoſitionē magis labor diſputare, quia addit hoc (Vel) ideo & in quibuſdam exemplaribus abiectum eſt illud . Eſt autem mens & ſententia dictorum , quod quando fuerit ad dignitatem maius opus laborq; diſputare,quam ad poſitionem.

CAPVT DE RESPONSIONE.

De *reſponſione autem primum quidem determinandum, quidnam ſit opus bene reſpondentis,quemadmodum bene interrogantis.Eſt autem interrogantis quidem ſic ducere orationem , ut faciat reſpondentem dicere inopinabiliora , quā ea,quæ propter poſitionem ſunt neceſſaria . Reſpondentis uero,nō propter ſe apparere accidere impoſſibile:aut quòd præter opinionem eſt ſed propter poſitionem. Nam alterum fortaſſe peccatum ponere primum, quod non oportet,& alterum poſitum non ſeruare aliquo modo.*

Id eſt interrogationes ſic faciendæ ſunt,ut per ipſas reſpondens cogatur inopinabilia maxime dicere ob poſitionem neceſſariorum,ideſt eorum quæ ſunt conſequentia neceſſario in poſitione & problemate quod defendit reſpondens,uel quę poſſunt oſtendi per ſyllogiſmum ueluti ſequentia ipſum. Vnde illud (neceſſaria)eſt indicatiuū oſtenſionis per ſyllogiſmum. Sunt autem maxime inopinabilia,quæ ſunt præter omnium opinionem & impoſſibilia. Sed bene reſpondentis opus eſt primo, non permittere,ut ducatur ad ea , quibus cogatur impoſſibilia , uel inopinabilia quædam per reſponſiones concedere. Secūdo,ut ſi ipſi talia acciderent,adeo agat,ut nō uideātur talia ob ipſum accidere,ſed ob problema tale,igitur pręcedentis & primum opus reſpondentis nunc non dixit , ſed ſecūdum quo etiam manifeſtum eſt primum. Nam cum dixit quæ aſſequuntur inopinabilia & impoſſibilia oſtendi,quia ob id quo propria ſunt problematis accidunt ipſi hæc,ſed non ob ipſum,huius proinde gratia principio obſeruandum eſt tale aliquid quod concedit . Cæterum inquit non idem peccatum eſſe tunc a principio ſi illis accidit qui fauēt problemati, dicere admittereque inopinabilia & impoſſibilia quædam,& poſt cum cogitur ob reſponſiones ut deducatur ad inopinabilia, uel impoſſibilia & aliena a poſito. Equidem ambo ſunt peccata reſpōdentis,ſed aliud eſt,quia talibus innititur,& non ſecundū reſponſionem peccantis.

Quia autem ſunt indeterminata iis,qui exercitationis,& experiētiæ gratia orationes faciunt(nam non eædem conſiderationes & diſcentibus & docentibus , & concertantibus & iis,qui ſemper ſe inuicem exercent inſpectionis gratia.nā diſcenti quidem ponenda ſunt ſemper ea,quæ uidētur. Quippe cum nullus conetur falſum docere. Concertantium uero interrogantem quidem uideri aliquid facere oportet omnino: Reſpondentem autem,nihil uideri pati,et dialecticis congreſſionibus,quæ non concertationis,ſed experientiæ, & inſpectionis gratia orationes faciunt nondum enucleatum eſt,quo pacto oporteat coniectare reſpondentem,& qualia dare, & qualia non,ad bene,aut non ſeruandam poſitionem.) Quoniam igitur nihil habemus traditum ab aliis,ipſi aliquid dicere tentemus.

Quia nō determinatū eſt a quibuſdā ante nos,cuius gratia oportet reſpondētē coniectura & meditatione miſitare circa tentatiua & dialectica colloquia. Non.n. reſpondentibus ſunt eędē cōſiderationes Nā alia eſt diſcētibus conſideratio,& alia eſt contendentibus. Sunt equidē colloquia certandi ſophiſtica,&alia eſt meditatio his,qui cōmuniter loquuntur gratia quæſtionis & exercitationis. Hi aūt ſunt qui dialectica colloquia faciunt. Vnde tunc reſpondenti licet diſcendi gratia ponere & reſpondere quę uidentur eidem,& uera eſſe. Aut enim hæc ipſa ſtabiliuntur ob doctrinā,ſi uera fuerint:uel tranſponentur, ſi aliter fuerint. Nā nullus mutat docere falſa. At his qui cōmuniter loquuntur certādi gratia q tales ſunt ſophiſtę, uidetur intētio cū interrogant,uideri reprehēdere aliqd ob interrogationes. Nā ſophiſticus elenchus eſt apparens,et hoc uult qui ſophiſtice interrogat,uel mētiri reſpōdentē , uel

dicere

dicere inopinabilia, uel nugari, uel ſolœciſmum cōmittere. Sed intentio reſpondentis eſt nihil horum ferre uideri. Sed in dialecticis colloquiis, nec certaminis gratia fit, nec doctrinæ, ſed experientiæ & exercitii gratia. Quia igitur nondum recte enucleatum eſt ab alio quodā, quo pacto oportet reſpondentē coniecturare, & qualia ſibi opus ſit concedere, & qualia minime, ſi debeat dialectice reſpōdere ad ſeruandam poſitionem, nos dicere aliquid de ipſis atque determinare tentabimus.

Neceſſe eſt itaque reſpondentem ſuſtinere orationem ponendo, aut probabilem, aut improbabilem poſitionē, aut neutram, & aut ſimpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminate, huic alicui, ut aut ſibi, aut alij. Nihil autē refert quouis modo probabilis, aut improbabilis fuerit. Nam idem modus erit bene reſpondendi, uel dandi, uel non dandi, quod interrogatum eſt. Cum igitur improbabilis fuerit poſitio, neceſſe eſt & concluſionem probabilem fieri. Cum uero probabilis, improbabilem. Quippe cum ſemper oppoſitum poſitionis interrogans concludat. At ſi neque probabile, neque improbabile fuerit, quod poſitum eſt, & concluſio erit talis. Quoniam autem bene ſyllogizans, ex probabilioribus, et notioribus propoſitum demonſtrat, manifeſtum quoniam cū ſimpliciter improbabile fuerit, quod ponitur, nihil dandum eſt à reſpondente, quod non uidetur ſimpliciter, nec quod uidetur quidem, minus tamen concluſione uidetur. Nam cum improbabilis eſt poſitio, probabilis eſt concluſio. Quare oportet, quæ ſumuntur, probabilia eſſe omnia, & quidem magis probabilia, quam quod proponitur, ſi debet per notiora, quod minus notum eſt, concludi. Quare ſi neque tale eſt quippiam eorum, quæ interrogantur, non ponendum eſt à reſpondente. Si autem poſitio fuerit ſimpliciter probabilis, dilucidū eſt, quoniam concluſio erit ſimpliciter improbabilis. Ponendum igitur & quæ uidentur omnia, & eorum, quæ non uidētur, quæcunque ſunt minus improbabilia concluſione. Nam ſufficienter ſic uidebitur diſceptatum eſſe.

Supra incipiens ab his, quæ opus eſt coniectare in dialecticis colloquiis dicit. Quia igitur omnis reſpondens et ſuſtinens orationē alicui ponens quandā poſitionem, & problema aliquid, de hoc ſuſtinet orationē, quæ quidem neceſſe eſt, uel probabilis eſſe, uel inopinabilis, uel ſimpliciter, uel definite. Sunt autem ſimpliciter probabilia, quæ omniū opinione uel pluriū conceduntur, ut ſanitatē eligibilem eſſe, ſed definite probabilia ſunt, quæ ſequuntur aliquem probabilium & exiſtimationis uirum, ut Platonē, uel Ariſtotelem, aut Galenum, & ipſum reſpondētē. Improbabilia uel inopinabilia ſimpliciter ea ſunt, quæ ſunt oppoſita probabilibus, talia autem erunt quę ſunt pręter omniū uel plurium opiniones dicta. Definita autē inopinabilia ſunt, quæ repugnant opinioni alicuius uiri exiſtimati, uerbi gratia dicere animam non eſſe immortalem, quia repugnat Platonis opinioni. Itē neq; probabile, neque improbabile problema .i. de quo aut neutro modo opinētur, ut nū pares uel impares ſtellæ ſint: aut de quo æqualiter ambo rationes habemus, ut num infinitū ſit uel non. Item num ſcientiæ ſint uirtutes, uel econtrario quod non. Verum (inquit) nil differt an ſimpliciter problema probabile improbabileq;, pro quo orationem ſuſtinet reſpondens, an diffinite ſe habeat. Nā eidem modus eſt in utriſq; bene reſpondendi. Quid autē ſit, ipſe deinceps dixit. Nā quia interrogans dialectice uult deducere reſpondentem in contradictionem problematis, cui fauet. Equidem improbabilis problematis oppoſitum eſt probabile, & probabilis improbabile. Vnde ſi fuerit ſimpliciter inopinabile poſitum problema, cui fauet reſpondens, patet quod oportet ſimpliciter probabile eſſe huic oppoſitum, proinde talem elenchi improbabilis problemati cōcluſionem oportet fieri. Equidem cū aliquis bene aliquid oſtendit & ratiocinatur dialectice ex notioribus, idipſum & probabilioribus oſtendit, patet etiā quod qui ſimpliciter probabile oſtendit, per probabiliora idem bene oſtenderet. Vnde inquit oportet pro tali poſitione reſpondentem neq; ea quæ ſimpliciter non uidentur cōcedere, ideſt nihil dare, quod non ſimpliciter eſt probabile. Et ſi ſimpliciter aliquid fuerit probabile, non tamen probabilius, eo quod debet fieri concluſio, neq; hoc concedet. Nō enim dialectici eſt cōcedere interroganti aliquid probabile ſyllogiſmo concludere per minus probabilia. Hæc autē cū dicat, uideatur contrario additioni reſpondentes dicere. Nam eius propoſitum eſt non deduci in contradictionē, ſed qui hæc digne petit ſibi concedi, ex quibus oppoſitū improbabili poſitioni concludetur, uel ex omnibus quæ interrogans non concedet non concludetur ab interrogante, ſi quidem interrogat per ea, per quę ſi acciperet cōcludens oppoſitum dialectice reſpondentis & non cōcedentis, & non per probabiliora propoſito, quæ ſola concedenda ſunt, quibus ſiquidem abundat interrogans concluderet propoſitum: ſi autē non, prohibebitur à reſpondente dialectice exiſtimante ipſum concludere & oſtēdere idem per probabiliora, eo quod probabile eſt ut oporteat oſtendenda per notiora oſtendi. quare in quibus orationibus concluſio facienda eſt ſimpliciter probabilis, in his oportet reſpondentem hæc ſola ponere, quæ probabilia ſunt ſimpliciter, & probabiliora cōcluſione per ipſa. Rurſus ſi fuerit ꝓbabilis poſitio ſimpliciter, patet quod oppoſitum ipſi inopinabile erit. Oportet autem (inquit) reſpondentem rurſus improbabilia dare, tamen improbabilium quæcunq; ſunt minus improbabilia, quam futura concluſio. Nam ſic rurſus talia erunt concedenda, quibus non poteſt bene ſyllogiſmo concludere propoſitum interrogans per notiora & probabiliora. Nam improbabile inopinabileque ſunt notiora probabilia, & quæ minus ſunt improbabilia. Vnde planū eſt quod cum fuerit propoſitum ſimpliciter inopinabile, quod non eſt reſpondenti dandum, pro hoc, ſcilicet non deberet reſpondens concedere improbabiliora concluſione, quam uult concludi à reſpondente. Cæterum inquit (Quæ non uidentur quæcunq; ſunt minus improbabilia concluſione. Nam ſufficienter ſic uidebitur diſceptatum eſſe) Nam illud, ſufficienter uidebitur enim diſceptatum eſſe, eſt indicatiuū huius, non uidebitur enim tranſgredi dialecticum colloquium, qui ſic reſpondet. Nam oportet colloquia gratia exercitii facta ambo efficere ut ad ſyllogiſmum facta ſint. Sed in talibus problematibus dialecticus concedens ſola probabilia, impediet propoſitum. Non enim facile eſt inuenire dialecticas probabiles propoſitiones.

Similiter autem erit & ſi neque improbabilis, neque probabilis eſt poſitio Nam ſic & quæ uidentur, omnia dandum, & eorum, quæ non uidentur, quæcunque minus ſunt improbabilia concluſione. Sic enim probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur ſimpliciter quidem probabile, uel improbabile, quod ponitur ad ea, quæ uidentur ſimpliciter comparatio facienda. Si autem non ſimpliciter probabile, uel improbabile ſit, quod ponitur, ſed reſpondenti, ad ſe, quod uidetur, & non uidetur, iudicando, ponendum uel non ponendum. Si uero alterius opinionem tuetur reſpondens, manifeſtum, quoniam ad illius mentem aſpiciendo ponere ſingula debet, & negare. Quare & qui tuentur extraneas opiniones, ut bonū malum eſſe idem (quemadmodum Heraclitus inquit) non dant nō ineſſe ſimul contraria eidem, nō quia uidetur eis hoc, ſed quia ſecundum Heraclitum ſic dicendum. Faciunt autem hoc et qui ſuſcipiunt abinuicem poſitiones. Coniectant enim ac ſi is dicat, qui ponit. Manifeſtum igitur quæ coniectandum reſpondenti, ſiue ſimpliciter probabile, ſiue alicui poſitum.

Rurſus oportet reſpondentem ſimpliciter, probabilia ponere & probabiliora non probabilibus, neq; impro-

babilibus. Nam per hæc oſtenderet dialectice. Nam talem fieri concluſionem oportet oppoſitam tali poſitioni, qualis etiam poſitio. Equidẽ ad hæc nec facile eſt abũdare probabilibus ad propoſitum. Equidem cum problematum pro quibus ſuſtinet reſpondens orationem; alia quidẽ ſimpliciter probabilia uel improbabilia ſunt; quædam uero determinata. Et eorum quæ determinata, uel alicui alii digno exiſtimatione uidentur ſic, uel ipſi reſpondenti dicenti mihi hoc uidetur probabile. Nã ſi fuerit problema propoſitum ſimpliciter improbabile, uel ſimpliciter probabile, oportet reſpondentem ad ea quæ uidentur ſimpliciter probabilia comparationem interrogatorum & conceſſorum facere. Nam cum ſit poſitio ſimpliciter improbabilis, quia concluſionem oportet fieri ſimpliciter probabilem, ex ſimpliciter probabilibus opus eſt cõcedere probabiliora, quia concluſionẽ oportet facere ſimpliciter probabilem. Rurſus oportet concedere ſimpliciter probabilia & ea quæ minus ſunt improbabilia, quam ea quæ ſunt ſimpliciter improbabilia. Si ãt nõ fuerit ſimplr̃ probabile uel improbabile, ſed definite quia definite probabile uel improbabile duplex eſt, aliud ipſorum alii, & aliud reſpondenti, ſi fuerit reſpõdẽti iuſtũ eſt facere reſponſiones ad ea quæ uidentur ipſi. Nã oportet eum qui oſtendit oppoſitum quam ipſi uideatur ſyllogiſmum facere ex his quę uidentur facere ipſi poſito poſitionem. Quod ſi fuerit problema alicui alii uiſum cui fauet reſpondens, oportet inquit ipſum coniecturantem opinionem illorum ẽt dare quæ dant, & negare illi qui habet intentionem talia concedendi, quæ etiam probabiliora ſunt oſtendendo. Nam fauentes opinioni Heracliti dicenti bonũ & malum idem eſſe, non concedunt dicẽti non poſſunt contraria ſimul eſſe non quod ipſis uideatur, ſed uelut Heraclito, ſic non uidebatur addentes, uidelicet hoc. Idipſum faciunt etiam qui ſuſcipiunt abinuicẽ poſitiones. Coniecturant equidem opinionem illorum, & uelut reſpondent, ſic etiam ipſi nituntur reſponſiones facere, ut facit Protarchus in Philebo Platonis, recipiens problema a Philebo. Planum igitur inquit, factũ eſt quæ oporteat reſpondentem cõiecturare ſiue ſimpliciter fuerit probabile poſitum, ſiue alicui.

Quoniam autem eſt neceſſe omne, quod interrogatur, aut probabile, aut improbabile eſſe, aut neutrum, & aut ad orationem, aut non ad orationem eſſe, quod interrogatur. Si ſit quidem quod uidetur, & non ad orationem, dandum eſt dicendo, quoniam uidetur. Nõ enim interimitur poſito eo, quod in principio. Si uero non uidetur, & non ad orationem dandum quidem, ſed annotandum (quoniam non uidetur) ad deuitationem abſurditatis. Si uero ſit ad orationem, et uideatur, dicendum quoniam uidetur quidem, ſed ualde propinquum ei, quod in principio eſt, & interimitur (eo poſito) quod propoſitum eſt. Si autem ad orationem quidem, ſed ualde improbabile ſit poſtulatum, fatendum, quoniam accidit hoc poſito, at ualde abſurdum eſſe quod proponitur. Si uero neque probabile, neque improbabile, ſi nihil quidem ad orationem, dandum nihil determinandum. Si autem ad orationem, annotandum, quoniam interimitur eo poſito quod in principio eſt. Nã ſic & qui reſpondet, nihil uidebitur propter hoc pati, ſi quidem præuidens ſingula poſuerit. Et qui interrogat, aſſequetur ſyllogiſmum, poſitis ab eo omnibus probabilioribus concluſione.

Cũ dixerit differentias problematũ, et oſtenderit quomodo ad unumquodq; ipſorum oporteat reſponſiones facere, & quid coniecturandum ſit reſpondenti, nunc de eiſdem interrogatis dicit, & horum diuiſionem facit, & oſtendit ad quæ oportet reſpicientem unamquanq; interrogatarum propoſitionum, uel dare, uel non dare. Nam ſic per hoc facere id licebit ut poſſimus propoſitam intentionem aſſequi. Item interrogatorum alia ſunt probabilia interrogata, ut hoc, erga Deum pios eſſe, parentes colere, legibus parere, uirtutem eſſe bonũ, quædam uero improbabilia, quædam autem neutra, Et hæc quidem eſt interrogationum diuiſio conſimilis diuiſioni problematum. Etenim illa ſecundum hæc proceſſerunt. Addit autẽ diuiſioni interrogationum & hoc, aut ad orationem eſſe, aut non ad orationem eſſe. Sunt autem hæc ad orationem, quicunque conferunt ad ſyllogiſmum problematis, ea uero ſunt ad non orationem, quæcunque nil conferũt ad propoſitum, ſed fruſtra ſunt interrogata. Cum igitur hæc ſit differentia interrogatorum in his neceſſe eſt omnem interrogationem eſſe probabilem & ad orationem, uel probabilem quidem non ad orationem: aut improbabilem, ad orationem autem improbabilem non ad orationem, uel neque improbabilem, neque probabilem eſſe ad orationem, uel non ad orationem. Quo modo igitur rurſus oportet ſecundum unamquanque differentiarum ſecundum tales interrogationes facere reſponſionem dicit. Si ergo probabilis fuerit interrogatio, & non ad orationem oportet (inquit) reſpondentem dare ipſam dicentem, quod eſt probabilis. Nam ſic ipſa approbabit concedendo probabilia, ſed interrogans uidebitur improbabilibus uti, cum neque ut dato uti ad propoſitum, & hæc dicta ſunt ſi fuerit probabile. ſi uero improbabile fuerit interrogatum, & non ad orationem, dandum quidem eſt etiam hoc danti ipſum, cum non poſſit aſſequi interrogans aliquid quo utatur, tamen ne uideatur ignobilibus uiris parumque eruditis ſtolidus concedens, idipſum notãdum eſt, & inſinuãdũ, quod eſt improbabile, ſed ipſum admittit gratia orationis & diſcendi quomodo ex ipſo propoſitum oſtenditur. Etenim ſic rurſus, quia ſit conceſſum in ipſa improbatione facit interrogationem. quod ſi fuerit etiã probabile interrogatum et ad orationẽ, oportet (inquit) reſpondentem fateri interrogatum probabile eſſe & ualde propinquum eſſe propoſito, & aliquo modo per interrogatũ in principio accipi. Nã ſic neque uidebitur inſtare probabilibus, neque aliquid pati ab interrogato eo quod ſimilitudinem oſtendit ipſius ad oſtẽſum. Si uero improbabile fuerit interrogatum, ſed ad orationem, oportet inquit reſpondentem dicere quod poſito ipſo oſtenditur propoſitum, tamen ſtulta eſt interrogatio & nullo poſitum qui eſt mentis capax. Si uero neq; probabile fuerit, neque improbabile interrogatum, ſi nihil fuerit ad orationem, idipſum oportet (inquit) inſinuare reſpondentem quod conceſſo hoc accidit deſtrui poſitum. Dicit autem quod dans tales reſponſiones & præuidens quid euenturum ſit, nihil uidebitur per ipſas pati. Nam dixit opus eſſe bene reſpondentis, quando interrogans poterit ratiocinari dialectice conceſſis ipſi probabilioribus, quam ſit concluſio. Eſt autem dialecticum colloquium, quando neuter diſputantium in oratione aliquid præter legem & praue affert, ſed faceret conueniens ipſi.

Quicunque uero non ex probabilioribus concluſione conantur ſyllogizare, perſpicuum, quoniam non bene ſyllogizant. Quare has interrogationes non ponendum.

Quod non oportet reſpondentẽ dialectice concedere propoſitiones dialecticas oſtendens, inquit ex his perſpicuum eſt, quod neque qui talia interrogãt, & qui per improbabiliora nituntur probabilia ratiocinari dialecticẽ interrogãt, ſed hæc nõ concedere quibus dialectice uult uti non eſt opus dialectici.

Similiter autem & in his, quæ obſcure, & multipliciter dicuntur, occurrendum eſt. nam quia permiſſum eſt reſpondenti non diſcenti, dicere non diſco, & multipliciter dictum, non ex neceſſitate confiteri, uel negare: manifeſtum quoniam primum quidem (niſi planum ſit) quod dicitur, non pigreſcendum eſt dicere, non intelligo. nam ſæpe (propterea, quia interrogantibus non clare dant) occurrit aliquid difficile. Si autem notum quidem ſit, multipliciter autem dictum, ſi in

omnibus

omnibus quidem uerum uel falſum ſit, quod dicitur, dandum ſimpliciter, quod dicitur, uel negandum. Si autem in aliquo quidem ſit uerum, in aliquo autem falſum, annotandum eſt, quoniam multipliciter dicitur, & quoniam hoc quidẽ falſum, illud autem uerum eſt, nam cum poſterius diſtinguitur, immanifeſtum, ſi & in principio ambiguum animaduerterit. Si autem non præuiderit dubium, ſed in alterum aſpiciens poſuerit, dicendum ad eum, qui in alterum ducit, quoniam non ad id aſpiciens dedi, ſed ad alterum eorum. nam pluribus exiſtentibus, quæ ſub eodem nomine, uel eadem oratione ſunt, facilis eſt ambiguitas. At ſi & dilucidum, & ſimplex ſit, quod interrogatur, aut ſic, aut non reſpondendum.

Quomodo in his quæ obſcure & multipliciter dicuntur interrogatis, & quomodo in his quæ immanifeſte & ſimpliciter reſpondendum eſt, nunc docet. Nã quia ſunt quædã interrogationes immanifeſtæ, & per quædã multipliciter dicta, quõ oporteat reſpondentẽ ad tales interrogationes inſtare, nũc dicit. Verum dicit illud {ſimiliter} non quia ut prædictum eſt, præbet. Nã de aliis prædictũ fuit, ſed ſimiliter dixit pro hoc, ſecundum prædictũ modum, nam quia reſpondens non prohibetur idipſum fateri, ſi nõ intelligeret dictum, uel ſimpliciter negare. Item nec habet neceſſitatem quoddam multipliciter dictũ, uel ſimpliciter fateri, uel ſimpliciter negare, immo habet licẽtiam & facultatem diuidendi & diſſoluendi interrogata. Sic igitur cum ſit occultum, non cunctandum eſt fateri ſe non intelligere. Nam peccatum eſt ſic interrogantium & non aſſerentium ſe nõ intelligere, nam ſæpe accidit, quia conceditur aliquod ens occultum redargui ue interrogãte aliquo ſi finitum ad aliquid terminetur non intelligens reſpondens id cõcederet. Nam accidet ipſi cõcedere hoc extra omne finitum aliquid eſſe, ideo non conceſſit intelligens quid ſignificat hoc ad aliquid terminari. uerũtamẽ ſi notum fuerit dictum, & multipliciter diceretur, ſi in cunctis ſignificatis ſic ſe habere uideretur, diuiſum concedendum eſt ſimpliciter. Nam temperate degere eligibile eſt ſecundum omnia ſignificata eligibilis. Etenim eſt bonũ, delectabile, & conferens: ſi autem nec in uno ſic ſe habet, rurſum negandum eſt ſimpliciter. Nã unum ens eſſe ſecũdum nullum ſignificatum ab ipſo uno uerificatur, neq; n. unum eſt genere, nec numero, nec ſpecie. ſi uero in quibuſdam uerũ fuerit dictum, & in quibuſdã falſum, idipſum reſpondendũ eſt quod multipliciter dicitur, eo quod alicui ſignificatorũ ſic ſe habet, & aliud nõ. Nã hoc, canẽ eſſe latrabilem, de animali pedeſtri uerificatur, ſed non de ipſo marino. Vnde petat à principio diuiſionẽ facere, & non poſt concluſionẽ. Nã cũ immanifeſtum ſit, ſi etiam principio cognoſcens, quod multipliciter dicitur ſic conceſſit, & ſecundũ ſignificatum uerum ab ipſo detur. Cæterum, inquit quod ſi non prouideret quod eſt ambiguum, ideſt multipliciter dictum. Nã ſpecies quædã multipliciter dictorum ambigua eſt, ut dictum eſt in ſophiſticis elenchis. Si ergo non præuideret duplicitatẽ dicti, ſed ſecundũ uerum tanquam ſolum concedens in alterã ſpeciẽ conuerteretur, fatendum eſt & dicendũ ꝙ non ad hoc reſpiciẽs concedit, ſed ad illud quatenus erat uerum dictum. Nam quando fuerint plura ſignificata & differentia, nã illud in contextu pluribus exiſtentibus, nõ numero dicit, ſed ſecũdum naturã aſpiciẽs, tunc facilis ſit ambiguitas dicẽtibus, quod nõ ſecundũ hoc cõceſſit, ceu eſt cæcum uidere, uel tacentẽ loqui, tamen ſi manifeſtum fuerit & ſimplex interrogatum, cenſet ſimpliciter, uel ſic, uel nõ bene reſpondẽtes dicere oſtendens rurſus per hæc, quod non ad hæc interrogata oportet dialectice reſpondentem ambigere.

Quoniam autem omnis propoſitio ſyllogiſtice, aut earũ aliqua eſt ex quibus eſt ſyllogiſmus, aut propter aliquam illarum: manifeſtum, quoniam interdum alterius gratia ſumentur, cum plura ſimilia interrogantur, non aut per inductionẽ, aut per ſimilitudinem plerunq; uniuerſale ſumunt. Singularia igitur omnia ponendum, ſi uera ſint, & probabilis. Ad uniuerſale autem tentandum inſtantiam ferre. Nam ſine inſtantia, uel quæ ſit, uel quæ uideatur, prohibere orationem, proteruire eſt. Quare ſi multis apparentibus, nõ dederit uniuerſale, qui non habet inſtantiã, manifeſtum eſt, quoniã proteruit. Inſuper ſi neq; contra argumentari habeat, quoniã nõ uerum, longe magis uidebitur proteruire. Quãuis nec hoc ſufficiat, nam complures rationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile eſt ſoluere. Velut Zenonis, quoniam nõ contingit moueri, neq; ſtadium pertranſire. Sed non propter id, quæ ſunt oppoſita his non ponendũ. Si igitur quiſpiã neq; contra argumentari habet, neq; inſtare, & nõ ponit, dilucidum quoniam proteruit. Eſt enim in diſputationibus proterua, reſponſio præter dictos modos ſyllogiſm deſtructiua.

Syllogiſticam propoſitionẽ dicit eam, quæ confert ad propoſitũ ſyllogiſmum, quã dixit paulo ante ad rationẽ, dicit autem ſyllogiſticarum. i. nõ fruſtra interrogatarum propoſitionum alias tales eſſe ex quibus ſyllogiſmus. i. in quibus ſyllogiſtice oſtenſum cõcluditur, quas etiã proprie aliquis diceret propoſitiones ſyllogiſticas: & alias eſſe gratia propoſitionum interrogatarũ. Tales autẽ ſunt acceptæ ad conſtitutionem ſyllogiſticarum propoſitionum, quæ ſunt in inductionibus. Cum uero dixerit quomodo oportet ad non ſyllogiſticas, ſed interrogatas gratia ſyllogiſticarum dicere, inquit planum eſſe, quãdo alterius gratia acciperentur, & reſponderentur, & nõ cõcluſionis eo quod plura ſimilia cõtingit interrogari, quod per inductionem uel ſimilitudinem, ut plurimum nituntur ſyllogiſticas & uniuerſales propoſitiones aſſumere, quãdo non fuerint notæ per ſe. Vnde exponens quæ ſint per ſe plura ſimilia, ſubiunxit aut per inductionem, aut per ſimilitudinem, ut plerũq; uniuerſaliter ſumitur. Nam in inductionibus plura ſimilia interrogantur. Verum cum dicit aut per inductionem, adiecit hoc, aut per ſimilitudinẽ. Nã eo quod plura ſimilia accipiuntur, oſtendit inductio uniuerſale per ſingularia, uel cum dicat inductionẽ ut cõmunius ſimilitudinẽ intulit. Nam per ſimilitudinẽ etiã propoſitiones exemplare oſtendunt, ac nõ ſolum inductiue, ſed etiam per ſimilitudinem & proportionem. Itẽ adiecit illud, ut plerunq;, quia ſæpe etiam per proſyllogiſmũ conſtruuntur tales propoſitiones, ſed etiam ut quędã manifeſtæ propoſitiones aſſumuntur, ſed ad conferẽtes propoſitiones ad propoſitum ſyllogiſmum, & propter hoc uiſas eſſe ſyllogiſticas non per ſyllogiſmum oſtendentes oportet (inquit) ſic reſpondere. Equidem inquit omnia ſingularia ponenda eſſe, ſi uera fuerint & probabilia per quæ ſit inductio. Sed ad uniuerſale tentandum eſt illatum ex ſingularibus inſtare. Vt enim in ſyllogiſmo ex neceſſitate ſequitur ex ipſis poſitis concluſio, ſic etiam acceptã inductiue ſequitur uniuerſale. Nõ. n. ſi homo, et canis, bos mouet mandibulam inferiorẽ, iam & omne animal mouet, proinde inquit ad hoc nitendũ eſt afferre inſtantiam. Non enim ſine aliqua inſtantia oportet reſpuere concluſionem. Nã ſine inſtantia uel exiſtente uel apparente prohibere orationem cõcludi, eſt proteruire inquit. Dicit autem inſtantiã exiſtentem quæ ut uere prohibet concluſionem, ut omne quod ex aliquibus in aliquid tranſmutatũ mouetur. Nõ enim ſi ſecundum quantitatem & locũ, & qualitatem iam & omnis. Nã generatio & corruptio mutationes quidem ſunt ex aliquo, non tamẽ motus. Quod enim mouetur oportet idem ſeruari, ſed in his mutationibus idem non ſeruatur mutatum. Dicit quoq; inſtantiã apparentem. Nam qui ad oſtendentem æqualia eſſe per inductionem quæ neq; excedunt, nec deficiunt inſtando, & dicendo qui inſtat quod ſecundum aliquã proportionem nõ ſunt æqualia, ſiquidẽ iuſtus & iuſtum ſint æqualia, non tamen ſic ſe habent, ut non ſeſe excedãt neq; unũ ab altero deficiat. Nã in tali diſtributione aliis plus, aliiſq;

minimus diſtribuitur, inſtat apparenter. Non enim idē ſimpliciter æquale, de quo ratio erat, & ęquale cum additione hac ſecundum proportionem. Cæterum cum dixerit eos proteruire qui ſine inſtantia renuunt cōcluſionē, quid eſt proteruire, poſterius dicit, inquiens. Nā eſt in orationibus proterua reſponſio circa dictos modos ſyllogiſmi corruptiua. Nam proteruire dicitur qui non per conuenientes reſponſiones corrumpens & prohibens fieri ſyllogiſmum eſt. Quæ autem ſint conuenientes reſponſiones dictæ ſunt. Item cum dicat eos proteruire, qui ſine inſtantia renuunt concluſionem, inquit. Inſuper magis hoc facere, ſi neq; contra argumentari ad oſtenſum aliquis habēs & oſtendere idem per quædam quod non uerum eſt nō concederet. Eſt autē cōtra argumentari, ad dicta nō afferre inſtantiam, & argumentari per quædam alia, & idē rurſus ſyllogiſmus cōcludere, quod non eſt uerum oſtēſum. Nam qui inſtat ad rationem oſtendentem quod animus non immortalis, quia eſt ſpecies eius materialis, & nulla ſpecies formaq; materialis eſt ſeparabilis à materia & tētans oſtendere idem rurſus per alia quædam quod eſt incorruptibilis, uel quia accipit quod diſciplinæ ſunt reminiſcentiæ, uel quia ſeipſa eſt mobilis contra arguit, & non inſtat. Cęterum dicit eos magis proteruire adhuc nō contra argumentantes. Non.n. ſi quædam ratio contraria cōmunibus cōceptionibus exiſtens difficilis ſolutionē affertur, aliquis contra argumentans ad oſtenſa iam per eandē cauſam non oportet ponere manifeſta oſtendentia. Non enim ſi oſtēſo aliquo per inductionē ꝙ omne animal mobile eſt & mouetur, aliquis contra argumentans afferat rationem Zenonis deſtruentem motum, quia oportet motum quoddam ſpatium tranſiens primum dimidium trāſire. Hoc autem fieri nequit eo quod & illius rurſus dimidii rurſus dimidium debet pertranſire, & illius dimidii ſimiliter, & cum infinita ſic, ſicut dimidia impoſſibile eſt ut omnia hæc percurrat. Nam magnitudo in infinitum diuiſibilis. At impoſſibile eſt infinito infinita ptrāſire, nō oportet ob id non concedere motum non eſſe, neq; inductionis concluſionem quæ fit per manifeſta. Item dicēdo nō contra argumentari ſufficiens eſſe ad prohibendum illud per inductionem, intulit ꝙ neq; inſtare in aliquibus non ſic, neq; habens contra arguere, & non concedens cōcluſionem is talis proteruire uidetur. Equidem proterua reſponſio eſt præter reſponſiones dialecticas ſyllogiſmi deſtructiua. Nam proteruiens non ſinit interrogantem ſyllogiſmo concludi ꝙ uult. Et eſt modus hic proteruæ reſpōſionis alius præter dictus. Nam neq; qui contra ponit reſpondendo ꝙ æquiuocum eſt interrogatum, aut ꝙ metaphoricum, uel multum, ſed ſolum deſtruendo prohibet ſyllogiſmum & diſputationem.

Suſtinere autem & poſitionem, et definitionem ipſum ſibi ipſi oportet præargumentando. Nam iis, ex quibus interimunt interrogantes quod ponitur manifeſtum, quoniam aduerſandum.

Oportet (inquit) eum qui de aliquo problemate argumenti uel diffinitione aliquid in medium adducere, ſuſtinere quandam rationem, & reſpondere primum ſibimet prius arguenti contra idem ac prius aſſumenti ea quibus poteſt ipſum deſtruere & ordinatū ſic quomodo ad ipſum poteſt reſpondere. Nam facilius reſponſiones facit, ſi prius meditetur de his quomodo reſpōdendum ſit, nā ad hæc reſpondere & inſtare oportet ex quibus nituntur interrogantes deſtruere poſitum, idem quoq; dixit eſſe faciendum eſſe, qui de aliquo futuro debet interrogare.

Inopinabilem uero ſuppoſitionem cauendum ſuſtinere. Erit autem inopinabilis multipliciter. nam & ea ex qua abſona contingit dicere: Vt ſi omnia dicat aliquis moueri, aut nihil, & quæcunque peioris moris, eſſe eligenda. Inſuper & quæ ſunt contraria conſiliis, ut quoniam uoluptas bonum, et iniuriam facere melius, quàm iniuriam pati. Nam non ut orationis gratia ſuſtinentem, ſed ut dicentem ea quæ uidentur, oderunt.

Concludit inopinabilem ſuppoſitionem non eſſe tuendam, ubi ſuppoſitionem problema & poſitionē dicit. Eſt autem inopinabilis ſuppoſitio dupliciter, etenim aliqua per quam neceſſe eſt aliqua abſurda & inopinabilia dicere. Nam quia omnia mouētur ſecundum Heraclitum ſic dicentē, contingat deſtruere ipſum moueri, ſiquidem motus horum ſit alicuius mutati, uel ſecundum locum uel ſecundum quantitatem, uel qualitatem. ſed ſecundum dicētes omnia fluere nihil poteſt idem etiam parum permanere. Item ſi omnia mouētur continue, neq; idipſum hoc omnia moueri manet, & eſt hoc, ſcilicet omnia moueri idem cum hoc, nihil motum eſſe. Deinde nō eſſe motum eſt præter euidentia, quomodo igitur non eſt abſurdum, immo etiam inopinabile? aliqua igitur problemata ob id ſunt inopinabilia, & quædam eo quod peioris moris cōſuetudinis eſt electio ipſorum, & quia contrario modo conſiliis hominum ſe habent, non enim ut exercitii gratia talia tractantibus audientes mentem adhibent, atq; aſſentiuntur, ſed uelut eligentibus ipſa odiunt eos.

Quæcunque uero orationum falſum ſyllogizant, ſoluendum interimendo id propter quod ſit falſum. nam non is, qui quoduis interimit, ſoluit. Neque ſi falſum eſt, quod interimitur. Habere enim poteſt plura falſa oratio. Vt ſi quis ſumat ſedentem ſcribere, Socratem uero ſedere. Accidit enim ex his, Socratem ſcribere. Interempto igitur Socratem ſedere, nihil magis ſoluta eſt oratio. Quāuis falſum ſit poſtulatum, ſed non propter id oratio falſa. Nam ſi quis ſit ſedens quidē, non ſcribens autem, non amplius in tali apte accommodabitur eadem ſolutio. Quare non id interimendum, ſed ſedentem ſcribere. Non enim omnis, qui ſedet, ſcribit. Soluit igitur omnino, qui interimit id, propter quod ſit falſum. Nouit autem ſolutionem qui ſcit, quoniā propter id falſa eſt oratio, quemadmodum in his quæ falſo deſcribuntur. Non enim ſufficit inſtare, neq; ſi falſum ſit, quod interimitur, ſed id propter quod falſum, aſſignandum. ſic enim erit manifeſtum, utrum proſpiciens aut non, facit inſtantiam.

Quia neceſſe eſt ſi concluſio eſt falſa, huius etiam rationis propoſitionum aliquas falſas eſſe, patet quod ſi fuerit propoſitio falſa ob illam erit etiam concluſio falſa, ut in hac ratione, quale corpus, ſed qualitas quale, igitur qualitas corpus. Nam falſitatis in concluſione cauſa eſt propoſitio accipiens quale corpus, nam altera uera eſt, quia igitur contingit, & plura eſſe quædam falſa, ſi ſumpta fuerit, inquit oſtendentem non quod expoſitis falſum, ſoluere rationem, ſed illud præter quod facta eſt concluſio talis. Non enim omnis propoſitio ſumpta falſa eſt cauſa falſæ concluſionis. Nam oſtenſum eſt, quod ex falſis propoſitionibus aliquod uere cōcluditur. Et manifeſtum quod dicit per exemplum fecit, nam qui concludit Socratē ſcribere per propoſitiones ambas falſas, Socrates ſedet, omnis ſedens ſcribit, non quia Socratem accipit ſedentē falſum concludit. Etenim ſi uera erit, nihil minus erat falſa concluſio, igitur non eſt cauſa falſæ concluſionis. Itē neq; qui demonſtrat eandem falſam ſoluit rationem, ſed qui demonſtrat dicentem, omnis ſedens ſcribit. Nā hæc ſemper falſa eſt, huius autem ſignum eſt, quod ſi ob hanc, Socrates ſedet, erat interempta illa etiam intercepta fuit cōcluſio, ſed utcunq; nunc ſe habeat hæc, concluſio eſt falſa. Soluit igitur deſtruens eſſe, ob quod ſit falſa. Soluere igitur rationem hanc inquit, deſtruens eſt deſtruēdo propoſitionem, ob quam talis concluſio ſit, non tamē prorſus inquit, omnino ſoluentē falſam rationē, eo quod deſtruit propoſitionem iam ſcire ſolutionē. Nam cōtingit ſic aliquem deſtruere propoſitionem cauſam concluſionis, ut ſolum falſam, non quod in ipſa habeat cauſam, ut ſit talis cōcluſio. Proinde qui ſic tollit, ſoluit quidē rationem, uerum nō ſciet eius ſolutionē. Nam in cunctis cauſæ

cognitio

cognitio ſcientia eſt. Porro medicus ſciens non ſolũ medicando, ſed etiam cauſam qua medetur cognoſcẽs. Adiicit autem ad oſtenſionem huius, ſcientes cauſam, per quã falſa eſt concluſio, hoc ſcilicet hos ſcire etiam ſolutionẽ, ſed non ſolũ oſtendentes poſitionẽ falſam, oportet eos qui nituntur inſtare contra ea quæ falſo deſcripta ſunt. Etenim in his nõ ſufficienter inſtare uerbis ad ſoluendum falſo deſcriptum, & ſi falſum ſit ad quod inſtant, ſed etiã propter quid falſum ſit comprehẽſum, & quomodo præter hæc deductio habet oſtendi, nam ſic notum ſit quod ſciens, & uidens, quod occurrendum eſt ex hoc ſumitur inſtantia, & non à quouis temere.

Eſt autem prohibere cõcludi orationem, quadrupliciter. nam aut interimendo id, propter quod ſit falſum. Aut ad interrogantem, inſtantiam ducendo. Sæpe enim non ſoluit quidem, tamen qui interrogat, non poteſt longius procedere. Tertium autem ad interrogata. Accidit enim ex interrogatis quidem non fieri, quod uolumus, quoniam non bene interrogata ſunt, addito autem aliquo fieri concluſionem. Si igitur non amplius poteſt producere interrogans, ad interrogantem erit inſtantia. Si autem poteſt, ad interrogata. Quartum autem, & peſſima inſtantiarum eſt, quæ eſt ad tempus. Nam quidam talibus inſtant, ad quæ diſputare pluris eſt temporis, quam præſentis exercitationis. Inſtantiæ igitur ut dictũ eſt prius, quatuor modis fiunt. Solutio autem eſt earum, quæ dictæ ſunt, prima tantum. Reliquæ autem prohibitiones quædam, & impedimenta concluſionum.

Cum dixerit quomodo eſt ſoluere falſam rationẽ, nũc dicit quomodo ſecundum quot modos inſtando à principio eſt prohibere concludi aliquam orationem. Nã idẽ non eſt ſoluere, & prohibere. Nam ſoluitur iam cõcluſa, prohibetur uero dum concluditur. Ideo ſolutio uno modo, & prohibitio quadrupliciter. Nam qui deſtruit, penes quaee ſit falſum, prohibet rationem, qui quidem differret à ſoluente. At qui eam propoſitionem deſtruit, quia ille iam poſita concluſione hoc facit, hic uero ne aliquid inferatur aſſumit. Eſt autẽ quædam prohibitionis etiã inſtantia facta contra ipſum interrogantem, ſed non ad orationem. Eſt autem quædam quæ non impedit orationẽ dictam, ſed eo quod interrogans in promptu non habet ſolutionem ad inſtantiam prohibetur ratio, ut ad propoſitam quæſtionẽ ueniat. Tertius modus inſtantiæ eſt, quando accepta fuerunt uera, eo quod bene interrogatũ eſt, ſed uel deficit aliquid, uel non ſecundum habitudinẽ ſyllogiſticã cõponere uideretur concludens. Nã qui ad hęc inſtat, & oſtendit non concluſum ab ipſis, ut concluſio illata ad interrogata rationem facit. Si ergo inſtantia facta ad interrogatam ſic orationẽ à reſpondente minime poſſet interrogans eum cum non ſit ad orationem adducere patet quod prohibetur oratio. Nam quãdo deſtrueretur oratio uera ab ipſa facta inſtantia eodem, & non poſſet interrogans ſoluere inſtantiam ad interrogãtem dicitur, ut paulo ante dictum eſt. Si uero inſtantia facta ex acceptis non concluditur illata maior oratio, quam ea quæ oſtendunt, tranſumit accepta æquiualentia, uel utẽdo quibuſdã conuerſionibus propoſitionũ, uel addendo aliquã propoſitionẽ uniuerſalẽ, ſic inſtantia ad interrogata erit facta. Nã ſic interrogata ad principium accipiebantur, & ob id nil concluſit. Cæterũ quartã inſtantiã inquit eſſe illã ad tẽpus, quando fieret inſtantia quæ maiore tẽpore indiget quã ſecundũ pręſens colloquium, prohibetur interrogans concludi propoſitũ. Nã oportet primũ ſoluere inſtantiam, & ſolutio indiget longiore tẽpore, quam id ſit quo fieret colloquium. Dicit autem hanc inſtantiam eſſe peſſimam inſtantiarum. Nam eorum qui praue utuntur arte eſt prolongare orationẽ & expellere abiicereq; propoſitum ſecundum tranſpoſitionem ad difficilius problema. Cumq; dixit quatuor eſſe ſpecies inſtãtiæ quibus poteſt prohiberi oratio quædam concluſiua, inquit ſolã inſtantiam eſſe ſolutionem interrogatæ orationis primam, hæc autem erat deſtructio huius quomodo ſit falſum, reliquas uero tres quaſdam prohibitiones & impedimenta concluſionis nuncupat.

Inculpatio uero oratio, & ſecundum ipſam orationem, et quando interrogatur, non eadem. Plerunque enim quod non bene diſputetur oratio, is qui interrogatur, eſt cauſa: quoniã nõ concedit ex quibus ad poſitionem bene erat diſputare. Nõ enim eſt in altero ſolo bene abſoluere commune opus. Neceſſarium igitur quandoq; ad dicentem, & non ad poſitionẽ argumentari. Quando is, qui reſpondet, contraria interroganti præſumit corroborare. Proteruientes igitur altercatorias, & non dialecticas faciunt exercitationes. Inſuper autẽ, quia exercitationis, & experimenti gratia, & non doctrinæ huiuſmodi ſunt orationes, perſpicuum, quoniam non ſolum uera ſyllogizandum, ſed etiam falſum. Nec per uera ſemper, ſed quandoque etiam per falſa. Sæpe enim uero poſito, interimere neceſſe eſt diſputantem. Quare proponenda falſa, quandoque autem & falſo poſito, interimendum per falſa. Nihil enim prohibet alicui uideri, quæ non ſunt, magis quam uera. Quapropter ex iis, quæ illi uidentur oratione facta, magis erit ſuaſus, quam adiutus.

Quod ipſa inculpatio increpatioq; nõ fiat in oratione per ſe inquiſita, & quando uelut in interrogatione facta corrigitur. Nã oratio per ſe inquiſita increpatur, ſi ſyllogiſtica fuerit, ſiue per falſa oſtenderetur, ſiue per ignotiora, ut paulo procedẽs dicet. Nam quinque increpationes eſſe orationũ quæ per ſe inquiruntur dicit. Equidẽ in eiſdem nõ increpatur interrogans, & reſpondens. Nã ſæpe ipſius nõ interrogare bene eſt cauſa non interrogans, ſed reſpondens, quando nõ concederet talia ex quibus bene eſt arguere. i. dialectice ad poſitionem. Nam fieri argumẽtum bene & dialectice atq; ſyllogiſmum non ſolũ in ipſo interrogante eſt, ut neq; in ſolo reſpondẽte, ſed in utriſq;. Nam cõmunis dialecticus ſyllogiſmus fit. Nã ambo ſunt exercitii gratia, ideo oportet conferre, quæ ab ipſo ſunt ad utrunq;. Conferrent autẽ ſi interrogans ſic interrogat, ut dictum eſt. Et reſpondens ſic ruſus reſpondet, ut ſuppoſitum eſt. Nam ob id dixit (oportet reſpondentẽ concedere probabilia) quando igitur non congrue reſponderetur, is affert neceſſitatem non faciendi interrogationes dialecticas ad propoſitum, ut oppoſita illis quæ interrogat, & uult accipere, ut detur, ideo neceſſarium eſt ad dicentem, ideſt ad reſpondentem facere rationes, ſed nõ ad poſitionem, ipſe ruſus expoſitionẽ inferens inquit, proteruientes igitur cõtra certantes faciunt indialecticas exercitationes. Nam contentioſe differere, & ex omni modo tentare, & per quæuis reſpondentem circumuoluere, non ad poſitionem, ſed ad reſpondentem eſt rationes facere, igitur non eſt interrogans dignus increpatione, ſed ſi male, & non dialectice interrogat, & præbet cauſam talis inuolutionis, qualis eſt Callides in Gorgia Platonis, qui nõ concedit uera, nec probabilia. Vnam igitur cauſam hanc dixit, cur non fiat increpatio ipſa per ſe orationis, & interrogatæ. Adiecit autem his, quod orationes ſi ſint per ſe interrogatæ falſæ, non amplius increpantur, eo quod ſunt orationes exercitii gratia, ſed non doctrinæ. Hic patet quod non oportet ſolum uera ſyllogiſmo concludi, ſed etiam falſa. Huius autem cauſa eſt, quod nititur dialecticus poſitum per probabilia conſtruere. Quando igitur uerum fuerit poſitũ, patet quod oppoſitum eius proponitur oſtendere argumenti, q; neceſſe eſt ut ſit falſum, & propoſitiones ſimiliter quæ oſtendunt hoc. Nõ. n. poteſt ex ueris aliquid falſum oſtendi, oportet igitur falſa proponere. Aliquando autẽ & ſi falſa (inquit) fuerit poſitio per falſa tollenda eſt ipſa, ſi magis uidentur reſpondẽti falſa, quã uera. Et ex his quæ uidentur illi, & ponuntur ab illo, & conceduntur procedente oratione magis erit ſuaſus.

Oportet autem eum, qui bene transfert, dialectice, & non contentioſe transferre: Vt geometram, geometrice, ſiue falſum, ſiue uerum ſit, quod concludendum eſt. Quales autem dialectici ſyllogiſmi, dictum eſt prius.

Aut ex ueris in falſum, uel a falſis ad uerum oportet transferentem orationem aliquã, ut oppoſitam oſtendere per oppoſitum inquit. Item inquit oportere eum qui ſyllogiſmo utitur oſtendere dialectice per probabilia, & non contentioſe, neque ſuperficietenus aliqua, & apparentia. Vt enim geometram oportet per geometrica principia demonſtrationes facere, ſic etiam dialecticum dialectice. Hæc autem ſunt probabilia, ſiue oſtenſum ſit uerum, ſiue falſum fuerit.

Quoniam autem peruerſus ſocius eſt, qui impedit commune opus, patet, quoniam etiam in orationibus. Nam commune quippiam, quod proponitur, & in illis eſt. Præterquam in concertantibus, in quibus quidem non eſt eundem utriſque finem aſſequi. Nam plures uno impoſſibile eſt uincere. Differt autem nihil, ſiue in reſpondendo, ſiue in interrogando fiat: Nam et qui contentioſe interrogat, praue diſputat, & qui in reſpondendo non dat, quod uidetur, neque ſuſcipit quicquam quod uult interrogans. Manifeſtum igitur ex ys, quæ dicta ſunt, quoniam non ſimiliter increpandum, et ſecundum ſeipſam orationẽ, & interrogantẽ. Nã nihil prohibet orationem quidem prauam eſſe, interrogãtem uero, ut poſſibile eſt, optime contra reſpondentem diſceptare. Nam contra proteruos nõ poſſibile eſt fortaſſe ſtatim ſumere quales quis uult, ſed quales fieri poſſibile, faciendi ſyllogiſmi.

Vt prauus ſocius eſt qui commune impedit opus, ſic etiam in dialecticis hi ſunt, qui exercendi gratia commune opus facientes per colloquium & diſputationem orationũ, ſiue interrogans ſiue reſpondens hoc faceret, trãſgrediens intentionem dialectici eſt dignus increpatione. Cæterum cum dicat & in oratione, & in diſputationibus commune aliquod opus proponi. Etenim in diſputãdo adiecit præter certantes, ideo cur his non proponitur aliquod commune opus indicauit. Nam ambo contentioſe diſputantes appetunt uictoriam apparentem, ſed impoſſibile eſt in eadem oratione ſimul cõtradicentes ſeſe uincant. Nam plures uno uincere eſt impoſſibile. Differt autem nihil, ſi interrogans, an reſpondens impediat commune opus. Nam uterque ipſorum cõtentioſe facit colloquium. Etenim interrogans contentioſe interrogat, & reſpondens non dat apparens probabile, neque quatenus interrogans facit interrogationem accipit, ſed calũniaretur, & non daret quæ uidentur eſſe, & probabilia ſunt, & non admitteret interrogare, & audire quid uult interrogans, ſed antequam expleret interrogatione præcipiens orationem & negans non concederet. Patet igitur ex dictis, quod nõ ſimilis eſt increpatio orationis per ſe, & in interrogatione. Nam nil uetat orationem prauã eſſe inquirẽtem per ſe, ſed ſi interrogant (ut fieri poteſt) optime, diſputaret contra reſpõdentem, ſi fuerit proteruiens, & non faciens reſponſiones ſecundum opinionẽ. Item nihil enim prohibet ſyllogiſmũ prauũ eſſe ipſum per ſe, quia cõcluditur ſyllogiſmo ex inopinabilibus propoſitionibus, ſed qui interrogat bene, & ſine defectu, poteſt diſputare contra reſpondentẽ. Non enim reſpõdens concedit ei probabiles propoſitiones, ſed inopinabiles, quare non inculpandus eſt, ſi ex quibus interrogaret, faceret etiam ſyllogiſmum. Nam impoſſibile erat aliter ratiocinari aduerſus proteruientes non bene reſpõdentes. Nam contra tales nõ eſt poſſibile interrogantem facere ſyllogiſmos quales uult, ſed quales contingunt. Nã ille uellet probabilem facere ſyllogiſmum. Vnde ipſo non concedente improbabilia neceſſe eſt ratiocinari ipſum, ut contingit, & deinceps ſuperabit. Nam qui ſic facit nõ inculpandus erit.

Quoniam autem eſt indeterminatum, quando contraria, & quando ea, quæ ſunt in principio, ſumũt homines (nam plerunque per ſeipſos dicentes contraria dicunt, & abnuentes prius, dant poſterius, quando interrogantes, & contraria, & quæ in principio plerunque ſubaudiunt) neceſſe eſt prauas fieri diſputationes. Cauſa autem eſt qui reſpondet, hæc quidem non dans, illa autem talia dans. manifeſtum igitur, quoniam non ſimiliter inculpandum, & interrogantes, & orationes.

Dicit fieri cum diſputatiuo per ſe peccata in orationibus, & propter ignorantiam, & quia non determinatũ eſt quando oppoſita, & quando ea quæ in principio ſunt, accipiunt. Nam quia ignoratur ſæpe fit in orationibus peccatum, & hæc accidunt etiam in ſeipſis cum dicunt, & reſpondent. Nam qui dicit cuncta eſſe fato, & eſſe nonnulla in nobis ſibimet pugnantia dicere ignorat. Item qui dicit infinitum ab infinito contineri, ignorat ſibimet aduerſantia dicere. Nam ipſum infinitum dicit eſſe finitum. Item qui dicit indifferenter concludens dicit a ſyllogiſtice petendo, quod eſt in principio. Nam petit quod concludit accipere. Sed ob ignorantiam horum accidit, & in diſputando fieri peccatum. Nam qui ponit bonum eſſe diuitias, ſi ſic forte fortuna interrogatus fuerit, ſi id quo bene, & male uti poſſumus non eſſe bonũ, concedit uel non concedit, ſed renuens non conceſſit bonum facere bonum, quod eſt contrarium poſitioni. Prauæ autem orationes, quia non determinantur talia ſunt. Sed ſæpe talis peccati ſecundum orationes cauſa fit reſpondens, qui non concedit ſic iterrogata, ſed admittit accipientes oppoſita ipſi poſito, uel id quod eſt in principio petentes concedit, ideo interrogans in talibus non eſt cauſa, & interrogans talia. Patet igitur ex dictis, quod non ſimilis eſt increpatio cum orationibus, & interrogantibus.

Orationis autem ſecundum ſe, quinque ſunt inculpationes. Prima quidem, quando ex interrogatis, neque quod propoſitum eſt, neque omnino quicquid concluditur, cum uel falſa ſint, uel inopinabilia, aut omnia, aut plurima, in quibus conſiſtere debet concluſio, & neque ablatis quibuſdam, neque his quidẽ ablatis, illis uero additis, fit concluſio.

Cum oſtenderit quod non ſunt eædem per ſe increpationes cum oratione inquirente, & interrogante, nunc quot & in quibus increpationes per ſe in oratione fiunt, dicit. Inquit autem quinque eſſe, quarum prima quando ex interrogatis nihil concluderetur, nec propoſitum, nec quippiam aliud ſi aſyllogiſticum fuerit. Item ſi falſæ fuerint propoſitiones oppoſitæ, uel omnes improbabiles, uel aliquæ ipſarum ex quibus infertur concluſio. Præterea neque ſublatis quibuſdam, neque additis concluditur concluſio. Nam prorſus abſurdum eſt accipiendo falſas, & improbabiles propoſitiones nihil concludere. Talem in libro de naturali auditu demonſtrauit eſſe rationem Meliſſi falſam, & illam Parmenidis Etenim falſa accipiens, & ſunt illa etiam aſyllogiſtica. Nã altee dicendo talem rationem, quod eſt præter ens eſt non ens, quod non ens nihil eſt, igitur unum ens. Non enim hoc concluditur, quandoquidem ſic non uideatur concludere propoſitum, ſed aliud quippiam concludit ſyllogiſtice. Nam hoc quod eſt præter ens nihil concludit. Alter uero dicit, quod eſt factum habet principium, quod non eſt factum non habet, ſed quod eſt factũ principium habet. Vbi nec propoſitum neque quippiã aliud ſyllogiſmo concludit, præter id quod accepit falſa aſſumpta, & improbabilia. Ideo dixit in libro de naturali auditu, magis autem eſt Meliſſi oneroſa ratio. Quando igitur inquit, neque acceptis quæ ſunt æquiualentia poſitis, neque additis quibuſdam, neque ablatis, neque quidem ablatis, illis uero additis poteſt ſyllogiſtice concludi: oratio erit ſub prædicta increpatione. Hanc autẽ

adiecit

adiecit proprie accipiendo cõplicationẽ aſyllogiſticam, & quando non poterimus aliquod auxilium inuenire, & aſſequi quo non uideatur eſſe aſyllogiſtica, qualis eſt prędicta ratio Meliſſi.

Secunda autem, ſi ad poſitionem non fiat ſyllogiſmus, & ex talibus, eo modo, quo dictum eſt. Tertia uero, ſi additis quibuſdam, fiat ſyllogiſmus. Hæc autem ſint deteriora his, quæ interrogantur, & minus probabilia concluſione.

Secundam uero ponit increpationem, ſi propoſitiones fuerint poſitæ ſyllogiſtice, & ratio erit quippiam concludens ſyllogiſmo, non tamen propoſitum, ex talibus, & ſic ut dictum eſt prius, .i. uel falſis, uel improbabilibus id. prima increpatione, & erit poſt primam increpationẽ quæ fiebat in oratione habente omnino peccatum, ſecunda quæ in ſyllogiſmo habet peccatum, quia nec propoſitum, nec per uera, & probabilia procedit, talis erit Parmenidis ratio oſtendens aliquid, & concludens, ſed non propoſitum, & adhuc per falſa. Tertia quoque increpatio eſt, ſi additum aliquid concludit propoſitum ſyllogiſtice, tamen additum deterius erit poſitis, & interrogatis, & minus probabile, quam ſit concluſio, uidentur autem noſtra in rationibus derelinqui. Quando igitur prætermiſſum ignotius fuerit poſitis, & improbabilius concluſione ratio digna eſt increpatione.

Rurſum ſi ablatis quibuſdam, nam quãdoque ſumunt plura, quam ſint neceſſaria. Quare non eo quod hæc ſint, ſit ſyllogiſmus.

Quarta increpatio ſi ablato à ratione ex relictis concluderetur, ſed non ſyllogiſtice habẽt rationes ſuperfluę. Nam ſi oportet deductum concluſumque per ſyllogiſmum, eo quod hæc ſint, concludi in his orationibus, in quibus ſublatis quibuſdam eadem concluduntur, patet ꝙ aſſumpta non ut concluſio fiat, aſſumpta fuere.

Inſuper ſi ex inopinabilioribus, & minus credibilibus concluſione, aut ſi ex ueris, ſed maiore opera indigentibus demonſtrari, quam problema.

Quintam increpationem inquit eſſe, quando ex improbabilioribus, & minus credibilibus, quam ſit concluſio, ratio erit, uel ex ueris, ſed difficilimis oſtenſione quã ſit problema, uerum ſub uno modo increpationis ambo prædicta ordinauit, quoniam in ambobus .ſ. in hoc, quod improbabilia maxime ſint accepta, & hoc quia ſunt oſtẽſione difficilima, eſt unum peccatum, quod eſt, quia ſunt minus credibilia accepta, quam concluſio. Improbabiliora igitur accepta in ratione, ſi altaria ſunt, dii ſunt, maiore negotio egent, ſi quis oſtendit animum immortale, quia quod ſeipſo mouetur eſt ipſe motus. Nam oſtendere animam eſſe motum eſt difficile, & hoc motum cum ſit moueri difficilius. Herminus tamen increpationem ab ablatione, & poſitione unã eſſe dicit, illam uero quæ ob improbabiliora, uel per uera eget maiore ratiõe, in duas increpationes diuidit, quod cum faciat, etiam efficit ſecũdam increpationem eandem eſſe cum quarta, uel bis acceptum illud (inſuper ſi ex inopinabilioribus) etenim ſecunda hoc habuit, & ſi propoſitum non ſyllogiſmo concludit, ſed aliud quippiam.

Vide Lucianum de prouidentia dei.

Non oportet autem omnium problematum ſyllogiſmos exiſtimare ſimiliter probabiles eſſe, & ſuaſibiles. Nam natura ſtatim ſunt, alia quidem faciliora, alia uero difficiliora eorum, quæ quæruntur. Quare ſi ex aliquibus, ut fieri poteſt, maxime probabilibus coniecturam fecerit, diſputatum bene eſt.

Dialecticum ſyllogiſmum per probabiles propoſitiones cum ſtatuerit fieri, nunc inquit, quod non omniũ problematũ ſyllogiſmos habere ſimiles propoſitiones probabiles exiſtimandum eſt. Nam hoc fieri inquit, quandoquidem non omnia problemata ſint ſimilia, ſed alia ſunt natura faciliora & bene argumẽtabilia, natura, ſcilicet num quid aſtra ſint paria, uel imparia, & quædam difficiliora, & quibus non bene abundamus ad argumentandũ. Cũ ergo problemata hanc differentiam habeant, nõ poſſunt omnia ſimiliter oſtendi per probabiles propoſitiones, ſed ſatis eſt, ut ſecundum ſingula problemata, quod poteſt ſumi probabile hoc bene abundare. Nam nõ minus erunt dialectice oſtenſa, ipſa oſtenſa minus, quã hæc quæ oſtenduntur per ualde probabilia, quando non poteſt problema ſumi per probabiliora.

Manifeſtum igitur, quoniam orationis non eadem inculpatio, & ad problema, & ad ſe. Nam nihil ſecundum ſe quidem orationem prohibet eſſe uituperabilem, ad problema autem laudabilem. Et rurſum e diuerſo ſecundum ſe quidem laudabilem, ad problema autem uituperabilem: quando ex pluribus probabilibus, & ueris facile eſt concludere.

Manifeſtum igitur inquit, & per hoc fieri, quod nõ eadem fiat increpatio orationi per ſe inquiſitæ, & ſi ad problema inquireretur ad quod fieret. Nam aliqua cum uideatur eſſe uituperabilis per ſe, ut ad problema inquiſita talis nõn uidebitur uituperabilis eſſe, & econtra cum non ſit uituperabilis ſi ad problema aliquis ipſam inquireret, uituperabilis erit, nam oratio aliqua cum per ſe uituperabilis fuerit per notiora, uel probabiliora concluſa ſyllogiſmo non uidebitur inquiſita ad problema uituperabilis eſſe, & digna increpatione, eo quod per plura, & probabiliora oſtenditur. Nam qui deſtruit hoc, omnia fato euenire, & temere eſſe laudabiles, & uituperabiles per ſe inquiſita talis oratio non uideretur digna increpatione. Si uero aliquis ipſam inquireret ad problema truncatim defectibiliterque ſe habere uidetur oſtendi ipſum propoſitum per plura, & probabiliora, nã quia deſtruitur omne contingens, atque id quod eſt in nobis, ſic etiam deſtruitur malitiam, & uirtutem in nobis eſſe, quare fruſtra quoque erit conſulere.

Erit quandoque etiam oratio concludens, quam non concludens deterior, quando illa quidem ex abſurdis concludit, cum non ſit tale problema. Hæc autem indiget talibus quæ ſunt probabilia, et uera, cum nondum in aſſumptis ſit oratio.

Et hoc eſt indicatiuum huius, quod non ſit eadem increpatio per ſe orationi quæſitæ per ſe ad problema. Equidem per ſe oratio eſt deterior quæ non per poſita concludit propoſitum, quam ea quæ oſtẽdit aliquid per accepta ſyllogiſtice. Si autem ad problema inquireretur, appareret aliquando oratio non concludens melior concludente, quando uero concludens per aliquas petitiones concluderet abſurda, & ſi problema non fuerit abſurdum, quod poteſt non per abſurda oſtendi, ſed oratio non concludens indiget aliqua propoſitione, quæ ſit euidens, & ſequatur ex neceſſitate ipſa poſita, ſed uis orationis eſt in aſſumpta, ſed non in relicta.

Eos autem, qui per falſa uerum concludunt, non iuſtum eſt inculpare. nam falſum quidem ſemper neceſſe eſt per falſa ſyllogizare, uerum autem quandoque per falſa eſt ſyllogizare. manifeſtum autem id ex analyticis. Cum autem demonſtratio ſit alicuius dicta oratio, ſi aliquid aliud eſt, quod ad concluſionem nullo modo ſe habet, non erit ex illo ſyllogiſmus. Sed ſi appareat, ſophiſma erit, non demonſtratio, et eſt philoſophema quidem ſyllogiſmus demonſtratiuus, & epichirema ſyllogiſmus dialecticus, & ſophiſma ſyllogiſmus cõtentioſus, et aporema ſyllogiſmus dialecticus cõtradictionis.

Scribitur iuſtum, & non iuſtum, & quæ adduntur uidẽtur magis ſequi hoc, non iuſtum, nam quia oſtenſum eſt in reſolutoriis, quod non ſolum eſt per uera, ſed etiã per falſa ſyllogiſmum conficere, quando falſa quibus uera oſtenduntur probabilia, & magis illatiua fuerint, quã uera, non iuſtum eſt increpare oſtendentes propoſitum dialectice. ſi uero fuerit iuſtum increpare, diceret quod dignum eſſet increpare hos quibus cum facultas ſit oſtendere propoſitum per uera, tollunt magis per falſa. Quã

do autem demonſtratio fuerit alicuius, ideſt ex ueris, & propriis demonſtrati oſtenderit idẽ, ſi acciperetur quædam alia, propoſitio non conferens ad concluſionem, non erit ab illo, ſiue ab illa propoſitione ſyllogiſmus, ſed ab aliis. Si uero fuerit in ipſa concluſio conferens ad demonſtrationem alicuius alterius, erit ad oſtenſum per concluſionem eius conferens etiam ratio quæ erat demonſtratio conferentis in ſecundam rationem factam propoſitionis. Nam tales proſyllogiſmi ſunt, ſi autem aliquid uidetur conferens, ſophiſma igitur erit nullam proprietatem habens ad concluſionem demõſtrationis, non erit ad illud conferens prædictus ſyllogiſmus.

Si uero ex utriſque, quæ uideantur, aliquid oſtendatur, non aũt ſimiliter uideantur, nihil prohibet, quod oſtenditur, magis altero uideri. Sed ſi hoc quidem uideatur, illud aũt neutro modo ſit, aut ſi hoc quidem uideatur, illud aũt ſimiliter non uideat ſimiliter utique erit, et non itaq;. Si magis alterum ſequetur quod eſt magis.

Si non ſint ambæ propoſitiones apparentes .i. probabiles, ſed alia magis, & alia minus nihil prohibet per ipſas oſtenſa concluſio ambabus propoſitionibus probabilior eſſe. Non .n. prohibitum eſt eũ non fuerint propoſitiones ualde probabiles, concluſionem ualde probabilem eſſe, tamen ſi fuerit alia propoſitionum probabilis, & alia nõ probabilis, neque improbabilis, uel alia probabilis, alia uero improbabilis, ſequetur cõcluſio eam, quæ magis habet hoc probabile.

Eſt autem quoddam & idem ad ſyllogiſmos peccatum, quandò oſtenditur per longiora, quod contingit per breuiora, & quæ orationi inſunt. Vt quoniam eſt opinio magis altera, quàm altera, ſiquis petat ipſum unumquodque maxime eſſe, & opinabile eſſe ipſum quod uere eſt. Quare quibuſdam magis ipſam. Ad quod autem magis, magis dicitur eſſe, eſſe autem & ipſum opinari uerum. An erit certior quibuſdam. Petitum enim eſt & ipſam opinionem ueram eſſe, & ipſum unumquodque maxime eſſe. Quare eadem opinio, quæ maxime uera eſt, certior eſt. Sed quæ nequitia maior, quam quæ facit, circa id, cuius eſt oratio, latere cauſam. 13

Peccatum inquit in ſyllogiſmo fieri, quãdo oſtenditur per plura. cum ſit per pauciora, & ea quæ inſunt pluribus acceptis ad oſtenſionem oſtendendum. patet igitur quod ea quæ adduntur oſtendentibus propoſitũ ſuperfluo adduntur. Quod dictum manifeſtum facit per exemplum. Nam ſit ſyllogiſmo oſtendendum, quod opinio ſit magis altera, quam altera. Hoc proxime põt concludi ſyllogiſmo accipiendo aliquid idem in omnibus, in quibus eſt, ſed illud non idem in his magis & minus, & in opinione aliquid eſt idem, & non idem, & indicabat hominem dicendo ſic. Vnde ſi aliquis poſſet oſtendere per pauciora propoſitum, & oſtendere per plura idem accipiens in pluribus, & ipſa quibus poterat ſolis oſtendi propoſitum, certe is peccaret. ut ſi primum peteret in quibus aliquid idẽ et non eſt, et hoc maxime eſſe, & ultra acciperet opinionẽ eſſe aliquid idem, & uerum eſſe idem cum ipſomet opinabili, patet qđ adderet ipſum proprie magis, quãdoquidem patet quod non habet idem, & habet poſitum magis aliud alio opinabile eſſe, ſi aſſumeret omne quod ſit ad magis eſſe hoc magis, quod æquale eſt huic .ſ. eſſe de numero eorum quæ dicuntur inter ſe, quorum aliud dictum magis tale, & ipſum eſt magis tale, ut ſcientia ad ſcibile, et ſcientia quæ eſt magis ſcibilis erit magis ſcientia, ſic etiã in ſenſu. quia igitur & opinio eſt opinabilis, & quæ erit magis opinabilis, erit etiã magis opinio, erit igitur magis opinio ipſius uera, quæ eſt magis certa aliquorũ, ut etiã erat in opinabilibus. Proinde qui accipit hęc ad oſtenſionem propoſiti, habet etiã petitum & poſitum .ſ. eſſe quãdam opinionem eſſe ueram. Nã hoc petitum .n. eſt, & ipſam opinionem ueram eſſe; ſignificat eſſe quandam eſſe ipſasmet opinionem. Item hoc accepit maxime unumquodque quod dicitur ipſum, ex quibus propoſitum concluditur eſſe aliquam opinionem certiorem .i. magis, quam aliis opinio Nam certior opinio eſt magis, quam aliis opinio. nam in quo idem eſt in hoc maxime & certius, ſed in opinione idem eſt, in opinione igitur eſt ipſum maxime, & certiſſimum. Itẽ quod ſit aliqua opinio altera magis, quam altera, quod uidelicet erit oſtendere per pauciora. Eſt aũt opinio propria, & nõ proprie, omne aũt propria, & non proprie eſt magis & minus. Si autem aliquis peteret & acciperet plures propoſitiones, deinde ſic ratiocinaretur, ſi unumquodque opinabile eſt, ipſum unumquodque opinabile eſt, et ipſum uere opinabile, ſiue ipſummet opinabile, quare ſi quorum uniuſcuiuſque ipſummet unũquodque idipſũ opinabile, ſiue magis opinabile erit, etiã opinio ipſa magis erit certa, quã aliqua opinabilia. Quid aũt ſit peccatum ſic oſtendentium & quæ ſit prauitas talium rõnum adiecit, nam faciunt quæ extrinſecus, et ex periodo addita latere cauſam, ſiue mediũ concluſionis, quo etiam ſyllogiſmus ſit.

Oratio autem eſt manifeſta, uno quidem modo, & publiciſſimo, ſi ſit cõcludens ſic, ut nihil oporteat interrogare, uno autem & qui maxime dicitur, cum ſumpta quidem ſunt ea, ex quibus neceſſarium eſt eſſe, ſint tamen per concluſionem terminata. Inſuper ſi fuerit aliquid, quod eſt ualde probabile. 14

Manifeſtum orationẽ dicit eſſe quæ euidens eſt, & uera. Dicit autem talem fieri tripliciter, uno quidem modo manifeſtiſſimo omnibuſque comperto, ſi ex talibus propoſitionibus cõcluſionis fuerit propoſitũ, ut nihil diſputans interroget de nullo aſſumpto, quia notũ & euidens eſt, talis autem erit ille qui ex notis probabilibuſque immediatis, & non egentibus demonſtratione cõcludit propoſitum, ut omnis homo animal pedeſtre, omne animal pedeſtre animal. Secundus autem modus eſt qui eſt conſuetus, nam idem huic qui maxime dicitur, nã pauci ſunt accepti ex propoſitionibus indemonſtrabilibus, nam plures ſunt conſueti accipientes propoſitiones proxime oſtẽdentes propoſitum, tamen habentes propoſitiones aliarum rationem concluſiones .i. iam ſyllogiſmo oſtenſas, et ob id manifeſtas. Vt enim in demõſtrationibus prima quidem & principaliſſima eſt, quæ ex primis, & immediatis, & ſecunda quæ per talia, quæ per media oſtenduntur: ſic etiam in rationibus manifeſtis. Equidem maxime manifeſta eſt, quæ per nota, & nõ egentia oſtenſione: ſecunda uero quæ per oſtenſa, & per hæc nota: tertius uero modus eſt manifeſtus ſi deficit, & non fuerint omnia accepta ea ex quibus concluſio eſſet ab deficiens ualde probabile, & notum: talis etiam uidetur eſſe monolemmatos, ubi una tantum propoſitio ſumitur, reſpiras, igitur uiuis. Nã notum eſt, quod derelinquitur .ſ. omne reſpirans uiuit, talia etiã ſunt enthymemata, ut hi pœna ſunt digni, nã ſunt ſacrilegi, prætermiſſum enim eſt hoc, quod omnes ſacrilegi digni ſunt pœna.

Falſa autem oratio uocatur quadrupliciter, uno quidẽ modo, quando apparet concludere, non concludens, qui uocatur ſyllogiſmus. Alio autem modo, quando concludit quidem, non tamen ad propoſitum, quod accidit maxime in his, quæ ad impoſſibile ducunt. Aut ad propoſitum quidem concludit, non tamen ſecundum propriam diſciplinam. Hoc autẽ eſt, ſi ea quæ non eſt medicinalis, uideatur eſſe medicinalis, aut geometrica, quæ non eſt geometrica, aut dialectica, quæ non eſt dialectica. ſiue uerum, ſiue falſum ſit, quod accidit. Alio autem modo, ſi per falſa concludit. Huius autem erit, quandoque quidem concluſio falſa, quandoque autem uera. nam falſum quidem ſemper per falſa concluditur: Verum autem poſſibile eſt, & non per uera, ut dictum eſt prius. Eſſe uero falſam orationem, dicentis peccatum potius quàm orationis eſt, & neque dicentis ſemper, ſed cum latuerit ipſum, quoniam falſam orationem dixit aliquam. nam ſecundum ſe falſum pluribus ueris ſuſcipimus

mut magis, ſi ex his, quæ maxime uidentur, interimit aliquid uerorum. Talis enim exiſtens uerorum demonſtratio eſt. Oportet enim poſitorum aliquid non eſſe omnino. Quare erit huius demonſtratio. Si autem uerum concludat per falſa, & ualde abſurda, earum, quæ per falſum ſyllogizant, compluribus deterior erit, erit autem talis, & quæ per falſum concludit.

Quod ſecundum quatuor modos falſa fiat ratio, & ſecundum unum modum, ſi apparet concludens propoſitum, & non concluderet, ſed eſſet aſyllogiſtica ratio, quã dicit contentioſam eſſe, eſt tãq; ex apparentibus probabilibus, ſed non ex exiſtentibus, alio quoq; modo ſi quis ratiocinatur non cõcludendo ex acceptis propoſitũ, quod quidem accidere maxime uidetur his qui concludunt aliquid per impoſſibile. Hoc autẽ dicit, uel quia omnes qui ducentes ad impoſſibile ratiocinantur, ſed non propoſitum concludunt, ſed eſt ſyllogiſmus falſus, nam ſic oſtendunt propoſitum per deductionem ad impoſſibile, non, quod ipſa oſtendantur per ſyllogiſmum. uel igitur dicit hoc, ut Hermino uidetur, uel magis, ut omnibus dicit accidere maxime ducentibus ad impoſſibile ſæpe nihil ad propoſitum ſyllogiſmum efficere, quando aliena ſuppoſitione oppoſitum ſuppoſitionis accipitur, nam minime fit impoſſibile ob ſuppoſitionem, Etenim ſine hac ex derelictis idem impoſſibile concluditur, nihil tamen ad propoſitum. Hoc autem erat oppoſitum ſuppoſitionis probare. Dixit quoque in libro de priori reſolutione, quod non ob id in rationibus ducentibus ad impoſſibile ſic fiebat. Tertius modus rationis falſæ, quando acceptum concluderetur propoſitum, ſed non fuerint propria accepta demonſtraio, ut ſi quippiam geometricum oſtẽditur nõ per geometrica, uel aliquid ad medicinam attinens non per medicinalia, & hoc ſimiliter ſiue fuerit uerum, ſiue falſum concluſum. Nam cauſa rationis falſa eſt, quia non fit per propria propoſito, nã qui oſtendit uulnera circularia magis ſero curari, & ob id accipiens hoc, ꝙ æqualiũ menſurarum figurarum maxima area, & circulus eſt ille circuli, certe medicinale oſtenſum non per medicinalia oſtẽdit ſyllogiſmo. Quarto deniq; modo fit ratio falſa, quando per falſas propoſitiones, & immediatas aliquid cõcluditur, ſed non propter quid, ſed quia talis fit ſyllogiſmus. Verum cum dicat de ultimo concludente per falſa uerũ, uel falſum de primo dicit cõcludente falſum per falſa falſam rationẽ eſſe dicentis, & interrogantis ipſum peccatũ eſſe inquit dicendo, uerbi gratia, falſum concluſum ſyllogiſmo per falſa, quæ ſane ratio per ſe non eſt digna increpatione. Nam ſi eſt ſyllogiſmus, erit peccatum dicẽtis, & neq; huius ſemper, ſed quando ignorauerit quod eſt falſa. Etenim oratio omnis ratio accuſanda eſt. Eſt.n. quæ dã ratio per falſa aliquod falſum oſtendens, quã magis, quã plures ueras rationes accipiemus, tanquã magis oſtendẽtem, & conſtituentẽ propoſitũ. Eſt autem hæc ratio facta ꝑ ad impoſſibile deductionẽ, nã in tali ratiõe quãdã ſuppoſitionẽ accipientes, & in hac quandã propoſitionem, quia maxime apparet. Nã de hac dixit hoc, ſi ex his quæ maxime uidẽtur interimit aliquid uerorũ, ſed in cõtextu eſt occultatio, quia una exiſtente propoſitione de pluribus dixit, ex hac ſuppoſitione concludimus aliquod falſum, per quod deſtruimus aliquod uerorũ, tamẽ ante plures rationes ueras magis accipimus eam falſam, quia uerorum eſt demonſtratio. Etenim ſi cõcluſio falſitatem habet, tamen per ipſum oſtenditur uerũ. Nã oppoſitum eſt falſæ ſuppoſitioni, nã hoc indicabat per hoc {Oportet.n poſitorũ aliquid non eſſe omnino} ſed, uidelicet oppoſitũ ipſi, talis ratio quãuis falſa demonſtratio eſt, quare nõ omnis ratio falſa uituperabilis. Equidẽ talis ratio, quãuis falſa falſum ſignificãs demonſtratiua eſt. Itẽ aliter poteſt exponi hoc {Oportet enim poſitorũ aliquid nõ eſſe omnino} .i. oportet poſitorũ, & cõceſſorũ nõ eſſe aliquid omnino, ut ſit huius demonſtratio, ſed ambiguorũ. Nã ambigua oſtenduntur deductione ad impoſſibile, ſed cõceſſa indigent oſtenſione tanquã ſint demonſtratiua. Deinceps autẽ inquit de concludente aliquod uerum ex falſis. Nã dicit quod ratio uerum aliquid concludens per falſa & ſtolida, uel per abſurda, de quo ultimo mentionem fecit in falſis rationibus, multo peior erit rationibus concludẽtibus falſum, ſi illæ per probabilia hoc faciunt. Erat enim & ea quæ concludit aliquod falſum ad impoſſibile, non tamen reproba. Contingit aũt (inquit) & falſum aliquod concludere per falſas, & abſurdas propoſitiones, quæ ẽt ratio deterior erit prædicta.

Quare manifeſtum, quoniam prima quidem conſideratio orationis, ſecundum ſeipſam eſt, ſi concludit: ſecunda utrum uerum, uel falſum, tertia uero ex qualibus quibuſdam. nam ſi ex falſis quidem, opinabilibus tamen, rationabilis. Si autem ex exiſtentibus quidem, ſed inopinabilibus, praua. Si autem & falſa, & ualde inopinabilia ſint, dilucidum, quoniam praua & ſimpliciter, & ad rem.

His additis ex prædictis .ſ. oratione falſa nota, quomodo oportet facere inquiſitionẽ orationũ, patet ꝙ manifeſtum eſt, quod prima conſideratio rationis per ſe ſi cõcluderetur, primum (inquit) oportet conſiderare ſyllogiſmũ ſi concluſus eſt per ſe, uel ex poſitis propoſitionibus. Secundo oportet conſiderare utrũ uera, uel falſa concluſio ex poſitis propoſitionibus cõcluſa ſit. Tertio ſi uerũ concluſum ex qualibus propoſitionibus cõcluderetur. Nã ſi ex falſis, uel probabilibus concluderetur quæ uidentur diſputanti, talis ſyllogiſmus logicus appellatur, ſiue dialecticus, ſi autem concluderetur ex exiſtentibus, & ueris, nõ apparentibus aũt diſputanti appellatur prauus, ſi aũt fuerint propoſitiones falſæ, ſimulq; ualde improbabiles, uel nõ apparentes diſputanti, patet quod hic erit prauus, uel ſimpliciter, uel de ipſa re .i. ad rem. Nam quando nõ fuerit problema improbabile, & falſum, aliquis idẽ oſtenderet per talia praua fit ratio ad rem, ſed quando problema tale fuerit, ratio oſtendens per talia idem oſtendens ſimpliciter quidem praua eſt & minime ad rem, ſi illud non poteſt per meliora oſtendi.

CAP. VT DE PETITIONE PRINCIPII

Id autem quod in principio, & contraria quoniam pacto peteret interrogans, ſecundum ueritatem quidem in analyticis dictum eſt, ſecundum opinionem uero nunc dicendum. Petere itaque uidetur id, quod eſt in principio, quinque modis. Manifeſtiſſimo quidam, & primo, ſi quis ipſum, quod monſtrari oporteat, petat. Hoc autem in eo ipſo quidem, non facile latere poteſt. In multiuocis autem, & in quibuſcunque nomen, & oratio idem ſignificat, magis.

Non legitur hoc ab Alexandro, ſed ibi Petere itaque.

Adiecit, uidetur, quia petitio ad ueritatem in principio totidẽ dicitur modis quot oſtenſum eſt in libro de priori reſolutione, tamẽ phantaſiam accipiendi ea quæ ſunt in principio quinq; modis efficiũt aliqua, quos ponit. Vnus igitur & euidentiſſimus modus eſt, ſi quis idẽ ꝙ eget oſtẽſione petendo accipiat, ceu cur homo rationalis? quia rationalis. Hic autem modus eſt eius ꝙ eſt in principio non ſecundũ opinionẽ, ſed is proprie & ſecundũ ueritatẽ eſt. Sed hoc uidelicet in principio petere nõ facile latet in tali modo, ceu ſiquis interrogando, cur homo rationalis, acciperet id ipſum interrogatũ, in oſtenſionẽ eius neminẽ latet ꝙ is petit in principio. Sed in multiuocis & in quibus nomẽ & ratio idẽ ſignificat magis. Nã magis in his quã ſi aliquis idẽ quæſitũ in eadẽ dictione acciperet. Similiter & ſi pro oratione nomẽ acciperet, petitur in principio, et ſi orationẽ pro oratione, quãdo ambo idẽ ſignificat, ſed accipiens diffinitionẽ pro nomine apparẽter petit. Nam quædam oſtendit per diffinitionem quando nomen immanifeſtum fuerit, & diffinitio & ſignificatũ notum eſt. Item alia poſſent accipi exempla eius ꝙ uere eſt in principio petitum. Et uniuerſaliter quando duo quædã inuicem conuertuntur, ſimiliter ignota immanifeſtaque, qui utitur altero ipſorũ ad oſtenſionẽ alterius, petit quod eſt

In principio,ut ecõtra ꝗ utitur ad alicuius oſtẽſionẽ oſtenſo illud,quos modo in principio ſumptionis dixit in ſecũdo priorũ reſolutoriorũ.Itẽ in uniuocis,pro multiuocis & in quibuſcũꝗ nomẽ & rõ idem ſignãt uidelicet in proprie uniuocis magis latet. Nũc in multiuocis ceu cur homo rõnalis,quia homo uir uel humanus rationalis eſt, igitur homo rationalis . Latet igitur quia ſumitur multiuocum,ſed in uniuocis cur homo mentis & ſcientiæ capax,quia animal pedeſtre bipes eſt , & hoc eſt mentis & ſcientiæ capax. Accipit igitur uniuocum nomen pro homine animal pedeſtre bipes . Verum hoc magis uſus eſt in ambobus,ſcilicet multiuocis & uniuocis,quia etiam in ambobus quæſitum ſimiliter latet.

Secundo autem quando quo particulariter oportet demõſtrare,uniuerſaliter quis petierit,ut qui argumentatur,quoniam contrariorum una diſciplina,omnium oppoſitorum poſtulabit unam eſſe.Non uidetur id,quod oportebat ſecũdum ſe oſtendere,cum alijs petere pluribus.

Secũdũ modũ inquit,quo quãdo quis debet oſtẽdere particulare petierit uniuerſale , ut arguẽs ꝙ cõtrariorum una eſt ſciẽtia uniuerſaliter patet cõtrariorum, is apparẽs petitũ in principio accipit.Nã cũ quęratur ſi aliquorũ cõtrariorũ eadẽ ſit ſcientia accepit hoc omniũ,& ſic petit in principio,non amplius tamen ſi quæſitum fuerit an contrariorum aliquis acciperet forte hôc oppoſitorum eo quod non eſt per ſe poſitum hoc,cõtraria eſſe oppoſita.

Tertio ſiquis quod uniuerſaliter eſt oſtendere propoſitum,particulariter petãt,ut ſi de omnibus contrarijs propoſitum eſt,de aliquibus poſtulet.Videtur enim hic,quod cũ pluribus oportebat oſtendere,ſecundum ſe extra petere.

Nõ petit is ꝓpoſitũ uſe ſequi particulare. Videtur aũt inqt ꝙ cũ pluribus oportet oſtẽdi per ſe ſeorſum petiiſſe Et ſi oĩa acceperit ꝙ ſunt ſub uĩi,neꝗ ſic ad ueritatẽ petit id quod eſt in principio. Nam talis modus eſt inductiuus, ut neque ille ante ipſum conſtituens particulare ex uniuerſali.Etenim talis forma eſt maxime demonſtratiua.

Rurſus ſi quis diuidens petat problema, ut ſi oportet oſtendere medicinam ſani & ægri,utrunque extra poſtulet. Aut ſi quis eorum,quæ ſequuntur ſemuicem ex neceſſitate,alterum petat,ut latus incommenſurabile eſſe diametro,ſi oporteat oſtendere,quoniam diameter lateri.

Neque is quod eſt principio accipit , ſi utrunque ſeorſum acceptum notum utroque aggregato magis fuerit.

Aequaliter autem & contraria petunt ei,quod ex principio eſt. Nam primo quidem,ſi quis oppoſita petat ſecundum affirmationem,& negationem.

Et cõtrarii petitio in rõnibus eſt deductio , ut accipere aliquid à reſpõdẽte,& poſt hæc tẽtare oppoſitũ ab ipſo accipere,& per hũc modũ oſtẽdere cõtradictionẽ ſuarũ reſponſionum.Scribitur autem ſic,quod ex principio.i.in principio. Nam quinque ſunt poſiti modi petitionis ex principio. Nam tam poſitis contraria petuntur . Contraria autem dicit oppoſita,ut indicat per ea quæ infert.

Secundo autem contraria ſecundum oppoſitionem,ut bonum & malum idem.

Oportet ſcire ꝙ ut accipiẽtes in principio nõ idẽ quęſitum in eiſdẽ dictionibus petierunt(Nõ.n.poſſibile eſt ſic accipiẽtẽ latere)ſic neꝗ hi qui accipiunt oppoſita(Nam perſpicuũ & per ſe abſurdũ eſt)ſed transferẽtes dictiones accipiunt in alijs nominibus uel orationibus affirmationẽ,& in alijs idẽ ſignificantibus negationẽ. Poteſt autem dici etiam non oppoſitas contradictorie propoſitiones, ſed qualeſcunꝗ.Etenim contrariæ oppoſitæ ſunt. Itẽ cõtraria aliter in ſecundo intelligi poſſunt.Secũdus eſt modus accipiendi contraria uel ſecundum poſitionem & ſyllogiſmum contrariorum,uel ſecundum oppoſita cõtrapoſitorie,ut ſanitas nunquid cui adfuerit utilis eſt, igitur erit bonum,nunquid ęgroto morbus utilis,quod ſi fuerit non erit malum ægroti,ſed quæ ſunt eadem in eodẽ ſubiecto,& inter ſe eadẽ ſunt,igitur idẽ bonum & malũ erit.

Tertio uero ſiquis uniuerſaliter poſtulans , particulariter petierit contradictionem,ut ſiquis ſumens contrariorum unam diſciplinam,ſani & ægri alteram eſſe petat. Aut ſi hoc petens,in uniuerſali oppoſitionem tentet ſumere.

Modus iſte eſt idẽ cũ prius dicto , hoc.ſ.ſiquis petierit oppoſita affirmationẽ,& negationẽ . Verũ hic differt ab illo,uidetur plane per ſe accipi,hic autẽ potẽtia. Nõ.n.cõtradictione oĩum cõtrariorũ una eſt ſcientia,ideo ille locus & modus magis deprehenditur quàm aſſumptio oppoſitorũ. Hic autẽ magis latet.Etenim aũt differentia dictorũ modorũ quatenus quidẽ illã affirmationẽ & negationẽ accepit qualeſcũꝗ oppoſitas. Equidẽ opponuntur uniuerſales cõtrarię,ideo neꝗ mentionẽ fecit de tali ſumptione oppoſitorũ. Hic aũt cõtradictorias dicit,ſic etiam facit oẽm uirtutũ eſſe cõgruã diſpoſitionẽ & ponẽs cõtinentiã uirtutẽ. Nã erit potẽtia dicẽs ꝙ nõ oĩs uirtus eſt cõſona diſpoſitio,cõtinẽtia.n.nõ eſt cõſenſus,ſed pugna. Itẽ ad tertiũ modũ explicatio,ſi quis uniuerſale petẽs & accipiens particulare,peteret cõtradictionẽ, ut ſi interrogans ꝙ oĩum cõtrariorũ eadẽ eſt ſcientia,poſtea accipiat contradictionẽ particulariter,hoc ꝙ non eadẽ ſit ſcientia ſani & morbidi.Hoc autẽ fieret ſi interrogaretur ſic,nunquid medicus finẽ habet ſanare,& hoc intendit , & huius morbi minime(quia neꝗ finẽ habet facere morbũ, quare)concedens uniuerſale ꝙ oĩum contrariorum eadem ſit ſcientia,particulariter accepit ꝙ nõ eadẽ. Nam ſanitas & morbus ſunt ſub ipſis contrarijs. Quartus autem modus quando fuerit econuerſo,ſcilicet petẽdo particulare hoc ſani & morbidi eandem eſſe ſcientiam,deinde in ipſo uniuerſali tentat accipere contradictionem,oſtendens quod non omnium contrariorum eadem eſt ſcientia.

Rurſus ſiquis petat contrarium ei,quod ex neceſſitate accidit per ea,quæ poſita ſunt.

Si quis peteret cõtrariorũ a ccidẽti ex poſitis ex neceſſitate,ut ſi fuerit poſita uoluptas ſcdm naturã, & omne ſecundum naturã bonum. Nam ſequitur ex his neceſſario hoc,ut omnis uoluptas ſit bonum , erit autem talis accipiens contrarium poſitorum.

Et ſiquis ea quidem non ſumat,quæ oppoſita, ſed alia petat duo,ex quibus erit oppoſita contradictio.

Quintũ inquit modũ ſiquis ea non acceperit oppoſita huius,& talia duo peteret ex quibus erit oppoſita cõtradictio.Poteſt etiam ſic intelligi,ſiquis peteret talia quędã duo quæ ſequitur contradictio.Hoc autem contradictio oppoſita ęquale eſt,ac ſi diceret affirmatio & negatio oppoſitæ. Nõ.n.oĩs affirmatio oĩ negationi opponitur.Nã nihil differt ab hoc.ſ.petere negationẽ hoc,petere hæc ꝗ contradictio ſequitur.Item poteſt intelligi hęc (alia petat duo)complicationes duas propoſitionum, ex quibus cõcludetur contradictio.

Differt autem contraria ſumere ab eo,quod eſt in principio. Quoniam huius quidem eſt peccatum ad concluſionem (nam ad illam aſpicientes ,quod in principio eſt, dicimus petere)contraria autem ſunt in propoſitionibus,quo ipſe aliquo modo ſe habeant adinuicem.

Quia in principio petere cũ ad cõcluſionem cõſiderãt peccata inueniuntur. Nã ꝙ oſtẽdere oportet hoc petit in principio petẽs,ſed qui petit oppoſita ſecũdũ ipſam orõnis ſumptionẽ facit peccatũ. Nã peccatũ eſt in aſſumptione propoſitionũ cũ cõtraria ipſis inuicẽ cõcedãt & accipiant. Itẽ aliter põt dictus cõtextus explicari, qui eſt quintus modus,ubi ſiquis petẽs accipiat cõtrariũ accidẽti ex neceſſitate.i.concluſioni,ut ſiquis ſyllogiſmo concluſerit ꝙ anima eſt ſeipſa mobilis,& ꝙ eſt ſeipſo mobile ẽ ſemper mobile,& hoc eſt immortale,igitur anima immortalis,deinde accipiat quod etiã mortalis, & ſi quis autẽ nõ acceperit oppoſita plane,ut in his oĩbus dictũ ẽ,& acciperet alia duo uidelicet effectiua et corruptiua quorũdã, ex

quibus

quibus erit oppoſita cõtradictio, ceu num macilẽto ſanatiua ſit bouina caro an corruptiua morbi, ceu male diſpoſito & aſſerto econtra. Equidem ea quorum effectiuũ & corruptiuum idem, ſunt eadem. igitur ſanitas & morbus idẽ. Vide quomodo non plane accepit oppoſita, ſed obumbratim eo quod accipit talia æquiualentia.

Ad exercitium autem, & exercitationem talium orationum, primum quidẽ cõuertere aſſueſcere oportet orationes. Sic.n. & ad id, quod dicitur, facilius nos habebimus, & in paucis plures ſciemus orationes. Nã conuertere eſt tranſumentẽ cõcluſionem cum reliquis interrogationibus interimere unũ quippiam eorum, quæ dicta ſunt. Neceſſe enim ſi concluſio non eſt, unam aliquam interimere propoſitionem, ſiquidẽ omnibus poſitis, neceſſe erat concluſionem eſſe. Et ad omnem poſitionem & quoniam ſic, & quoniam non ſic, argumentũ conſiderandum, & cum inueneris, ſolutionem ſtatim & quærẽdum. Sic enim ſimul accidet & ad interrogandum & ad reſpondendum exerceri.

Cum poſuerit locos a quibus abundabimus propriis ſyllogiſmis ad unumquodq; problema, ſtatuens autẽ & conuenientem uſum ipſorũ utriq; interroganti & reſpondenti in his inſtrumentaria quædam ad exercitum & exercitationem meditationemq; dialecticarum orationũ aſſignat. Et primum inquit aſſueſcere oportet conuerſione orationum .i. ſyllogiſmorũ. Nã in hac exercitati abundabimus ad propoſitũ problema, & in paucis plures orationes ſciemus. Et reuocat nos ad memoriam cõuerſionis ſyllogiſmorum de qua docuit in ſecundo priorũ reſolutoriorum. Eſt aũt conuertere ſyllogiſmum tranſmutare concluſionem .i. oppoſitũ reliquæ propoſitioni cõcludere. proinde dicit primum quidẽ cõuertere aſſueſcere oportet. Nam oſtẽdentes quod oratio cõuertens qua utimur ſyllogiſmus eſt, oſtẽdemus & hoc quo utimur ſyllogiſmo exiſtente ſi aliquid erit ad ipſum ut ſyllogiſmum exiſtentem ambiguum, uel ſi non hoc aliquis concederet tranſeuntes ad illũ oſtenderemus uel ad omnia oſtendenda abundantiores erimus plures occaſiones habentes ad faciendũ ſyllogiſmum, & in paucis plures ſcimus orationes, q; unum habentes ſyllogiſmum habebimus ex ipſo quatuor ſyllogiſmos aliquando quidẽ contrariũ concluſionis accipientes in conuerſione & duos ſyllogiſmos facientes in aſſumptione propoſitionũ, aliquãdo aũt oppoſitũ, & rurſus alios duos facientes [Nã cõuertere eſt tranſmutantẽ concluſionẽ cũ reliquis interrogationibus] pro hoc cũ reliquo interrogato .i. cum una poſitarum propoſitionum, quia autem ſecundum utrunq; aſſumptæ poſitorum oppoſito concluſionis reliqua deſtruitur, ob id cũ reliquis dixit.

Et ſi ad nullum alium habemus, ad nos ipſos mutuo comparare eligentes, quæ ad poſitionem eandẽ argumenta ſunt. Hoc.n. et ad cognoſcendum magnum habet adiumentũ, quãdo quiſpiam promptus eſt argumentari & quoniam ſic, & quoniam non ſic. Nam ad contraria accidit facere obſeruationem, & ad cognitionem, & ad eam (quæ ſecundum philoſophiam eſt) peritiam poſſe conſpicere, & conſpexiſſe, quæ ab utraque ſuppoſitione, non paruum inſtrumentum. Nam reliquum horum recte eligere alterum Oportet aũt *ad id, quod tale eſt, eſſe ingenioſum, & hoc eſt ſecundum ueritatem eſſe ingenioſum, poſſe bene eligere uerum, & diffugere falſum. Quoniam qui bene nati ſunt, probe facere poſſunt.*

Habet [illegible]

Addit prædicto oportere in unoquoq; problemate exercitatũ ad utrunq; arguere. Illud uero oportere ponere cõparata in electionibus ad ipſam poſitionẽ arguere apponentẽ cõſtructiuis argumẽtis deſtructiua. Nam hoc ad cogendũ & redarguendũ multã habet copiã ad arguendũ, præſertim ad utraſq; partes abundãter arguere. Itẽ magnũ habet momentũ & adiumentũ præbet reſpõdentibus, ut non reprehẽdantur. Nã qui bene abundat ad oppoſita & in utraq; oppoſitorũ ſeruat ipſis ad appoſitione oppoſitorũ. Nam in oppoſitũ argumentum eſt cuſtodia obſeruatio oſtendendi per argumentum ad impoſſibile. Cæterum ſubdit [Et ad cognitionem & ad eam quæ eſt ſecundũ philoſophiã peritia] .i. ad inuentionem ueritatis et peritiã ſecundũ philoſophiã, quæ eſt ueri ſcientifica cognitio talẽ præparationẽ et circa problemata exercitium conferte. Hoc autẽ dixit in primo huius tractationis exponẽs ad quæ quotque utilis ſit dialectica. Nã quia abundamus ad utraque, facilius perſpicimus uerum & falſum. Nã inſtrumentum non paruũ eſt ad inuentionẽ ueri argumẽtũ ipſum ad oppoſita. Nam cum nota fuerint ea quibus poſſumus ad utranque partẽ arguere, facilis erit ueterum inuentio. Nã in his neceſſe eſt etiam uerũ eſſe. Oportet autem (inquit) & ad inuentionem ueri bonæ indolis ingeniique eſſe quo conſpicere & iudicare poterit uerum. Et hoc dicit eſſe bonum ingenium. Nam boni ingenio ad uerum promptiores ſunt et a falſo abſunt auertunturq;, quod qui habet etiã poteſt bene iudicare uerum. Sed qui facile quoſdã ſequuntur & quædam diſcũt atq; ſimiliter ſe habent ad omnes diſciplinas, nõ propriæ ingenioſi dicerentur quod non habent iudicium in illis, quod eſt primum & proprium ingenium.

Quippe cum qui amant, et qui oderunt, quod profertur, facile diſcernunt, optimum.

Ideſt prolatorum ſiue aliquæ diſciplinæ fuerint, ſiue ẽt quædã alia, quorũ quibuſdam abundare & amare præeligentes, oportet, quædã uero nõ talia a quibus auerſi et odientes ea bene hoc faciunt & ſunt boni iudices.

Et ad ea quæ ſæpiſſime incidunt problemata, ſcire oportet orationes, & maxime, quæ pro primis poſitionibus ſunt. Nam in his ſæpe contendunt, qui reſpondent.

Quia problematum quædam ſunt cõſueta poſtulari et nota atq; ſæpiſſime a pluribus quæſita; inquit oportere habere ad talia orationes cura & ſtudio meditatas et prõptas. Nam ſic non egebimus in colloquiis argumentis de ipſis, ſed etiam de primis poſitionibus perinde ac dicat de principiis. Nam ipſe primæ poſitiones & de talibus problematibus orationes confirmat. Verũ quia hoc difficile eſt ad talia habere copiã argumentorũ. Nam oportet uel per probabilia hæc oſtendere, ẽt difficile eſt reſpondere de talibus. uel igitur dicit per hoc quod oportet ad tales poſitiones præparare orationes quaſdã, quia egẽt interrogantes ad hæc reſponſionibus, ideo paratæ orationis ad hæc facile reſpõdẽtes uincerent, uel uniuerſaliter cẽſet ad tales poſitiones habere quaſdam orationes præparatas, quia difficilis eſt de ipſis argumẽtatio et reſpõſio, et ne aliquando opus ſit nobis ſuſtinere de ipſis rationem, neq; argumento, neq; reſponſione egemus:

Inſuper etiã terminorum copioſos eſſe oportet, tum probabilium, tum etiam primorum, atque ſe habere promptos, nam per hæc fiunt ſyllogiſmi.

Inquit oportere dialecticum copioſum eſſe terminorũ & habere prõptas diffinitiones probabiliũ et primorũ. Nam per diffinitiones principiorum ſyllogiſmi eorum quæ ſunt poſt principia fiunt. Sed hæc non ſolum dialectico ſed etiam demonſtratori neceſſarium eſt primũ ſcire, quid linea, quid angulus. Nam per hæc cæteræ demõſtrationes fiunt. ſimiliter etiam in aliis.

Tentandum autem & ea, in quæ ſæpiſſime incidunt orationes aliæ, tenere.

Inquit oportere et habere prompta in quæ ſæpiſſime incidẽt orationes. Dicit autem hoc de cõmunibus locis, nã ſunt quidã loci cõmunes qui ad omnia genera problematum ſunt utiles, ut a cognatis, & caſibus, generationibus, & corruptionibus, atq; ex ipſo magis & minus, porro tales orationes cenſet prompte habendas eſſe tanquã ſæpiſſime utiles.

Nam quemadmodum in geometria ante opus eſt circa elementa exercitatum eſſe, & in numeris circa capitales promptè ſe habere, & multum refert ad hoc quod eſt & alium numerum cognoſcere multiplicatum: ſimiliter et in orationibus promptum eſſe ad principia, & propoſitiones in ore ſcire.

Dicit capitales eos primos modos, qui uſq; ad denarium numerum multiplicantur. Nam ob exercitium de his poſteriorum & maiorum ſimiliumq; ipſis multiplicationes ſecundum progreſſum cognoſcitur, nam ab hoc bis duo quatuor cognoſcitur, & per bis uiginti quadraginta, & per uigeſies uiginti quadringenta & per ducenties uiginti quatuor millia, & deinceps ſimiliter.

Nam quemadmodum in memoriæ ſenſorio ſolum loci poſiti ſtatim faciunt ipſas res memorare, ita hæc ad ratiocinandum promptiorem efficiunt. quippe cum ad determinatas illas ſecundum numerum inſpiciant. Et propoſitionem communem magis quàm orationem in memoria ponendum, nā principio, & ſuppoſitione mediocriter copioſum eſſe difficile eſt.

Locos quoſdam etiam in hoc de memoria, ſomno, & diuinatione per ſomnum adiecit, per quæ reminiſci etiam à contrariis & à ſimilibus & ab aliis pluribus, ut igitur in illis idem loci noti ex quibus poſſibile eſt reminiſci: eatenus hæc ſunt ut nos reminiſcamur. Nam ſcientes quod contrariorū, uerbi gratia, ſtatim in contrarium dictorum, procedentes de hoc reminiſcimur, ceu ex amaro dulcis memoriam capimus, & ab albo nigrum in memoriam uenit, & à frigore æſtus. Quid igitur in memoriæ ſenſorio, et in ipſo diſputare communium locorum cognitio, facit magis ſyllogiſmo aliquid concludi. Nam ſimul hoc alicuius cognitione introducetur etiam ſyllogiſmus eius factus per ipſum. Item quod diffinitiones ſunt loci in quibus arguemus ſyllogiſmis abundabimus non ſecūdum unūquodq; problema proprias occaſiones quærentes, ſed utentes communibus ad omnes. Itē dicēdo de ipſis inquit oportere meminiſſe magis propoſitionis communis quam ſyllogiſmi, ubi propoſitionem locum dicit. Nam cōmunis propoſitio eſt locus diuiſis tribus quibus congruit memoriter tenere proprios ſyllogiſmos in uno quoq; problemate. Nam qui ſciuerit ſyllogiſmum ad illum ſolum abūdare potentia habet problema cuius ſyllogiſmum habet ſed communem habens propoſitionem, & ad alia habet problema, ceu qui ſciuit quod ſi ſalubre bonū, ſciuit morbidum malum. atqui primum, ergo ſecundum ſciuit. Nā is habet ſyllogiſmum, ſed ſolum de dictis, ſed qui ſcit locum huius ſi contrarium contrario ſyllogiſmum quidem non habet, licet principia & occaſiones ſyllogiſmorū, & non ſolum propoſiti. Non enim ſolum hæc ſunt contraria, cæterum dicit principia ſuppoſitiones, quia non per demonſtrationem ponuntur quia autem difficile hoc mediocri principio abūdare, oportet meminiſſe talium propoſitionum, quæ ſunt principia problematum.

Inſuper orationem unam plures facere aſſueſcendum, ueluti hi, qui occultiſsime abſcondunt. Tale aūt erit, ſiquis quāplurimum receſſerit a cognatione eorū, de quibus eſt oratio.

Et hoc conſequens eſt prædicto. ſcilicet aſſueſcendum eſſe loco circa unam orationem, ideſt unamquamq; propoſitionem ſingularem atq; annectere alicui uniuerſali. Nam uniuerſalis propoſitio multorum ſyllogiſmorum ſit principium. Nam ad unumquodq; eorum ſub uniuerſali utilis eſt talis propoſitio, & eſt nunc dictum æquale dicto in primo loco, ſed ſumendum eſt maxime uniuerſalem propoſitionem & unam faciendum eſt plures. Equidem cenſet digreſſiones faciūdas eſſe à poſitis ad uniuerſaliora immanifeſte & occulte. Nam ſic concedetur non in ea quæ prope & appoſita ac parum diſtantia ſi aliquis tranſmutaretur & digrederetur, ſed in ea quæ plurimum diſtant ab his quæ ſunt cognata eorum, & de quibus oratio erit.

Erunt autem potiores orationum uniuerſales maxime, quæ id pati poßunt. Vt quoniam non eſt una plurium diſciplina. Sic enim & in his, quæ ſunt ad aliquid, & in contrariis, & coniugatis eſt.

Inquit unam plures fieri poſſe, quandoquidem fit hoc maxime in ipſis uniuerſalibus, nam quanto communior & uniuerſalior propoſitio, tanto in plura diuidi poteſt. Nam qui accepit uniuerſalem, quod non eſt una plurium ſcientia ob id etiam quod neq; oppoſitorum eſt, hoc autem qui habet etiam habet rurſus quod eorū ad aliquid non eſt una ſcientia, neque contrariarum, ſed etiam quod cognatorum non eſt una ſcientia, etenim hæc ſub uniuerſali propoſitio eſt.

Oportet autem reminiſci uniuerſales facere orationes, et ſi fuerit diſputans particulariter, ſic enim & plures licebit unam facere. Similiter autem & apud rhetores in enthymematibus. Eundem autem quammaxime fugere in uniuerſale ferre ſyllogiſmos.

Cenſet quod ſi diſputās particularem ponit, ceu quod ſani & morbidi non eſt una ſcientia, oportet eum accipiētem dicendo mentionem facere de ipſa uniuerſali, igitur oppoſitorum nō dicis unam eſſe ſcientiam. Nam ſic licebit ad plura uti oratione, non ſolum igitur cōtrariorum, neq; eorum ad aliquid, ſed etiam in aliis, alio quin ſi in aliquibus uideretur una eſſe ſcientia deſtrui uidebitur poſitum. Similiter autem cenſet faciundum eſſe in rhetorice. Etenim enthymema ſyllogiſmus rhetoricus eſt, tentādū eſt igitur inquit hic orationem uniuerſalē accipere, oportet igitur eum qui arguit transferre reſponſiones ad uniuerſales. Nam ſic facile eſt poſito non deſtructo, & reſpōdentem oportet atq; ſuſtinentem orationem & facientē alicui ſyllogiſmum facienti de ipſo euitare ne uniuerſales faciat, ſyllogiſmos. Nam ſic plures occaſiones dicēdorū auferrent his qui deſtruunt id quod ipſi nitūtur aſtruere.

Et ſemper oportet conſiderare orationes, ſi in pluribus cōmunibus diſputantur. nā oēs particulares in uniuerſali diſputatæ ſunt. Et ineſt in particularibus eius, q. eſt uniuerſale, demonſtratio. Cū nō ſit ſyllogizare quicquā ſine uniuerſali.

Oportet (inquit) factos ſyllogiſmos conſiderare ſi uniuerſales propoſitiones habent & de uniuerſalibus diſputant, nam omnis ſyllogiſmus uel utrāque uel alteram uniuerſalem habet propoſitionem.

Exercitatio autem facienda, inductiuarum quidem ad iuuenem: Syllogiſticarum uero ad expertum.

Quoniam particularia magis ab ipſo cognoſcūtur ex quibus inductio.

Omnino autem exercitationis gratia diſceptantibus tentandum afferre, aut ſyllogiſmum de aliquo, aut propoſitionem, aut ſolutionem, aut inſtantiam, ſiue recte quis dicat, ſiue perperam, uel ipſe uel alter, & ad quippiam uterq;. Ex his enim facultas. Exercitatio autem facultatis gratia.

Inquit reminiſcendum eſſe memoriamq; faciendam ex colloquiis dialecticis & exercitatiuis uniuerſaliter, uel de aliquo ſyllogiſmo, uel ſi quis bene dictam ſolutionem dixerit ad aliquam orationem interrogatam, uel aliquam propoſitionem propoſitam bene uel inſtantiam ad propoſitionem aſſignauerit. Cenſet autem obſeruanda eſſe etiam peccata nobis ipſis, uel ab aliis & propter quid fiebant. Item ſi bene interrogauit, aut nō bene, ut aliqua quidem memoriter teneamus, et aliqua ſeruare aſſueſcamus Nam quia talia obſeruamus dialectica fit facultas, cuius gratia etiam principio exercitationem faciebamus.

Et maxime circa propoſitiones & inſtantias. Eſt enim (ut ſimpliciter dicamus) dialecticus propoſitiuus & inſtantiuus. Eſt autem proponere quidem unum facere, quæ ſunt plura: inſtare autem, quod unum eſt, facere plura. Nam aut diuidit, aut interimit, hoc quidem dans, illud autem non dans eorum, quæ propoſita ſunt.

Maxime inquit, circa propoſitiones oportet memoriter tenentem & congerentem omnia in unum, in primis quidem propoſitiones, quoniam per hæc interrogationes & argumentationes, inſtantiæ autem quia per has reſponſiones, ſed dialectici opus eſt interrogatio & reſponſio, unde dicendo dialecticum eſſe proponentem & inſtātē, adiecit quid opus eſt bene proponēs & male inſtātis.

Non eſt autem cum omni diſputādum, neque cōtra quemlibet exercitandum, eſſet enim neceſſe ad aliquos prauas fieri orationes. Sed ab eo, qui tentat apparere omnino diffugiendum, & ſi iuſtum quidem ſit omnino tentare ratiocinari, non tamen pulchrum, cum non oporteat aduerſus quoslibet facile conſiſtere. eſſet enim neceſſe inde prauiloquium emergere. nam & qui exercitati ſunt, non poſſunt abſtinere à diſputatione ſine altercatione.

Cum dixerit quomodo oportet exerceri, & quorum gratia in his, etiam oſtendit qualem magnitudinem habere oportet dialecticum, oſtendit quod ipſi dignum nō eſt aduerſus omnes differere & non contra quemlibet exercitari, & cauſam dicit. Nam accidit aduerſus quoſdam rudes fieri orationes. Nam quia contentioſe reſpondentes diſputantes probabilia tranſeunt, & ex omni modo tentātes inſtare contra diſputanter, conſequens eſt arguentes omni modo tentare ſyllogiſmum probare propoſitum. Adducuntur autem & exercitati contra tales facere colloquia contentioſa & ſophiſtica. Hoc autem non eſt facere honeſtum, nam contendere & uti ſophiſmatibus nequaquam eſt proprium diſputanti, nā diſputare uel per probabilia exercere ad inuētionē ueritatis relationem habet, ob id ſeruandum eſt ne contra omnia communiter differat, ſed omnia initio iudicare ſi digna ſunt colloquio ne proterue petulanterque immerſi diſputationibus cum altercatione alter alterum æmulans proprium opus transgredi cogantur manibus certantes.

Oportet autē factas habere orationes ad huiuſmodi problemata in quibus cum pauciſsimorum copia eas ad quamplurima utiles habeamus. Illæ uero ſunt uniuerſales, & ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile eſt.

Præueniendo iam quidem aliquo modo de hoc dicit, ſed etiam nunc dicit, & cenſet oportere promptas & factas orationes habere & per memoriam ad talia problemata quæ utilia ſunt ad plura, talia autem earum ea quæ ſunt maxime uniuerſalia. Nam habentes de his ſyllogiſmos ipſis uti poſſumus ad omnia quæ ſub ipſis poſſumus, & prius autem dixit, & minimis autem abundantes de quibus ſyllogiſmus eſt uniuerſalis problematis ad plura utilis habebimus, & propter hoc non facile eſt de uniuerſalibus propoſitionibus extra impedimentum inuenire dicere, quia uniuerſalis ſit ſyllogiſmus de uniuerſali, & cum non ſit facile talibus propoſitionibus abundare; ob id cenſet de talibus habere paratas orationes, ut unam eſſe oppoſitorum ſcientiam non facile quidem eſt ſyllogiſmo concludere, uerum qui ratiocinatur, poteſt uti his, & pro, contrariorum una eſt ſcientia, & quod eorum quæ ſunt ad aliquid ſimiliter, & reliquorū, atq; alia unaquęq; ſub ipſis ideo oportet dicere quædam habere præparata de problemate exiſtente uniuerſali. Erit autem huiuſmodi eandem ſcientiam eſſe eorum, quæ inuicem ſimul eſſe non poſſunt, ſed oppoſita talia ſunt, quod autem eadem ſit ſcientia eorum quæ ſimul eſſe non poſſunt, ſic oſtendit, ſcientiæ proprium eſt ſcire id quod ineſt alicui: pari ratione etiam ſcire quod non ineſt illi, nam ſic ſciret quid inſit alicui perfecte.

Finis Commentarii Alexandri Magni Peripatetici in octo Libros Topicorum Ariſtotelis.

VENETIIS excudebat, Ioan. Gryphius

Anno 1 5 5 4

16/1/F/1 167
3

ALEXANDRI APHRODISIENSIS
PERIPATETICI GRAVISSIMI EXPOSITIO
IN ARISTOTELIS LIBRVM ELENCHORVM,

Recens diligentiore cura à Gaſpare Marcello Montagnanenſi philoſopho Patauino in Latinam linguam conuerſa.

Additus eſt Index præterea admodùm diligens omnium capitum, quæ in Alexandri expoſitione complectuntur.



Ne quis hunc uſquam alius ſuæ ditionis locorum impune librum imprimat, alibiue impreſſum uendat, & Pontificis Maximi, & Veneti Senatus Illuſtriſsimi Decreto cautum eſt.

VENETIIS
Apud Hieronymum Scotum.

1546

ILLVSTRISSIMO DOMINO DOMINO NICOLAO RODOLPHO E. R. DIACONO CARDINALI MAXIMO GASPAR MARCELLVS MONTAGNANENSIS, PHILOSOPHVS PATAVINVS BENE ET RECTE PERPETVO'QVE AGERE D.

QVANTVM Ariſtoteli Philoſopho uir ampliſſime Nicolae Rodolphe Cardinalis Maxime Hominum genus debeat, nemo unus, qui progreſſus in literis uel modicos fecerit: qui ue artium ſtudia modice coluerit: ambigere poteſt. iſque qua cura, qua diligentia, qua induſtria, quo animi affectu non rem Romanam, non Chriſtianam'ue publicam, ſed humanam non aliquo tempore, ſed omni in æternitate naturam iuuerit: non ignorabit. ut enim diligens agricola, atque induſtrius agros, quibus ſemina ſua mandaturus crediturusque eſt, ita apparat tum ſodiendo, arando, inuertendo, atque purgando, ut quæque ſoli pars benignitatem, ac clementiam cœli, ſolis, & ſtellarum copioſius hauriat, recipiat, ſentiat, alatur, foueatur, cœleſtique grauis alimento tanti ſui laboris ſpei, pari fœtura, reſpondens copiam frugum lætiorem promat & uberiorem: tum noxias herbas euellendo, ut ſeminibus iam naſcentibus, atque e' terra erumpentibus nihil officere poſſit. ſic non minore cura, & ſolicitudine, Ariſtoteles ſingulari & admirabili ac pene' diuino uir ingenio longe omnium, qui unquam fuere: mortalium ſapientiſſimus, cum homines ad omnes artes, & ſcientias, uirtutesque, necnon ad ſapientiam, hoc eſt ut interpretor ad felicitatem natos animaduerteret: ætatum fere' omnium homines ſuam in familiam inuitat, recipit: cum rudia etiam non recuſet ingenia, quin ſua ſaluberrima ſcientia inſtituat: atque erudiat: & uirtute iam adulta ad perfectionem promoueat: & perfecta abſolutaque ſententiarum tum ſubtilitate, tum grauitate, atque flumine (ut Orator inquit) orationis aureo ita oblectat, ut ſi fieri poſſit, ea amplius abſoluat, perficiatque. & ne à beata uita ad miſeram prolabantur, homines demulcens orationis dulcedine detinet. hic igitur hominum generi pro eius ſalute; conceſſu, nutuque diuino datus facile exiſtimari poteſt. hic hanc curam, hunc laborem ſuſcepit: hoc onus ſibi impoſuit: eo' facile perducendi mortales, quo Deus & natura peruenire nolunt. ante eum antiquorum nemo hoc aggredi auſus eſt. ſed ne Plato quidem ille (ut perhibetur philoſophorum Deus) hunc haud potuit, aut noluit ſubire laborem. quippe qui iam uirtute & ſcientia adultos ſuſcipit. ſuſceptis ſuę ſapientiæ fores reſerat: aperit. Ariſtoteles uero inaudita ſapientia præditus, & ſingulari erga hominum genus charitate a' nutricis lacte, tanquam a' naturæ gremio ſublatos homines inſtituendos, præceptisque quam optimis informandos recipit: diuinæ maximæ bonitatis ſpectator optimus, & quam fieri poteſt æmulus. quæ (ut inquit Orpheus) cum intus extremas terrarum baſes, radicesque, necnon tartara ſiter ſqualida ac horrida, fineſque terrarum habeat extremos, haud dubium eſt, quin ſuæ bonitatis radium ad terræ uſque centrum tranſmittat. nec non ad alia. quorum ſpecies quas græci ideas uocant, in ſe ipſa habet. neque ſic ſuperiora procurat, ut inferiorum deſerat curam. & ſi ea (ut in libris de cœlo ab Ariſtotele philoſophorum principe dictum) eſſe & uiuere impertiat his quidem clarius atque accuratius. ut diuinis mentibus, & diuina incorruptaque natura præditis, his uero obſcurius imbecilliusque, ut corruptioni & generationi obnoxijs. nec tamen plus in magnis quam in paruis diuina eminere prouidentia cernitur. denique nihil eſt, quod ſuū effugiat lumen: ad quodque contactus non aſpiret diuinus. tantæ ergo admirator bonitatis Ariſtoteles, atque imitator bonus non erubeſcit imperitia demiſſos ac humi iacentes homines ſubleuare, erigere, & erectos ſuauiſſimo ſuæ ſaluberrimę ſapientiæ lacteo potu, ciboque perfectiſſimo alere, fouere, roborare. ut roboratos firmius, ſtabilius, atque altius eos euehat. tanto uero ordine, tanta grauitate, perſpicuaque uerborum maieſtate, rerum naturalium ſcientiam omni poſteritati hauriendam tradidit: ut eum non a' ſe inuentum, ſed ei a' natura præmōſtratum ordinem diceres. eam grauitatem, ut omnem aliam humanam excedentem, ſic diuinæ ualde proximam exiſtimare facile poſſes. quis eius maieſtatem dicendo æquare, ne dicam ſuperare ualeret? cur ad eam mortalium nullus aſpirare poſſe credatur. non minori dicendi facundia, atque ordine morum ſcientiam complexus eſt: ut non pictas deſcriptasque uirtutes inſpicere, ſed uiuas eas te uidere credas: adeo exacte earum naturas attingit exprimit: ac demonſtrat. quid de diuinis quos edidit, libris dicam? ò ingenium in omni cætu philoſophantium atque uirtute præſtantium celebrandum, ô uirum beatum, quoniam eiuſmodi alios ſuis diuinis ſcriptis atque inuentis efficere poteſt. Cum e' rebus oculis noſtris ſubiectis ad diuinam bonitatem pernicibus animi noſtri aſis aſcendere nitamur, nulla magis ex re alia quam ex obtutu huius diuini ingenij ad ſe ſe ſpectandam homines allicere potuit. nihil enim magis præſtans, uel excellens, uel admirandum, uel diuinum (de rebus loquor humanis.) hoc Ariſtotelis ingenio hominibus cœlo unquam deductum ab alto eſt. libris igitur quibus res attigit diuinas: nihil abſolutius, nihil perfectius, nihil diuinius mortalium quiſquam poſteritati legendum prodidit. ſed fruſtra elaboraſſet, ſiquidem uniuerſo hominum generi conſulens inſtrumentum, quo ad tantas ſapientiæ opes inſpiciendas, poſſidendas, atque fruendas homines peruenire poſ

ſent, ipſis non reliquiſſet. demonſtrandi igitur artem adinuenit, abſoluit, perfecit, qua hominis ingenium, cum per ſe imbecille debile infirmumque ſit: niteretur, tuto ſecureque ſpeculando incederet. cuius lumine naturæ res abditas,& a' noſtris ſenſibus penitus remotas penetrare ualeret, easque intelligeret, intelligendo coleret, colendo inhæreret, inhærendo frueretur, fruendo beatitudinis felicitatisque quo ad eius natura pateretur: particeps euaderet. ſed cum rerum quarundam natura ita ferat, poſtuletque, (nihil enim uoluit humano ingenio non acceſſibile.) ut earum ueritas, quæ ut plurimũ annexa probabilitati eſt: non à quouis ſed ab eo qui ſe in differendi arte exercuerit, facile apprehendi poſſit. (a' ſimilitudine enim, quam ad ueritatem probabilitas habet: niſi is, qui earum differentiæ gnarus: non decipietur) artem topicam, quæ ab ipſo octo libris comprehenſa eſt: abſoluit. cuius ui atque uirtute pleriſque in locis utens Ariſtoteles rerum penitiſſimarum cognitionem adeptus eſt. plerunque enim res nonnullę in tantis tenebris porro ab humanũ ingenij natura abditę reperiuntur, ut niſi a' differendi arte ſuppetias prius petierimus, fruſtra ſplendorem atque illuſtrationem demonſtrationis ad ipſas admouere tentabimus. Cum noſtri uires ingenij his artibus augeri, & altius tolli cerneret Ariſtoteles, qui humanum animum, qui & ſi ad felicitatem natus: imaginationibus ſæpius tamen duci falſis animaduertens, & ab ipſo pellere eas magna ui contendens, artem cauillatoriam primo ab ipſo inuentam, & a' ſe perfectam poſteris ſalutarem reliquit. quippe qui, qua ratione cauillatio conſtituatur: nouerit a' falſo ſe tutum præſtabit. cuius cautio & auerſio plurimum ad ueritatis inuentionem nobis conducit. quæ tanti a' nobis, quanti finis, & perfectio noſtra exiſtimari debet. & hæc noſtra cum dijs eſt communio ſola. ſpeculatio enim ueritatis, tum dijs tum hominibus bonorũ omnium maximum. nulla enim præter hanc adeſſe dijs actio putatur. eos nanque reliquorum agere uirtutum nequaquam fatendum eſt. ſi quidem noſtrorum moderatrices affectuum uirtutes ſunt, & eos uelut rythmo quodam metiuntur. dij affectionibus immunes, abſoluti, & liberi ſunt. an cum electione uirtutes habitus non ſunt? an electio deliberatiua appetitio non eſt? quæ eorum eſt, quæ deliberationi ſubijciuntur: ſed deliberabile in ipſis non eſt, & ſi non hoc, neque conſilium, quo ab eorum natura ſublato, neque electio, quæ ſi non eſt, neque iſtiuſmodi reperitur uirtus. continua igitur & non intermiſſa ueritatis ſpeculatio deorum actio eſt. hominum enim, quæ hanc interpellant actionem: multæ feruntur impeditiones: quæ ipſos a' rebus ualde honorabilibus longe amouentes & auocantes retrahunt: ſed quantum fieri poteſt, ab affectionibus & ab humanis moleſtijs, quæ uitam circunſtant: homo declinans, diuina & iure uocata ſpeculatione agens, quæ maxime honoratæ ſunt: res contemplatur. quando ergo hac animi facultate, hoc eſt mente agit, operationes dijs non diſſimiles agit. ſed ſi ſimillimum dijs eſſe, maximum homini bonum: igitur ueritatis ſpeculatio, & cognitio, non uirtus, ſeu uirtutis actio finis hominis exiſtit. & ut cæteris animalibus propria operatio eſt, ut huic currere, illi uenari, huic canere, alteri onus ferre. ſic homini ueritatis ſpeculatio, peculiaris, & accommodata actio eſt. omnes enim homines ſcire natura appetunt unde ſenſus, qui ſcientiæ plurimum nobis impertiunt: diliguntur. & ſtatim a' pueris & audiendi cupidi, & fabellarum appetentes ſumus. pueri enim fabellarum auſcultationi, uelut hominibus natura cognitio inſita: (nihil enim excepta fabellarum cognitione acquirunt) aſſidue operam nauant. quique ingenio magis ualent, eiuſmodi auſcultatione iudicantur. au non ſola cognitione, ab animalibus homo ratione carentibus maxime diſtat? nam uirtutum, & ſecundum eas actionũ, & in animalibus ratione uacantibus nonnulla ueſtigia reperire licet. eorum enim partim fortitudine, partim temperantia, aliqua iuſtitia, nonnulla prudentia, quædam liberalitate prædita ſunt: ueritatis, & mentis contemplatricis ne guſtum quidem percipiunt. non ergo uiuere ſecundum uirtutes ſic homini, ut cognitio, & ueritatis ſpeculatio natura inſitum eſt. quoniam hoc proprium, illud cum reliquis commune animalibus. ſenſu ne homo an ratione eſt homo? ſi ratione, perfectio rationis non ſenſus, eſt finis hominis. cognitio rationem, uirtutes, ſeu earum actiones ſenſum perficiunt. ueritatis ergo contemplatio, non actio uirtutum, erit hominis finis, & perfectio. & Græci cum in nominum poſitione, ut in alijs rebus: tum in hac præſertim ſapientiſſimi extitere. nam, quia nullum præter hominem animal quæ uidet, conſiderat, & animaduertit. quod latini hominem dicunt, ipſi anthropos a' uerbo anathro deductum appellant. quod ſi interpretemur, quæ uidet, animaduertens, & conſiderãs ſignificat. & qua de cauſa quæram hominem recta, natura uoluit eſſe ſtatura? ut cœlum ſcilicet prompte intueatur: & dicere poſſit, impauida facie aduerſum proſpecto olympum. qui ita reſpondet, non ne ſe nunquam piſcem uranoſcopum uidiſſe declarat? qui etiam ſi noluerit, non poteſt non intueri cœlum homo niſi collum in poſteriorem flexerit partem, nunquam cœlum ſuſpicere poterit. collum iſto modo reflectere non ſoli homini, ſed alijs quoque adeſt. ut aues longa habentes colla dimittam: quæ præterquam quod hoc nullo efficiunt negotio: inſuper prompte circunferunt oculos. neque Platonem is intelligit, ut non hoc ſupra aſpicere, quando oſcitabundus quiſpiam ſe ſupinum conſtituerit, ſed ut puto cum rerum naturam mente indagauerit, uehementer contemnens. ſed pauliſper id peripatetico more, uel etiam Platonico, quod non eſt, fingamus ſcilicet unũ numero eſſe hominem. ut una eſt phœnix, ut unus Sol, Luna una. an is ſi actio ſecundum uirtutes eſt perfectio, & hominis finis, hunc indipiſci poterit finem? in quem ſi nullus præter ipſum inueniatur, liberalitatis munere fungi poterit? an iuſtitiæ, quam lucidiſſimę Veneris ſtellę comparat Ariſtoteles: obire opera ualuerit? pro quo fortitudinis munus adibit? an ut cæterarum actio ab eo auferetur uirtutum, ita ueritatis contemplatio adimi poterit? haud igitur parua de re artem cauillatoriam condidit. hæc eſt ars, quam, ille, qui nihil ſe ſcire dicebat, ſed omnia quæ dicebat, & agebat, quod ueri ſophi-

ſte eſt

ſtæ eſt opus: a' ſummitate & ſcientiæ apice manabant, diſcere concupiuit. hac arte Plato inſtructus in non paucis dialogis cauillatores deluſit. cui arti Ariſtoteles operis plurimum impendit uno libro abſolutisſime ipſam comprehendens. in cuius interpretatione ſudauit Alexander. hæc eſt ars, cuius, ut cęterarum rerum optimarum philoſophia putatur inuentrix. hac enim arte a' rationibus falſis animus æque expoliatur, atque a' noxijs ager purgatur herbis. recteque in excolendo hominis animo nequaquam ab agricola, cui ipſum comparauimus, ulla in re Ariſtoteles ſuperatur. ut enim ille poſt fruges natas, atque terra editas, ſi quid graminis uel adhuc noxiarum ſuperſit herbarum, quæ minima copia fruges ſuffocare, uel malignitate necare, uel incrementum prępedire, uel fructum diu ſpectatum fruſtrari poſſet: reſecat, amputat, extirpat. ſic ipſe iſta arte imaginationes falſas in animo pullulantes abſcindit, & eradicat. denique hæc eſt illa cauillatoria ars uulgo infamis, ſapientibus nota ſolum, & peraccepta: qua animos uitijs ſpoliant, & eorum affectus molliunt efferatos, & ægritudines tollunt, omniumque perturbationum in eiſdem hærentium ſtirpes elidunt. ſed unde hæ apparentiæ falſæ quæ noſtri uires ingenij hebetant, ac extinguunt: in noſtrum irrepere poſſunt animum? cauillator ne? an nos? an utrique perperam differentes noſtris eas inſerimus animis? cauillator enim imaginationibus & apparentijs ſeruiens falſis uanę ambitionis tumore inflatus, & ab auaritia non abhorrens ſuæ artis expertes aggreditur, & contradictorem omnibus in rebus ſe oſtentat, nec omnia quoque neſcire profitetur. ut ille Protagoras, nullus inquit unquam & hodie quid nouum me interrogauit. ac ſi diceret omnia ea, de quibus interrogor, ſcio. nos uero erroribus nos ipſos inuoluere poſſumus: cum res ad mentem, & intellectum, quarum demonſtrationes conſtituuntur: ſpectantes imaginationibus niſi contemplari uolumus. imaginatio (ut inquit Plato) imperitos perturbat: cum ipſam a' rationis actionibus ſecernere nequeunt: & quæ ſenſibilibus adſunt: intelligibilibus annectunt: ut incorporeis formam, figuram, & molem, & ex ablatione formis materiam tribuunt, & ſubijciunt: quia ſenſibilium figuras, & formas non ſine materia auxilio ſenſus, nunquam non ſpectauere. & tanta huius artis utilitate motum, Ariſtotelis librum, in quo res tanta abdita cælatur: non ſemel legendi me inceſſit cupido. quis ergo mihi hanc uitio cupiditatem dabit? aut notam inurendam putabit? cum tam pulchra hæc ars appareat. pulchra enim, quia quæ pulchra, bona ſunt: quadam animorum naturali motione appetimus. amplius & ſi ubique Ariſtoteles attica grauitate, elocutione ſincera, incorrupta, auri inſtar ſplendida utatur: tamen ſua nimia breuitate obſcuritatem parit, tenebras rebus offundens: hic eo magis obſcurus quam alibi, quo etiam breuior. ita quoties lectionem illius ingredior, toties dictionis obſcuritas ſtudium repellit meum. cum quibus, & cuius expoſitionum facibus cogitarem, tantas tenebras diſſipare, obſcuramque breuitatem illuſtrare poſſem, uiſus eſt mihi nemo magis quam Alexander hoc præſtare, meoque tanto deſiderio ſatisfacere poſſe. cũ iſdem qui & Alexandreus, & non alius peripateticus nuncuparetur. tantæ ſua tempeſtate æſtimationis, ac auctoritatis erat. nullus enim qui ab Alexandro non inſtructus, eruditusque eſſe, hac nominis perſpicuitate, hoc nuncupationis ſplendore non carebat. omniaque apud magnos etiam Platonicos nihil minus quam doctrina Alexandri in pretio, atque æſtimatione non erant. ſi quidem diuinus uir Platonicus (auctore Porphyrio) magnus Plotinus nullum intermittebat diem, quin aliquem ex ſuis diſcipulis legere Alexandrum æque, atque Numenium, & alios magni nominis Platonicos in ſcholis iuberet. cuius doctrina hac in re, ut in alijs maximis: mirum me in modum delectare uiſa eſt. & ut nihil eius me fugere poſſet, in latinam, græcam eius uiri orationem uertere uolui multa, quæ legentem fortaſſis me fugiſſent: transferentem latere non potuere: ſimulque illud accidit, ut græcarum literarum ignaris rem cum non iniucundam, tũ non inutilem facturus ſim. itaque ſub tuo nomine uelut diuiniſſimo numine Alexander e' Græcia in latium ut prodiret, adnixus ſum. in quo transferendo meas duxi eſſe partes uiri ſententiam claram, ſenſum planum, facilem, integrum reddere & non uerbis obſcuris, ab uſuque remotis, uelut ex aboriginum libris, atque longe ab antiquitate petitis, ſed obuijs, conſuetis, & huic arti peraccommodatis uti: omni eorum reiecta curioſitate: quæ rerum ſcientiæ non paruam (ut inquit Platonicus Hoſpes) in ſenectute iacturam curioſis inferre ſolet. ſed cum hæc pertractatio, ſi finis eius ſpectetur, (nam ad ueritatis inuentionem conducit maxime) magna, & indigna, & nobilis ſit, æque mihi, cum rarę nobilitatis, tum dignitatis, cuius ſub tutela Alexander nobilitate ſcientiæ, & dignus, & magnus alieno in cœlo tuto uerſari poſſit: uir magnus inueniendus erat: tu mihi omnium in primis antiſtes ampliſſime occurriſti, cuius maiorum dignitatibus, & ornamentis perpauci comparari poſſunt, ampliſſima uero dignitate, quam tuis claris adæquas uirtutibus: rari admodum mortalium digni iudicantur, & tuarum excellentię uirtutum neminem præferendum, ne dicam æquandum eſſe crediderim. quæ tria, ſcilicet familię claritas, dignitatis elatio, atque ſublimitas, fulgor tuæ probitatis coruſcant, uelut tres iuxta ſe ſe poſitę eminentię, maximę in arduum nitentes, ſpecioſa quadam inter ſe quaſi certantes æmulatione ad id te, ut omnes in tui admirationem ueniant, faſtigij tollere uidentur. nemo enim eſt, ad cuius aures florentię tuæ nomen peruenerit, qui illuſtre familiæ tuæ, decus ſuæ patriæ & ornamentum, nomen non audierit. quamuis illuſtriſſime Princeps te nunquam de facie cognouerim, tamen nõ minus ad me, quam ad alios tuæ præſtantiæ dulcis aura appulſa eſt. & ut quales ſunt plantę, ſalubres an non? operationum & actionum qualitas declarat. qualiaque animalia, aut partes, particulæue probę an non? earum actiones oſtẽdunt. oculus enim probus, eiuſdem actione monſtratur. equus quoque bonus, cuius curſus eſt quam expeditisſimus: iudicatur. operationes enim tuæ ex ſumma, altaque mente manantes miram probitatem, præclaramque uirtutem, cuius apicem iandiu aſcendiſti: ſummitatemque tenes: magna cum tua

gloria philoſophantibus, & in ſapientiæ ſtudio ſumma cum laude uerſantibus abunde declarauere. principum enim uita non in humili, demiſſo, atque occulto, ſed edito, ſublimi, & excelſo ſita loco, ex quo uelut ex alta ſpecula, ut ab omnibus terræ plagis conſpici poſſit, palam omnibus ſe ſe oſtendit. ea enim uis, atque natura excellentię eſt, cuius comes munificentia eſt: ut in ſui admirationem, & obſeruationem conuertat homines. non ab re, ſi multa tua beneficia, & ea quidem ingentia in doctos, atque in eos, qui aliquam uirtutis umbram præſeferre uidentur: collata prædicantur: ſtudijsque bonarum artium incumbentium in dies magis atque magis cũ maximo tui nominis plauſu ad aures deferuntur. quo fit ut Nicolai Rodolphi nomen ab omnibus præſtantium doctrinarum profeſſoribus miretur, ametur, ac celebretur. ſi doctos alis, nutris, foues, non iacere permittis, (hoc enim uerbum in uitium, non in uirtutem ut cadat, finis.) commodis, & dignitatibus eorum ſemper proſpiciens, merito non potes nõ ſummus & eſſe, & haberi. quanta ſpectatione, & laude dignus es, cum in te ſumma dignitas ampliſſima cum uirtute iuncta cernatur ab omnibus. tuo igitur nomini uelut diuino numini tantum philoſophum dedico, conſecro, mittoque ad te, hoc eſt ad ampliſſimam uirtutem, Alexandrum: qui ut tacita tantæ dignitatis admiratione, ſumma cum ueneratione tuas oſculetur manus: & ea qua cæteros qui te reuerenter adeunt: uultus hilaritate eum ut recipias, uehementer oro. in fronte enim ſplendidiſſimę tuæ tum familiæ, tum dignitatis inſignia geſtabit: & tuam tacitus honeſto, & philoſophico ſuffuſus rubore perſiſtet admirabundus dignitatem. nam cum iam ad iter ſe expediret, & de decore, & ornamentis præſtantiſſimę tuæ familiæ, & ſplendidę dignitatis ſingulari eminentia, atque de pręclara uirtute tua me plura dicere parantem animaduerteret, & cogitantem ſi uerbis magnificis poſſem orationem, quam poſt ſalutationem meis uerbis demiſſiſſime factam, tibi recitaret: honorificam contexere: tantum abeſſe dixit, ut tuæ cuiuſquam oratione creſcerent laudes, ut etiam quam ſunt, longe minores redderentur. illuſtrium enim laus uirorum magis quàm oratione floreſcunt hominum memoria. & ſibi, quia ab oratore uerba, à philoſopho ueneranda quædam taciturnitas expectatur, conuenire magis reſpondit, dicendi ubertate & copia præditis fluentium flumine uerborum dimiſſo, tuis laudibus ſua mente conceptis faſtigium tantæ admirari præſtantiæ. hoc tamen uel perlibenter & ſi eũ non rogaſſem, uel flagitaſſem potius, meo nomine tibi recte feliciterque ſe ominaturum pollicitus eſt. Quoniam nõ alieno tantum, hoc eſt tam inſignis familiæ honore, atque purpuræ ſplendeſcentis decore, ſed tuo cum ingenij, tum probitatis candore fulges, tempus inquiet quandoque ueniet, eluceſcetque dies, cum boni doctique omnes, quod Deo Optimo Maximo auctore ratum fore ſperant: ordinis, qui ſunt in terris: omnium ampliſſimi conſenſu, cuius lumen & ornamentum cõſtat te nunc eſſe maximum: ad eam ſedem, quæ diuinæ proxima eſt: diuinis tuis debitam uirtutibus te incredibili uoluptate euectum eſſe audient. iſque, qui me tibi munus mittit re paruum, ſua in te animi propenſione magnum, amplioribus oneratus muneribus tuos ſanctiſſimos exoſculaturus pedes, teque diuini numinis inſtar adoraturus Romam accedet.

Θεῷ δόξα.

INDEX OMNIVM EORVM,

quæ tam in Ariſtotelis contextu, quàm in Alexādri commentarijs libri Elenchorum comprehenduntur.

QVA Ratione de cauillatorijs Philoſophus agit redargutionibus. Cap. 1.
Proponit ea de quibus tractaturus eſt. Cap. 2.
De intentione libri Elenchorum agit atque inſcriptione. Cap. 3.
De ordine libri elenchorum. Cap. 4.
Quod cauillatorius elenchus & litigioſus apparenſque elenchus idem ſint. Cap. 5.
Proponit quæ altero poſt hoc capite tractaturus eſt. ca. 6. ca. 7.
De principijs artis cauillatoriæ Cap. 8.
De apparenti & cauillatorio elencho Cap. 9.
De ratiocinatione & elencho quid uterque eſt. Cap. 10.
Quibus de cauſis deceptio fiat cauillatoria Cap. 11.
De cauillatorum ſapientia qualis ea ſit & de opere ipſorum agitur Cap. 12.
De ſapientis opere agit Cap. 13.
Proponit ea de quibus tractaturus eſt Cap. 14.
Ratiocinationum genera et earum recenſet differentias ut de qua acturus eſt ſpeciem capiat Cap. 15.
De his quæ cauillatores conijciunt agit Cap. 16.
De paralogiſmorum modis dicere proponit Cap. 17.
Qđ neq; plures neq; pauciores, ſex in dictiōe modis pbat ca. 18.
De æquiuocatione agit, primum exemplum ponens Cap. 19.
De altero æquiuocationis exemplo Cap. 20.
De duobus reliquis æquiuocationis exemplis Cap. 21.
De amphibologia Cap. 22.
Quot modis æquocatio et amphibologia cōſtituatur. Ca. 23.
De modo compoſitionis agit Cap. 24.
De diuiſionis fraude Cap. 25.
De accentu Cap. 26.
De figuræ dictionis modo pertractat Cap. 27.
Recēſet oēs cauillationū modos qui extra dictionē ſunt. Ca. 28.
De accidentis modo agit Cap. 29.
De mō qui de eo qui ſcđm quid & ſimpliciter inſcribitur. cap. 30.
De elenchi ignorātia, qui eſt tertius extra dictionē modus. ca. 31.
De principij petitiōe, qui eſt quartus extra dictionē modus. ca. 32.
De conſequentis elencho qui eſt extra dictionē modus qntus. c. 33.
De non cauſa ut cauſa qui eſt ſextus extra dictionē modus. ca. 34.
De cauillatione ex duabus unam conſtituente interrogationem qui ultimus eſt extra dictionem modus. Cap. 35.
Quod oēs in elenchi inſcitiam referantur cauillationes. Ca. 36.
De æquiuocationis & amphibologiæ nec non dictionis figuræ reductione in elenchi inſcitiam agit Cap. 37.
De reductione cauillationis accidentis in elenchi inſcitiam agit, Cap. 38.
De cauillatione eius quod ſecundum quid & ſimpliciter dicitur quomodo in elenchi inſcitiam referatur pertractat. Cap. 39.
De reductione in elenchi inſcitiam cauillationum quæ principij petitio & non cauſa ut cauſa dicuntur Cap. 40.
De paralogiſmi qui conſequentis reductione in elenchi ignorantiam Cap. 41.
De relatione in elenchi inſcitiam cauillationis ex pluribus unam conſtituentis interrogationem Cap. 42.
Omnium tredecim modorum ad elenchi inſcitiam relationem eſſe oſtendit Cap. 43.
Noſtram inſcitiam cauſam eſſe cur à cauillatoribus fallamur accuſat Cap. 44.
Quō in paralogiſmis extra dictionē nos decipiāmur differit. c. 45.
Quot modis fiunt cauillationes apparentes tot & cauillatorias fieri oſtendit Cap. 46.
Ratione ab audientibus accepta noſtri erroris inſcitiam noſtram cauſam eſſe probat Cap. 47.
Oſtendit quod auditores paucis exceptis pariter ut diſputantes et ipſi ſi interrogati eſſent deciperentur curque ſub dialectica ſit tentatiua Cap. 48.
Quot modis apparentes & ſophiſticæ fiunt rationes tot & falſas fieri oſtendit Cap. 49.
Oſtendit amphibologiam & modum, qui ſecundum quid & ſimpliciter, eſſe circa ueræ ratiocinationis particulas. Cap. 50.
Principij petitionem circa ueræ ratiocinationis particulas fieri & quod nullus modis alijs præter dictos conſtituatur paralogiſmus concludit Cap. 51.
Cauillatorium elenchum non abſolute, ſed propter reſpondentem apparere elenchum declarat Cap. 52.
Modos quibus redargutio fit uera infinitos eſſe declarat, Ca. 53.
Redargutiones falſas infinitas eſſe declarat Cap. 54.
Falſarum omnium ratiocinationum uniuerſales prodere elenchos non præſentis conſiderationis eſſe & loca omnium uerorum elenchorum ab arte diſſerendi petenda declarat. Cap. 55.
Nonnullos reprehendit qui ad orationes quam & ad nomen & ad intellectū, ſint oīa ſophiſmata referebant Cap. 56.
Falſum eſſe oſtendit omnes cauillationes reduci ad nomen & intellectum Cap. 57.
Aliquas cauillationes neque ad nomen neque ad intellectum, nōnullas que non eſſe ad nomen declarat Cap. 58.
Alia ratione damnat qui ad nomen & intellectum cauillationes omnes referebant. Cap. 59.
Oſtendit ad nomen & circa intellectum eſſe idem Cap. 60.
Item circa intellectum & ad nomē idē eſſe declarat. Cap. 61.
Declarat quod eſt ſi interrogatio p diuiſionē cōſtituatur nō eſſe rōcinationes oēs falſas ad nomē & circa intellectum. Cap. 62.
Interrogationē p diuiſionē fieri damnat & reprehendit. Ca. 63.
Declarat īterrogationē et p diuiſionē fieri ī nō multiplicibus. c. 64.
Quod periculum de altero ſumentis officiū & tētatiuæ et dialecticæ inter ſe differētia nec nō à litigioſo cauillatoreq;. Cap. 65.
De orationibus quæ litigioſæ & quæ non agit Cap. 66.
De differentia litigioſi & cauillatoris Cap. 67.
De differentia litigioſi & falſigraphi agit Cap. 68.
Cur in diſciplinis litigioſo locus & de differentia theologi & litigioſi & dialectici Cap. 69.
Artificem diſſerendi non demonſtrare declarat Cap. 70.
Oſtendit q̄dā eſſe tentatiuā quæ dialectices habitum induit. ca. 71.
Aliquem non cognoſcentem tentatiuum eſſe probat Cap. 72.
Tentatiuā non eſſe cuiusdam determinati ſubiecti pbat. Cap. 73.
Litigioſum circa cōia uerſari & non eſſe ut falſigraphus qui cuius generis determinati eſt, probat. Cap. 74.
Facultatis dialectices ē redargutiōes ſpeculari cauillatorias. 75.
Oſtendit quibus uijs & rationibus quis ſecum differentem ad falſum & inopinabile ducere ualeat Cap. 76.
Principiū & elemētū ad falſum inopinabileq; ducēdi tradit. c. 77.
De deductione ad inopinabile agit Cap. 78.
Quis locus ad inopinabile ducēdi uehemens eſt, declaratur. c. 79.

Item aliud tradit malum quo quis ad inopinabile ducitur. ca. 80.
Declarat quomodo committitur nugatio Cap. 81.
Planũ facit in quibus oratiões quæ nugationẽ cõſtituũt ſint. c. 82.
De ſolœciſmo doctrinam aggreditur tribusq; modis fieri oſtendit. Cap. 83.
Qua ex cauſa ſolœciſmus fit oſtendit Cap. 84.
Doctrina traditur quõ caueri ſolœciſmus poteſt Cap. 85.
De ſimilitudine quam ſolœciſmus ad cauillationes figuræ dictionis habet, oſtendit Cap. 86.
Longitudinem conferre ad redarguendum declarat Cap. 87.
De principijs iræ & prolixitatis agit Cap. 88.
Quæ ad redargutionem utilia ſunt, oſtendit Cap. 89.
Quando uniuerſale à percunctante interrogandum, non per interrogationẽ afferendũ in medium, ſed per enunciationẽ cap. 90.
Quæ redargutionis imaginationem efficiunt oſtendit cap. 91.
Oſtendit rhetorum comparatione cauillatores reſpondentem contraria ſuæ poſitioni dicere niti Cap. 92.
Reſpondentes redargutos concluſionem duplicẽ oſtendere. ca. 93.
Quando ab oratione diſcedere interrogans debet cap. 94.
Quando orationes non de propoſita conſtituere ſed ad alia traducere oportet cap. 95.
Quando contingit reſpondentes petere ab interrogantibus ut cauſam cur ſic interrogant e modo aliter dicant Cap. 96.
Declarat nonnullas propoſitiones non interrogandas ſed uelu. confeſſas ſumendas eſſe. Cap. 97.
Proponit quid acturus ſit & ad quæ talis tractatio utilis, narrat Cap. 98.
Planum eſſe dicit quomodo orationibus cauillatorijs occurrendum à reſpondente. Cap. 99.
Vtilitatem quam affert exercitatio declarat Cap. 100.
Inexercitatum eſſe damnat Cap. 101.
Inter probabiliter magis quam uero ſoluendum Cap. 102.
Ne refelli reſpondens uideatur, cauere debet & quæ amoliuntur ueram redargutionẽ docet & quomodo in æquiuocis uera redargutio conſtitui poteſt. Cap. 103.
Quod uero cauillatores Platonis tempore quærebatur & minus Ar. tempore oſtendit Cap. 104.
Si cauillatores æquiuocatiõe & alijs fraudibus uere redarguerẽt exiſtimarẽtur oẽs etiam ſcientes falli contingeret Cap. 105.
Reſponſionem quorundam reijcit, qua non ſeruant in concluſione quod in propoſitionibus, neque econtra Cap. 106.
Cur cum æquiuocum eſt interrogatum reſpõdentẽ diuidere & ſciſcitari in qua ſignificatione accipit interrogans docet. ca. 107.
Originem æquiuocationis & amphibologiæ docet Cap. 108.
Declarat æquiuocorum nõ unã debere eſſe reſponſionẽ. Cap. 109.
Idem eſſe oſtendit pluribus interrogationibus unam reſponſionem dare & æquiuocis & quando reſponſiones apparentes magis quam ueras dare oportere Cap. 110.
Oſtendit quõ ſoluendũ principij petitionẽ & quõ petitur & cum falſum aut inopinabile in propoſitionibus eſt Cap. 111.
Quomodo non id quod proponimus ſed aliud ut quod uolumus per illud concludamus Cap. 112.
Quando ſimpliciter & ſine diuiſione, & quando cum diuiſione reſpondendum Cap. 113.
Particulare magis dandum, & cur particulare ex pluribus quam uniuerſale conſtet magis Cap. 114.
Si genus generi contrarium & ſpeciei ſpeciem eſſe contrariam oportet. Cap. 115.
Cum ambigua proponuntur nos non concedentes nõ fallimur, ſi cõceduntur à multis & non admittemus, errantes Cap. 116.
Quando & cuius gratia nomina transferre oportet. Cap. 117.
Orationem bifariam contingere eſſe falſam & oſtenſionem falſitatis ſolutionem eſſe dicit Cap. 118.
Quando concluſionem & propoſitiones uel propoſitiones ſolum perimendæ & ſic ſolutio bifariam fit Cap. 119.
Erroris inuentionem eſſe ſolutionem facilem & difficilem et quãobrem ſic Cap. 120.
Quatuor modos quibus æquiuocatio & ambiguitas conflantur, eſſe declarat Cap. 121.
Si contradictio non ſumatur in propoſitionibus non fieri redargutionem demonſtrat, Cap. 122
Quando in interrogationibus duplex non negandũ Cap. 123
Oſtẽdit quõ rñdẽdũ, cum in noĩe aut ꝓpoſitione ẽ duplex, c. 124.
Explicat ſolutiones diuiſionis & compoſitionis Cap. 125.
Diuerſa exempla ponit compoſitionis & diuiſionis. Cap. 126.
Alterum compoſitionis exemplum ponit Cap. 127.
De ſolutione cauillationis accentus Cap. 128.
De redargutionibus pp dictionis figuram ortis agit Ca. 129.
Aliam circa dictionis figuram cauillationem ponit. Ca. 130.
Alias cauillationes cum ſolutionibus ponit Cap. 131.
Item ſimiles cauillationes alias & ſolutiones cum aliorum tum ſuas ponit Cap. 132.
Item alias cauillationes & ſolutiones ponit Cap. 133.
Alias & cauillationes & ſolutiones adducit Cap. 134.
Ponit rationem cauillatorum tertium eſſe hominem probantem & ſolutionem Cap. 135.
Texto manca ſine commento Cap. 136.
Cauillationes accidentis quõ ſoluere oporteat docet Cap. 137.
Ponit diuerſas cauillationes ad ſcientes factas Cap. 139.
Quõ cauillationes ſecundũ quid & ſimpliciter ſoluẽdæ Ca. 140.
Alias non diſsimiles cauillationes ponit & eas ſoluit Cap. 141.
Nonnulla cauillationum quoque ſcd̃m quid & ſimpliciter exempla ponit & ſolutiones Cap. 142.
Alia earundem cauillationum exempla ſecundum quid & ſimpliciter ponit & ſolutiones Cap. 143.
Particulã q̃lã quæ prius prætermiſſa ab ipſo ẽ nũc declarat. 144.
De ſolutione cauillationum petitionis principij quando latent & quando non latent Cap. 145.
De ſolutione cauillationum conſequentis agit Cap. 146.
Quomodo cauillatio non cauſæ ut cauſæ ſoluenda Cap. 147.
Cauillationes ex pluribus nam conſtituentes interrogantem quomodo ſoluendæ Cap. 148.
Solões cauillationũ ut idẽ nõ ſemel dicatur inducentiũ ponit. 149.
Cum prædicata per ſubiecta declaratur non idem ſeorſum & in oratione dictum declarat Cap. 150.
De ſolœciſmis Cap. 151.
Quæ rões faciles & quæ ut cõprehendãtur difficiles cap. 152.
Orationes difficiles ponit Cap. 153.
Oſtendit quæ oratio ſit uehemens Cap. 154.
Item duas peracutas rationes ponit Cap. 155.
Contentioſum orationum quæ in primis acutæ admodum ſunt ponuntur. Cad. 156.
Declarat cur dialecticus non ſolum interrogat ſed rationem reddit ſeque hanc artem inueniſſe & perfeciſſe dicit Cap. 157.
Oſtendit antiquos non artem ſed quæ profluunt ab arte tradidiſſe. Cap. 158.

FINIS.

16/1/F/1

3 171

ALEXANDRI APHRODISEI DOCTISSIMI PHILOSOPHI EXPOSITIO IN ELENCHORVM LIBRVM ARISTOTELIS STAGIRITAE, PHILOSOPHORVM OMNIVM PRINCIPIS;

GASPARE MARCELLO MONTAGNANENSI, PHILOSOPHO PATAVINO, INTERPRETE.

Qua ratione de cauillatorijs philoſophus agit redargutionibus. Cap. I.

ARISTOTELES poſt demonſtratiuę ac dialecticę ratiocinationis doctrinã ab ipſo traditam, redargutionũ inſtitutionẽ mentientiũ nunc proditurus accedit, non ut his ęque atque demonſtratiua & dialectica ratiocinatione utamur: quippe quę ſcientię effectiones atque opera ſunt, mentientes & deceptorię redargutiones, tantum abeſt, ut opus & effectus ſcientię ſint, ut ipſarum ſcientiarum turbationis potius & impeditionis cauſę exiſtant. quę cauillatorię alibi a' philoſopho importunitates nuncupatę ſunt. ſed aut hoc omnino agit, nos docturus, qui modi ſunt, quibus cauillatores utuntur, ut nonnulli pręſertim qui diſſerendi diſciplinę peritia carent, ſuis capiantur redargutionibus. horum igitur doctrinam nobis prodit, non ut ipſi nobis uſui ſint, ſed ne ab his qui utuntur, fallamur: modorum enim minime ignari, quibus propoſitę a' cauillatoribus nectuntur fraudes, nunq̃ redargutionis uiam ipſis reſerabimus. quin modorum compoſitionis non neſcientes, cum ab eis propoſita & a' nobis diluta fuerint ſophiſmata, redargutionẽ in ipſos contorquebimus. alibi nãque ipſe dixit, ille qui uinculi modum non ignorat, cõpoſitum ſoluet, & qui fraudis modum callet, is adductam diluet cauillationem.

Proponit ea, de quibus tractaturus eſt. Cap. II.

Totius diſſerendi artis de demonſtratione ſermonem finem eſſe, tum in libris in quibus de ſimplici diſputauit diſſerendi uia, tum in quibus demonſtrandi diſciplinam conſtituit Ariſtoteles, anticipantes iam diximus. quoniam quę ad illam attinet diſciplinam, abunde nos indagauimus, conſequenti ſerie atque ordine de mentientibus quoque redargutionibus, necnon quę pręſentis intentio libri, curque extremum in ordinem ſitus, & cuius gratia cauillatorię inſcribantur redargutiones, aliquid diſſeremus. & ut in non paucis diximus locis, ubi commentarij inſcriptio perſpicua nõ eſt, illic ipſa ut declaretur, neceſſarium exiſtit.

De intentione libri elenchorum agit atq; inſcriptione. Cap. III.

Pręſentis igitur negotij eſt (ut aliqui exiſtimãt) intentio, qua cauillatores redargutiones extruũt, & moliuntur, & qua qui doctrinę quæ ratiocinari docet ſunt expertes, falluntur, diſciplinam nobis prodere. qui tredecim modi ſunt, uelut generales quædã cauillationum coniecturę, quæ ab Ariſtotele tractabuntur; hanc pręſentis libri intentionem eſſe aſſerunt. quapropter cauillatorię inſcriptę redargutiones ſunt, perinde ac ſi hic quomodo redargutio fiat a' cauillatoribus, & de ipſarum cauillationum conſtitutione & apparatu, non autem quomodo ipſi cauillatores quæ infertur in eos, cõtradictionem ſubeant, pertractetur. alij non hanc, ſed aliam libri intentionem & Ariſtotelis potius mentem eſſe uoluere diſſere re, ut quomodo redarguendum & refellendum ſit, diſcere poſſimus: & eis qui nos fallere nituntur, obuiã contradicendo ire ualeamus. hac inquiunt de cauſa non de mentientibus redargutionibus, ſed mentientes liber eſt inſcriptus redargutiones, ac ſi qua contra cauillatores redargutiones intorqueamus, diſciplina tradatur. quoniam ratiocinationum ſpeciem eſſe triplicem categoricarum demonſtrauit, de duabus inquam dialectica & demonſtratiua in libris nomine ipſarum inſcriptis uberrime egit, hoc in libro uelut medicamentum exhibens, quod ut importunas euadamus cauillationes, auxilium nobis pręſtaturum ſit, de mentiente diſputat ratiocinatione, cauillantium rationum redargutiones potius tradens. ut pote is, qui quammaxime ueritatem colat, & honore pre cęteris pręferat rebus: qua ratiocinationes falſę imbecillesque & apparentium deprehendatur probabilium deceptio. ut enim medici pręterquã quod, quæ ualetudini conducunt, docent, quę ſunt etiã inter medicamenta uenenoſa non ut prompta & ad uſum habeant parata, ſed noxia deuitent, & afferentia interitum, ipſi indagant. pari modo qui ueritati incumbentes circa eam ſe exercuerint, & experimentum ceperint probabilium, eos qualia quæ uidentur probabilia, ſunt, non neſcire omnino neceſſarium eſt. neque enim de cauillatorijs redargutionibus prima erat Ariſtotelis ut pertractaret, intentio. prędictę doctrina ſpeciei non ſui, ſed alterius gratia traditur; uidelicet ut cauillatores refellantur. eiuſmodi ratiocinationis ſpecies ad ludentes, & nõ ad eos qui ſeria agunt, ſpectat. qua ratione uiri ſapientes operam ludo ſtudioſe impendunt, in Euthidemo Plato pertractat. ubi cum Critone diſſerens cauillatoriam admiratione dignam oſtẽdit Socrates, & omnium nullo artificio &

apparatu artis nō neſcios cauillatores nominat,& hanc cupit diſcere diſciplinam . deinde Euthidemum, ut cū Clinia Axiochi filio diſſerat,hortatur. qui ſtatim exordiens atque iuuenem ęquiuoce ſciſcitans in contradictiones compulit hoc pacto diſſerens. utri hominum o' Clinia addiſcentes ſunt?& adoleſcētem rubor uelut magna ſciſcitatione facta primum infecit, deinde ipſe Socratem intuitus eſt , qui ab ipſo,& ut audaciam haberet,& quicquid placuerit ſibi, reſpondere iuſſus eſt . &,quod ſapientes ſunt addiſcentes,reſpondet Clinias. & Euthidemus,nunquidem o' Clinia qui ſunt pręceptores noſti?iſte cōfeſſus eſt? quorum igitur ſunt pręceptores?ille,addiſcentiū.ſapientes igitur non eranr, quando quę docentur, minime ſciebant.non certe inquit ille . ignorantes igitur diſcunt . deinde contrarium iterum ratiocinatus eſt , quòd ſcientes diſcunt . iſte dialogus & Protagoras iſtiuſmodi rationibus referti ſunt : nos uero ad inſtitutum iterum redeamus propoſitum . Ariſtotelis ſentētia ut diximus prima tradita eſt, ut qua ratione redargutiones cauillatores extruant apparentes , diſſerat, necnon quomodo & his ſuæ imperitos artis refellere uideantur,atque cauillationum quæ ſunt generales coniectationes, & quot in cauillationibus qui certant,& contendunt,coniectant,atque quot ſpecies fraudum, & quot ſpecierū modis,quęque ſingula redarguendi & refellendi imaginationem faciat , poſtea ipſis peraccōmodatas adducit ſolutiones . ignorantem uinculum ſoluere, inter ea quæ fieri nequeunt , numeratur . cum hoc explicatum fuerit,tunc refellere poterimus . ſimpliciter enim ſcire qua de cauſa illi nectant fraudes , facultatis & ſolutionum copię ſnppeditatio eſt . quoniam uinculi cognitionem qui habet, qua ratione uinculum ſoluendum ſit,nemine,ut in libris ſcientię diuinę dictum eſt, ipſi conſtituente, omnino nouit.

De ordine libri elenchorum. Cap. IIII.

De ordine non panci ambigunt:nonnulli enim non alia ratione cauillatorie quam dialectice demonſtratiuam ordine poſtponendam neceſſarium eſſe aſſerunt,in probabilibus temporis diuturnitate uerſari prius,deinde ſic & neceſſarijs,& ueris, inſiſtere opus eſſe credunt . haud recte diſſerunt , qui hęc ſentiunt . ſi enim hominum natura in materia obruta,& cū ea alligata,ut plurimum fallitur, & aberrat,imaginationem ſequens,& quę exiſtentiam non habent ea eſſe ſuſpicatur,ipſam primū probabilibus,atque eiuſmodi apparentibus obijcere non oportet . his enim cohibita,& ante imbuta, haud facile ea deſeret, ut ueritatem ſuſcipiat,cum illa tum uera tum per ſe credibilia eſſe cenſeat . anticipatio atque prænotio quęcunque fuerit,ut tranſmutetur uelociter non uult : ſecus,illa demonſtrationis ſcientiam,ordine antecedere debent,quę demonſtrationi conducunt,ſcientię,cauillatoria penitus inutilis demonſtratiue exiſtit . amplius ſi ueritatis poſitione,falſitas refellitur,cōſequens utique omnino erit, ut uera primum addiſcantur,deinde ad probabilia ac falſa ſtudium applicetur , merito demonſtratiua his pręfertur ordine. cum enim ratiocinationem in ea proprie ex neceſſarijs,& medio carentibus, & notioribus,atque concluſione prioribus fieri didicerimus, ratiocinationem pręter hęc colligētem aliquid omni longe ſemota impeditione facile cognoſcemus. ſi enim quomodo fiat hoc,eruditi fuerimus,& qua ratione in his reperitur ueritas,nulla impediti difficultate perdiſcere poterimus . quoniā hanc ut cauillatoria immediate ſequeretur,fieri haud quāq̄ poterat,dialectica quę diſſerendi ars eſt,partimque quod uerum, partim quod falſum eſt docens,media interiecta eſt . quoniam & quę huius intentio libri, & quis ordo,quęue inſcriptio copioſe diſſeruimus, & ut philoſophi rationes conſideremus opportunum iam eſt.

De cauillatorijs elenchis, & apparentibus elenchis, qui paralogiſmi ſunt & non elenchi, dicamus.

Quòd cauillatorius elenchus & litigioſus,apparensq; elenchus idem ſunt. Cap. V.

Cauillatoriam & litigioſam ratiocinationē & Plato in Euthidemo & Ariſtoteles ſtatim in diſſerendi artis procemijs eandem eſſe aſſerunt , has uero ratiocinationes quę nonnunq̄ materia peccanr , & a coniugatione non declinant ratiocinatiua,ratiocinationes appellant,eas uero quę a ratiocinatiua interdum forma deficiunt , ſi error abfuerit a materia,non ratiocinationes abſolutę ſed apparentes cenſent uocandas.& ut aliquid dicam,quando in coniugatione quis ratiocinatiua ſyllogiſmum confecerit , propoſitionum gratia in materia acceptarum litigioſam & cauillatoriam extruxerit ratiocinationem . ut quando dicit,uirile omne uirilitatem habet,tunica uirilis,tunica ergo uirilitatem habet.hęc enim ratiocinatio,non alia de cauſa quā quod omne uirile uirilitatem habere ut probabile acceptum eſt,litigioſa eſt & cauillatoria , quoniam coniugationis in prima figura ratiocinatiue ex ambabus affirmatiuis hac quidem particulari,maiori uero uniuerſali exiſtit.quando iterum non ſyllogiſtice,nec adſeruata figurę proprietate ex ueris quiſpiam ratiocinatus fuerit,& iſte ratiocinationem apparentem tamen confeciſſe dicitur,quales in non ratiocinatiua coniugatione orationes ſunt,quę interrogantur : ut,ſi quis concludat,equum eſſe omnem hominem,quia animal eſſe hominem omnem,& omnem equū eſſe animal acceperit.eiuſmodi complicario & ratiocinationis connexio quamuis ex ueris conſtet propoſitionibus,nequāq̄ ratiocinatiua eſt.cauſa uero,quia duę in ſecunda affirmationes figura ſunt, & non pauca horum in expoſitionibus,quas in diſſerendi arte elaborauimus,exempla reperiuntur . nonnulli cauillatorię & litigioſę ratiocinationis talem prodidere differentiam. litigioſa ea eſt inquiunt quę haud bona conſtat

ratiocinatiua forma,cauillatoria uero eſt, quę integra forma ratiocinatiua exiſtit, in materia peccans. ſed hi ab ipſo Ariſtotele mentientes coarguuntur,progrediens enim in his in quibus rationem demonſtrandi a' differendi ratione & hanc a' cauillatoria diſtinguens inquit.quę igitur ſecũdum rem communia ſpeculans dialectica,idem hoc apparenter faciens,cauillatoria & litigioſa ratiocinatio eſt. quoniam igitur litigioſa ratiocinatio & cauillatorius elenchus idem ſunt,poſtq̃ de cauillatorijs dixit elenchis,ſub induxit & apparentibus elenchis qui paralogiſmi ſunt, ex ęquo ac mutuo idem ponens, elenchorum enim ſophiſticorum commune omnium eſt apparere,& horum in ſequentibus ſtatim diuiſionem facit dicens,horum enim ſophiſticorum elenchorum ratiocinationes cum ratiocinationibus litigioſis quę ex apparentibus probabilibus & non exiſtentibus ſunt compoſitę eędem ſunt,hę uero uidentur eſſe,eędẽ & hę orationibus litigioſis apparentibus uel exprobabilibus,uel exprobabilibus apparentibus, quę & litigioſę dicuntur ratiocinationes,ratiocinationes nero non. cauillatorię quidem igitur ratiocinationes ſunt, quę figura illęſa propoſitionibus ambabus aut altera falſis conſtanr, apparentes uero ratiocinationes quę figura non integra propoſitionibus interdum ueris nõ nũq̃ falſis ſunt, ſimpliciter uero omnes apparentes elenchi aut ratiocinantes ſunt, aut a' figura corruũt ratiocinatiua. quamuis enim recta in figura ratiocinatio fuerit,ſecundum apparentiam & non proprie elenchus. partes elenchi tredecim ſunt, circa dictionem qnidem ſex,circa uero intellectum ſeptem, quas extra dictionem nuncupat Ariſtoteles, & tredecim has bis pertractat partes. primum quomodonam fallant cauillatores, differit, poſtea diluit,atque ſoluit. pręſens igitur liber cauillatorij elenchi recte inſcriptus eſt,& bifariã inſcriptio intelligi poteſt,uel quò d coarguunt,uel quia coarguuntur cauillatores.aut apparentibus intulit elenchis ut poſterioris quod prius expoſitiuum ſit.& erit utique ſententia talis,quemadmodum pręanticipantes diximus,ut de non proprijs ſed apparentibus differat elenchis,qui cauillatorij ſunt elenchi.

Sed quid ſophiſma, & uerus elenchus, apparenſue elenchus, & quid parexelenchus, nec nõ quid paralogiſmus dicere eſt neceſſarium.

Proponit, quæ altero poſt hoc capite tractaturus eſt. Cap. VI.

Sophiſma quidem eſt, quemadmodũ & ipſe dixit in differendi arte cum ratiocinatione litigioſa idẽ, ut, num eſt tacentem dicere?minime inquit reſpondens,quid uero quaudo lignum lapidem dicis, non tacentem dicis,ecce igitur hic amphibologię ſophiſma confectum eſt.elenchus eſt eiuſdem & unius non nominis ſed rei & nominis non uniuoci ſed eiuſdem ex datis ex neceſſitatę,non eo quod erat in principio numerato,ſecundum idem,& ad idem,necnon ſimiliter atque eodem tempore contradictio uera. ſi enim quis ſciſcitatus fuerit,num canis animal eſt?deinde annuerimus, & interrogans afferat,qui calores, & ęſtus excitat,animal non eſt, non utique refelleret,quoniam redargutionem in rem non intulit eandem.quia & non raro ab uniuocis etiam exoritur error, ut quando quiſpiam interrogauerit, num animal ambulat? deinde non negans reſpondens,& cauillator adducat, quod eſt aliquod & quieſcens, hac de cauſa & nominis adduxit non uniuoci, ſed neque eo quod in principio erat repetito. quid ſit quod erat in principio peti,in priorum ſecundo differuit.& ſecundum idem,& ad idem redargutio eſſe debet. ſi nãque quod interrogatum eſt,nec uniuocum,nec ęquiuocum,nec quod erat in principio fuerit acceptum,ſecundum aliam tamen atque aliam eidem adeſſe & non adeſſe partem dixerimus, minime redargui poterimus,ut num Ethiops niger?equidẽ,non dentibus niger, quare iſdem & niger, & non niger,ſed redargutio non ſecundũ idẽ eſt.pręterea ſi non ad idẽ,non erit proprie elenchus,ut ſi quis decẽ & eſſe & non eſſe duplicẽ dixerit,ad aliud enim atque aliud non ad idẽ duplex dicitur, & huic non abſimile eſt id,quod alicuius quod in actu uel potentia declaratiuum exiſtit,ut num dormiens uiſum habet? certe inquit,habens uiſum uidet ne?equidẽ,dormiens ergo uidet, cũ quis non uidere aſſerit dormientẽ hęc non coarguit ratio,quoniã dicens uidet uiſum habens,habentẽ tũ non operatione fungentẽ,ſed ceſſantem,& feriantẽ,& ut ad opus exeat ualentem, tũ iam opus obeuntẽ ſignificat. & in eodẽ tempore,ut,nũ homines boni?in genere quidẽ ferreo non boni.ſed hęc ratiocinatio cũ in tempore non ſit eodẽ, non erit uera redargutiõ. quando igitur non iuxta ueri elenchi diffinitionẽ, ſed aut per ęquiuocationẽ, aut ſecundum propoſitionũ aliquã cauillantiũ,ſecũ differentẽ quis coarguerit,tunc ille cauillatorie,non uere refellitur. eiuſmodi elenchũ partim apparentẽ,non elenchũ,partim parexelenchũ nominat Ariſtoteles,quippe qui extra uerũ & propriũ elenchum,de quo non multo poſt differet Ariſtoteles. paralogiſmus, qui uel materię uel ratiocinationis formę ratione committitur error,exiſtit,ut plurimũ uocitantẽ paralogiſmũ ratiocinationẽ quę nõ rectã ratiocinationis figurã ſeruauerit,Ariſtotelẽ indicauimus. de cauillatorijs elenchis interpretũ nonnulli hic(ut diximus) cauillatorios elenchos.& apparentes mutuo & ex equo poſitũ eſſe aſſerunt,ut omnes cauillatorij non proprie ſint ſed appareant elenchi & uideantur. erit utique & cauillatorij, & apparentis elenchi diſtinctio aliqua, etenim cauillatoriũ elenchũ qui integra figura materia falſa ex apparentibus conflatus eſt probabilibus appellabis, apparentem uerum elenchum & paralogiſmum, qui materia quidem quouis ſe habẽte modo a' figura decidens ratiocinatiua, quoniam ante paralogiſmũ proprie in his qui non rectam obſeruant figuram,eſſe acceptum aſſeruimus.

De cauillatorijs uero elenchis, & apparentibus elenchis, qui paralogiſmi ſunt & nõ elen-

chi, dicamus, ab his quæ natura ſunt prima ordientes.

De principijs artis cauillatoriæ. Cap. VIII.

Ab his quę natura prima ſunt inchoantes,] Ratiocinationis demõſtratiuę,& dialecticę,atque ſophiſticę,ratiocinationẽ ſimplicẽ non raro genus eſſe diſſeruimus,quoniã genera quã ſpecies prius natura exiſtunt,hic primũ de ratiociuatione cõpendioſe pertractat,quid eſt,& cũ nonnullę nõ ſint,qua rõne uideantur eſſe,aliquę uero ſine dubio uerę exiſtunt,hac de cauſa inquit,nos ſecundũ naturam à primis incipere oportere. hoc enim pacto ſtruẽda ſeries, hoc eſt natura primis quę ſunt cõmunia quędã, inter quę ratiocinatio cõputatur,cuius in progreſſu inquit genera eſſe quatnor, aut igitur de his aſſerendum natura prima,aut de principijs propoſito negotio proprijs,& uelut accõmodatis elementis,nam alia & non omnibus eadẽ principia ſunt,ut enim geometrię natura prima & principia ſunt,pnncta,lineę, circuli,& dignitates, de quibus geometre prius diſſerentes hoc pacto in partiũ doctrinã agunt progreſſus, haud ſecus & hic ipſe aget.prima cauillatoriæ artis ſunt,& quã dicit,diuiſio,necnon ſpeciẽ talis rationis eſſe aliquã oſtenſio,atque quę appetant cauillatores,& qualis electio ipſorum, & quę ſint quorũ gratia aggrediuntur,& inueſtigant huiuſcemodi orationes, ut uideantur ſcilicet ſapientes, & quęſtus & lucrũ nimiaque opũ affluentia . cauillatoria enim ab apparente ſapientia lucratio quędam eſt,quare demonſtrationes appetunt apparentes,atque in hoc cauillatoria & deceptoria ars à diſſerendi diſtinguitur arte,quoniam ſolum altera gloriam,altera lucrum & quæſtum ſpectat.

Quoniam quidẽ igitur ratiocinationum partim quidem eſſe, partim uero non exiſtentes, & eſſe apparentes manifeſtũ eſt. ut & hoc nonnulla in alijs fit ſimilitudine, & in orationibus pari ſe habet modo. etenim bono nonnulli præditi ſunt habitu, aliqui uero apparẽt tributim ſe inflantes, & ſe ipſos cõponentes. & ipſa aliqui ſunt pulchritudine pulchri, aliqui uero ſe ipſos adornantes apparent. & eodem in inanimis modo. etenim horum quædã uere argentum, & aurum, quædam non, ſed ſenſui apparent. ut argentea ſpuma, & ſtannea, argentea, & bili tincta, aurea. eodem pacto ratiocinatio & elenchus, hic quidem eſt, hic uero nõ eſt, & ob imperitiam apparet. expertes enim æque ut qui longe abſunt, ſpeculantur.

De apparenti & cauillatorio elencho. Cap. IX.

Quoniã quidẽ igitur ratiocinationũ partim quidẽ eſſe,partim uero nõ exiſtentes & eſſe apparentes] Nonnullos eſſe diximus,qui ab apparenti elencho qui paralogiſmus eſt , cauillatoriũ elenchũ diuerſum eſſe intellexerint.& ea quę in pręſenti dicuntur ſic in hãc dictũ eſſe ſententiã aſſerũt.qm̃ quidẽ hę redargutiones deceptorię & cauillatorię perſpicue & ſunt & nominãtur ratiociuationes, hę uero redargutiones apparentes & paralogiſmi ratiocinationes nõ ſunt,eſſe tñ uidentur.ſed res nõ ſic ſe habet. uniuerſaliter inquit.qm̃ hę quas diſſerendo formamus in recta ratiocinationis figura ſunt, hę nero eſſe apparent, haud ſanã ratiocinationis cõplexionẽ habentes,non ſimpliciter & abſolute ſed apparentes ratiocinationes dici debent.poſtq̃ de cauillatorijs elenchis qui & apparẽtes erãt elenchi,dicere propoſuit, primũ ratiocinationis litigioſe diuiſionẽ ab ipſo in primo diſſerẽdi artis traditã in noſtrã reuocat memoriã.ſophiſticarũ enim ratiocinationũ idẽ eſt dicere & litigioſarũ,hę quidẽ(ut illic dixit)ex apparentibus & probabilibus ſunt ratiocinationes,hę uero quãuis nõ ſint ratiocinationes,tñ apparentes ſunt. & huic p ea quę adducit fidẽ aſtruit.quẽadmodũ enim hoc quadã in alijs fit ſimilitudine,& in orationibus hoc eſt ratiocinationibus eius modi quippiã eſſe uidere licet,& nõ ſolum ex animalibus ratione prędítis,ſed & ex ipſis anima uacãtibus rebus hoc quod dictũ eſt,ſtatim cõfirmat exemplis.ut enim inquit,hominũ aliqui ſano & bono prędíti ſunt habitu, tales uero athletę , & pentathli. nonnulli bonũ ſimulant habitũ quibuſdã circa corpus inginioſe atque artificioſe ſactis ſe ipſos craſſiſſimis induentes ueſtibus,eos qui boni ſunt habitus ęmulantes . quod & tribus cũ uictimas adducerent faciebant.utraque.n.& quęque reliquã in feſto & celebritatibus qñ ad altaria uictimas admouebant,ſuperexcellere miro ſtudio properabant, carnis pinguedinẽ inflatione eleuantes,ut(quẽadmodũ in dipnoſophiſte Atheneus & Proclus in feſtiuitatũ recenſione dixere)copia quę nõ erat pinguedinis,propter inflationẽ appareret. idem & qui malo prędíti ſunt habitu,efficiunt.certe & turpes & qui informi ſunt aſpectu uera carentes pulchritudine ſe ipſos fricationibus colorantes(ſallere.n.eos quibus ut ſe ſpectarent cõtingit)& quod nõ eſt,ut uideatur,operã dant. tales uniuerſaliter dicuntur omnes tributim inflari,qui nõ exercitatione neque uere magnis corporibus, aut eleganti ſunt forma,nõnullis artibus,& ingenijs ſe ipſos cõponentes exornant,qui malo habitu ſunt bono prędítos ęmulantes apparent.& qui turpi ſunt forma, quãuis abſit pulchritudo,pulchri uidentur. uon diſſimiliter & in anima carentibus hęc quidẽ uere argentũ, & aurũ ſunt , hęc uero iudicio ſenſus fallente apparenter,quia à nõ multa colorũ ſenſus diſſimilitudine fallitur,ut & in melle,hoc.n.flauũ eſſe cognoſcens,& guſtu dulce eſſe iudicãs,ſi quidẽ & aliud quid eius modi coloris eſſe cõſpicatus fuerit,& illud

mel eſſe ſuſpicatut,qm̃ aliqñ in eadẽ ut in libto de anima iſte dixit, ambo re cõcurrũt. ut igitur & in corporũ diſpoſitiõibus,& in inanimis deceptio,atque error ſępius fit,ſic & in elenchis & ratiocinationibus. hęc qdẽ eſt uera tũ ratiocinatio,tũ elenchus,hęc uero non eſt,ſed ratiocinatio eſſe uidetur,qñ ſyllogiſticę artis expertes auditores ſunt,atque uerarũ ratiocinatioõũ,necnõ elenchorũ non nouerint proprietates, hoc inquit inſcitia.ſ.auditorũ apparet . quod & in libro de demõſtratione in enigmatis modũ operuit. quod inquit,de rebus geometricis inter oõ geometras quis differens auditores, praue diſputans latebit. deinde quã ob cauſam ea quę nõ ſunt,experientia careotes eſſe arbitrantur,probat . expertes.n.inquit, æque atque q abſunt longe ſpeculãtur. cuius duplex fertur expoſitio,uel hoc.n.inquit, nõ aliter expertes hęc quorũ experientia carent intelligere,& iudicare apti ſunt. quã q ab horum natura longe affecti ſunt,neque omnino qd eſt id de quo ferunt diſputationẽ,nõ neſcientes,certe.n.abſunt,& porro ab ipſorum cognitione diſtãt . hoc pacto uidelicet intelligẽdũ. uel maxime, ut ex lõgo ſpatij interuallo aliquẽ uidentes modica aliqua & parua ſimilitudine ſępius falluntur, & partim ob iuteruallũ immoderatũ, & partim ob uiſus imbecillitatem radiorum fractione & reuerberatione,eum q nõ eſt Socrates,Socratem, & bili tincta coloris ſimilitudine,aurea, & argenti ſpumã & quæ ſtannea ſunt, argeotea eſſe putant. ſic ratiocinatricis artis ignari leuibus & paruis quibuſdam ſimilitudinibus eos qui non ſunt,propter imperitiam hac imbuti opinione & elenchos & ratiocinationes eſſe iudicant.

Ratiocinatio enim eſt ex quibuſdam poſitis,ut quid alterum ab his quæ poſita ſunt,neceſſario per ea quæ ſunt poſita,cõcludatur. elenchus eſt cũ cõcluſionis cõtradictione rõcinatio.

De ratiocinatione,& elencho quid uterque eſt. cap. x.

Ratiocinatio qdẽ enim ex qbuſdã poſitis eſt ſiue confeſſis,& non ex ſuppoſitione acceptis] Quid eſt ratiocinatio,& elenchus,& in primo & ſecundo priorũ reſolutoriorum philoſophus differuit,in primo qdem,ratiocinatio inquit,eſt oratio in qua poſitis qbuſdã alterũ quid a poſitis,eo quod hęc ſint,neceſſario cõtingit, & quę ſequuntur. & cuius gratia ſingula quæque differentia adiecta eſt , in reſolutorijs affatim pertractauimus.in priorũ ſecundo reſolutoriorũ ã philoſopho elenchũ eſſe cum cõcluſionis cõtradictione ratiocinationẽ definitũ eſt.nõ.n.ſine ratiocinatione elenchus eſt . neque hac de cauſa cũ ratiocinatione idem eſt. maioris nãque ambitus quã elenchus ratiocinatio eſt, ſi.n.elenchus,omnino & ratiocinatio,nõ tñ e cõtrario,ſi ratiocinatio,& elenchus, qa ex duabus affirmatiuis ſtruitur ſine cõtradictione ratiocinatio,ex utriſque elenchus oõ cõficitur affirmatiuis, nãque hanc qdem propoſitionũ in elencho affirmatiuã,hãc uero negatiuã eſſe oportet.elenchus.n.cõcluſioni quæ a principio accepta eſt, ut contradicat,recipiens cũ cõcluſionis cõtradictione ratiocinatio dicitur.hoc eſt ratiocinatio cõcluſionem recipiens cõtra aliquã propoſitionem uerã poſitã,uel ratiocinatione acceptã,aut conſenſu aliquo uerã,& perſe creditã,cõtradictionẽ habens.ut ſi quis dicat hominẽ eſſe animal,& hoc ratiocinatione demonſtret,qa homo rationalis,rationale animal,& concluſio manifeſta, uerũ qdẽ is ratiocinatus eſt. ſi qs cõcluſioni repugnarit,hunc refellemus,cõcluſioni uere oppoſitũ cõtradictorie,aut cõtrarium,quod ipſe ſupponit,& alterã cõfeſſam propoſitionẽ accipientes, & ipſum ſibi manifeſte pugnantẽ mõſtrabimus. ſit enim de nullo homine animal , & de omni rationali animal, de nullo homine rationale, ſed & omni inerat. ecce igitur uere cõtrariũ cõcluſioni accipientes,& abſurdi neſcio quid cõcluſimus, propoſitionẽ confeſſam deſtruentes. hoc uero ut idem efficiamus,licet,ſi contradictorie oppoſitum acceperimus.in ſecunda igitur figura eligibile medio accepto,malũ nõ eſſe bonum ratiocinatione colligendum, & malum non eſſe bonũ ſit demonſtratum,uel ſimpliciter ut manifeſtũ poſitum,uel ratiocinatione collectum . ut qñ quis nullum malũ eligibile eſſe,omne bonum eligibile ſumpſerit,ob hoc in ſecunda utique demõſtratum erit figura,nullũ malum eſſe bonum.ſi igitur qs cõtra cõcluſionem inſiſtens,hoc eſſe falſum cõtendat,cõcluſionis cõtradictionẽ hanc.ſ.aliquod bonum eſſe malum dabit.is nobis ſic in tertia figura ratiocinantibus refelli poterit,alicui bono p ſuppoſitionẽ malũ ineſt,& omni bono eligibile,alicui ergo malo eligibile,nulli uero inerat. hęc igitur redargutio eſt & elenchus,qui concluſioni contrarium, aut contradictorie oppoſitum,atque ex propoſitionibus aliquam ueram accipiens,atque ex hoc abſurdi quippiam collectum demonſtrat,talis quidem ratiocinatio,& elenchus.et qui ratiocinatur,et refellit,ſecundum hoc ratiocinatur,et refellit .ſed cauillatores minime refellunt.

Sed cauillatores quidẽ nullo modo refellũt,multis uero de cauſis refellere uidẽtur,quarũ unus locus,qui per nomina,maxime aptus ac popularis ualde.quoniã ipſas per ſe res nos, quãdo diſputationẽ inimus,afferre nõ licet,sed rerũ uice nominibus ut notis utimur, & in rebus id quod in nominibus accidit,contingere arbitramur.quẽadmodũ & his qui calculis cõputant.hoc uero nequaq̃ ſimile eſt.nomina enim & orationũ multitudo terminata eſt,res uero numero interminate.orationẽ igitur eãdẽ et nomẽ unũ plura ſignificare neceſſariũ eſt quẽadmodũ igitur illic qui nõ idonei ut calculos ferãt,a ſciẽtibus fallũtur,eodẽ & in ora-

ęquiuocatio . nãque alio quodã & nõ tali ęquiuocationem eſſe fieri nequaq̃ potuit. nomina terminata eſſe, quia elementa, quorũ cõpoſitione nomina cõſtãt, terminata ſunt, ꝑſpicuũ eſt. terminatorũ uero terminata eſt, & cõpoſitio. amplius quia nõ omnis literarũ cõpoſitio ſyllabas uel nomina cõſtituere ualet cõplicatiões. n. & ipſarũ cõpoſitiones, q̃ uocaliũ ſolũ ſunt, hoc efficere ualẽt. ob hãc igitur cauſam qualis cã eſt q̃ ex nominibus. ſ. ex ęquocatiõe & duodecim reliq̃s modis, q ab eo tractabũtur. ĩ rõcinatiõibus & elẽchis (ut dictũ eſt) & appatẽs, & uerũ reperitur, illud qdẽ cauillatoriũ, hoc uero ſciẽtię effectiuũ exiſtit.

Quoniã uero operæ quibuſdã prætium magis eſt, ut ſapientes eſſe uideãtur, quã eſſe & nõ uideri. cauillatoria enim non exiſtens, ſed apparens ſapiẽtia eſt. & cauillator ab apparente, & non conſiſtente ſapientia lucrator eſt. & his ut ſapientis opus agere uideantur magis, quam agere, & non uideri, neceſſarium eſſe manifeſtum eſt.

De cauillatorum ſapientia qualis ea ſit, & de opere ipſorum agitur. Cap. XII.

Qm̃ operę quibuſdã p̄tiũ magis] Vbi hac de cã necnõ alijs errorẽ gigni cauillatoriũ diſſeruit, cur ei impendatur opus, dicere ꝓponit. igitur quã eſſe ſapientes aliquos dicit ut uideantur, magis appetere. quia nulla difficultate, negotio nullo huius ad eos acceſſio eſt. neque parui referre putant ſapientis opus quã uere agere, apparẽter magis uideri. nõ ſolũ ut uideãtur eſſe, quãuis ſapiẽtes nõ eſſent, hac tẽpeſtate operã dãt, ſed & antiquiores huiuſmodi rẽ cauillatores ſtupebãt. apparẽs. n. nõ cõſiſtẽs ſapiẽtia cauillatoria eſt, cauillatorque ab appente ſapiẽtia lucratot. hoc uero Hippię & Protagorę & Gorgię & Prodici declarant. quorũ qui cũ ſapientiã, tũ affluentes diuitias, quas arte hac aggregarunt, diſcere noluerit, Platonis dialogos iſtorũ nominibus inſcriptos legendos curet. & ſapientiſſimus Socrates in Platonis gorgia audaciſſimi poli elationẽ, & callidis inſcitiã rõnes ſcientifica refellit & omnino humilẽ & abiectã credit eſſe cauillatoriã, ſolũ ſapientię opinione & nõ uerã eſſe aſſerunt ſapientiã, cauillatorẽque opinione ſola ſapientem, ſed re uera inſipientẽ & lucratorẽ uidelicet lucri gratia ab apparente ſapientia cõtentioſum, cauillatoriã apparentẽ & non uerã ſapientiã ex hoc quia exiſtimatione eſt, ꝑſpicuũ eſt. q̃. n. exiſtimatione ſunt, nõ ꝓprie ſunt. ſi. n. exiſtimatio eſt apparens exiſtentia, apparens uero exiſtentia nõ eſt ꝓprie exiſtentia, ergo termini duplicacione maioris exiſtimatio ꝓprie nõ eſt. ob hoc cauillatoria apparens ſapientia eſt, ſapienſque apparens cauillator eſt. & nõ uerũ ſed apparens cauillatoris eſt opus, & quia ab apparente lucrabantur ſapientia, cõſequens omnino erat, ut ſapientis munus agere uiderentur magis, quã agerent. qui. n. uere cauillator eſt, ſapientis munus obijt magis, quã obire uideatur. Socrates ubique ſe nihil ſcire, nec quicquam ſapienter agere affirmans declarat, at omnia ex alta ſupremaque ſcientia partim dicebat partim agebat cauillatores eregione nõ omnia neſcire cõfirmant. nullus. n. unq̃ & hodie inquit Protagoras nouum quid me interrogauit quaſi ipſa illa dicens ab omnibus interrogor quæ ſcio.

Eſt uero ut unum ad unum dicere de unoquoque ſcientis opus, ipſum quorum notitiam habuit nõ falli, errantẽ uero oſtendere poſſe. hæc uero ſunt hoc quidem quia rationem reddere, hoc uero quia accipere poteſt. fallere igitur uolentibus eſt, dictarum genus quærere orationum neceſſarium. operæ prætium nãque eſt. ut enim ſapiens appareat, eiuſmodi præſtabit facultas. cuius electionem ſunt habẽtes. eiuſmodi quidem igitur eſſe orationum genus, & talem ab his quos cauillatores uocamus, appeti facultatem, perſpicuum eſt.

De ſapientis opere agit. Cap. XIII.

Eſt uero ut unũ ad unũ dicere opus] Poſtq̃ cauillatorũ ſapientia qualis ſit diſſeruit, & qđ apparens ſapientia, necnõ quale ipſorũ opus, qm̃ ſapientis munus p̄ſtare uidentur, oſtendit. nunc eorũ q ueri ſapientes ſunt, opus adiecit quiſpiã. n. utique dicere poſſet, qua rõne & quo mõ recte interrogare, pariterque & rñdere ſcientes, ab his qui ut nos fallant, decipiantque, aggrediuntur, fraudibus nõ capiamur. ſcienter inquit interrogantibus & rñdentibus. opus. n. interrogãtis eſt partim interrogatiõibus nõ mentiri, partim errantem rñdentem, ſi qdem nõ recte & falſo rñderit, oſtendere. rñdentis uero, ſicubi aberrat interrogans, & ipſum qdem errantem oſtendere opus eſt. quia rõnem reddere ualet, qđ p̄cipuũ ipſius rñdentis eſt opus. cognoſcens. n. ſiue plurifariã multiſque modis, ſiue uno res dicantur mõ, interrogantem eorum quippiã, q̃ multis dicuntur modis, in eorum morem q̃ uno interrogari cõuenit mõ, haud quaq̃ ſi nouerit, hunc fallere, ac decipere ꝑmittet. in accipiendo nõ dicere falſum, interrogantis opus. qui. n. interrogandi recte facultatem habet, nunq̃ ꝓpoſitionem ob quam pugnantia ſibi & cõtraria dicere cõtinget, interrogabit. ut. n. recte interrogans, nõ ꝓpter ſe ſed ob rñdentem tanq̃ ꝓcul ab errore interrogare nouerit, cõtraria accidere demõſtrac. eſt uero ut unum ad unum, ut breuiter dicã, ut unum ad unum, amborum opera. ſciſcitantis quidem recte opus ꝓprias & nõ ambiguas ſumere ꝓpoſitiões. rñdentis uero interrogantem

ſi errauerit,refellere poſſe.errantē uero refellendi & ęquiuocorum & ambiguorum necnō aliorum quibus fallere nititur interrogans,cognitiōe,facultas innaſcitur. uel igitur unū ad unū ſic intelligendū,uel ſic capi debet. qm̄ pcūctari me uis,cognoſce,niſi a' me uis tua interturbetur,puertaturque interrogatio recte & uere interroga.qđ quidem ſcienter eſt interrogantis opus.& ut errantē refellas,p ea q̄ diſſeruimus incūbe . qđ quidem perite rn̄dentis eſt opus ,pprium.aut igitur unum ad unum primo aut altero intelligendum mō ſeruat.n.& in his duo.n.q̄dā dixit & q̄uo rn̄dendū,& interrogandū eſt.cū hęc diſſeruit eorū q̄ demonſtrauit,nos meminiſſe uult.&.n.eiuſmodi orationum quā cauillatores quoquomodo inſequuntur,formā eſſe cōſtituit,in quibus & ęquiuocationē adiecit,cauſamque ob quā eiuſmodi orationū appetunt facultatē addens,quia plana ſcilicet,& facilis,quia talis litigij & cōtentiōis facultas apparentem efficit ſapientem,ob hoc electionē cauillatores habent.his mō quodam Ariſtoteles hanc orationum formam circa quam cauillatores ſtudioſe uerſantur,philoſopho,ut modo ſcientifico & uero cognoſcat,eſſe neceſſarium conſtituit.quo enim modo qđ ignoratur refellendum erit?ut igitur non ignoretur,opus eſt.ſi enim talium orationum inſcitia atque imperitiā imaginationis cauſa eſt,haud dubium eſt,quin cum ipſarum cognitione non ſimul cum ea & elenchus ſit.

Quot uero orationum ſophiſticarū ſpecies,& ex quot numero ipſa cōſtituta facultas eſt, necnon quot negotij partes ſunt,atque alia huic arti conferentia,iam diſſeramus.

Proponit ea de quibus tractaturus eſt. Cap. XIIII.

Cū hęc demōſtrauit,ad hęc de quo p̄ſens agit liber:dicere ,pponit.de cauillatorijs agit elēchis & q̄uo: & p q̄ conſtituantur,& quot orationū ſophiſticarū ſpecies ſunt.in ſophiſticorū nunc elenchorū doctrinā ingreditur,& prius quot cauillatorię orationum ſpecies,& ex quot cauillatio conſiſtit,inquirit.quot uero orationū ſpecies ſunt,et ex quot numero,aut uiciſſim mutuo ſitę ſunt,aut hęc dictio quot loco huius,q̄ orationū ſpecies ſunt,& ex quot numero,aut eadem poſita eſt huius loco quot redargutionū cauillatoriarū ſpecies,q̄ quidē duę ſunt circa dictionē ſcilicet,& extra dictionem,ex quot uero,loco huius, quot unius cuiuſque eiuſmodi ſpecierū partes.ſpecierū.n.partes ſubdiuiſiones dicit ſpecierū. poteſt & hoc,quot negotij partes ſunt,dicere.qđ huic ęquū eſt,& quot cauillatores cōiectāt.nō.n.ut refellere uideātur ſolū,ſed & nōnulla alia q̄ paulo poſt dicet.cōiectāt.poteſt uero cauillatoriā dicere.ſi qdē neque ars neque ſcientia.q̄ utraqꝫ in ueris uerſantur.& ars eſt cū uera habitus rōne effectiuus & ſcientia circa ea q̄ eodē ſemp mō ſe habent habitus demōſtratiuus.uel generatim & cōiter cauillatoriā nuncupauit artem ſeu potentiā,dicit enim ipſam & artem communiori artis nomine utens.

Sunt quidē orationum quibus in diſſerendo utimur,genera quatuor.doctrinæ effectrices, dialecticæ,tentatiuæ,litigioſæ.doctrinæ quidem effectrices ſunt,quæ ex principijs unicuique diſciplinæ accōmodatis,non ex reſpondentis opinione ratiocinatrices ſunt.oportet nāque addiſcentem credere.dialecticæ uero,quæ cōtradictionis ex probabilibus ratiocinatrices: tētatiuæ uero quæ ex his quæ uidentur reſpondenti,et ei qui ſcientia ſe eſſe præditum ſimulat cognitu neceſſarijs,quo modo in alijs determinatum eſt.litigioſæ,quæ ex apparentibus probabilibus, & non exiſtentibus ratiocinatrices, aut apparentes ratiocinatrices. de doctrinæ effectricibus, & de demonſtratiuis in reſolutorijs dictum eſt. de dialecticis, & tentatiuis,in libris qui hunc præceſſere.de contentioſis & litigioſis nunc diſſeramus.

Ratiocinationū genera,& earū recenſet differentias,ut de qua acturus eſt,ſpeciē capiat. Cap. XV.

Sūt qdē orationū quatuor q̄ in diſputatiōibus aſſumūtur genera] Cōiter prius de oībus rōcinatiōnū formis ſermonē habet,eaſque enumerat,& rōcinatiōis de qua ab ipſo ſermo nunc habendus eſt, formā ſuſcipiēs,doctrinā eius tradit.dubitatione dignū uidetur,cur orationū q̄ in diſputatiōibus aſſumūtur, genera quatuor eſſe dicēs,orationes q̄ doctrinā pariūt p̄cipue,q̄ demonſtratiuę ſunt,intulit.nō.n.orationes demōſtratiuę ex probabilibus ſunt,neque ex his q̄ uidētur omnibus,aut horū plurimis,neque ex his quæ ſapiētibus,aut oībus,aut horum plurimis,& horū maxime in philoſophia claris,neque de omni qđ proponitur rōcinātur,ex his.n.rōcinari nō itē demonſtrationis eſt,ut dialectices ,ppoſitū.an in diſſerendo pro rōcinādo nūc accipiendū eſt,q.n.demōſtrat ut in geometria & nōnullis alijs habetur, nō diſputando,ſed rōcinādo ,pgreditur.quatuor eſſe genera dicit,& q̄ ſunt exponit, ſummo orationis cōpendio horū adinuicē differentiā docet.doctrinæ effectrices orationes inquit,nō ex his q̄ uidentur reſpondenti, ſed unicuique diſciplinę ex principijs ſunt accōmodatis.rōcinatiōes qdē demōſtratiue ſunt,(ut in numeris dixerim) q̄ i diſcreto rōcinātur quāto & geometricę,q̄ i quāto ſunt cōtinuo,ſimpliciterque ex ,ppria unuſquiſque ſcīa & ſubiecto ,pprio principia hēt.& demōſtratiua eſt,q̄ ſic & ex eiuſmodi nō ex rn̄dētis

opinione

opinione ratiocinando procedit.huius uero cauſa exiſtit,qm̄ credere addiſcentem oportet quod eſt,qū ex princi pijs rei docens accõmodatis, proprias quæ ſequuntur,rationes habet. non enim quiſpiam niſi perſuaſionem primorum habuerit,poſteriora diſcere poterit. dialectice uero ratiocinationes ſunt,quæ contradictionis ex probabilibus ſunt ratiocinatrices. ſemper enim dialecticus problematis ratiocinãdo contradictionem colligere nititur,& utraque in partem, quia exercitator eſt,ex probabilibus aggreſſus habet,oppoſitorumque eſt ratiocinatiuus,tertiam inquit tentatiuam eſſe ratiocinationem,quæ & ipſa dialectica eſt,pars nanque eſt dialecticus.hactenus ab illa differt, quatenus de eo cuius ſcientiam habere non diſſimulat,non ex ſimpliciter ſed ex apparentibus reſpondenti procedit probabilibus.in hoc enim a' dialectica ut dictum eſt tentatiua diſtat oratio.atqui & ipſe dialecticus exiſtit,quatenus ipſe ex ſimpliciter ratiocinatur probabilibus,quæ omnibus,uel plurimis,uel ſapientibus uidentur. tẽtatiuus uero ex ſimpliciter probabilibus,& ex his quæ uidentur omnibus, qui illã non neſcire ſcientiam, cuius experimentum ſumitur,ſimulat.quæ & ipſa quamuis non abſolute,ſed ſecundum ſcientiam illam probabilia ſunt.quæ in falſis q̃ ſunt in geometria,deſcriptionibus,nõ ex his quæ uñr oibus,ſed & ex his quæ geometris uidentur, accepta,quæ ut ab ipſis illis cognoſcantur,neceſſaria ſunt.& in nõnullis reperitur exẽplaribus neceſſarium õ paruo inſcriptum.& utique ſermo imperfectus erit ut extrinſecus hoc aſſumendum ſit.quorum ſcientiam habere non diſſimulanti ſcire neceſſariũ.in quibuſdam quidem alijs nõ quatuor ſed tria ſcripta reperiuntur genera.qm̄ tentatiuę ratiocinationis ut partis dialectices progrediens meminiſſe uidetur. apud Platonem uero nõ raro cum in Eutiphrone,tũ in omnibus eiuſdem fere' dialogis tentatiue formam inuenire licet.& in primo de differendi arte libro ratiocinatiuum meminit tentatiuarum,ubi ad quæ dialectica conducibilis eſt,exponit. illud.n.ex hoc,quo in alijs definitum eſt mõ, indicauit.litigioſas uero eſſe aſſerit,quas ex apparentibus quidem non tñ exiſtentibus probabilibus ſana conſtat figura conſtructas necnon apparentes ratiocinationes.iſtę uero econtra in figura delinquentes contentioſæ & litigioſæ ſunt,quas eaſdem eſſe aſſerit.de alijs quidem inquit doctrinę effectricibus, & demonſtratiuis orationibus in poſterioribus dictum eſt reſoluturijs. de dialecticis uero & tentatiuis in arte differendi pertractauit. de contentioſis & litigioſis nunc eſt dicendum.

Primum uero accipiendum quot ſunt,quæ orationibus contendentes & pugnantes coniectant. ſunt uero hæc numero quinque elenchus,& falſum,inopinabileq́;,& ſolœciſmus,& quintum diſputans ut nugetur efficere. hoc uero eſt, perſæpe ut idem dicat, cogere. aut horum ſingulum non exiſtens, ſed eſſe apparens. maxime quidem enim ut coarguentes appareant, eligunt. deinde in aliquo falſum demonſtrare. tertio ad inopinabile ducere. quarto ſolœciſmum facerẽ. hoc uero eſt reſpondens in oratione barbara ut utatur dictiõe efficere. poſtremo uero idem ſæpius dicere.

De his quæ cauillatores coniiciunt agit. Cap. XVI.

Primum quidem accipiendum,quot ſunt,q̃ orationibus contendentes coniectant.] Poſtq̃ quot ratiocinationũ formæ ſunt,& quot uniuſcuiuſque formarũ ptes,necnõ quæ hoc in negotiũ cõferunt,pertractauit,nunc quod pollicitus eſt,abſoluere inchoat.& primũ quot ſunt,q̃ coniectant, qui orationibus contendunt.hoc eſt cauillatores. & hæc numero inquit ſunt quinque,q̃ coniectant. elenchum, falſum, inopinabile,ſolœciſmum,& ut rñdens cõpellatur innugas,efficere. quid uero horum unũ quodque eſt, ulterius progreſſi addiſcemus.quid uero eſt rñdentem in nugas detrudere,p id quod inducitur declarat. expoſitiuum.n.huius quid quidem eſt nugari, idem ut dicatur ſæpius cogi.nunq̃ in ueris differunt cauillatores,quia ex apparentibus non probabilibus argumentã nectũt,hac de cã & cõiectãt dixit ſed de his quę uidentur,quod unũquodque eſt,cum & ipſe de his ptractabit,differemus.hoc uero,aut nõ exiſtens, ſed ſingulum horum eſſe apparens,eiuſmodi eſt,ut.n.q̃ cõijciunt cauillatores,enumerauit.ſingulum horum q̃ coniecturis cauillatores pſequuntur aſſerit apparenter,non uere eſſe ens eſt uero oratio ſic horũ ſingulum non eſſe ens,ſed apparens,nõ.n.rñdentem uere ſed apparenter falſum demõſtrant.neque uere ſed apparenter ſolœciſmo uti oñdunt.hac.n.in interrogatione,num quod dicis eſſe, eſt hoc?dicis eſſe Socratem,eſt igitur Socratem:appens & nõ uerus eſt ſolœciſmus.hoc uero,aut nõ exñs,ſed apparens.licet & iſto pacto accipe,uelut ſi dixiſſet,aut ut apparentis hoc ſit ſolutio dubitatiõis huius, q̃uo refellunt cauillatores,ſi tum falſum,tũ elenchũ,tũ eiuſmodi reliqua cõiectãt,& horũ unũquodque appens,& non exñs.neque.n.elenchus,uerus eſt elenchus.neque ſolœciſmus,ſolœciſmus.neque cæterorũ tale eſt,quale & apparet. ſiqdem elenchus eſt,q cõcluſionis cõtradictionẽ & unã ppoſitionũ accipiens & poſitorũ qppiã perimens.dicens uero nũ eſt tacentẽ dicere;nõ,qd uero,qñ ligna & lapides dicis,eſt igitur tacentẽ dicere,nõ redarguit.tacere nanque dicitur bifariã.hoc uero aut horũ unũquodque nõ exñs ſed appens (ut diximus)ſic intelligẽdũ,& ipſe ex hoc ut redarguẽtes appareãt,maxime eligũt,& q̃ ſequuntur,in lucẽ ptulit.dixerit uero aliquis,hoc mõ qd dictũ eſt,exponi põt.quod cauillator refellere aggreditur, non eſt non ens eiuſmodi,tum ſecundum ueritatẽ,tum ſecundum apparentiam,quale eſt quod nullo modo apparens,ſed ut per ſe eſt,minime ens,opinantis uero reſpectu ens,& ob hoc apparens.

Redarguendi uero duo ſunt modi, quorum quidem.n.partim circa dictionem ſunt, par tim uero extra dictionem. quæ in dictione quidem imaginationem efficiunt, ſex numero ſunt. hæc uero æquiuocatio, amphibologia, compoſitio, diuiſio, accentus, & dictionis figura.

De paralogiſmorum modis dicere proponit. Cap. XVII.

Duo uero ſunt modi, uidelicet ſpecies redarguendi] Nūc de paralogiſmorum modis dicere ꝓponit, ipſis tribus ſupra decē exñtibus, duos ipſorum aſſerit eē modos, ſpeciei uero loco modū accipit, & modo quodā ſic dicit, ſophiſticarū importunitatum duę ſunt ſpēs, quarū una, ſex q circa dictionē dñr, altera ſeptē, quos extra dictionē uocat, modos cōtinet. q circa dictionē imaginationē efficiūt, ſunt æquocatio, amphibologia, cōpoſitio, diuiſio, accentus, dictionis figura, qui uero extra dictionē ſunt, unus qdē accidētis, alter uero circa ſimpliciter, uel nō ſimpliciter, ſed aliqūo, aut ubi, aut aliqñ, aut ad aliqd dici & nō ꝓprie appellatus, tertius qui in elenchi ignorātia, quartus, qui circa cōſequens, qntus, q circa principij petitionem uerſatur, ſextus, qui nō cām ut cām ponit, ſeptimus qui plures unā efficit interrogationē. qm̄ uero ſuprema eorū q̄ ſunt, in uoces & res diuiſio extat, quorū hæc qdem dicibilia, hæc uero exña, dicibilia quidem uoces ſunt, & exña res. & ſophiſticorū elenchorū primā obtinet ptitionem, q̄ aut in uocibus aut rebus diuiſio eſt, harū in plurimas qlibet diſtribuitur ptes. ſiquidem in uocibus, fraudū circa dictionē modi erunt ſex. ſi uero in rebus, qui extra dictionē reliq ſunt, modi ſeptē. primū qdē igitur de modis qui in dictione cauillatoribus differendum eſt, poſterius uero de extradictionem modis. neceſſe igitur circa dictionem ſophiſmata q̄ ſunt in uocibus, aut ex his q̄ ſecundum ipſas, aut circa ipſas ſunt, eſſe. ſiquidem ex his q̄ ſecundum ipſas ſunt, aut his cōſtāt, q̄ res abſolute & ſimpliciter differentes cōtinent. & dictorū paralogiſmorū prima, q̄ eſt æquiuocationis, oritur ſpēs. aut uocibus cōpoſitis res pariter differentes cōtinentibus, & altera q̄ eſt amphibologiæ forma, abſoluitur. quatuor ſunt modi quibus hæc duo cōſtitui cōſueuere, primum qñ oratio, aut nomen plura ſignificat, qui æqualiter, ut dicemus ambabus, cōis exiſtit. alter uero cum aſſueti ſumus ſic dicere, quid uero eſt, quod aſſueti ſumus ſic dicere, cum philoſophi dicta cōſiderabimus, educetur in lucem. ꝑterea æq̄ ut q ante hunc ambabus modus iſte cōis eſt. tertius qñ cōpoſitum plura ſignificat, ſeparatum uero ſimplex eſt. q modus formæ q̄ amphibologiæ eſt, proprius exiſtit. quartus uero qui è regione opponitur huic, qñ compoſitum unū ſignificat. quod quidem dixit. uidelicet qñ ſuperius dicebatur, ſimpliciter uoces obſeruat quis res differentes cōtinentes, & duos dictos efficit ſophiſmatum modos, aut has uoces ſimpliciter componit, & aliquid ex uniuerſę uocis cōpoſitione ſequens recipit, & ſpeciem q̄ circa dictionem eſt tertia, in cōpoſitione, aut huic oppoſito modo & eā quæ eſt ſecūdū diuiſionem, formā cōſtituit. his modis qui ſecundum ipſas ſunt dictiones, cauillatorijs hæc abſoluūtur ſophiſmata. ex his qui circa ipſas ſunt, duo reliqua manāt, aut.n.circa tonum, aut & circa ſpiritū, & eam q̄ accentus ſpēm abſoluit. aut circa qualem figuratæ dictionis habitudinem, & uocatā circa dictionis figurā ſpēm pficit. iſti ex dicibilibus ſex ſunt modi. qūo uero & unde horū unuſquiſque conſtituatur, ulterius progredientes dicemus, & orationis obſcuritatem, exemplorum ſplendore illuminabimus.

Huius uero fides, aut & per inductionē, & ratiocinatio, ſi quæ accepta fuerit alia, & quod tot uicibus, iiſdem partim nominibus, partim orationibus non eadem declarabimus.

Quod neque plures neque pauciores, ſex in dictione modis probat. Cap. XVIII.

Huius uero fides & per inductionem] Superius ſex ſolos circa dictionem fraudū modos; & nullum reliquum eſſe aſſeruit, & ſuam orationem q̄ neque plures neque pauciores his eſſe dicit, confirmat. fides uero huius ſex ipſos eſſe, neque hunc tranſilire numerū, inductio eſt, q̄ à me adducetur poſterius, fraudes quæ circa dictionem nectūtur, exponens & oē quod ex dictione alterum cōſtitutū erit, in hos trāſferens, & ratiocinatio aliqua altera ſi accepta ſit. alterā uero dicit pro ſyllogiſmos utriuſque ꝓpoſitionis, ratiocinationis ab ipſo poſitę. & hæc ipſa proxime dictis quamuis & obſcure & ut dixerim ænigmatice, poſita eſt. qūo uero iſto pacto hæc ſe habeant, dilucidationis gratia dicendum. ratiocinatio in prima & primo ſit figuræ primæ modo, ſimiliter uterque ꝓpoſitionis utriuſque proſyllogiſmus. ratiocinatio uero (ut & Galenus inquit) hæc eſt. ſophiſmata circa dictionem fiunt, cum nō eadem iiſdem & nominibus & orationibus declarantur, oīa non eadem iiſdem & noībus & orationibus ut declarentur, ſex modis fieri contingit, omnia igitur circa dictionem ſophiſmata, ſex fieri modis contingit. talis quidem eſt ratiocinatio. alteram uero ratiocinationem dicit, quæ maiorem propoſitionem confirmat dicentem, omne nō idem iiſdem & nominibus & orationibus ut declaretur, ſex contingere fieri modis, necnon eam quæ minorem probat dicentem, circa dictionem cum non eadem iiſdem & nominibus & orationibus declarantur, ſophiſmata fiūt. minor uero huius rōcinationis demōſtratur, ſi q̄ ſunt circa dictionis uitium terminus medius acceptus ſit, erit utique minorem propoſitionem probans ratiocinatio hæc. ſophiſmata circa dictionis uitium fiunt, oīa quæ circa dictionis uitium fiunt, cum nō eadem iiſdem & noībus & orationibus declarantur, ſophiſmata igitur cū nō eadem iiſdem & noībus & orationibus declarātur fiūt, q̄ cō-

cluſio minor erat (ut dictum eſt) ratiocinationis antecedentis. propoſitio & maior,ſi hoc,uel potētia, uel actu,uel imaginatione pro medio acceptum ſit,non diſſimilitet monſtratur. & hæc ratiocinatio maiorem probãs eiuſmodi eſt,oratio & nomē duplicia ſunt,hoc eſt nō idem declarant,omne uero duplex in nomine & oratione uel potentia,uel actu,uel imaginatione,hoc uero potentia,uel actu,uel imaginatione bis acceptum ſex contingit fieri modis , & concluſio clara eſt . ratiocinatio uero & ſic clarior deduci poterit , unde manifeſtum omnia quæ non eadem ijſdem & nominibus declarata , ſex contingere fieri modis , aut omnino quia uel potentia , uel actu , uel imaginatione duplicia ſunt , omnia uero quę hoc modo ſe habent , ſex modis fieri contingunt , & ob hoc quæ non ijſdem & nominibus & orationibus declarantur,ſex modis fieri contingit,igitur communis omnibus concluſio eſt,ſophiſmata circa dictionem fieri ſex modis contingit , et ratiocinationis eiuſmodi ſunt. in ſophiſmatibus et æquinocationis et amphibologiæ duplex inuenitur actu,in nomine quidē circa æquiuocationē.in oratione uero circa amphibologiã actu duplex eſt.aliqd.n.actu exiſtēs duo ſignificat, cũ nomine duo ſignificãtur.tũc.n. propriũ non unius nomē eſt declaratiuũ.ſed et hoc,nũ eſt tacentē dicete,nō unius ſed duorũ . potentia uero tũ in accentus,tum cõpoſitionis,tũ diuiſionis ſophiſmatibus duplex habetur.oĩno.n.iſta unũ,non plura ſignificant , quia utroque modo capiuntur,duplicia dicũtur. quare et potētia ipſa eſſe aſſerimus, eiuſmodi.n.potentia.hoc.n. ὄρος ſtetit uoce prolatum nullius actu declaratiuũ, ſcriptũ uero eſſe poteſt multorum explicatiuum,aut aſpirata,aut tenui addita,huic ὄρος. quomodo ueto quę in cõpoſitione et diuiſione ſunt , duplex potentia habeant,nos cũ progreſſi longius fuerimus,nō ſugiet.in his q̄ in dictionis figura ſunt,duplex imaginatione reperitur.hoc.n. uideo,& dico ſimpliciter prolato cauillatores dicunt,num uidere et dicere ſimiliter dicitur,eqdem,dicere uero eſt agere,igitur et uidere , ſed pati uidere eſt.ſiquidem ſenſilium comprehenſio ſenſiteriorum tum aggregatione,tũ diſgregatione.nō parua Ariſtoteles ratiocinationē ponēs iniecit obſcuritatē.dictio uero ipſam nobis denuo aſſumentibus,rurſus declarabitur.fides eſt huius dictionis,ſophiſmata ſex eſſe numero ĩductio, et ratiocinatio,ſi aliqua alia accepta ſit.aliam ratiocinationem ſimiliter dicens, atque proſyllogiſmos maiorem et minorē propoſitiones conſtituentes.hoc uero,et quod tot modis utique ijſdem tum nominibus,tum orationibus non eadem declarabimus,ſex fieri modis cõtingit,maior ab ipſo poſitæ ratiocinationis.ęquum uero eſt hoc,tot modis ijſdem et nominibus et orationibus non idem declarabimus . huic, omne quod ijſdem et nominibus et orationibus declaratum.obſcuritas uero ob hoc inſerta eſt,quia hanc ſolam poſuit propoſitionē,minorem uero,et concluſionem , et proſyllogiſmos dimiſit .

Orationũ uero æquocationis eiuſmodi ſunt . ut ſcientes addiſcunt . quæ.n.recitãtur grãmatici addiſcũt.addiſcere.n.æquocũ eſt,& intelligere ſciētia utētē,& haurire ſcientiam.

De æquiuocatione agit,primum exemplum ponens . Cap. XIX.

Orationũ uero æquiuocationis eiuſmodi ſunt] A ſophiſmatibus dictionis orditur,ſingulaque ſex modorum ponit exēpla,et in primis ea q̄ ſunt ęquocatiōis,ſunt uero ex ęquocatiōis fraude poſita ab ipſo exēpla quatuor.primum,ſciētē ignoratē eē ,alterum,mala eē bōa,tertium,ſedētē ſtare,quartũ ęgrum ſanum eē cõcludit.primum uero cõcluſionē adducere cauillatoriã,deinde rõcinationē ponere aſſueuit. hęc.n.eſt cõcluſio:ſciētes addiſcũt,& p ſciētibus grãmaticos capit,minorēque relinq̃re,ppōnē uidetur,q̄ eſt hęc,grãmatici recitãt.rõque hoc pacto formatur.nũ ſciētes recitãt,eqdē,recitãtes addiſcũt,certe,ſciētes igitur addiſcũt.eiuſmodi diluēs fraudē inqt,addiſcere ęquocũ ſeu duplex,partĩ qdē dicitur de eo q & intelligit,ſciētiã que exercet,& intelligere ſignificat,ut dicere cõſueuimus,addiſco dicta.i.intelligo,partĩ uero,p eo q ſcientiã recipit,& qui uſque nũc ignarus ex ignorãtia in cognitionem trãſit,ponitur.quare ſciētes tũ addiſcere,tũ nō addiſcere dicimus.addiſcere qdē quatenus ſcia utuntur,& intelligũt.nō addiſcere uero,quatenus ad ſciētiã pcipiēdã admouētur.ſophiſma uero(ut in,phemijs diximus)ã Platone acceptũ eſt,quod hoc mō ſe hēt.ſciſcitabatur cliniã Euthidemus ô Clinia utri hoĩum addiſcũt ſapiētes,an ignorãtes,ſapiētes inqt.Clinias,& Euthidemus ſunt p̃ceptores,eqdem,quorũ,addiſcētiũ,qd uero addiſcētes ut tu ſciebas q̄ addiſcebas,minime quidē,num ſapiens eras cũ hæc neſciebas,neq̄q̄,igitur ſi nō ſapiens ignorãs ualde,ignorãtes igitur ô clinia nō ſapiētes addiſcũt.deinde rurſus incõtrariũ torquet argumētũ Euthidemus dico Clinia cũ nobis recitat grãmatiſta,utri puerorũ addiſcũt,q̄ recitãtur ſapiētes,an ignorãtes,ſapiētes,ſapiētes igitur nō ignorãtes addiſcũt.in primo qdē paralogiſmo clinias qdē addiſcere,p ſcire,& intelligere q̄ dicũtur,admiſit,euthidemus uero deductionē & migrationē ex inſcitia atque ignorãtia in ſcientiã & cognitionem accepit,in altero uero econtrario. eiuſmodi qdem paralogiſmus dictus.

Et amplius mala bona,decentia.n.bona,mala uero decentia.duplex enim decens eſt , & neceſſarium,quod & in malis non raro contingit . eſt enim aliquod malum neceſſarium. & bona uero decentia eſſe dicimus.

De altero æquiuocationis exemplo. Cap. XX.

Qui uero mala eſſe bona concludit paralogiſmus , talis exiſtit.] Et hic concluſio prius quæ dicit

mala eſſe bona, deinde ambę poſitę ſunt propoſitiones.hoc.n.extruitur modo.num mala decẽtia ſunt? certe,nũ decentia bona? equidẽ,mala igitur bona.& iſte paralogiſmus duplex eſt,partim utile, partim honeſtũ ſignificat.ut decẽs eſt iuſta facere,hoc eſt honeſtũ,pariter uel legibus,uel parẽtibus obtẽperare. ſignificat.n.decẽs & neceſſariũ,quatenus quod genitũ ut corrũpatur,decens eſt dicimus, hoc eſt neceſſarium.ſignificat quoque decẽs & quod ex uſu cõferensque eſt.nãque decẽs ſeu cõ ferens,dicimus ſi talibus utamur exercitijs.cũ trifariã decẽs dictũ,Ariſtoteles una quæ cõferentis eſt ſignificatione omiſſa, paralogiſmorũ de duabus uitiũ oſtendit.in propoſitione quidem minori q̃ dicit mala decentia, pro neceſſario decens ſumptũ eſt.flagella.n.& percuſſiones & cedes & alia quæ mala ſunt,cõtra nõ neminem latronem & occiſore neceſſaria ſunt.in maiori uero pro bono captũ eſt,& in hoc malũ concluſum eſt eſſe bonũ. ſi igitur quis decens partitus fuerit,& huius hoc quidem eſſe neceſſariũ.hoc uero bonũ eſſe aſſeruit, cauillatorẽ concluſionẽ ne inferat,cohibuit.quia nõ neceſſarium decens ſeu inciſionẽ & aduſtionem quæ illi ex neceſſitate qui ad ſanitatẽ reducitur,admouẽtur,bonum eſſe.ipſe.n.inciſionem dico & aduſtionẽ per ſe mala ſunt.paralogiſmus igitur eſt,quia alius & alius medius terminus ſumptus eſt. non diſſimiles ſunt & iſti,num coruus uolatilis eſt? quid uero non inſtrumẽtum quo portas claudimus,coruus eſt,inſtrumentum igitur uolatile eſt,coruus nanque æquiuocum eſt. & rurſus,num aquila uolatilis eſt? certe,quid uero,num piſcis aquila eſt? piſcis igitur uolatilis eſt.

Amplius eundẽ & ſedere & ſtare,et ægrotare et ſanũ eſſe.qui quidẽ.n.ſurgebat,ſtat. & qui ſanabatur, ſanus eſt. ſurgit uero ſedẽs,et ſanatur æger.ægrũ.n.utcũq; agere,aut pati,nõ unũ ſignificat.ſed aliquãdo quidẽ qui nũc æger aut ſedẽs,aliquãdo qui prius ægrotabat.tamẽ ſanabatur,et æger,hic æger.ſanus eſt,nõ æger ſed hic æger nõ nũc ſed prius.

De duobus reliquis æquiuocationis exemplis. Cap. XXI.

Supereſt ut uideamus q̃ ſequũtur,reliqua cauillationis ex ęquocatione exẽpla.amplius eũdẽ ſedere et ſtare,& ęgrotare et ſanũ eſſe.& hęc cauillationũ quodã modo cõcluſiones exiſtũt,hoc uero pacto ipſarũ extruũtur formationes.nũ ſedẽs ſurgit? equidẽ,quid uero nõ ſurgẽs ſtat,quõ.n.non? ſedens igitur ſtat. itẽ nũ qui ſanatur ſanus eſt? certe,nũ æger ſanatur, eqdẽ, æger igitur ſanus eſt,quod abſurdum eſt,maior utriuſque propoſitio rõcinationis falſa eſt hoc.n.ſurgentẽ.ſtare,& q ſanatur,eũ ſanũ eſſe,duplex eſt hoc quidem quod ſimul ſurgere incipiebat & ſtãs ſit,& huc quod ſanari una incipiebat,& ſanus ſit,nõ admittẽda ſunt. falſa nãque exiſtũt.hoc uero qui prius & ſanabatur,& ſurgebat,nũc eũ & ſtare, ſanũ eſſe cõtingere in qbus hac dictione certe aſſentiendũ. quare hac in ſentẽtia cũ incipiebat ſurgere ſurgentẽ ſtare fieri nequit,& de ipſo hanc dictionẽ certe cõcedere nõ oportet.nũc uero eum q prius ſurgebat,ſtare,fieri poteſt,& de ipſo certe cõcedere oportet.ſimiliter in hoc q ſanatur,is ſanus eſt,quod.n.uno tẽpore q ſanetur,& ſanus ſit,fieri nõ poteſt,neque aſſerẽti aſſentiendũ. hoc uero in eo qui anno ſanabatur prõ ſanũ eſſe uerũ eſt. & huic cõſentiri a rõne non abhorret.in æquocatione uel & amphibologia iſtatũ eſt elenchus orationũ,ipſę.n.quadã (quemadmodũ & prius dictũ eſt & progrediẽtes addiſcemus) adinuicẽ communione nectũtur,ut quod & nũc proponã ſe habet.utrũ iudex legiſlatoris opere utitur? certe.qd uero, nũ qui alicuius utitur opere,illi præeſſe dicitur? oĩno quidẽ,iudex igitur legi præeſt. et hic.n.alicuius uti opere duplex,partim qdem ut inſtrumẽto quod in iudice nõ reperitur,partim uero ut proprię cõſtitutionis principio quod nihil in iudice ut ſit,prohibet.hac de cauſa ſub legiſlatoris imperio iudex eſt,& ipſi ſubditus,ab eoque regitur,præcipiturue potius quàm ipſi præcipiat,et præſit.cum cauillationũ propoſitiones tũ maiores,tũ minores explicaſſet,maiores quidẽ qbus dicit,qui quidẽ ſurgebat ſtat,& qui ſanabatur ſanus eſt,minores uero,qbus dicit ſedens ſurgit,& ſanatur æger,infert.hoc.n.ægrotãtem utcũque agere,uel pati,nõ unũ ſignificat.quod qdẽ declarat nõ unũ eſſe,atque unũ declarare,hoc ſanabatur ſanus,& ſtãs ſurgebat,ſed æquocũ eſſe.eſt uero agere ipſius ſedere,aut ſurgere magis,uel forte utriuſque, pati uero ipſius ægrotare indicatiuũ,erit utique planius, ſi iſto modo iaceat. ægrotãtem.n.ſanum eſſe, & ſtare ſurgẽtẽ nõ unũ ſignificat.qm̃ cũ oratione,q̃ dicit q ſanatur,ſanus eſt,eũ q ſanatur nũc,ſanũ eſſe ſignificatur,falſum eſt.haud.n.fieri poteſt,eũ qui nũc ſanatur,& paulatim ſanitatẽ recuperat, actu ſanũ eſſe. cũ uero iterũ hac eũ qui decem forte ante diebus ſanabatur hoc eſt reficiebatur,ad ſanitatemque reducebatur,nunc ſanum eſſe ſignificatur.ubi hęc dixit,infert,ueruntamen ſanabatur qdem & æger, & hic æger, & quæ ſequuntur.quæ quidem uelut cauillationũ ſolutio eſt.quod uero dicit eiuſmodi eſt, ſanari quidem igitur dicitur & æger nunc,& iandiu æger.ſanum uero eſſe non qui nũc ſanatur, ſed qui iandiu ſanabatur.æger uero,nunc æger,hic æger,aliquando ęger ab Ariſtotele acceptũ eſt.ſanus eſt uero nõ ęger nũc, ſed qui prius & nõ nunc ęger.ut uero & quod dictum eſt,adhuc planius fiat,hoc pacto dicendum. & ęgrotans nunc,& prius ęgrotans ſanitatem recuperans ſanari utique dici poterit, tamen ſanabatur quidem ęger,quia ęgrotauit,ſanus uero eſt,quoniam non ægrotat.

Circa uero amphibologiã tales,uelle capere me hoſtes.et num quod quis cognoſcit, hoc cognoſcit? nam et cognoſcentem et quod cognoſcitur,hac ut cognoſcentem oratione ſignificari

contingit. & num quod uidet quis, hoc uidet? columnam uidet, quamobrem columna uidet. & num quod tu dicis eſſe, hoc tu dicis eſſe? dicis uero lapis eſſe, tu igitur dicis lapis eſſe. & num eſt tacentem dicere? duplex enim eſt & tacentem dicere, & ſilere dicentem, & quæ dicuntur.

De Amphibologia. Cap. XXII.

Circa uero amphibologiã tales, uelle capere me hoſtes] Poſtquã æquiuocationis cauillatio quo fiat modo, pertractauit, ordini inſtituto inhærens ad amphilogiæ cauillationes ſe transfert. etenim in cauillationũ dictiõis recẽſione amphibologiã in ordine cõſtituit alterã. exẽpla uero nõ ſolũ qualia a cauillatoribus maxime, ꝓblemata dicũtur, ſed qualia in oratione quæ extra rõcinationẽ inueniri par eſt, conſpicua ſunt. hoc. n. uelle capere me hoſtes, nõ ut ꝓblema eſt. quod uero ambiguum ſit, nõ nemini nõ dubiũ eſt. oratio. n. ſignificat, aut me hoſtiũ ſuperiorẽ eſſe, aut hoſtes mei. tale eſt & in hoc fit deijcere hoc nũc me: oratio nanque ſignificat ipſos capere, & interfici. cõſequẽtis cauillationis cõſtitutio ralis exiſtit. nũ quod cognoſcit aliquis, hoc cognoſcit? cognoſcit uero aliqs lapidẽ, ergo lapis cognoſcit. itẽ nũ ꝙ uidet qs, hoc uidet? etiã uidet uero quis lignũ, ergo lignũ uidet. & utriuſque plana ſolutio eſt. in utroque. n. oratio duplex. & hoc his nõ diſſimile, nũ ꝙ tu dicis eſſe, hoc tu dicis eſſe? dicis eſſe lapidẽ, tu igitur dicis eſſe lapis. ꝑterea & hoc, nũ eſt tacentẽ dicere? huius. n. & hoc pacto cõſtitutio cauillationis, dicis, quod tu dicis, eqdẽ, dicis uero tacere, tacẽs igitur dicis. uel cõtrario modo dicis tacẽs. cauillationẽ uero hãc, nũ eſt tacẽtẽ dicere Euthidemus hoc modo interrogabat, nũ eſt tacẽtẽ dicere? minime, quid uero qñ & lapides & ligna & ferrũ dicis, nõ tacentẽ dicis, eſt igitur tacẽtẽ dicere. deinde in contrariũ iterum inflexit argumẽtum, nũ eſt dicentẽ tacere? nequaq̃, quid qñ taces nõ omnia taces, certe, igitur & dicentia taces, eſt igitur dicentẽ tacere. hic enim non dicere in non dicente conceſſit, hic uero accepit, eorum quæ dicuntur loco.

Modi uero qui æquiuocationis & amphibologiæ tres exſtunt, unus quidem, quando oratio aut nomen proprie plura ſignificat, ut aquila, aut canis. alter uero quando conſueuimus ſic dicere. tertius cum compoſitum plura ſignificat, ſeparatum uero ſimpliciter, ut ſcire literas. utrunque quidem enim ſi contingat, unum quid ſignificat, ſcire, & literæ. ambo uero plura, aut literas ipſas ſcientiam habere, aut literarum alium. amphibologia quidem igitur & æquiuocatio his conficiuntur modis.

Quot modis æquiuocatio & amphibologia conſtituatur. Cap. XXIII.

Sunt uero qui in æquiuocatione & amphibologia exiſtunt, modi tres] Ex tribus ſupra decẽ quibus cauillationes fiunt modis, duos ſolũ recenſuit, & æquiuocationis. ſ. & amphibologie, & prius q̃ reliquos adeat modos, qualibus quotq́ue modis tũ æquiuocatio tũ amphibologia cõſtruitur, docet. & inquit, tres ſunt quibus cauillationes conſtituũtur. & unus eſt, cũ oratio aut nomẽ proprie plura ſignificat, quod & in æquiuocationis & amphibologiæ fit cauillationibus, & nomen in paralogiſmis qui ſunt æquiuocationis, plura ſignificat. ut in æquiuocis aquila, canis, coruus, clauis. in amphibologiæ fraudibus oratio (ut dixit) plura ſignificat. oratio enim eſt nominum compoſitio. & nunc (ut perſæpe diſſeruimus) dicendũ & uerba nomina. duplex aut in quibuſdam horum nominum, aut ipſa in oratione eſt. in hac. n. oratione quod uidet quis, hoc uidet, & quod cognoſcit, hoc cognoſcit, duplex reperitur. alter uero modus, quo in utriſque item cauillationes fiunt. cum ipſa illa nominata nominare ſic conſueuimus, nos. n. ſumus dicere aſſueti, σιγῶντα & hominem tacẽtem, & quæ tacẽtur, cauillationi datus eſt locus, audienſq́ue fallitur. ſi uero σιγῶντα ſolũ hominẽ tacẽtẽ, pariter uero & τὰ σιγώμενα ſolũ quæ racentur, nũcuparemus, neque his aliqñ & σιγῶντα adijceremus, nulla contexeretur fraus. non ſolum uero iſte in amphibologia modus, ſed in æquiuocatione cauillationes edit. dicere. n. canem & aſtrum, & terreſtre aſſueuimus, ſi igitur & aſtrum, & terreſtre animal non eodem aſſueti eſſemus uocare nomine, nunq̃ nos uni ſoli inditum nomen falleret. cauillationum æquiuocationis & amphibologiæ tertium eſſe modũ aſſerit, cum ipſa per ſe nomina ſimplicia ſunt, compoſita uero cuiuſdã ſentẽtiæ duplicis. literę. n. ſeparatim duplicem uon edunt ſenſum, pariter & ſcire, cõplicata uero & cõnexa cõiunctimq́ue uoce prolata, duplices edunt intellectus.

Circa uero compoſitionem talia, ut poſſe ſedentẽ ambulare, & non ſcribentẽ ſcribere. non enim ſi quis diuidens ac componens dixerit, idem ſignificat, ut poſſibile ſedentem ambulare, & non ſcribentem ſcribere. & hoc modo ſi quis eodem componat, ſcribere non ſcribentem. nanque non ſcribentẽ uim habere ſcribendi ſignificat. ſi uero non cõpoſuerit,

cum non ſcribit, uim habere ſcribendi. & addiſcit nunc literas, ſiquidem didicit quas ſcit. præterea quod unum ſolum poteſt ferre, multa poſſe ferre.

De modo compoſitionis agit. Cap. XXIIII.

Circa uero compoſitionem talia ut poſſe] Vbi Ariſtoteles quot equiuocationis & amphibologie modis extruãtur fraudes interſerens, deque his pertractãs, treſque eſſe conſtituẽs orationis ſeriẽ abrũpit, nũc ad ſequentia & tertiũ quæ ſunt in dictione cauillationũ modũ orationẽ cõuertit. iſte uero eſt, qui in cõpoſitione exponitur, modus. noĩatur uero circa cõpoſitionẽ quod eius quod dicitur, intellectus cõpoſite recte aliquo in compoſitione adiecto intelligi poteſt, & paralogiſmus editur. ut aliquid dicã, ratiocinatio talis exiſtit, ſedens poteſt ambulare, Socrates ſedet, Socrates igitur ambulat, ſed & ſedet, ambulat. igitur & nõ ambulat. cõpoſitionis cauillatio hęc eſt, ut. n. poſſibile adiectũ eſſet, oportebat. ſi. n. additũ eſſet, eiuſmodi fuiſſet illata cõcluſio, Socrates igitur poteſt ambulare, nihilque cõcluſum eſſet abſurdi, nũc uero quia poſſibile in cõpoſitione poſitũ nõ eſt, ꝑ elencho cauillatio extitit. iſte quidẽ talis eſt modus. ĩſpiciamus uero & philoſophi uerba. circa cõpoſitionẽ uero talia ut poſſe ſedẽtem ambulare, & nõ ſcribẽtem ſcribere. hoc uero nõ ut concluſio abſurdi quippiã adducens, ſed propoſitio uera præaccepta eſt. & altera uera quæ eſt, Socrates ſedet. ſi uero in cõpoſitione nõ fieret, hæc utique concluſio infereretur uera, Socrates poteſt ambulare. nõ diſſimile huic & non ſcribentẽ ſcribere. nanque poſſe in ſermone abeſt, quod adeſſe deſideratur. huius uero demõſtratiua ſunt, quod qui cauillationibus agũt, eiuſmodi propoſitiones capientes deinde cõpoſitionis cauillationẽ abſoluunt. & enim habita uniuſcuiuſque cauillationis deductione, obſcurã poſtea dictionem illuſtrabimus. ſunt uera eiuſmodi num ſedẽs poteſt ambulare? equidem, num Socrates ſedet, etiam, Socrates igitur ambulat, ſed & ſedet Socrates, igitur ambulat, & non ambulat. rurſus nũ non ſcribẽs poteſt ſcribere? equidem, Plato uero non ſcribit, Plato igitur ſcribit. iterum nũ ſciens literas poteſt addiſcere nũc literas, quid uero Socrates nũc dormiẽs num ſcit literas, certe, Socrates igitur addiſcit nunc literas, ſed & nõ addiſcit, dormit. n. itẽ interrogat, unũ ſolũ potẽs ferre, poteſt & multa ferre, certe, ſed alcibiades unũ ſolum fert, Alciabiades igitur multa fert, ſed & nõ multa, unum. n. ſolum fert. poteſt & iſto pacto interrogatio cõfici, nũ multa potẽs ferre, & unũ ferre poteſt, etiam, Alcibiades multa fert, Alcibiades igitur unũ fert. cauillationũ quidem deductiones quas pro paralogiſmi compoſitionis exemplis poſuit, tales extitere. hoc uero, non. n. ſi diuidens quis & cõponens dixerit, idem ſignificat, eiuſmodi eſt. cũ poſſe quis ab ambulare diuiſerit, & cum ambulare ſolũ, & cum poſſe ambulare, de Socrate prædicabitur, nõ idem ſignificat. nõ. n. Socrates ambulat, & Socrates poteſt ambulare idem ſunt. quãobrem cõpoſitionis cauillatio conficitur, coniunctũ. n. & cõnexũ poſſe ipſi ambulare, non ſolũ ambulare de Socrate ut prædicaretur operæpretiũ erat. cum mutilatis & ut dixerim extremis abſciſis partibus cõpoſitio conſtituta ſit, cauillationẽ eſſe circa cõpoſitionẽ recte dictũ eſt. notãdum uero Ariſtotelẽ & abſque poſſibili, cũ ambulare prædicatur, compoſitionẽ dicere. nõ idem igitur dicens ſignificare, ſi ambulare à poſſibili ſeiunctum, de ſedente prædicabitur. quod quidem, per hoc, ſi quis diuidens dixerit, ſignificauit. & quando ambulare iterum cum poſſibili. per hoc, & componens ſcilicet indicauit. ut poſſibile ſedentem, unius quidem modi quo cum poſſe ambulare prædicamus, exemplum poſuit, hoc ut poſſibile ſedentem ambulare, & non ſcribentem ſcribere. in quo poſſibile deſideratur, ut ſit, & poſſibile non ſcribentem ſcribere. reliqui uero modi quo cum ſedente ambulare ſeorſum à poſſibili componimus, indicatiuum intulit. & hoc eodem modo cum componit ſcribere non ſcribentem. cum duos poſuiſſet modos, tum qui ambulare cum poſſibile prędicatum habet, tum qui abſque poſſibili. cuius uterque eſt declaratiuus planũ faciens adduxit dicens, ſignificat enim nõ ſcribentem ſcribendi facultatem habere, & quę ſequuntur. & quod dicitur potẽtia tale, ambulare nanque cum poſſibili de ſedente dicens, ac prędicans, ut ſedens poteſt ambulare, ſignificat, quod nõ ambulat ſedens, neque non ſcribẽs ſcribit. poteſt uero poſthac & ambulare, & ſcribere, quod uerũ exiſtit. ſi nõ ipſi ambulare aut ſcribere componat potentiam & utrunque ſcilicet poſſe & ambulare & ſcribere de ſedẽte & nõ ſcribente prędicetur ſi ambulare ſolum & ſcribere. iſte nõ ſcribentẽ nunc aut ſedentẽ nõ dicit poſterius ſcribendi aut ambulandi facultatẽ habere, ſed quod nunc cum non ſcribit, aut nũc ſedẽs, ſcribendi, aut ambulandi potentiam habet, hoc eſt nũc cũ non ſcribit, ſcribit. aut nũc cum ſedet, ambulat. hoc enim habet potentiam cũ non ſcribit, ſcribendi potentiam habet. ut huic ęquabile ſit acceptũ, potentiam habere ſimul & ſecundum idem tum ſcribendi, tũ nõ ſcribendi, quod fieri nequit. ſiquidem in alio ſcribit, atque alio non ſcribit tempore. pariter & ambulare, & nõ ambulare, poſſibile addiſcere nero nunc literas, ſiquidem didicit, quæ non ignorabat abſolute dixit & per ſe cauillationis, dormientem addiſcere nunc literas concludentis exemplum eſt.

Circa diuiſionẽ uero ꝙ quinque ſunt duo atque tria. imparia, atque paria. maius, æquale: tantum eum & adhuc amplius. eadem enim & diuiſa & compoſita oratio, non idẽ ſemper ſignificare uidetur. ut ego te feci ſeruum exiſtentem liberum. & quinquaginta uirorum centum reliquit diuus Achilles.

Circa diuiſionem uero quinque eſſe duo atque tria, imparia atque paria] Quartum redargutionũ in dictione apparentium qui circa diuiſionem eſt, modum exponens nõ cauillationibus qualis ſit, ſed q-buſdam exemplis conſtituit. quæ paralogiſticę cauillationes non ſunt, ſed ſimplici ſolutaque oratione ſitę, atque poſitę, quas, cũ paulo progreſsi fuerimus, explicemus. hic circa diuiſionem nominatur modus; quoniam quæ potentia alicui inſunt, hæc diuidens cauillator & priuatim ponẽs huic de quo ratiocinatio eſt, actu adeſſe concludit. hoc uero, niſi extiterit diuiſio, cõcludi nequiret. & ut quippiã dicatur numerus quinarius cum par & impar in ſeipſo potentia complectatur, atque par non exiſtat, a' cauillatore tamẽ diuidente tum par tũ impar eſſe demõſtratur. hoc pacto cauillationis ab ipſo in figura deductio conſtituitur. num quinque in duo & tria diuiditur? quid tria & duo non impar & pat? quinque igitur eſt impar atque par diuiſionis cauillatio exiſtit. partes enim potentia in toto ſunt tria enim & duo potentia quinque continentur. quod uero potentia aliquod unum exiſtit, quod fieri poteſt, haud quaquam exiſtit. ut quæ nunc eſt arbor, potentia nauis exiſtens, nauis non eſt. & æs infiguratum, potentia ſtatua non eſt ſtatua. cauillatio quidem & par & impar quinque eſſe concludens planiſsime eſt ab Ariſtotele expoſita. quæ uero maiota minoribus ęqualia, breuibus admodũ, & idcirco obſcure proferri uidetur. in hac uero minori ęquum eſſe maius deſideratur, ut dictio abſoluta atque cõpleta hæc exiſtat. cauillationis uero forma hoc modo interrogatione conficitur, num in ſex & duo partitur octo? etiam, quid non in tria & quinque, equidem, octo igitur in ſex & duo, & tria & quinque diuiditur, ſex uero atque duo, & quinque atque tria ſexdecim ſunr, octo igitur partitur in ſexdecim, ſexdecim igitur octo ęqualis, maiot minori. & hæc diuiſionis cauillatio eſt. octono.n.potentia numero hæc ſunt. hoc ueto, tantum enim maius & amplius perinde adiectum eſt, ac ſi dixiſſet, ſexdecim hoc eſt maior, tantus, quantus octo & adhuc amplius. cum enim diuiſionis fraudem his quas ipſe intulit, cauillationibus tenebris obduxiſſet, exemplum eandem orationem partim diuiſam partim compoſitam non idem ſignificare demonſtrans adducit. hoc enim ego te feci ſeruum ipſum per ſe dictum, & iterum, hoc; ego te feci liberum, & quando utraque hæc compoſita orationem conſtituit dicentem. ego te feci ſeruum exiſtentem liberum non idem ſignificant. non diſsimile huic quod ei continenter poſitum eſt. ut enim exemplum, non ut cauillatio huius, non idem cum partibus orationem ſignificare, acceptũ eſt. eiuſmodi uero eſt, quinquaginta uirorum centum reliquit diuus Achilles. aliud enim ſi hæc dictio uirorum a' quinquaginta diſtincta, atque aliud, ſi legatur annexa, ſignificat. ſiquidem in quinquaginta conſtiterimus dicentes, quod quinquaginta, centum uirorum, ſignificat e' centum uiris diuũ Achillem quinquaginta reliquiſſe. ſi uero in centum, aliud iterum declaratur, quod ex quinquaginta uiris, reliquit centum.

Circa uero accentum, in non ſcriptis diſputationibus orationem habere non facile: in ſcriptis uero atque in poematibus magis, ut et Homerum nonnulli contra coarguentes uelut non recte loquutum corrigunt. hoc quidem οὗ putreſcit imbre. ipſum enim ſoluunt, οὐ ac centu dicentes eſſe acutiori. nec non hoc de Agamemnonis inſomnio, ipſum non dixiſſe Iouem, tibi uero ut uictoriam conſequaris, damus, ſed inſomnio dare declarauit. hæc quidem igitur circa accentum ſunt.

De accentu. Cap. XXVI.

Circa uero accentum in non ſcriptis diſputationibus orationem habere non facile.] Quintus dictionis cauillationum qui in accentu eſt, modus conſiſtit, qui'ue in non ſcriptis ſed prolatis nõ abſque ſit difficultate, in diſputatiuis uero deſcriptis orationibus atque Homerica fieri poteſt poeſi. circa uero nominatur accentum, quoniam ad quem concinimus, tonus ad quęque orationes componimus, nũc quidem ſic, interdũ uero ſecus, aut & alicubi poſitus cauillationẽ producit, & fraudem creat. ut aliquid dicam in ſermone familiari atque diſputatione non fallet aliquãdo dicens, Amica aurea ſi ferat publica eſto. comprehenſus.n.accenſus orationè prolata aut in penultima aut forte in antepenultima ſyllaba additus. cum modo quidem accentus ab eo qui orationem enunciat, in penultima; modo uero in antepenultima transferatur, audientem non fallet, cum.n.ſemel dixit, quid uoluit, explicauit. ſi uero erit ſcriptũ. ἀμωρία nullũ accentũ habens nũc certe cauillationẽ peperit. in diſputationibus uero non ſcriptis orationẽ haberi dixit nõ facile, quoniã nonnunq̃ & hæc in ipſis conficitur cauillatio. uelut quando quis dixerit, nũ eſt hoc οὗ, ideſt cuius deſtruis domus? equidẽ. hoc uero οὐ .i.nõ deſtruis, huius deſtruis negatio? etiã, domus igitur negatio. cauillatio accentus eſt, in prima qdem propoſitione οὗ diruis circũflexe dato, in altera uero non hoc pacto accentu accepto. iterum, num ſtat ὄρος, ideſt mons, quid uero animal rationis particeps ſcientiæque ſuſceptiuum num ὅρος? ideſt definitio, ſtat ergo animal rationis particeps & ſcientiæ ſuſceptiuum. & hæc accentus cauillatio conſtat. & huius quod in Homeri poeſi maxime reperiri inquit, exemplum affert. ab eo uero uigeſimo tertio Iliados libro poſitum eſt, ubi

in patrocli honorē equorum certamen initum eſt. atque Neſtorē Antilocho quæ ad equorū certamē ſpectabāt, filio ſuggerētē atque memorātē, necnō de loco ubi cū reliqs erat aurigis certamē futurū, diſſerentem induxit. cū aliis uero inquit & metam adquam addentes ſe in ſpatia equi peruenire debent, hoc pacto ſe habere. ſignum tibi dicam, neque te latebit, admodum enim manifeſtum eſt. lignum aridum, tantum occupans interualli, quantum brachijs productis occupari poteſt quercus aut picis hoc quidem non marceſſit imbre utrinque in uię anguſtijs in qua curſus ęquorum lenis futurus, duo lapides albi commode iacent. nonnulli igitur circumflexe οὗ legentes Homerum damnarunt atque nō nihil hac de re ipſum commiſiſſe abſurdi contendunt. cum illius quidem prominentis ligni quod querceum aut piceum nominat, aliquid quidem putreſcere, aliquid uero non putreſcere dicat. ſi enim nō & hoc quod aliquid non putreſcit, non plane atque aperte declaratum ſit, ſtatim ex hoc quod dictum eſt, cuius hoc quidem putreſcit imbre, declarari dicunt. ac ſi huius picęę arboris quippiā pluuiali lympha putreſcat, & eiuſdem pars quędam minime marceſcat. Homero igitur ut dixi detrahunt, hoc praue concinenti. in quinto de arte poetica libro (ut ipſe in rhetorica Ariſtoteles inquit) iſtos Ippias Thaſius carpit enim ciatiue non circumflexe οὐ legens, quam quidem ipſe dictionem accentu ſignauit acuto. ut dictum ſit piceam arborem imbre non marceſcere. Theophraſtus picis plantam pluuialibus atque fontanis lymphis à putredine immunem, marinis uero aquis putredine maxime infeſtari dicit. tale quidem eſt unū exemplum. alterū uero ſequens eſt de Agamemnonis inſomnio, quod inquit Iouem dicere hoc, δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι in iliade non reperiuntur, quę enim de inſomnio dicuntur. in ſecundi libri initio, ſunt non omnino quis hoc ad carmen quod ibi poſitum eſt, adiunctum inueniet, & inde ſententiam capere uidetur, ipſum uero fingere carminis fragmentum hęc carmina tranſmutans, gręcos crinitis capitibus armare iubet, nunc enim uniuerſi impetu exercitus lati imperij urbē capies. eiuſmodi uero ſunt carmina. ipſe uero & deceptionis circa accentū exemplū formare domi appetens uelut ex Homero iſtud adduxit. nōnulli igitur & cauillationē & Homeri errorē in hac dictione οἱ eſſe aſſerunt. illud quidē enim hoc pacto de ſcripſit δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι hoc eſt Iupiter ſomnio inquit abi, atque nūcia Agamemnoni omnes deos tibi concedere uictoriam decreuiſſe. ſunt igitur ad ſomnium Iouis uerba. uade hæc Agamemnoni nuncia, omnes ipſi deos uictoriam in manibus dare. qui hęc dicunt poetam hic errare aſſerunt inducentem, hęc Iouem dicere ſomnio, & quodammodo mentientem, quod quidem dei non eſt. hunc igitur corrigentes ſomnio de Agamemnone, non Agamemnoni uictoriam cōcedi Iouem dixiſſe aſſerunt. hoc uero modo legunt. δίδομεν δέ οἱ hoc eſt tibi ſomnio damus. eſt uero & iſtud falſum. eadē enim ſententia ſiue accentus traducatur, ſiue pronomen οἱ circumflectatur. ubi igitur error conſiſtit? an non in hoc pronomine οἱ ſed in hac δίδομεν. quoniā pro hac dictione δίδομαι, dorice locutionis propriū eſt dicere διδόμεναι. & pro hac δοῦναι, eiuſdem peculiare eſt ἔμμεναι. necnon ipſius eſt ab inclinatione infinita ſępe aliquid abſcindere hoc & hic inuenitur. ſi igitur τὸ δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι legat quiſpiam in hac dictioue δίδομεν accentum ponens mentientem Iouem facit uictoriam dare pollicentem, & quod ab eo promiſſum fuerat non in opus educentem. ſi uero in hac ſyllaba δί accentū ponens, quod deinceps ſequitur legat, tum à falſo Iupiter uindicabitur, & Homerus culpa uacabit. ut Iupiter ſomnio dicat, atque imperet dare ipſum ſomnium non Iouem Agamemnoni uictoriam. ſomnium igitur uictoriam Agamemnoni promittit, & falſus Iupiter ipſe non habetur.

Cauillationes uero circa dictionis figuram accidunt, cum non idem modo eodem interpretationem recipit. ut τὸ ἄρρεν, θῆλυ. ideſt mas femina, aut τὸ θῆλυ, ἄρρεν. ideſt femina mas, aut horū medium alterum, aut item quantum quale, aut quale quantum, uel agens patiens, uel diſpoſitum: agens, atque alia ut diuiſum eſt prius. eſt enim hoc non, eorum quæ agunt exiſtens, ut eorum quæ agunt aliquid dictione ſignificet. ut ſanum eſſe ſimili dictionis figura huic ſecare, aut fabricare dicitur. at hoc quidem quale quid, & modo quodam declarat diſpoſitū, hoc uero aliquid agere. & in alijs pari modo. redargutiones quidem quæ in dictione ſunt, his habentur modis.

De figura dictionis modo pertractat. Cap. XXVII.

Cauillationes uero circa dictionis figuram accidunt, cum nō idē] Sextus cauillationū dictionis modus eſt. cauillationes quæ circa dictionis figuram accidunt, hoc pacto denominantur, partim quia qualis figuratę dictionis dictio cauillationis cauſa exiſtit, partim quia figura eadem quæ ſecundum naturam nō eiuſdem eſt, ut idem appareat, perſuadet. ut ſi ſic dicatur. paſſiuum quia ſimili eſt cū actiuo figura, ęque atque actiuum recipit cauillator, atque cauillationem conſtituit. ut in hoc, utrum diſcere eſt circa diſciplinam agere? equidem, circa diſciplinam agere docere eſt, etiam, ergo diſcere eſt docere. circa dictionis igitur figuram dicitur, quoniam in actiuum paſſiuum, atque contra in paſſiuum actiuum transfiguratum eſt. quoniam circa diſciplinam agere utrunque declarat. nam ęque eius qui docetur affectionem, atque docentis actionem, uel potius dixerim (ut in negotio de anima inquit) generationem conſtituit. perfectio

ctio

ctio namque diſcipuli quam a' preceptore haurit,non affectio eſſe,ſed generatio a' me potius aſſeritur. ſi uero affectionem quiſpiam nominare perſeueret,nõ ſimpliciter affectio,ſed perfectiua affectio erit. quia igitur actionis figuram recipit oratio,deceptio & error defluit.& quia non idem, uidelicet paſſiuum nõ exiſtens actiuo ſimile, modo cum ipſo eodem interpretationem recipit, aut contra diſputans enim ut a' cauillatore fallatur, contingit, cum actiuum paſſiuo. ęquale non exiſtens, ut paſſiuum dicitur. cauillationes uero quas ipſe meminit, tales ſunt. num τὸ ἄῤῥεν.i.mas eſt neutrum.num τὸ θῆλυ, hoc eſt fœmina eſt neutrum,ergo mas eſt fœmina, & fœmina mas. uel iterum medium. uidelicet neutrum,hoc.n.eſt fœminæ & maris mediũ.ut horum alterũ capietur,uel ut mas,uel ut fœmina. eſt uero & cauillationis eiuſmodi conſtitutio.nũ lapis mas,nũ qui p figuram dictionis,uidelicet qa figura maſculina profertur mas uidetur.hoc uero,quod quale quantũ,uel quãtum quale,hoc pacto interrogãdũ.nũ quale neutrũ? nũ quantũ neutrũ? quale igitur & quantũ idẽ.uel quale patiẽs,uel affectũ ſeu diſpoſitũ agẽs, diſpoſitum patiẽs dicit. patiens.n.affectione diſponitur,agẽs uero ut patiẽs,& ut agens patiens,hoc modo ratiocinatione concludunt.num uerberatur uerbum eſt? num μηνίει,hoc eſt iraſcitur uerbum eſt? iraſcitur igitur & uerberatur idem.ergo agere & pati idem.iraſcitur enim actiuum cum exiſtat, ut idem cum uerberatur, concludunt.& alia inquit,ut diuiſum eſt,hoc eſt alias prædicationes quas in libro prædicamentorum prodidit. & ut ad aliquid,tum quale,tũ quantum, necnon ad aliquid, ut quale, & agere pati deceptor aſſumere ac demonſtrare in cauillatione poteſt. cuius tale fertur exemplum. num ſanum eſſe infinitum eſt,num ſecare infinitum. ſanum eſſe igitur & ſecare idem. ſed ſanum eſſe pati eſt. ſiquidem ſanitas corporis animalis diſpoſitio eſt. hoc eſt calidorum frigidorum ſiccorum atque humidorum mediocritas.huius.n.expoſitiuum eſt hoc,atqui hoc quidem quale quid affectum, ſeu diſpoſitum quodammodo declarat.ſecare uero & fabricare,agere eſt.huius.n.iterũ hoc declaratiuum eſt,agere quid. & eiuſmodi euthidemus orationem interrogat. utrum Scythę atque alij homines quæ poſſunt uidere,uident,uel quæ non poſſunt,poſſibilia quidem,igitur & tu atque ego,equidem, uides uero noſtras ueſtes, certe,poſſibilia igitur uidere hæc, noſtræ igitur ueſtes uident. non igitur quæcunque actiua dicuntur, declaratiua ſunt actionum. hoc enim in loco uidere, etſi actiuum eſt, tamen pro eo quod eſt uideri conceſſit,euthidemus pro eo quod eſt aſpicere accepit, atque concluſit ueſtes poſſe uidere. hoc uero, eſt enim hoc non eorum quæ agunt exiſtens,ut eorum quæ aliquid agunt dictione ſignificet, æquale huic eſt,a' ſignificantibus enim actu non ens ſignificatiuum ut actu ens ſumere licet. ut & in diſcere & uidere dictum eſt.modi quidem cauillationum dictionis eiuſmodi ſunt,hoc eſt ſex,& tales, ut in ipſorum unoquoque eſſe differendo docuimus.

Cauillationum uero quæ extra dictionem, formæ ſeptem ſunt.una quidem,quæ accidẽtis. altera uero,quæ ſimpliciter,uel non ſimpliciter,ſed modo aliquo,uel ubi,uel aliquando,uel aliquid dicitur. tertia uero, quæ circa elenchi eſt ignorantiã.quarta,cõſequentis. quinta, quæ quod eſt in principio accipit. ſexta,quæ id quod non eſt cauſa ut cauſam ponit.ſeptima uero, quæ plures interrogationes unam conſtituit.

Recenſet omnes cauillationum modos qui extra dictionem ſunt. Cap. XXVIII.

Cauillationum uero quæ extra dictionem ſunt.] Diximus & prius cum omnia quæ ſunt in uoces atque res diuidantur,necnõ cauillationes in unoquoque horũ extrui. Ariſtoteles cauillationes q̃ in uocibus extruuntur,quas circa dictionẽ uocauit,ubi differuit atque de ipſis quomodo fiunt, & qua ratione ſolum conſiſtunt, affatim pertractauit, de quorum poſterius ſolutione aget,nunc & cauillationes quæ accipiuntur ex rebus, quas & extra dictionem nominat,exponit. quare non hic dictio, aut dictionis compoſitio, aut diuiſio; uel in dictione tonus, uel ſpiritus, uel ſimilis dictionis figura, fraudis & cauillationis cauſa extat. de his uero quomodo & fiunt atque conſtituũtur a' cauillatoribus,agit,deque harum ſolutione progrediens congruo loco pertractabit. prius igitur quot & quæ ſunt clariſſime recenſet. omnes quidem ſunt ſeptem. quales uero in ſequentibus ſpeculabimur. & reliquarum quæ accidentis, prima exiſtit.

Cauillationes quidem igitur accidentis ſunt, quando quoduis ſimiliter tum rei tum accidẽti adeſſe exiſtimatum ſit.quoniam enim eidem multa accidunt, omnibus prædicatis & de quo prædicatur hæc omnia adeſſe non eſt neceſſarium.omnia enim eadem ſic erunt, quemadmodum aſſerunt cauillatores.ut ſi coriſcus ab homine alter,ipſe a ſe ipſo alter. eſt enim homo,aut ſi a Socrate alter. Socrates uero homo, alterum ab homine pro confeſſo eſſe aſſerunt. quia accidit hunc eſſe hominem,a quo alterum eſſe dixit.

Cauillationes quidẽ accidentis ſunt] Earum q̃ ſunt extra dictionẽ cauillationũ modus qui accidentis eſt primus. fit uero hic cũ quis oẽ quod prædicato adeſt & ſubiecto adeſſe iudicarit. quod qdẽ neceſſarium nõ eſt. quia igitur p̃dicato accidentia, cauillator recipit, & de ſubiecto q̃ non debent dici aſſerit, deceptio fit. cũ igitur inquit, qs ſimiliter & rei & accidenti adeſſe aliquid exiſtimarit, rem qdem dicit cõpoſitũ & ſubiectũ, accidẽs uero oẽ ſimpliciter p̃dicatum ſiue e numero eorũ ſit, quæ ſubſtãtialiter & per ſe ei de quo p̃dicantur, adſunt, ſiue non ſit. inquit igitur quæcũque p̃dicato accidũt, & hęc cõtingere ſubiecto nõ neceſſariũ. & ut aliquid dicam. de Socrate p̃dicatur albũ, & color uiſus diſgregatiuũ adeſt albo. ſi qs igitur & Socrati colorẽ uiſus diſgregatiuũ adeſſe cenſuerit, ſic differens. Socrates albus, albus color uiſus diſgregatiuus, Socrates igitur color diſgregatiuus uiſus. accñtis cauillationẽ cõſtituet. nõ. n. id qđ accñti adeſt, & ſubiecto adeſſe neceſſe eſt. qm̃ nõ idẽ eſt accñs ab eo cui accidit ſepatũ & ad ip̃m cõparatũ, & cũ eo cui accidit adiũctũ atque cõparatũ ſolũ. ut ſi dixerit. coriſcus hõ, hõ à coriſco alter, coriſcus igitur ab hoĩe alter. dicitur qdẽ accñtis ſophiſma, quia nõ idem eſt ſeparatũ accñs & cũ eo cui accidit annexũ. quẽadmodum. n. ut in exemplo à nobis prius recitato differens cauillator, Socrates albus, albus color, Socrates igitur color. in propoſitione quidem q̃ dicit, Socrates albus, accidẽs & id cui accidit, pariter ut unũ aliquod accipit. in hac uero albus color, extra ſubiectũ accñs ſolum. ſic & dicens coriſcus homo, utrunque & hominem & coriſcũ coriſco adiũctũ recipit. in hac uero hõ à coriſco alter, ipſum nõ coniũctum uniuerſale aſſumit. circa accñs igitur. non. n. quæcunque ſimplici & inconiũcto uniuerſali hoĩ accidunt, hæc & coniuncto atque cõpoſito adeſſe eſt neceſſariũ. huic quidem. n. ſimplici ut alterũ ſit à coriſco, accidit. non neceſſe igitur hoc & de coriſco p̃dicari. quia nõ per ſe ſimpliciter homini adeſt. q̃cunque. n. huic ſubſtantialiter adſunt, hæc uidelicet & coriſco adſunt . quæcunque uero nõ ſubſtantialiter & p̃ ſe ſed ut accidẽtia, ut in ipſo habeant eſſe ſubiecto, hæc & coriſco adeſſe nõ eſt neceſſe. ut hoĩ prædicato multa accidũt, biſyllabum eſſe, alterum à coriſco ſpẽs aĩalis, aĩatum, ſenſitiuum. non. n. qm̃ prædicato accidunt, & de quo p̃dicatur, oĩa hæc neceſſarium ei adeſſe. non. n. quęcũque de p̃dicato dicuntur, (ut in p̃dicamẽtis didicimus) hæc oĩa & de ſubiecto dicentur. idem & in gñibus & formis. nam quæcunque in gñis ſubſtãtia, eiuſdem eſſe cõplete atque pſecte abſoluunt. hæc & formæ adeſſe neceſſarium eſt. qm̃ de formis gña uniuoce prędicantur. quæcunque uero generi accidunt, non omnino hæc ſingulis eiuſdem formis accidere neceſſarium. accidere enim generi dicuntur, & quæcunque uni alicui earũ q̃ ſunt in gñe, formæ accidunt aut & in ipſius ſunt ſubſtantia. ut aĩali accidit albũ, qm̃ cygnus eſt aĩal, & albus. q̃ uero ſic accidere gñi dñr, non neceſſe & formæ accidere. aut magis hoc qm̃ eidem multa accidunt, non neceſſe oĩbus prædicatis & de quo prædicantur, tale eſt. accidit Socrati ut ſit homo. qm̃ igitur eidem multa adſunt, non neceſſe oĩa hæc quæcunque oĩa ſequuntur p̃dicata, hoc. n. deeſt & ſubiectum ſequi. hoc. n. dixit de quo prædicãtur. non. n. quæcũque & aĩali & rõnali adſunt, hæc & Socrati. non. n. Socrates differentia eſt, qa de Socrate p̃dicatur rõnale. neque biſyllabum, qa aĩal biſyllabum. eodem uero modo, nõ ſi homo adeſt coriſco. homini uero à coriſco alterum eſſe, & coriſco à coriſco ut alterũ ſit, aderit. quia hoĩ alterũ à coriſco eſſe per accidens eſt. ſi uero Socrati hominem accidere diximus, abuſiue dicitur, pro eo quod eſt adeſſe, & de ipſo prædicari . præſertim cum & ipſe Ariſtoteles in doctrina quæ eſt eorum quæ ad aliquid, per accidens Socratem hominem eſſe dixerit . dictorum quidem eiuſmodi habetur ſentẽtia. in oratione uero, ſi hoc quidem coriſcus ab homine alterum. ut æqualis huic accepta ſit, homo à coriſco alterum . Ariſtoteli uero hoc facere & plurimis eiuſmodi uti interpretationibus non alienum . manifeſtum eſt quod dicitur . & maior erit cauillationis propoſitio hæc. hoc enim, eſt homo, minor . ut in prima fiat ſic ratiocinatio figura , coriſcus homo , homo à coriſco alter , coriſcus igitur ipſe à ſe ipſo alter . ſi uero non ſic ſeorſum tranſmutatum interpretaremur , ſed ut in pauimento iacet, deſcriptum acciperetur. duas ſic diſcimus ratiocinationes, una quidem conſtituentem coriſcum non hominem, altera uero coriſcum à ſe alterum dicit . utique & utriuſque ſolas minores propoſitiones . & eſt quidem coriſcus ab homine alter . talis ratiocinationis propoſitio, coriſcus alter ab homine ; ab homine alterum non homo , coriſcus igitur non homo . hoc uero , eſt enim homo , minor ratiocinationis alterius propoſitio. eſt uero talis. coriſcus homo , homo à coriſco alter , coriſcus igitur ab homine alter : & his non diſſimile quod ſequitur exemplum, præterquam quod acceptę ambę propoſitiones ſunt. ſi quidem enim à Socrate alter, maior eſt. Socrates homo, & eſt talis, Socrates homo, homo à Socrate alter, Socrates igitur à Socrate alter. Socrates enim homo . hoc uero , dicere ab homine alterum pro confeſſo eſſe , idem eſt huic à Socrate alterũ. Socrates enim homo . & cauſam huius unde Socratem accidit à ſe ipſo eſſe alterum , addit . quia enim accidere inquit , cuius alterum dixit eſſe hunc hominem . cuius ſententia hæc . quoniam accidit inquit hunc uidelicet Socratem hominem eſſe , à quo Socrate in maiori propoſitione hominem. uidelicet uniuerſalem alterum eſſe dixit.

Cauillationes uero quæ circa id quod ſimpliciter hoc , aut quoquomodo dicitur & non proprie , ſunt , cum quod in parte dicitur , id ut ſimpliciter dictum acceptum eſt. ut ſi non ens , eſt opinabile , quod non ens , eſt . non enim idem eſt eſſe quid , & ſimpliciter eſſe . aut iterum ens non eſſe ens , ſi eorũ quæ ſunt, aliquid non eſt. ut ſi non homo. non. n. idem non eſſe

aliquid, & ſimpliciter non eſſe. apparet uero, quia dictio quam proxima eſt, & parum differt ab eſſe. aliquid eē & a non eſſe, non aliquid eſſe. ſilr uero circa quoquō, & ſimpliciter. ut ſi indus totus cum exiſtat niger, dentibus eſt albus. ergo albus & non albus eſt. ſi ambo quodammodo, quia ſimul exiſtunt contraria. eiuſmodi uero in quibuſdam omnino contemplari perfacile eſt. ut ſi nigrum eſſe æthiopem accipiens, ſi albus dentibus interrogari. ſi igitur hac parte albus, cum interrogationem abſoluerit quod niger, & non niger, per ratiocinationem diſſeruiſſe probauiſſe ue exiſtimauerit. in quibuſdam uero non raro latet, in quibuſcunque quod cum modo aliquo dicatur, & ſimpliciter ſequi utique uideri poterit. & in quibus non facile ſpeculari, utrum ipſorum proprie dandum concedendumue eiuſmodi uero ſit in quibuſcunque non diſſimiliter inſunt oppoſita. uidetur. n. uel ambo uel neutrum ſimpliciter prædicari aſſerendum. ut ſi hoc quidem dimidium album, dimidium uero nigrum, utrum album uel nigrum.

De modo qui de eo qui ſecundum quid & ſimpliciter inſcribitur. Cap. XXX.

Cauillationes uero circa hoc quod ſimpliciter hoc aut quoquomodo dici & non proprie] Hic cauillationum q̄ extra dictionem ſunt, ſecūdus modus. ex quo emanāt. cū q̄ quoquō uidelicet cōiunctīm & ſimul de aliquo p̄dicata, ut ſimpliciter hoc eſt priuatim ac ſeiunctīm p̄dicata qs accepit, atque ecōtra. p̄dicatorum nāque quæcūque de ſubiectis p̄dicantur, (ut in lib. de interpretatione demōſtratū eſt) ut de hoīe album & muſicū, hæc ut tū diuiſim tū cōiunctīm p̄dicētur, fieri nequaq̄ p̄ōt. qm̄ eidē ambo acciderūt ob hoc neque coriarius ſimpliciter bonus, qa de coriario per accn̄s bonus p̄dicatur. ſi uero bonā tutamque & ab errore munitā facere quis p̄dicationē uoluerit, q̄ de coriario ſubſtantialiter p̄dicātur, ut animal & bipes recipiat. hæc uero priuatī p̄dicata & ſimul cōiunctimque p̄dicari p̄nt. ſed hæc quidem ſepatim p̄dicatio p̄ōt & ſimul dici. eſt q̄dam altera p̄dicatio q̄ ſeorſum quidē uere, ſimul uero falſo p̄dicabitur. ut ī ſimone. de hoc. n. ptim quidē per artē coriarius partim uero uita & morū ꝓbitate bonus p̄dicatur. talis nanque coriarius ille erat, q̄ Socratis familiaritatē utebatur, coriariā nō admodū exquiſite callens artem, habitu uero aī ꝓbus erat. de hoc igitur et coriarius & bonus priuatim p̄dicata ſimul de eodem p̄dicari, nequeunt. ſi. n. ſimul p̄dicabimus, ut mētientes cauillationē cōſtituemus. ut ſimō coriarius bonus, coriarius bonus bonorū opifex calciamētorū, ſimō igitur bonorū opifex eſt calciamētorū. ementiti igitur ſumus, quia arte quidē ſimō coriarius erat, moribus uero bonus. p̄dicata nāque ſimpliciter de coriario, ſimul de eodē dicta errorē intulere. iterū, hō mortuus proponitur, bifariā & de hoc ferūtur p̄dicationes. ſ. & hō & mortuus. ſed hæc duo cōiunctīm de propoſito hoīe mortuo noīa p̄dicari ſine errore cōtingit, ſi uero diuiſim minime. iterū alia quædā fertur p̄dicatio de aliquo ſimul quidē uere, ſeorſum uero atque ſepatim falſo p̄dicans. & item, de lapidea manu ſimul & lapideā & manū ſimul uere, ſeiunctīm falſo p̄dicari. deceptiones igitur q̄ circa quoquō & ſimpliciter fiūt, ex his p̄dicationibus conſtāt. quia cōplicationes connexionesque non (ut oportet) extitere. neque. n. oīa q̄ ſimul ſunt p̄dicata, & priuatim p̄dicantur. at neque quæ priuatim, ſimul. ſed illa tū ſimul, tū priuatim, q̄ de aliquo ſubſtantialiter dn̄r, p̄dicari p̄nt. quod uero ſimpliciter q̄ ſeparatim p̄dicantur, q̄ mō aliquo ſimul intelligatur in lib. de interpretatione in tertiæ ſectionis fine demōſtratum eſt. in q̄bus inquit. ut in quibuſcūque p̄dicationibus neque cōtrarietas ineſt, ſi pro noībus definitiones dn̄r, & p ſe & nō ſecundū accn̄s p̄dicantur, in his quid & ſimpliciter uerū dicere erit. dicit. n. ſimpliciter ſepata ſeiunctaque p̄dicata. quid uero q̄ ſimul ꝫ coniuncta intelligit p̄dicata, ut ſimon coriarius eſt ſimpliciter. item & ſimō probus eſt. quoquō. quod huic. ſ. ſimul idem eſt. ut ſimō coriarius probus eſt. quid uero, aut quodāmodo, cōpoſitam noīat p̄dicationem. qm̄ aliquid particulare eſt, oīſque compoſitio p̄ticularis, quamobrē p̄dicatio compoſita rei magis particularis exiſtit. aīal rōnale uniuerſale magis quā animal rōnis corruptioniſque particeps. quemadmodū & quam aīal, rōnis aīal particeps particulare magis eſt. circa id igitur quod quoquō & ſimpliciter ſunt deceptiones, cum quod in parte, hoc eſt quod ſimul dicitur, uidelicet una atque cōiunctīm, ut ſimpliciter, hoc eſt ſeorſum de aliquo dici ſubiecto acceptum eſt. ut de Homero coniunctīm eſſe poetam dicitur, ſi quis igitur priuatim eſſe accipiens de Homero prædicetur, dixeritque, Homerus eſt, falſum dixit. nam iam diu uita functus eſt. ſi uero Homerus poeta eſt, dixerit. cum quod ſimul dicitur, in id quod ſimpliciter non tranſpoſuerit, ueritatem dixiſſe perhibetur. & de opinabili cauillationis talis habetur deductio. dicit nanque ſophiſtes. num hircoceruus non ens eſt, num hircoceruus eſt, non ens igitur eſt. in tertia ratiocinatio eſt figura. fraus circa id quod quoquomodo eſt, & ſimpliciter, exiſtit. non enim ſi hircoceruus & non ens; & opinabile ſeparatim dicitur, iam exiſtit. non enim eſſe quid, & ſimpliciter eſſe, idem exiſtit. nanque (ut paulo dixit ante) & Homerus eſt quid ſcilicet poeta, ſed non ſimpliciter eſt. minime nanque Homerus eſt. & alterum qui ens non ens eſſe dicit, paralogiſmum adducit. eſt uero & iſte circa id quod quoquomodo & ſimpliciter eſt non ens enim quid, ſimpliciter aſſerit eſſe

non ens, eſt & hæc in prima ratiocinatio figura. num ens ab homine, num & abequo, boue, cœlo, &
terra, ſimpliciterque ab omnibus alterum eſt entibus? equidem, ab entibus alterum, non ens, ens igi-
tur non ens. eiuſmodi igitur per id quod adducit, diluit cauillationes. non.n. ſi ens, quid ens, ut homo,
uel equus uel bos, non eſt, & ſimpliciter nõ ens eſt. unde igitur poſſet dicere aliqs, deceptio atque error
exiſtit. diluens uero & hoc elenchũ apparere aſſerit. uel qa nihil uel parum, eſſe quid, a ſimpliciter eſſe di
ſtare uidetur. quippiã.n. additum, nihil plus quã eſſe declarare arbitramur idemque eſſe & in nõ eſſe qd
& in nõ eſſe exiſtimamus. nãque non ens qd, & ſimpliciter nõ ens putamus. hoc uero nõ eſt. nõ.n. ſi nõ
hoc quid eſt, & ſimpliciter nõ eſt. pariter & his fraus inquit cõmittitur, qñ quod quoqũo dicitur, ut ſim-
pliciter, quis accipiens in cõtradictionẽ circũagẽs ducit. ut ſi quis interrogarit. utrũ dicentẽ iuſta, an iniu-
ſta damnare oportet, qd uero qñ quis iniuria affectus uerberibusque pene confectus, pecuniaque ſpolia
tus, deinde ad iudicẽ miſeriã exponẽs ſuã acceſſerit, diſſerẽs q̃ paſſus eſt, nũ iniuſta dicit. talẽ igitur damna
re oportet. circa id quod quoquõ paralogiſmus eſt. non.n. modo iniuſta quodã, & ſimpliciter iniuſta di
cit. pariter eſt & q̃ de æthiope nectitur fraus. quodã.n. modo ut dẽtibus albũ eſſe capiens, & albũ ſimpli
citer eſſe aſſerit. qm̃ aliqñ quos cauillatores interrogant in rñdendo, ii in loca anguſta detruſi urgentur,
qũo & hoc fiat, diſſerit. nãque i aliquibus inqt qui paralogiſmũ ſtruit, eũ minime latet, cũ id quod modo
quodã (ut in æthiope dicitur) ut ſimpliciter aſſumit. cũ.n. ſecũdũ qd albus æthiops ſit, ut ſimpliciter albus
acceptus eſt. ſicque diſſerẽs ſophiſtes rõcinatione æthiopẽ albũ, & nõ albũ cõcludere exiſtimat. in aliqui
bus qdem inquit nõ latet, in aliquibus uero pſæpe latet. in quibuſcũque quoquõ dicitur, & uidetur, &
ſimpliciter ſequi. tale.n. eſt qd utique ſequi uideri põt, pro eo quod quodã dicitur mõ, uidetur & ſeq ſim
pliciter. ut in hac cauillatione, utrũ eundẽ ſimul peierare & iuſte iurare, minime, quid uero iurãs peiera-
re, & peierans, nũ iuſte iurauit, eũdẽ igitur peierare ſimul & iuſte iurare cõtingit. ſophiſma in prima exi
ſtit figura, paralogiſmusque in eo qd quodãmodo eſt, exiſtit. non uero qui ſecũdum quid iuſte iurat, &
ſimpliciter iuſte. & latet iquit. qa non ſimpliciter, ſed quodãmodo iuſte recteque iurat. in his igitur quo,
qũo & ſimpliciter latet, & in illis, necnon in quibuſcunque contemplatu facile non eſt, utrã rem uocare
oportet. & cuiuſquemodi & ſimpliciter dici uidetur. ut fortitudinem tũ bonam eſſe, quia & uirtus bona
eſt. tum malã, quia & uulnera & cedes accipiũtur in bello, dicimus. utrũ igitur ipſam bonã uel malã uo-
care oportet, nõ dictu facile. in talibus igitur latet ſæpius, necnõ ſimiliter in qbuſcunque oppoſita iſunt,
ut de fortitudine dictũ eſt. in ipſa.n. ſimiliter & bonũ & malũ ineſt. necnõ & in oculo. huius.n. ps media
alba, reliqua uero non talis. non in his quod dicitur ſolis, pſpicuũ eſt, ſed & ex eo, qd alibi ipſe dixit exẽ-
plo. qñ.n. magnitudo erit aliqua latitudine quidẽ bicubita, longitudine uero quadricubita, deinde inter
rogemur. utrũ magnitudo hęc bicubita eſt, an nõ? in hoc igitur aſſerere nõ facile, aut certe, aut non. ſed
aut ambo cõcedere, & dicere cogimur tũ bicubitã, tũ quadricubitã eſſe, & nõ dialectico more rñdemus.
affirmamus nanque, atque negamus. aut igitur & in tali ambo, aut neutrum concedere uidetur.

*Quia quid ratiocinatio, aut elenchus non definitum eſt. rationis defectu paralogiſmi fiũt.
elenchus quidem enim eſt contradictio eiuſdem & unius non nominis, ſed rei, & nominis nõ
uniuoci, ſed eiuſdem, ex datis ex neceſſitate, non adnumerato quod in principio, & ſecundũ
idẽ, atque ad idẽ, ac ſimiliter, & eodem tempore. modo eodẽ & de aliquo ſtruitur falſum.
nonnulli uero dictorum quippiam relinquentes, refellere uidentur. ut quod idem duplex &
non duplex. duo.n. unius duplicia. trium non duplicia. aut ſi idem eiuſdem duplex & non du
plex, ſed non ſecundum idem, ſecundum.n. longitudinẽ, duplex, ſecundum latitudinem non du
plex. aut ſi eiuſdem & ſecundum idem, atque eodem modo, ſed non ſimul. quamobrem eſt
apparens elenchus. hunc & ad eos qui ſunt in dictione trahere quiſquam utique poſſet.*

De elenchi ignorantia qui eſt tertius extra dictionem modus. Cap. XXXI.

Quia quid rõcinatio nõ diffinitũ eſt] Tertius cauillationũ quæ ſunt extra dictionẽ circa ignorãtiã,
dictus eſt modus. qui hoc pacto noiatur, qa qui, quid eſt elẽchus nouerit, tali nõ erit irretitus fraude. elẽ-
chus nãque eiuſdẽ & unius eſt, atque cõſequẽter q̃cunque in elenchi diffinitione ſita alia iacẽt. q de ali-
quo captus cauillatione pp aliq̃ ex particulis q̃ proprie ſunt in elencho, iſte redargutus nõ eſt. cum uero
quis eodẽ atque uno ſumpto noie, necnon oibus alijs q̃ uerũ elenchũ proprie diffiniũt, redargutus fue-
rit, tunc qdem & redargutus, atque in cõtradictionẽ cõiectus dici poterit. cauillationes uero circa elẽchi
ignorantiam pp orationis hoc eſt diffinitionis elẽchi defectũ ſtruũtur. qui.n. in aliquo quod in elẽchi dif
finitione poſitum eſt, ſophiſma conſtruit, (ut diximus) ob elenchi ignorãtiã decipere dicitur. aut pp ora
tionis defectũ hoc declarat. qa circa rõcinationis defectũ. nã & elenchus rõcinatio q̃dam eſt. & ut rõcina-
tio ex poſitis debet cõcluſionẽ inferre nullo accepto æquoco, neque quod erat in principio repetito. ſic
& elẽchus eſſe debet. ſed prius uniuerſam orationẽ ponentes q̃ in elenchi diffinitione poſita ſunt, in di-
ctione conſiderare eſt opus. elenchus eſt eiuſdẽ & unius contradictio. ſup. differẽtẽ nobiſcũ ptereq̃ qd de-

cens atque congruũ eſt nos inſectantem, refellere curę nobis eſt, ipſum ſibi ipſi pugnantem & contraria aperte admittentē coarguimus. hoc. n. & contradictio dicitur, cũ non de alio, atque alio, ſed de eodem & uno qs contraria enũtiauerit. ſi. n. Platonem diſſerere diſputareque, Socratē uero nõ, aſſereremus, nullũ eſt contrarium. ſi quis pp hoc contradictionem eſſe dixerit. eiuſdē & unius intulit. non. n. de alio inquit, contra differentem ut inferatur elenchus, enitendũ eſt. non. n. elenchus eſt hoc. ſed de uno atque eodem: neque diſſimiliter ille qui oēm nuntiũ bonũ, & nullum dæmonem bonũ aſſerit, eũ qui cõtrarias in materia cõtingenti propoſitiones dicit eſſe falſas, redarguit. in alio n. atque alio & nõ eodem orationē cõfecit ſubiecto. in uno uero & eodē ut fiat, oportet. p̄terea quia non pauca ut æquiuoca noīe unũ, natura uero differentia ſunt, intulit rei, & non noīs, ut non ſolo noīe, ſed & re. non. n. ut unum ſolũ nomen ſed & res quæ ſignificatur, ut unã ſit, oportet. hoc. n. non noīe, pro hoc, nõ. ſolum noīe poſuit. ſi nanque nomen unũ ſit plura ſignificans, atque hoc pacto cõtraria dicēs, minime mētiri poteſt. ut canis latrat, & canis nõ latrat. & quia nõ ſolum p æquiuocationem ſed & ex uniuocatione cõtraria dicentē nõ falſum dicere cõtingit. nanque & cõtraria aſſerere, atque ueritatem dicere põt. ut aīal ambulat. & aīal non ambulat. non nulla. n. ambulare, & aliqua nõ ambulare contingit. quare p̄ter hoc quod eiuſdē & unius neque æquiuoci, adduxit neque uniuoci & ex neceſſitate datis cõceſſiue. huic quod in ſimplicis rõcinationis diffinitione dicitur, neceſſario poſitis non diſſimile eſt. ſi. n. quis differet, tem ſecũ aliquē nõ ex his, q̃ diſputans concedit, refellere ac redarguere nitatur, plurimũ ut iſte redarguiſſe dicatur, abeſt. non numerato inqt quod in initio erat. hoc eſt eo quod q̃ritur in demonſtrationis rõnem minime accepto. nõ. n. quod p ſe ipſum non eſt manifeſtũ, per id demõſtrare oportet. qa eiuſmodi non eſt elenchus. tale qd efficitur, cũ idem medius terminus extremorũ alicui eodē noīe acceptus ſit, ac ēt ſecus uoce platus. ſi. n. q̃ratur an aīa imortalis ſit. itaque diſſeratur, aīa eſt ĩmortalis, alteramque cũ hac propoſitionē adducat, ualde fatuũ exiſtit. qui igitur quod in initio aſſumere uult, in aliud nomē huic quod q̃ritur, uirtute æquale trãſponit. atque ſic fraudē conficit, ut ſi qs interrogauerit. utrũ aīa ĩmortalis an nõ, & negãte ipſam ĩmortalem rñdente, ita ipſe rõcinatur aīa incorruptibilis, quod ĩcorruptibile ĩmortale, aīa igitur imortalis. ſed & ſecũdum te eſt, non ĩmortalis. differens hoc mõ, ipſam eē non ĩmortalē aſſerentem nõ redarguit. qd nãque eſt in principio petiuit. qd, n. demõſtrandũ erat, accepit. hæc. n. aīa incorruptibilis, huic ĩmortalis eſt aīa, eſt eadem. de eo quod in principio petitur, atque nõ hoc accipitur, qd qdē eſt, et q̃uo fit, in priorũ reſolutoriorũ ſecũdo, ab Ariſt. dictum eſt. & elenchũ ſecũdum idē eſſe oportet. ſi. n. unũ & idem erit qd interrogatũ eſt, neque æquocũ, neque uniuocũ, neque qd in principio acceptũ, ſecũdum aliã atque aliã eidem ineſſe p̄tem aliqd dixerimus, ueritatē dicere nos cõtinget. ut ęthiops albus, & ęthiops nõ albus pte nõ albus exteriore, dētibus tñ albus. ſecũdum idē igitur ut non ſecũdum aliã atque aliã aliqd ineſſe ptem dicamus. n. uero nõ ad aliud atque aliud, ſed ad idē affirmãtem atque negãtē qui cũ diſputamus, demõſtrare oportere aſſerit, ſi ipſum ſibimet contradicētē refellere debemus. qui. n. duo duplex, & nõ duplex eē rõcinatur, eũdem non eē duplex aſſerentē nõ redarguit. ad aliud nãque atque aliud nõ ad eũdē & unũ numerũ, ipſum duplicē & nõ duplicem eē demõſtrat. ad unũ quidē duplex, ad reliquos uero numeros nõ duplex exiſtit. nõ alio inquit mõ. uidelicet hũc quod potētia eſt, accipere, hũc uero actu cõcedere. neque. n. iſto mõ cõtradictio eſt. qui. n. dicit dormientē habere uiſum, & uidere eũ qui uiſum hēt, ergo qui dormit uidere, nõ refellit illum, qui aſſerit dormientē nõ uidere. nãque uiſum hñs uidere duo ſignificat, tũ eũ qui hēt, neque operatur, opari tñ potēs, tũ iã operãtē. atque eodē inqt tpe. eũdē nãque in alio & alio dicere tpe prauũ & non prauũ haud fieri non põt, oēmque hoīem in aureo apud Heſiodũ gñe bonum, nullumque in ferreo bonũ eſſe aſſerens, deinde & oēm hoīem & nullum hoīem bonũ eſſe cõcludens illũ q hoc nõ ſenſerit, nõ redarguit. q. n. in eodem bonos & nõ bonos tpe eē oēs hoīes demõſtrauit, quo demõſtrato uerus utique eē poterit elenchus, ſed in alio atque alio tpe. p̄terea aſſerens catulum uidere & catulum non uidere, non in eodem apparentem tempore conrradictionem concludit. illum quidem qui falli decipiue noluerit, uel potius & decipientem refellere ſtuduerit, hæc cognoſcere omnia oportet. quod ſi nõ nouerit, neque redarguere ualuerit, ipſeque ab his qui ut decipiant, operam nauant, conſtrictus errore capietur. & hoc. eſt circa elenchi ignorantiam atque inſcitiã ubi eos qui p eiuſmodi elenchi refelluntur diffinitionem, p̄prie redargui demonſtrauit, conſequenter inquit. eodem modo de aliquo ſtruitur deceptio atque error non ſecus, quã in uera texitur redargutio cum aliquis eadem unaque re ſumpta neque quod in initio erat, repetito, in contradictionem propellitur & falſum aſtrui, uel falſum fieri paralogiſmum contingit, cum uel ęquiuocum uel quod in principio fuit acceptum. quod ex eo quod adducitur, perſpicuum maxime fit. nonnulli enim dimittentes inquit dictorum aliquid, quamuis refellere redarguereque uideãtur, non tamen refellunt, redarguunt ue. poſita elenchi diffinitione, eius quod ad idem & ſecundum idem p̄ponuntur exempla. nanque apparent inquit aliqui redarguere, duo dicentes eſſe & duplicia, & non duplicia, unius quidem enim duplex; trium uero non duplex. & hoc ad idem demonſtrans aſſerit. ſi enim quis duo unius duplicia, & item eiuſdem non duplicia demonſtraſſet, tunc proprie conſtruxiſſet elenchum; ſecundum exemphim in declarationem oſtenſionemque eius quod ſecundum idem poſitum eſt. non enim qui magnitudinem alterius ſecundum aliud atque aliud duplicem, & non duplicem eſſe, ut longitudine duplicem latitudine nõ duplicem dixerit, elenchũ confeciſſe aſſerendũ eſt. tunc enim uerus extitiſſet elēchus, ſiquidem magnitudinem ſolũ lõgitudine & duplicem & non duplicē demonſtraſſet. prӕterea ad hæc nõ ſolum eius quod eſt, tũ ſecũdum idem tum ad idē & ſimiliter opus eſſe ſe habere oſtenſionem quandam addit. ſiquidem futurus uerus elenchus eſt, qui eiuſdem & unius contradictionem adducens, non alio atque alio conſiderari tempore debet. ſi enim eadem unaque res non

ſecundum aliam atque aliam partem, neque eo quod exiſtit in principio accepto, diceretur, non antẽ & ſimul, hoc eſt uno tempore atque eodem aſſumeretur, apparens efficeretur elenchus· cum differunt hæc, elenchumque quis eſt, exquiſite diffiniuit, adducit. hunc uero modum cauillatorium qui eſt de elenchi ignorantia, aliquis in dictionis paralogiſmos pertrahere poſſet. æquiuocationes enim & amphibologię inter dictionis modos numerantur. hoc uero, dormiens uiſum habet, ambiguum eſt. uel enim quod ui ſu operetur, aut quod operari ualet, quis ſuſpicari poteſt.

Quæ uero quod erat in principio recipiunt cauillationes iſto pacto & tot uicibus conſtituuntur, quot peti, quod in principio contingit. refellere uero uidentur, quia idem & alterum conſpicere nequeunt.

De principij petitione qui eſt quartus extra dictionem modus. Cap. XXXII.

Cauillationes uero in eo qd eſt in principio recipitur, hoc modo conſtituũtur] Quod in principio accipiẽs paralogiſmus modus eorũ q̃ ſunt extra dictionẽ ſophiſmatũ quartus exiſtit, & de his q̃uo conſtituantur paulo diſſeruimus ante. ꝓpoſito nanque problemate hoc. aĩa ĩmortalis. accipiens uero quis incorruptibile & ſempiternũ uelnt altera & nõ eadẽ cũ hac dictione ĩmortalis aĩam cõcludit ĩmortalẽ. in ſecũdo ẽt priorũ reſolutoriorũ abſolutius pfectiusque dictũ eſt, necnõ & in differendi artis octauo planisſime diſputatũ eſt, quod qnque modis dictũ eſt. q incorruptibile & ĩmortale idẽ eſſe, pſpicere nequeũt cauillationibus capiũtur, & a cauillatoribus qui nihil demõſtrãt, ſed p idẽ quod p ſe manifeſtũ nõ eſt, demonſtrãt & quod problema eſt, ꝓpoſitionis uice recipientibus decipiũtur: cũ. n. quęritur utrũ aĩa ĩmortalis ſit, ſophiſtes iſto differit modo. aĩa incorruptibilis, ĩcorruptibile ĩmortale, aĩa igitur ĩmortalis. nihil demõſtrans, quod in principio petit. amplius aliquo nõ eſſe locũ aſſerẽte, aliquis iſto mõ differẽs locum eſſe cõcludit. ſi eſt ſuperius & inferius, ante & retro, dextrũ atque ſiniſtrũ locus eſt, ſed ſuperius & inferius & reſiqua exiſtunt, locus igitur eſt. & hic quod in principio petit. quod quidem ut demonſtraretur opus erat, nulla adhibita demonſtratione accepit. ſi. n. totum nihil quam ſuæ partes aliud exiſtit, dicens ſi loci partes ſunt, locus eſt, nihil dicit aliud quam eſt locus, eſt locus.

Conſequentis uero elenchus eſt, quia conſequentiam conuerti arbitramur. cum. n. hoc exiſtẽte, ex neceſsitate hoc ſit, atque hoc exiſtente, & reliquum neceſſario eſſe putant. hinc & ex opinione ſenſu orta ac habita deceptiones gignuntur. non raro. n. bilem mel, quia mel flauus ſequitur color, eſſe opinamur. & quia dum pluit terram udam eſſe contingit, & ſi uda ſit, pluuiſſe ſuſpicamur. hoc uero non neceſſarium, in rhetoricis uero, a ſigno oſtenſiones ex conſequentibus ſunt. adulterum. n. eſſe oſtendere uolentes, quod ſequitur, quia laſciuius eius eſt ueſtitus, aut quia noctu errare uiſus eſt, accipere. hæc uero non paucis adſunt. ſed prædicatum non ineſt. ſimiliter & in ratiocinatricibus. ut Meliſſi oratio, quia infinitum oẽ. omne quidem ingenitũ capiẽs. ex non ente. n. nihil fieri. genitũ uero ex principio factũ eſſe. ſi uero non genitum, principium non habet omne, quamobrem infinitum. hoc uero accidere non neceſſarium. non. n. ſi genitum oẽ, principium habet, et ſi quid principium habet, genitũ. quemadmodum non ſi febri laborans calidus eſt, & calidum uexari febri neceſſarium eſt.

De conſequentis elencho qui eſt extra dictionem modus quintus. Cap. XXXIII.

Conſequentis uero elenchus eſt, qa cõſequentiã conuerti arbitramur] Conſequẽtis elenchus qntus eſt appentiũ extra dictionẽ elenchorũ modus, eſtque cauillationis accñtis ps, q ſophiſmatũ extra dictionẽ primus exiſtit. & hoc ipſe cũ paulo ꝓgreſſus fuerit, dicere nõ diſſimulabit. utrique nanque ab accñtibus profluũt, differũt tñ qa q accñtis eſt, terminos nõ cõuertit. ſed hoc pacto rõcinatio ſtruitur, Socrates aĩal, aĩal genus, Socrates igitur genus. cõſequẽtis uero ut æqpollentes recipit terminos, gigniturque cum termini nõ æqpollentes ut tales aſſumuntur. qñ furẽ nocturnus ſeqtur error, cauillatores cõuertẽtes dicũt. noctu errat, fur eſt. qa mel flauũ eſt, aſſerũt & flauũ eſſe mel, q̃obrẽ cauillationẽ fieri contingit, ſi uero adulter cõparat, exornatque ſe, nõ neceſſe eſt, eũ qui ſic ſe cõponit, adulterum eſſe. non paucis. n. hæc inſunt, dico nocturno errare ipe, & cõparare ac ſe ipſum ornare, p̃dicatũ uero non ineſt. hæc qdem dictorũ ſuiam eſt. ſed dictio hoc ſe hẽt pacto. qñ. n. ad mel neceſſario ſequitur, & flauum, & ad quoduis flauum & mel conſequi putant. hincque deceptio oritur. bilem nanque quæ & flaua eſt, at non mel eſſe contingit. fraudis uero machinator ac fabricator ſic ut fallat, aggreditur. num mel flauum eſt, certe, & flauum mel, bilis uero flaua, bilis igitur mel. hinc opinatione errores deceptioneſque emergunt. guſtus nanque mel ut dulce, uiſus ut flauum cõprehendit, & accepit. ex quibus fluit opinio affectiones cõpo-

nens

nens,uelut unum exiſtimans.cum uiſus reſpicit flauum,uidetque aliquid bili tinctum,ſtatim & hoc eſſe mel ſuſpicatur.item,qm̃ imbre deorſum lato neceſſario terra humecta redditur ,qñ uero fuſio aquę quę inundatio fit,de cœlo pluuiſſe exiſtimamus . hinc & ſolem nõ raro unius pedis magnitudine quia uiſus imaginationes ſequitur,eſſe uiſus iudicat.enimuero & in rhetoricis ratiocinatiões demõſtrationes quas elicimus a' ſignis,ex cõſequentibus oriuntur. adulteri nanque ſignum eſt,exornatio atque comparatio ſui.& furis,noctu errare. adulterum enim compoſitio & ornatus & furem noctu tnus ſequitur inceſſus . quare demonſtrationes ex conſequentibus conſtantur rhetorice. qui enim adulterum eſſe demonſtrare uoluit,id quod ſeqtur,hoc eſt ſui exornator accepit.& qui furẽ coarguere uoluit,noctu errare ſumpſit. hęc quidẽ uidelicet ſui cõpoſitio & noctu incedere,quã plurimis inſunt.ṗdicatũ uero,hoc eſt adulter,& fur nõ ineſt.ſolutio eſt.ṗdicatum uero,adulterum de exornatione, ſui, prædicatum,eius uero qui noctu ambulat,furẽ aſſerit.non ut uera ṗdicata,quod ut cõuertantur nõ eſſe neceſſariũ,dictũ iam eſt. ſed ut ṗdicata a' cauillatoribus recepta ſunt.nõ diſſimiliter uero uiqt in rõcinatricibus . uidelicet in orationibus in modũ rõcinationis cõpoſitis prouenire uñr . qualis & q̃ Meliſſi eſt,eſſe uidetur.hic.n.unũ,& infinitũ eſſe ens demõſtrare uolẽs,hoc forte cõuerſione cũ contrapoſitione,ṗbauit.hoc pacto diſſerẽs. ſi qd factũ, principiũ hẽt,quod nõ factũ, non hẽbit principium.deinde & alterã adiecit propoſitionẽ,q̃ eſt, non hñs principium,infinitum eſt.ut rõcinatio ſit hęc.ens non eſt factũ,quod nõ eſt factũ,non hẽt principiũ,non hñs principium,infinitũ eſt,ens igitur infinitũ.hanc uero rõnẽ hic & in primo naturalis auſcultationis plurimis inceſſit uerbis,cõuerſionẽ uero cũ cõtradictione peccare demõſtratũ eſt.hæc.n.fit ablatione cõſequentis ad antecedentis internitionẽ.nõ hoc pacto eſt illa Meliſſi.ſi.n.homo, ſeqtur & aĩal neceſſario, animali uero non exñte pſpicuum eſt & hoĩem non exiſtere.& Meliſſum iſto modo cõuertere ac dicere oportebat . ſi factum,principiũ hẽt,quod nõ hẽt principiũ,nõ eſt factum.iſte uero nõ hoc inceſſit modo,ſed antecedentis ablatione,ſuſtulit & cõſequens.ſed iterũ q̃ ab Ariſt.dñr ſpeculandum.ut Meliſſi rõ quod infinitum oẽ demonſtrauit.inquit Meliſſus quod infinitum oẽ,hoc uero eſt ens.omne.n.loco entis accepit.accipiens ens eſſe ingenitũ.uidelicet ens non factũ,neque genitũ,hoc demonſtrauit.huiuſque probationem adiecit.ſi.n.ens fieri quis dicat,aut ex ente,aut ex eo quod non eſt ens,fieret, ſed ex eo qđ eſt,fieri nõ contingit.hæc.n.itẽ & de illo quęremus pari modo.& ex non ente(ut dicatur)fieri ens haud poteſt,cõi philoſophorum profato nihil ex oĩno non ente fieri aſſerente.quod reliquũ eſt, ens ingenitũ eſſe colligitur.ſi igitur quod factum,principium hẽt,quodque non factũ,principiũ nõ habebit , non hñs principium & infinitum.ad hoc dicit Ariſto.ſi factum oẽ principium hẽt, quodque principium hẽt, factum eſſe minime eſſe neceſſarium.eius quod dicitur hæc fertur eſſe ſñia.non eſſe factum, & non habere principiũ,idem eſſe & æquabilia æquipollentiaque,ac cõuerti Meliſſus exiſtimauit.in hancque eum deduxit ſñiam exiſtimatio,qua quod factum eſt,& habet principiũ,idem & æquipollentia eſſe putauit. ut ſi omne quod factũ eſt,principium habet,quodque principium habet,eſſe factum.qd falſum eſt.nõnulla .n.ſunt,quæ principium hñt,quæ tñ non eſſe facta,græci arbitrantur.ut cœleſtia diuinaque corpora . ſi igitur falſum hoc exiſtit,neque quod nõ eſt factum & quod principiũ non hẽt,eadem eẽ perſpicuũ eſt.

Prauitas uero,in eo quod non cauſa,ut cauſa,cum non cauſa accepta ſit , ut propter illud elenchus editus dicatur,tale uero in ratiocinatricibus quæ ad impoſſibile ducũt, cõtingit. in his enim poſitorum non nihil perimere neceſſarium. ſi igitur in neceſſarijs ante concluſionem interrogationibus impoſſibile contingens repoſitum ſit , non raro iuxta hoc fieri.elenchus uidebitur . ut quod eſt anima & uita idem. ſi enim corruptioni generatio cõtraria, & alicui corruptioni aliqua erit generatio . mors uero corruptio quædam,& uitæ contraria , quamobrem generatio uita , & uiuere generari . hoc uero fieri nequit . non igitur idem anima & uita eſt neque ratiocinatione collectum . impoſſibile nanque & ſi animam & uitam quis eſſe idem non aſſerat , contingit . ſed morti , quidem quæ corruptio eſt, uitam ſolum contrariam,corruptioni uero generationem.eiuſmodi quidem orationes non ſimpliciter nõ ratiocinatrices ſunt , ad poſitum uero non ratiocinatrices , atque ipſos interrogantes nihil minus iſtiuſmodi ſæpe latet rationes quidem igitur conſequentis & nõ cauſæ eiuſmodi ſunt.

De non cauſa ut cauſa qui eſt ſextus extra dictionem modus. Cap. XXXIIII.

Prauitas uero in eo qđ nõ cã ut cã,cum non cã accepta ſit.] Iſte cauillationũ q̃ ſunt extra dictionẽ ſextus habetur modus : qđ hic circa non cãm ut cãm uocat,hoc in priorum reſolutoriorũ ſecũdo non circa hoc nũcupauit.in rõcinationibus quæ ad impoſſibile ducũt,iſtud fieri dicit,cũ ſeiũcta ſeparataque ſuppoſitione nihil minus impoſſibile cõcludunt.cũ eiuſmodi cauillatores ĩpoſſibile colligant,dicantque id ex ſuppoſitione ortum habere.quẽadmodũ nos cõtra eos diſſerẽtes ſuppoſuimus,ex quo hoc emanauit impoſſibile.cum tñ ſuppoſitio noſtra impoſſibilis qđ cõtingit,cã non extiterit.tũc.n.quod nõ circa

hoc maxime dicere poſſumus . quod uero dicitur,hoc fieri pacto perſpicuum eſſe poteſt . ſi quis omni
adeſſe albo animal aſſerit,& nos eſſe uerum negemus,non enim album omne eſt animal,nos refellere ni
titur dicens.ſi enim ineſſe omni falſum eſt contradictorie oppoſitum eſt uerum,quod eſt, albo non om
ni ineſt animal . deinde hac poſitione dicente . albo non omni demonſtrans quod ſequitur eſſe impoſ-
ſibile,falſum quidem eſſe dicit hoc.non omni animal ineſt albo,uerum quidem eſſe id inducit quod ipſe
dixerat,album omne eſſe animal iſto ratiocinans modo hoc demonſtrat.animal ſecundum nos non om
ni albo ineſt,uolatili albũ ineſt omni,uolatile omni ineſt coruo,albũ igitur omni coruo . ſed hoc falſum
eſt.ſuppoſitio igitur quam impoſſibile ſequitur,a' quaq́ue ſalſitas fluxerat,falſa eſt,quæ erat dicens , nõ
omni albo ineſſe animal,omni igitur ineſſe uerum eſt.ad hoc dicendũ non eſſe circa hoc.non.n.ex ſup-
poſitione quę non oĩ albo animal ineſſe dicit,oĩ coruo albũ ineſſe collectum,concluſumque eſt , ſed ex
hac tua,ſeqtur uolatili oĩ ineſſe albũ aſſerente.ſublata nãque noſtra ſuppoſitione quã abſurditatis cam
prędicabant,iterũ falſum cõcluditur.& ipſe quo nã pacto ex ſuppoſitione noſtra nõ fiat falſum,ſed ex
ea q̃ cauillatorũ eſt,exemplo demõſtrat.quod uero dicitur eiuſmodi eſt.uere aliquis aĩam & uitã ſecun
dum cãm idem eſſe dicit.ſophiſtes igitur falſum hoc demonſtrare nititur,& inqt.ſi aĩa & uita cã eadem
ſunt,deinde non nihil hoc modo impoſſibilitatis demouſtrare aggreditur dicens. ſi corruptio & gene-
ratio contraria eſt , & alicui corruptioni generationi generatio aliqua erit contraria , corruptio quæ
mors eſt , quare & morti quæ eſt corruptio quædam , generatio aliqua eſt contraria,morti uero nihil
aliud quam uita cõtrarium eſt. uita igitur generatio.ſiqnidem uita generatio,& uiuere generari. qua-
te & animal quatenus uiuit , generatur . fieri uero non poteſt,ut animal inquantum uiuit,generetur.ſi
uero hoc impoſſibile & ſuppoſitio à qua hoc deducebatur eſt impoſſibilis,q̃ hæc erat.aĩa & uita cã ea-
dem ſunt.nõ igitur aĩa & uita ſunt eadem.ad hoc igitur dicimus,qa nõ circa hoc eſt.non.n.qa nos aĩam
& uitam idem aſſerimus,aĩal quatenus uiuit,fieri adductũ eſt.nihil.n.minus ex reliqs ꝓpoſitionibus hoc
nõ addito,impoſſibile ĩferetur.ſed qa tu uitam morti q̃ corruptio eſt,cõtrariã eſſe aiebas, impoſſibile cõ
cluſum eſt.nõ,n.uitæ ſed nõ animato corpi corruptio cõtraria eſt.uitæ uero cõtraria diſſolutio,non idẽ
corruptioni diſſolutio eſt.corrũpi nãque diſſoluta & adinuicẽ ſepata nõ eſt neceſſe.ecce.n.fila ex lana et
ſericis inter ſe cõnexa coniũctaq́ue aliqs ſepauit,horum uero ſepatio nõ ipſis corruptionis cã extitit.ite-
rum,ſi quis frumentum & ordeũ q̃ inter ſe uno in aceruo cõmixta ſunt,ab eo ſepauerit,diſſolutio qdem
& adinuicem ſegregatio facta,corruptio uero nequaq̃.ſi igitur mors diſſolutio eſt,& aĩæ & corpis adui-
uicem ſegregatio,mors corruptio nõ erit.qđ uero non idẽ corruptioni mors ꝑſpicuũ ex hoc,qđ uiuẽtia
mori,cadauera uero & inanimata corpa corrũpi aſſerimus.ſi corruptio & mors idẽ eſſent, cũ aĩæ a' cor-
pore ſepatione ſimul corrũperetur corpus,hoc uero in pñtia,ſed multo poſt corruptio corporis fieri ꝑ-
ſpicitur.hoc quidem q̃ dicuntur pacto ſe hñt.hoc uero,ſi impoſſibile añ cõcluſionem in neceſſarijs inter
rogationibus eueniẽs adnumeratũ ſit. eiuſmodi eſt.ſi.n.ĩterrogationibus neceſſarijs hoc eſt ꝓpoſitioni-
bus a' cõtendente dictis.has enim ait neceſſarias interrogationes, non quia neceſſarium quid colligant ,
ſed ſi hæ non admittantur,recipiãtur'ue , non utique propoſitum eſſet illatum impoſſibile. ſi igitur in
eiuſmodi uiri litigantis propoſitionibus hic ipſe ſophiſtes ante concluſionis inductionem ipſum impoſ-
ſibile contingens inſerit,hoc eſt propoſitionem falſam impoſſibilis contingentis cauſam.per hanc.n.ta-
le concluditur abſurdum,circa hoc non raro fieri elenchus uidetur.ſiquidem & hic factus eſt. hac.n.pro
poſitio.uita morti quæ corruptio eſt,neceſſarijs interrogationibus intermixta eſt. nanque (ut dictũ eſt)
mors corruptio non eſt , ſed corporis & animæ ſolutio.mors igitur & corruptio idem neceſſarijs inter-
rogationibus inſerta eſt,qua recepta,tum uitam generationem,tum uiuere generari , ac quatenus uiuit
animal , generari concluſum eſt . tales uero ratiocinationes ſimpliciter quidem non ſyllogiſticas inquit
eſſe,hoc eſt uniuerſaliter ad id uero quod in præſentia proponitur , non ſyllogiſticas . quia falſas aſſu-
mendo propoſitiones quod eligunt , uolunt'ue , non ratiocinantur . in hoc igitur non ſunt ſyllogiſti-
cæ . hoc uero non minus ipſos perſæpe latere interrogantes.tale eſt.quia non ſolum latet reſpõdentes ,
non eadem ut eadem exiſtimantes & hic decipiuntur,atque falluntur,ſed & ipſi interrogantes æque at-
que reſpondentes hoc patiuntur . ut & Polus uolũtatem & exiſtimationem idem putans eſſe, ut unum
entium Socratem ſciſcitatur.

*Paralogiſmi uero qui duas interrogationes unam efficiunt, ſunt,quando cum plures ſint,
latet,& ut una exiſtente,reſponſio reddita una eſt . in nonnullis eſſe plures uidere facile ,
& reſponſio minime danda eſt . ut utrum terra mare eſt , aut cœlum . in quibuſdam uero
minus & ut exiſtente una,aut non reſpondendo quod interrogatum eſt, fatẽtur, aut refel
li,atque coargui uidentur . ut num iſte , & iſte eſt homo , quamobrem ſi hunc , & hunc
quiſpiam uerberauerit,hominem , ſed non homines uerberabit . uel item,quorum hæc quidẽ
ſunt bona,hæc uero nõ bona,hæc oĩa bona,aut non bona.utrũ.n.utique dixerit,eſt quidẽ ut
elenchum aut falſum apparens dicere uideatur. dicere.n.non bonorum quippiam eſſe bonũ,
aut bonorum non bonum, falſum . nonnunquam acceptis quibuſdam & uerus conſtitui po-
terit .*

terit elenchus . ut ſi quis unum & multa ſimiliter dici daret alba , & nuda, & cæca. ſi enim cæcum quod non habet uiſum,ut habeat uero aptum, & cæca erunt uiſum non habentia, ut uero habeant apta.cum igitur hoc quidem habuerit, hoc uero non habuerit, aut uidentia,aut cæca ambo erunt,quod fieri nequit.

De cauillatione ex duabus unam conſtituente interrogationem qui ultimus eſt extra dictionem modus. Cap. XXXV..

Paralogiſmi uero quia duas interrogationes unam efficiunt quando cũ ſint plures latent & ut una] ſeptimus & poſtremus quæ ſunt extra dictionem ſophiſmatum modus,cuius ut unã duas efficiat interrogationes,intentio eſt.hoc uero nominatur modo.quia unum quodque de quo oratio habetur,ſubiectum peculiari & propria indigens interrogatione,nõ priuatim proponitur,atque interrogatur,ſed ſub iecta differentia interrogans,atque confundens,ut unum,reſpondentem decipit,cum & ipſe uel ut unius ſubiecti reſponſionem det.ut in hoc ſophiſmate.aliquis Socratem & Platonem uerberat, Socrates & Plato eſt homo,aliquis igitur hominem,& non homines uerberat.tale quid & in Gorgia plura ut unũ, Socratem interrogans Polus fecit.interrogatio uero talis erat.dic mihi o Socrates nũquemadmodum & tyrrani uidentur tibi rhetores,omnia quæ uolunt,facere,& quæ optima ipſis eſſe uidentur . hic enim ut unum plura interrogauit Polus.aliud enim eſt uoluntas,aliud opinio,quem cum plures ſimul ſciſcitaretur interrogationes,uelut uoluntatis & opinionis differentię neſcium ac ut unius rei unam interrogationem facientem Socrates reprehendit.in nonnullis inquit.quando duę ſunt interrogationes perſpicere non eſt difficile.oportebat enim iſto modo interrogare.utrum terra eſt mare, deinde iterum , utrum cœlum mare eſt,plures interdum interrogationes eſſe in aliquibus quemadmodum erat,quam recenſuimus,Poli interrogatio uidere aut nõ eſſe perfacile.& quia plures eſſe interrogationes non eſt perſpicuũ. uel quia non reſpondent,quod interrogatur,fatentur.uel coargui uidentur.quod uero dicitur eiuſmodi eſt.qui tali interrogantur interrogatione aut non reſpondendo rei quę interrogatur,aſſentiunt.mali prauique ſocij eſſe uelut commune impedientes opus.ut extrinſecus hoc ſit acceptum. eſſe praui ſocij. fatentur enim ad id quod interrogatur non reſpondẽdo prauum eſſe ſócium. aut ſi reſpondeant, refelli atque coargui uidentur.& quod dicitur hoc etiã pacto intelligere poſſumus.qui interrogãtur aut nihil reſpondent,& ſilendo modo aliquo conſentiunt,ſilentium enim hanc dictionem quæ eſt certe,declarat. eſt enim uerbum conſenſus.aut ſi reſpondere non grauentur,redargui uidentur.hoc uero,aut itẽ,quorum hęc quidem ſunt bona,hęc uero non bona,omnia bona,aut non bona,& hoc plura ut unum interrogantis exemplum eſt.iſto nãque dicere modo oportebat.utrum temperantia bonum eſt , aut prauũ. & utrum incontinentia bonum eſt,aut prauum. utrãque uero commiſcens uelut de una re interogans non obſcurum eſt,quin reſpondentem non fallat.ſi quidem interrogatione coactus affirmabit,aut negabit.ſi enim quis interrogatus.utrum temperantia & incontinentia bona ſunt,aut praua;bonum eſſe dixerit,accidet incontinentiam quæ extra bonorum numerum eſt,eſſe bonam.ſi uero negabit,rurſus temperantiam quæ in bonis habetur,non eſſe bonam continget.non nũq̃ ſic ait apparentem fieri elenchũ, ex hoc,quia in interrogatione plura ut unum interrogante ſolũ affirmantur,uel negantur.dicere enim aliquid quod in bonis non reponitur eſſe bonum,aut bonum aliquid non bonum falſum eſt. & uerum quibuſdam aſſumptis elenchum aliquando continget.ut ſiquis interrogauerit.num quod in uno hoc & in multis,hoc capiens addiderit.quoniam cæcum eſt, quod uiſum nõ habet,ut uero habeat aptum eſſe. & cæca quæ non habent uiſum erunt,habere uero apta.& ſi album eſt,quod diſgregatiuum uiſus colorem habet.& alba ſunt,quæ colorem uiſus diſgregatiuum habent.in his enim non una interrogatio eſt. hoc enim num quidem ſi cæcum eſt, quod uiſum non habet,aptum tamen idoneumque eſt, ut habeat. & cæca uiſum non habentia,ut uero habeant apta.una non eſt interrogatio.quoniam cæcum illud eſt quod habere uiſum aptum,non habet,ut hoc cęcitate uiſum nõ habet,hoc uero ut catulum improprie cæcum eſſe aſſerunt, nondum aptum habere uiſum.non enim tunc ipſum habere aptus eſt.quo nam pacto fieri poterit,quin differentia interroget.dicens.num ſi cæcum eſt, quod uiſum non habet,ut uero habeat,aptum eſt. & cæca ſunt uiſum non habentia,apta natæue ut habeant.ſi enim hoc quidem unum cecitate cæcum eſt,quod & dicere cæcum uerum eſt.hęc uero quę nomine abutentes ut in catulis cæca dicimus.quia tunc ut uideant apta non ſunt,non enim cæca eſſe dicere uerum eſt.cum igitur duę interrogationes exiſtant, ad has non una danda eſt reſponſio. ſi uero quis ui interrogationis uelut una exiſtat, raptus dixerit.equidem, cæca ſunt quando catulorum partim uident partim uero non. quod enim cæcum ut uideat,fieri haud quaq̃ poteſt.erunt aut omnes uidentes , aut cęci homines. à reſpondente enim rationem ſophiſtes requiret,cur partim uident,partim non uident . utraque enim uiſum non habentia, apta ut habeant eſſe cæca aſſeruiſti, aut neutrum aut utraque uidere neceſſarium eſt. eiuſmodi uero ſophiſma tum in eo modo qui ut unam duas interrogationes interrogat, tum in modo qui circa proprij ac ueri elenchi defectum uerſatur . in eo nãque dixit una cum alijs & eodem modo,temporeque eodem capere oportere,hoc eſt quod interrogatur non eſſe tale ut alio interrogans tempore,reſpondens uero alio ſubiectum accipiat.hic quoque idem fit.non enim omne non habens,aptum tamẽ ut habeat uiſum , cæcum eſt.ſed quando habere eſt aptum,non habens.

Aut quidem hoc pacto diuidendum ratiocinationes apparentes et elenchos, uel in elenchi omnes ignorantiam, iſtud principium auſpicantibus referendum eſt. omnes enim quos recenſuimus modos in elenchi diffinitionem reſoluere licet. primum quidem ſi figura careant ſyllogiſtica. expoſitis enim concluſionem cõtingere oportet. quare dicere ex neceſſitate, ſed non apparere. deinde & ſecundum diffinitionis partes.

Quod omnes in elenchi inſcitiam referantur cauillationes. Cap. XXXVI.

Aut hoc pacto diuidendum apparentes] Duas eſſe paralogiſmorum ſpecies diſſeruit, quibus ſophiſtę eos quibus cum diſputant, refellere apparent, necnon quot, & qui modi, qui in his ſophiſmatum ſunt ſpeciebus, docuit. & hanc quidem iuxta dictionem, hanc uero extra dictionem nominauit. atque modos in dictione cauillatorios ſex eſſe tradidit, ęquiuocationem, amphibologiam; compoſitionem, diuiſionem, accentum, dictionis figuram. modos uero extra dictionem, ſeptem eſſe clariſſime poſuit. accidentis uidelicet; eiuſque quod ſimpliciter, aut quoquomodo, & non proprie partes dici & eius qui de ratiocinationis, & elenchi diffinitione, atque de eo qui eſt de acceptione eius quod in principio eſt. & conſequentis, necnon illius qui non cauſam ut cauſam prodit, & alterius qui duas interrogationes unam facit. nunc dicit. quod aut redargutiones cauillatorię hoc pacto diuidendę, partimque eſſe circa dictionem, partim uero extra dictionem aſſerendum eſt. prӕterea quӕ ſunt in dictione, ſex ſunt. quę uero extra dictionem exiſtunt, ſeptem. aut omnes apparentes & elenchos & ſyllogiſmos in elenchi ignorantiam referendum. & quo diſſerit pacto referendi ſunt. uel magis omnes ipſe reducit. quoniam elenchus eſt (ut dictum eſt) eiuſdem & unius non nominis, ſed rei, & nominis non uniuoci, ſed eiuſdem & unius ſubiecti, ex datis à reſpondente, non eo quod in principio repetito, ſecundum idem, & ad idem, eodem tum modo, tum tempore. qui hęc aut horum quippiam ignorauerit labans in falſitatem cadet, falleturque. quoniã igitur (ut dictum eſt) ratiocinatio contradictionis elenchus eſt. ratiocinatio uero eſt ex poſitis. qui uero quid ratiocinatio ſit, & concluſionem ex poſitis contingere oportere neſcierit, eo quod non ratiocinatur, neque ex poſitis contradictionem apparentem colligit. decipietur. tales uero erant contradictionem quę non per ea quę erunt poſita inducebant. quę non cauſam ut cauſam aſſumentes. & quod in principio petentes. & quę conſequentis erant. primum inquit omnes in elenchi ignorantiam paralogiſmi referentur. ut ſyllogiſtica carentes figura, atque ex non poſitis concludentes. quod quidẽ proprie ſyllogiſmi peculiarę eſt. deindę iſti omnes & in diffinitionis elenchi partes reducentur, & circa alicuius in elencho particulę poſitę defectum conſiſtere demonſtrabitur, aut quia ęquiuocum, aut ambiguum, aut alterum quid recipiatur.

Earum quidem enim quӕ in dictionӕ prauitatum hӕ quidem circa duplex uerſantur. ut et ӕquiuocatio, & oratio, & ſimilis figura. conſuetum enim omnia ut hoc aliquid ſignificare compoſitio uero, & diuiſio, & accentus nõ idem eſſe oratione aut nomine differens. & hoc non ſecus ac res, ſi elenchus, aut ratiocinatio erat futura, idem eſſe oportebat. ut ſi ueſtis non tunica, ſed ueſtis ratiocinatione concluſum eſt. q̃uis enim & illud uerum eſt, ſed non ratiocinatione collectum. ſed interrogatione adhuc opus eſt, quod idem ſignificat, apud eũ qui quӕrit quamobrem.

De equiuocationis & amphibologiӕ necnon dictionis figurӕ reductione in elenchi inſcitiam agit. Cap. XXXVII.

Earum enim quӕ in dictione ſunt prauitatum hę quidem circa duplex uerſantur] Vnumquẽque paralogiſmum in elenchi ignorantiam reducendum eſſe diſſeruit, ſimpliciterque prauitates quӕ ex unius elenchi defectu profluunt, dixit. quia ex non poſitis ipſę colliguntur. quod & in elenchi diffinitione aſſertum eſt. in prӕſenti uero orationis ſerie & iuxta unamquãque elenchi partem ipſos formari docet. in primiſque tum eum qui ex ęquiuocatione, quia non unum eſt nomen & res. tum eum qui ex amphibologia cõſtat, fieri exponit. hos nãque ex hoc, aut ęquiuocatio aut oratio declarauit. iſtos igitur necnõ ſimilem dictionis figuram hoc eſt paralogiſmos, qui circa dictionis figuram: ex elenchi conſtituit ignorantia clarum exiſtit. elenchum enim eſſe eiuſdem & unius non nominis, ſed rei, ponitur. an qui ex ęquiuocatione & amphibologia nominibus uel & orationibus minime ſimplicibus res differentes ſignificantibus conſtant, equidem, eodem ne pacto & ſimilis figura, certe, nãque & diſcere duo ſignificat, atque ęquiuocum eſt, & oratio ambigua quę dicit. quod uidet quis hoc uidet, duo oſtendit, tum qui uidet, tum qđ uidetur. & circa diſciplinam agere. duo declarat (ut dictum eſt) affectionis enim & actionis ſignificatiuũ eſt. quod eſt uitij iuxta dictionis figuram. perſpicuum igitur eſt hos tres in elenchi ignorãtiam referendos eſſe,

dos eſſe,quia non unius ſunt rei. ratiocinantem ueró atque elenchũ perficere appetentẽ,eandẽ unãque rem aſſumere oportet. hoc uero, conſuetum enim omnia ut hoc aliquid ſignificare. non de dictionis figurę ſed amphibologię uitio dictum eſſe uidetur. quod ſimilem figuram,ut dictum eſt, hic eſſe ait . non enim ſolum tacentem eum qui ſilet,ſed & etiam quę ſilentur,& uidentem eum qui uidet,ſed & quę uidentur. conſuetudo quędam ut diceremus,obtinuit.eiuſque quod prius dixerat, reminiſcens hoc intulit. quod modorum amphibologię unius & hic eſt. quando aſſueti hoc modo ſumus dicere. & quę a' cõpoſitione inquit & diuiſione fraus in elenchi transferetur ignorantiam.. idem enim in proprio elencho tum ſeparatim tum coniunctim declarari oportet. quod quidem & in compoſitione & diuiſione cõtingit.alterum uel a' nominibus uel uerbis ſeiunctim quod declaratur , eſt . & alterum c..m hæc compoſita ſunt , eſt . quod manifeſtatur . literę enim & ſcire , utraque ſeparata non idem & compoſita, ut in hoc γράμματα ἐπίσταται ſignificant.ſed & Socrates ſedet,& ambulare poteſt ſedens, Socrates igitur ambulat. ut & prius dictum eſt non idem declarat. hęc cum differuit , cauſam quam cauillationes quas recenſuimus, in elenchi ignorantiam referendę ſunt,exponit. eſt uero hęc quia non idẽ ab ęquiuoco,& oratione ambigua,ſignificatur.ſed & de compoſitione & diuiſioneque in elenchi ignorantiam reducẽdę, dictum eſſe intelligi poterit. quod non idem declaratur. quod enim ambulat,& poteſt ambulare,equidem,& hoc, οὗ ideſt cuius ſoluis,& hoc οὐ ideſt non ſoluis,non idem ſignificat . ambigua nãque oratio. nomenque differens non idem ſignificant. & hoc uidelicet nomen non differẽtia ſignificare oportebat.ut enim ſi elenchus fieri debeat,rem & unam & eandem opus eſt eſſe. ita nõ plurium eſſe nomen ſignificatiuum. quẽadmodum enim inquit ſi in alia qui interrogatur,rem trahens affirmauerit, in aliam uero interrogãs apparentem contradictionem collegerit , elenchus non extruitur . ita & ſi una quidem ſed multiuoca res ſit,ſi non eo quo qui interrogatur,affirmauit nomine,ſciſcitans contradictionem intulerit, extrui uerus non uidetur elenchus.pręterea ſi hoc cum illo idem eſt, interrogatione indiget.ut hoc ſi quis ratiocinatus fuerit modo.utrum & ſcithę & alij homines poſſibilia an impoſſibilia uidere uident , poſſibilia quidem,igitur & tu & ego,certe,noſtras uides ueſtes,equidem,poſſunt igitur uidere hę. tunicę igitur noſtrę uident.ſed & non uident. in hoc,& ſi tunica & ueſtis eſt idem,ſed tamen quia audientium plurimi ambigunt,tunica & ueſtis ſint idem,nec ne?oratio interrogatione indiget ęque , ac res ipſa una atque eadem eſt,ſi extrui debet aut futurus eſt elenchus,nomen & idem & unum eſſe eſt opus.neque cum ueſtis proponitur,tunica ſed ueſtis demonſtretur. & ſi pro ueſte tunicã colligens ratiocinatio uera extiterit, tamẽ atque merito aliquis utrum tunica & ueſtis idẽ ſint,an nõ,ignarus tumultuabit.atque hic propter quod quæret.quamobrem non ratiocinari hoc modo ratiocinantem aſſerit.

Paralogiſmi uero accidentis, ratiocinatione deffinite,plani ſiunt. eandem enim & elenchi diffinitionem cum contradictionis tamen additione eſſe oportet. elenchus enim contradictionis ratiocinatio. ſi igitur non eſt ratiocinatio,accidentis non ſit elenchus. non enim ſi hæc extiterint , hoc eſſe eſt neceſſarium . hoc uero eſt album , propter ratiocinationem album eſſe eſt neceſſe. neque ſi triangulus duobus rectis æquos habet. ipſi enim figuræ eſſe accidit uel primo,uel principio,quia figura,aut principium,aut primum eiuſmodi eſt. non enim quatenus figura,neque quatenus primum , ſed ut triangulus demonſtratio. pari modo & in alijs. quamobrem ſi elenchus ratiocinatio quædam, non utique accidentis erit elenchus. at in hoc cum artibus præditi,tum omnino ab ignaris qui gnari ſunt, redarguuntur. cõtra enim ſcientes,qui diuidere nequeunt,aut interrogati concedunt,aut non cõcedentes conceſſiſſe exiſtimantur, accidentis ratiocinationes conflant.

De reductione cauillationis accidentis in elenchi inſcitiam agit. Cap. XXXVIII.

Paralogiſmi uero accidentis ratiocinationis diffinitione] In his quæ differuit ſuperius, in elenchi ignorantiam frandes & cauillationes quæ in dictione ſtruuntur,retulit,hac uero in parte & primum accidentis paralogiſmum qui eorum qui ſunt extra dictionem primus,in elenchi ignorantiã refert. & inquit ex ratiocinationis diffinitione perſpicuum futurum in elenchi inſcitiam talium eſſe reductionem cauillationum,ratiocinationem diffiniendo perſuadet ratiocinationis diffinitione , in dictam elenchi imperitiã reductionem eſſe . ſi enim ratiocinatio oratio eſt , in qua poſitis quibuſdam alterum quid præter poſita contingit. in accidente uero quid a' poſitis alterum non contingit,aut colligitur. quę igitur ab accidente eſt non eſt ratiocinatio. quare neque elenchus. clarum igitur eſt, hunc paralogiſmum & recte in elenchi referri inſcitiam. qui enim hoc refellere uidetur, quomodo refellere & redarguere oportet , ignorat. in hoc uero ab elencho diſtat ratiocinatio,quia in eo contradictio additur, elenchus nãque eſt cum concluſionis contradictione ratiocinatio. ſi enim de nullo lapide medio utens animali aliquis hominẽ ratiocinatione prædicari cõcluſerit. hoc pacto dicens. de omni homine animal,de nullo lapide animal,aliquis uero non hoc ſe habere modo quod concluſum eſt contra ipſum , de aliquo lapide hominem prędicari

inſtat. ſi iſtud poſitum ſit, altera propoſitio animal a' lapide per negationẽ remouens adiecta ſit, in tertia ratiocinatio extruetur figura, ab aliquo homine negari animal colligens. quod quidẽ falſum exiſtit. omni enim homini animal. & hoc pacto prioris contradictionem habens concluſionis, ratiocinatio conficietur elenchi. proprius igitur elenchus in quo rei concluſæ contradictio aſſumitur. qui uero ab accidente eſt, non elenchus. in ſecunda quoque figura eiuſmodi ratiocinatio extrui poteſt, cõtradictionis quidem ratiocinationem elenchum eſſe dictum atque demonſtratum eſt. cæterũ ęque de hoc atque de alijs quibuſdam tum Ariſtoteles ipſe in priorum reſolutoriorum ſecundo, tum nos in noſtris quas in illum fecimus interpretationibus diſſeruimus. ij qui in cõmentarium, in quo talia tractauimus, inciderint, cognoſcere poterint. in quo & eum qui ab accidente profluit, non eſſe ſyllogiſmum demonſtrauimus. quia ex non poſitis alterum quid colligit. nemini enim dubium eſt, eiuſmodi in ſe ipſo ratiocinationis diffinitionem complecti. dicere enim hominem muſicum, muſicũ uero accidens, deinde hominem accidens, & ſubſtantiam eſſe qualitatem colligere, porro a' ratiocinatrice coniugatione eſt, aut methedo. hoc uero, non enim his exiſtentibus hoc eſſe neceſſarium, cauſa comprobatrix eſt, ratiocinationem quæ eſt accidentis non eſſe ratiocinationem. poſitis enim per diſciplinam ratiocinatricem quibuſdam ſecundum illam colligitur ſyllogiſtice, uel & collectum eſt. ſi uero termini atque ars imperat, non ęque diſpoſiti ſint, ſed aliter atque aliter accepti, in artificioſe concluſio colligetur. ut & in exemplo factum apparet. quia minorem dereliquit terminum, orationi tenebras offudit. & ſi non omnino quia hoc aliquid, de compoſito accipitur, de ſubſtantia dictum eſt. omnis nãque ſubſtantia hoc aliquid ſignificare uidetur. dictionẽ igitur conſtituere & hoc modo dicere oportet. nõ enim ſi hæc ſint, hoc eſſe eſt neceſſe. uel non enim ſi Socrates eſt albus, albus uero color uiſus diſgregatiuus, coloris nãque loco aſſumpſit album. Socratem eſſe colorem uiſus diſgregatiuum, per collectionem ratiocinationis falſę neceſſarium eſt. huius enim declaratiuum eſt hoc per ratiocinationem. uel hoc per ratiocinationem pro hoc per apparentem quidem eſſe non autem exiſtentem ratiocinationem, quia ab accidente falſum concluſum eſt. talis enim ratiocinatio non eſt, quamuis & imperitis eſſe uideatur, quia nõ idem in ambabus recipitur propoſitionibus mediũ. ſecus enim in minori propoſitione quę dicit Socrates eſt albus, & ſecus in maiori album acceptum eſt in minori nãque compoſitum dico cum qualitate ſubſtantiam ipſam, in maiori uero ſola qualitas recepta eſt. non aliter rationum collectionem factam hoc pacto redarguere, ſed & ſimiliter in utriſque propoſitionibus eundem ſumere terminum oportet. magis uero ex Phędro eiuſmodi in hunc locum adductam fraudem eſſe exiſtimo, quia Socrates ibi ſe ipſum cũ cycno idem eſſe oſtendit. ut iſto pacto ratio ex duabus in ſecunda figura particularibus affirmatiuis collecta ſit. Socrates albus, cycnus albus, ergo Socrates cycnus. ut hoc iſtud uero eſt album, huic ęquum ſit, iſtud uero album cycnus eſt. & pro albo cycnum ſumere oportet. hoc uero neque ſi triangulus duobus rectis ęquos habet. & ipſum huius accidentis ratiocinationem non eſſe aſſertiuum eſt. hoc uero eſt quod inquit. non enim ſi triangulus duobus rectis ęquos habet angulos, ipſi uero & figurę eſſe accipit. quoniam figura eſt hoc, dico quidem habere tres angulos ęquos duobus rectis omni ineſt figurę. iſtud enim eſt hoc, quod figura ſignificat. uel hoc modo. nõ uero ſi triangulus duobus rectis ęquos habet angulos, accidit ipſi figurę eſſe, quia figura pro hoc quoniã triangulus figura. iam habere tres angulos ęquos duobus rectis omni inerit figurę. non enim ut de figura, ſed quatenus de triangulo angulorum ſtruimus demonſtrationem. cauillationum uero deductio in tertia colligetur figura. triangulus figura, duobus rectis tres angulos ęquos triangulus habet, figura igitur tres angulos duobus rectis ęquos habet. quare & quadrangulus quia figura eſt, eiuſmodi habebit angulos. hoc uero abſurdum eſt. non enim octangula figura, uel reliquę, uel circulus. ſed & ratiocinatio per medium triangulum concludens principium & primum duobus rectis ęquos habere angulos, in tertia colligitur figura. hoc igitur pacto dicere oportet. non eſt triangulus duobus rectis ęquos habens angulos? accidit uero ipſi figurę eſſe, uel primo, uel principio. quoniam iſtud hoc eſt triangulus, figura eſt, uel principium; uel primum, iam figura omnis tres angulos duobus rectis ęquos habebit. non enim ut de figura, ſed de triangulo, neque ut de primo, aut principio angulorum demonſtrationes extruimus. & dictis paralogiſmis hic non diſſimilis. canis tuus eſt, iſte pater eſt, canis igitur tuus pater eſt. non diſſimiliter & in alijs quę ab accidente fluunt, deceptionibus. dictio enim manca imperfectaque eſt. ſi igitur elenchus ratiocinatio aliqua eſt, quę uero ab accidente fluit ratiocinatio non eſt, neque igitur elenchus. quia uero artibus periti & omnino in ſingulis ſcientia prędi ti quid uerus ſit elenchus, ignorant, ab ignorantibus ſiue cauillatoribus coargui uidentur. hoc enim eſt. hoc coarguuntur. unus quiſque enim ſciens ſi forte contingat, quid ſit elenchus inſcius ignarus'ue ſit, ab ignorante qui ſophiſtes eſt, in illis quorum eſt gnarus, ſciens'ue falletur. ut qui in diſciplinis uel muſica doctus peritusque eſt, ratiocinationem uel elenchum ex accidente conſtructũ ignorans decipietur. ignorantes enim contra ſcientis ab accidentibus ſyllogiſmos machinãtur? ſcientes uero nequeuntes ſi ita forte contigerit, quales ex his quę ſunt per ſe, quales quę ab his quę per accidens conflantur ratiocinationes, diuidere ac diſtinguere cum interrogantur, interrogatis aſſentientes coarguuntur. uel ſilentium prędantes, minime aſſentientes, ab audientibus hoc pacto interrogationi aſſentiri iudicantur quia ſilentium inditium eſſe exiſtimatur aſſenſus.

Cauillationes uero circa id quod quoquomodo & ſimpliciter, quoniam non de eodem affirmatio & negatio. quoquo enim modo albi, quoquomodo non album. ſimpliciter albi, non album ſimpliciter negatio. ſi igitur concedente quoquomodo album ut ſimpliciter dictum

accepit,

accipit, non refellit. apparet uero, quia quid elenchus eſt, ignorat. omnium quæ prius dictæ ſunt cauillationum, circa elenchi definitionem manifeſtiſſimæ ſunt. qua de cauſa & hoc pacto nuncupatæ ſunt. circa enim ratiocinationis defectum imaginatio fit, & diuidentibus, hoc modo his commune omnibus rationis defectum ponendum.

De cauillatione eius quod ſecundum quid & ſimpliciter dicitur quomodo in elenchi inſcitiam referatur pertractat. Cap. XXXIX.

Cauillationes uero eius quod quoquomodo & ſimpliciter, quia non eiuſdem affirmatio & negatio] Paralogiſmorum (ut diximus) qui extra dictionẽ ſunt, ſecundus eſt, qui eius eſt quod quoquomodo eſt, & ſimpliciter. neminique obſcurum hunc in elenchi ignorantia fieri. elenchus enim eſt, ut non raro dictum eſt, cum ex his quæ concedit reſpondens, quod affirmauit, negare contingit. in hoc uero non iſto fit modo. non enim ſi reſpondens conceſſerit ęthiopem quoquomodo album eſſe, interrogans uero nigrum toto corpore eſſe ipſum demonſtrat, diſputantem in contradictionem pepulit. quæ dicuntur, ex ijs quę differuimus, quando hunc modum in principio expoſuimus, perſpicua ſunt. omnes quidẽ inquit in elenchi ignorantiam paralogiſmi referentur, & omnium maxime qui in ipſam reducũtur manifeſtiſſimi qui circa dictionem ſunt. unde hoc ſunt modo nuncupati, uelut paralogiſmi & deceptorie fraudis cauſa dictione exiſtente: hoc uero, circa orationis defectum ut refellere, & decipere uideatur, phantaſia fit, uniuerſaliter dictum eſt. tale eſt. quod per hoc declaratur. omnis qualiſcunque paralogiſmus & omnis paralogiſmi imaginatio phantaſia ue in quodam orationis defectu. hoc eſt elenchi definitionis, uel rationis ſyllogiſmi (inquit) ſecundum quam uerus ſit elenchus. cũ uero nihil prędictę definitionis deeſt, uerus, cum quippiam deſideratur, apparens fit elenchus.

Cauillationes quæ id quod in principio eſt, recipiunt, & non cauſam ut cauſam ponunt, propter definitionem conſpicuæ ſunt. cõcluſionem enim eo quod hæc ſunt, cõtingere oportet. quod quidem non erat in non cauſis. itemque eo quod erat in principio ipſo non petito, quod quidem quæ in principij petitione ſunt non habent.

De reductione in elenchi inſcitiam cauillationum quæ principij petitio & non cauſa ut cauſa dicuntur. Cap. XL.

Cauillationes quæ id quod eſt in principio recipiunt, & non cauſam] Hęc Ariſtotelis uerba ualde clara exiſtunt, nihilque quod extrinſecus intelligi, & percipi debeat, habent. duos enim iſtos paralogiſmos, tum hunc qui quod in principio eſt, recipit. tũ hunc qui non cauſam ut cauſam admittit, in elenchi ignorantiam ex eiuſdem definitione referri conſtat. quoniam elenchus (ut per ſępedictum eſt) ratiocinatio eſt. in ratiocinatione uero id quod in principio poni non oportet, & quæ ponuntur, ut concluſionis ſint cauſę, neceſſe eſt. manifeſtum quod qui principium petit, & non cauſam ut cauſam recipit, is non ratiocinatur. ſi uero non ratiocinatur, neque refellit, redarguit ue. ſunt & ij paralogiſmi extra dictionẽ, qui quod in principio petit, & recipit, quartus eſt. qui uero non cauſam ut cauſam ponit, ſextus.

Conſequentis uero cauillationes partes ſunt accidentis. conſequens enim accidit. ab accidente uero differt, quoniam in uno ſolo accidens eſt accipere. ut flauum & mel, et album & cycnus idem ſunt. conſequens uero in pluribus ſemper. quæ enim uni & eidem eadem ſunt, & adinuicem eſſe eadem iudicamus. quapropter iuxta conſequens ſtruitur elenchus. eſt uero non omnino uerum, ut ſi album per accidens ſit. & enim nix & cycnus albo idẽ. aut item ut in Meliſſi ratione, genitum eſſe, & principium habere idem eſſe accipit. aut hoc, æqualia eſſe, & eandem accipere magnitudinem. quoniam quod factum eſt, habet principium, & principium habens, factum eſſe iudicarit, ut eſſe factum & finitum ambo cum eo quod principium habet, eadem ſint. ſimiliter uero & in his quæ ſunt æqualia. ſi enim quæ eandem & unam habent magnitudinem, ſunt æqualia, & quæ ſunt æqualia, unam habent magnitudinem: quare conſequens recipit. quoniam igitur in elenchi inſcitia accidentis elenchus, & eum qui conſequentis manifeſtum eſt. hoc uero & ſecus melius ſpeculandum.

Cauillationes uero conſequentis partes ſunt accidentis] Sophiſmatum uero, quæ ſunt extra dictionem; paralogiſmus conſequentis quintus exiſtit,is ab ipſo ratiocinante in elenchi ignorantiam infertur. hoc uero pacto ratiocinatur,paralogiſmi conſequentis partes ſunt accidentis, qui accidentis ſunt paralogiſmi,ij in elenchi ignorantiam reducuntur,paralogiſmos igitur conſequentis in elenchi ignorantiã referri perſpicuum eſt. flauum enim melli inſitum ipſum ſequitur, & pluuiam delatam terram eſſe humectam,hoc quidem melli,hoc uero terrę accidit. quod uero conſequentis paralogiſmi accidentis partes ſunt,manifeſtum eſt,necnõ & horum differentia manifeſta. conſequentis enim elenchi ab his qui accidentis ſunt,differunt,quia qui accidentis ſunt in unius ſolius acceptione ſumuntur,hoc eſt ſemel,& non conuertuntur. in una enim ſola acceptione ait non conuerti. ut in hoc,mel flauũ, flauum color, color qualitas,mel igitur qualitas. uel hoc, in uno accipere,tale,eſt,uel aliquid tale ſignificare. ut ſophiſtes accidens & ſubiectum ut unum & idem accipit,& utriuſque unã exiſtimat eſſe naturam. quoniam inquit mel & flauum idem,flauum color,mel igitur color. & rurſus, quia album cycnus, cycnus ſubſtantia, & album ſubſtantia. uel hoc modo,quod ego ſum,tu non es,homo ego ſum,tu igitur non es homo. paralogiſmi igitur accidentis uice una recipiuntur ſola, qui conſequentis ſunt ſemper in pluribus,hoc eſt in conuerſione. ut ſi fur noctu errat,& noctu errans fur eſt, & tyrannidem aggreſſurus arma comparat, & arma comparans tyrannidẽ aggreſſurus eſt,ſed Socrates noctu errat,& pericles arma comparat,fur igitur Socrates,& pericles tyrannidem inuaſurus eſt. quare cum terminos conuertemus (ut in dictis fecimus) & poſt conuerſionem terminum acceperimus,fraus talis quæ conſequentis dicitur, contexetur. cũ uero non conuertemus;accepta propoſitione,deinde ſtatim alteram accipimus. ut cum dicimus mel flauum, flauum color,accidentis texitur fraus. pars igitur eſt accidentis,paralogiſmus conſequentis.qui enim accidentis ſunt,tum in terminos ut ęquipollentes,tum in non tales diuiduntur. ſed fortaſſe quis interrogaret,cur qui ſunt conſequentis,non ſemper in conuerſione,ſed ſemper dixerit in pluribus. an quia aliud eſt dicere cycnus albus,& aliud dicere album cycnus. ibi enim cycnus ſubiectum eſt, album prędicatum, hic uero e regione album ſubijcitur,cycnus prædicatur.paralogiſmi igitur conſequentis eius modi ſunt, uidelicet terminos cõuertentes,alterũque accipientes hoc modo abſoluuntur. uide & Ariſtotelis exemplum,quia ſi cycnus & nix albedine idem ſunt,utraque enim alba. cycnum niuem eſſe exiſtimant. arbitrantur enim quia nix eſt alba,& per conuerſionem album eſſe niuẽ. eſt uero & cycnus albus,cycnũque niuem eſſe ſuſpicantur,hac de cauſa conſequentis gignitur elenchus. quod minime neceſſarium eſt. quia cycnus per accidens eſt albus. talis eſt & Meliſſi oratio, ut in his quę ante tractauimus, demonſtratũ eſt. quod enim factum eſt,habere principium accipit, & mutuo conuerti putans. dicens ſi quod factum eſt, principium habet,quod principium habet,factum eſſe concluſit. quare ſi quid non factum, principium non habet,principio carens infinitum eſt. quare quod non factum infinitum,ens non eſt factum,ens igitur infinitum. hoc uero ęqualibus fieri,& eandem habere magnitudinem,conſequentis eſſe paralogiſmũ clarum eſt. cauillatio uero talis conficitur. ſi eandem & unam habentia magnitudinem,ęqualia ſunt, & ęqualia eandem atque unam habent magnitudinem,Socrates uero & theętetus ęquales ſunt, Socrates igitur & theętetus unum & idem magnitudine ſunt, ſed non idem ſunt. quæ utique erunt,quæ eandem & unam habent magnitudinem. an uidelicet multiuoca quam enim magnitudinem enſis,hanc habet & gladius. & quam ueſtis,eam & tunica habet. quare eandem habentia magnitudinem ęqualia neceſſario ſunt,non autem quę ęqualia ſunt,eandem habent magnitudinem. non enim quæ Socratis magnitudo eſt,& theęteti eadem eſt,ſed altera. quamuis Socrates & theętetus ęquales ſint. ſimiliter inquit & in his quæ ęqualia ſunt. paralogiſmus enim & iſte conſequentis eſt. quæ enim eiuſdem & unius magnitudinis ſunt,ęqualia ſunt,uerum eſt. non tamen quæ ſunt ęqualia,eiuſdẽ ſunt magnitudinis. paralogiſmus uero exiſtit. quia ibi eadem & una magnitudo termino idem dicitur. Socrates enim & Plato ſi contingat ambo tricubiti exiſtentes unam & eandẽ habentes magnitudinẽ,ęquales ſunt. utraque enim quantitate magnitudo eadem eſt. non quidem quę ſunt ęqualia eiuſdem exiſtunt magnitudinis. non enim ipſi rurſus ęquales exiſtentes eiuſdem ſunt numero magnitudinis. alia nãque in Socrate,& alia in Platone. illic quidem (ut diximus) ſpecię & termino,hic uero numero eadem capitur. hoc & aliter inquit conſiderandum. ipſe conſequentis paralogiſmum colligens in elenchi ignorantiam reduxit. dicit uero,ſi altera quadam uia,quam alium,atque alium accipiendo medium, quaque ſecundum aliud quid eorũ quę in elenchi definitione ponuntur,in elenchi inſcitiam referentur,conſiderandum.

Paralogiſmi uero qui ex pluribus interrogationibus unam conſtituunt, ſunt quia nos articulatim non diſtinguimus, aut propoſitionis rationem non diuidimus. propoſitio enim eſt unum de uno. iſdem enim terminus unius ſolius & ſimpliciter rei. ut hominis & unius ſolius hominis. ſimiliter & in alijs. ſi igitur una ſola propoſitio unum de uno exquirens, & ſimpliciter eiuſmodi interrogatio erit propoſitio. quoniam ex propoſitiõibus ratiocinatio, elenchus uero ratiocinatio, & ex propoſitionibus erit elenchus. ſi igitur propoſitio unum de uno, planum quod & hic in elenchi inſcitia. apparet enim cum propoſitio non ſit, eſſe

propoſitio.

propoſitio. ſiquidem igitur ut ad unam interrogationem reſponſionem dedit, erit elenchus, ſi uero non dedit, at apparet, elenchus apparens.

De relatione in elenchi inſcitiam cauillationis ex pluribus unã conſtituentis interrogationem. Cap. XLII.

Paralogiſmi uero qui ex pluribus interrogationibus unam conſtituunt] Cauillationum extra dictionem quę de duabus unam interrogationibus efficit, ſeptimam ad elenchi inſcitiam referri conſtat. quoniam elenchus(ut non raro dictum eſt)eſt contradictionis ratiocinatio. in ratiocinatione uero unum tum ſubiectum, tum prędicatum eſſe oportet. hoc uero in ea quæ interrogata plura continet, interrogatione minime exiſtit, manifeſtum quod ratiocinatio non erit. fit igitur inquit. quia propoſitionis orationem reſpondens non diuidit, hoc eſt ex apparenti propoſitione nequit proprie propoſitionem diuidere, hincque manat error. propoſitio quidem enim unum de uno ſubiecto dicit, cauillatoris uero plura de uno dicens non eſt propoſitio. hoc uero, unius enim ſolius & ſimpliciter rei iſdẽ terminus. eiuſmodi eſt. & prædicatum unum atque unum ſubiectum eſſe debere, & iſdem uterque terminus. uel magis hoc modo. unius ſolius iſdem inquit terminus hoc eſt unum & ſolum prędicatum eſſe debere, & ut ſimpliciter dicam & ſubiectum. res enim(ut per ſępe diximus)ſubiectum dicitur. hoc uero, ut hominis & unius ſolius hominis. prędicati & ſubiecti exemplum eſt. hominem quidem prędicatũ, unum uero ſolum hominem dicens ſubiectum. ſi enim homo prędicatur de uno ſolo Socrate, non de Socrate & Platone, & Alcibiade prędicabitur. improprie ualde tali uſus exemplo eſt. clare uero & quę ſequuntur, ipſe Ariſtoteles enuntiat, pręter quam hac in parte. manifeſtum quod & iſte in elenchi inſcitia. iſte de paralogiſmo qui ex pluribus unam interrogationem conſtituit, dictum eſt. ſi quidem igitur ut ad unam interrogationem inquit qui interrogatur, aſſenſus eſt, elenchus erit, quamuis non hoc modo elenchus proprie, tamen quia attentionem interrogationibus non pręſtitit uelut unam interrogationem interrogatus conceſſit, coargutus dicitur. ſi uero non conceſſit, ſed dediſſe & conceſiſſe uidelicet apparet, hoc enim extrinſecus intelligere oportet. erit apparens elenchus. ſed tunc nõ concedens conceſiſſe apparet, aut uidelicet quãdo fortaſſe, aut quodam modo, aut eſto in reſponſionibus profertur. ut ſi quis ſciſcitaretur, nũ qui hunc, & hunc percutit, hominem uerberat. reſpondens uero dicat forte, uel modo quodam, uel iſto, ex oratione conceſiſſe uidetur, non uero conceſſit. iſto & Protagoras modo atque Thraſimachus atque alij plurimi reſponſiones dediſſe uidentur fortaſis enim aut eſto, & eiuſmodi non concedentium, ſed minime interrogationi obtemperantium eſſe uidentur. forte & non reſpondentes ſed ſilentes annuiſſe apparent, & hac de cauſa & ſi proprie non refellantur, coargui tamen ac refelli uidentur.

Quare modi omnes in elenchi incidũt inſcitiam, quorum quidam in dictione extruuntur quia contradictio apparens, q̃ quidem huius q̃ eſt redarguere proprium ac peculiare exiſtit. alij uero circa ratiocinationis definitionem.

De modorum quorundam reductione in elenchi ignorantiam. Cap. XLIII.

Quare modi omnes incidunt.] Inductione omnes in elenchi imperitiam referri modos demonſtrauit, item reductionis iſtorum mentionem facit, atque planiſſime quomodo tredecim in elenchi ignorantiam modi referantur, declarat. & inquit, qui in dictione ſunt, in elenchi ignorantiam reducuntur. quia non uera quod eſt elenchi proprium, ſed apparens colligitur contradictio. non enim elenchi ueri contra dictionem concludere apparentem proprium eſt, ſed huius quidem uere contradictionem ueram, ſophiſtici uero fraudulentique elenchi apparenter. reſpondente enim dicere tacentem minime affirmante, cauillator non hoc dico quidem tacentẽ dicere, ſed quæ ſilentur nos dicere poſſibile eſſe concludit. quamobrem a' cauillatore reſpondens non uere, ſed elenchi inſcitia coarguitur. qui in dictione ſunt, hoc pacto in elenchi referuntur ignorantiam. alij uero. alios qui extra dictionem ſunt, paralogiſmos dicit, in elenchi ignorantiam ſyllogiſmi definitionis cauſa reducuntur. ſi enim ratiocinatio eſt oratio in qua poſitis quibuſdam quid a' poſitis alterũ contingit. qui uero accidentis atque conſequentis necnon reliqui non ex poſitis a' reſpondente collecta conficiunt, concludunt ue, palam eos eſt quia a' ratiocinationis definitione declinant. hæc concludere. & hoc circa ratiocinationis definitionem. huic erit ęquale, paralogiſmi uero qui extra dictionem ſunt, minime exiſtunt ſyllogiſtici.

Deceptio uero fit in cauillationibus æquiuocationis & orationis, quia quod dicitur pluſifariam, diuidere nequimus. nonnulla enim diuidere non facile. ut unum & ens. & idẽ. in compoſitionis & diuiſionis cauillationibus, quia nihil compoſitam aut diuiſam orationem ut in plurimis differre putamus. pariter & in accentus paralogiſmis. non enim aliud oratio remiſſa, aut producta ſignificare uidetur in nullo aut in non multis. in cauillationibus

uero circa figuram propter dictionis ſimilitudinem. qualia enim eodem modo, qualia ut ſecus dicuntur, diſtinguere difficile. qui enim iſtud efficere ualet, fere proximus eſt ſpectandæ ueritatis maxime ut ſuum præſtet aſſenſum non ignorat. quia omne alicuius prædicatum, hoc aliquid ſuſpicamur, & ut unum ſubaudimus. unum enim & ſubſtantiã maxime ſequi, uidetur hoc aliquid, & unum. quamobrem & hic in cauillationibus quæ in dictione formantur, ponendus eſt modus. primum quidem, quia ſpeculantibus adinuicem nobis deceptio magiſq; per nos ſolos. fit ſpeculatio quidem enim quam cum alio minus oratione, quæ uero per nos ipſos nihil minus ob eandem rem deinde & per nos ipſos falli contingit, cum in oratione ſpeculatio conficitur. præterea quidem ex ſimilitudine deceptio, ſimilitudo ex dictione.

Noſtram inſcitiam cauſam eſſe cur à cauillatoribus fallamur accuſat. Cap. XLIIII.

Deceptio uero fit in cauillationibus ęquiuocationis] Vbi & quot & qui ſunt modi; quibus diſſerentes ſecum cauillatores deſpiciunt, detrahuntue, dixit, poſt hæc omnes iuxta elenchi ignorantiam dicere fieri poſſe demonſtrauit, diſſerit & cauſam qua à cauillatoribus fallimur, noſtramque accuſat inſcitiam. in ęquiuocis enim & amphibologicis(orationem enim amphibologiam appellat)error inquit atque deceptio innaſcitur. quia quot res dicitur modis, diuidere nequimus. quandoque quid ęquiuoci uel ambigui interrogati ſumus, ut ſimpliciter dictum concedentes fallimur. in quibuſdam enim uidere neque difficile, neque laborioſum eſt interrogatum. ut unum, & ens, & idem. eſſe e numero eorũ quę non uno modo ſed plurifariam multiſque dicuntur modis. cauillationum uero & compoſitionis & diuiſionis item cauſa eſt. quia utrum oratio compoſita & diuiſa idem ſignificat, an non, ignoramus. interdum quidem alteram, interdum uero aliam inducit ſentẽtiam, orationem uero(ut in multis ſe habet) tum compoſitam tum diuiſam idem ſignificare arbitramur, in quam plurimis idem, & non aliud oratio partim compoſita partim diuiſa declarat. ſimiliter uero & in paralogiſmis accentus ſe habet. non enim interrogati aliud orationem & remiſſam, & intenſam, hoc eſt accẽtu acuto, uel circunflexo compoſitam ſignificare ignorant. in nullo enim uel maxime in non multis oratione cum intenſa, tum remiſſa idem ſignificatur. Θαλῆς enim Θάλης idem declarat. ambo namque nomina propria ſunt. ἄγρος & ἀγρὸς ἄγρος & ἀγρὸς aliud & aliud ſignificant. in deceptionibus ſimilis figurę deceptio fit; quia qualia eodem, & quæ altero dicuntur modo, diuidere haud facile eſt. hoc dictum eſt. quia quæ actiuę proferuntur, affectionum ſignificatiua ſunt. ut uidere, audire, addiſcere. hæc enim quamuis actiua, affectionis tamen ſignificatiua ſunt. & cauillator ut paſſiua, qui uero interrogatur ut actiua eſſe arbitratur, cuius conceſſu error emanat. hoc uero, fere enim qui hoc efficere ualet, proximus eſt ſpectandę ueritatis. in hanc dictum eſſe ſententiam recipiendum eſt. qui actionem & affectionem ſignificatium, necnon eorum, quæ diuiſa aliud, quam compoſita ſignificant pręcipueque ęquiuocorum efficere diuiſionem poteſt, neque eorum quæ plurifariam dicuntur eſſe id, quod interrogatur ignarus, uelut omnium diſtinctionem noſcere ualens falli non facile poteſt, non deceptuſque intuendę ſpectandęque ueritatis proximus eſt. maxime uero annuere ſcit, poſt orationem quam de cauillatione in figura dictionis contingente habuit. & in paralogiſmis qui in eadem fiunt deceptionis erroriſque cauſam. quia diuidere ea quæ eodem modo, uel quæ ſecus ſe habent, nos grauamur, eſſe diſſeruit. præterea de eadem re narrans inquit, quia ex ſimili figura uniuerſalem hominem, & particularem Socratem idem eſſe arbitramur, nos maxime falli contingit. namque & ille uniuerſalis, & hic particularis dicitur homo, ſimili dictionis fallimur figura. maxime uero inquit perſuadere poteſt. uel hoc pacto ut propoſitionibus cauillatorijs annuamus aſſentiamus ue perſuadere maxime poteſt. ꝙ item huic nõ diuerſum eſt. quia omne de aliquo prædicatum quid eſt dicens ſubiecto tum unum tum idem putamus, nos decipi ac falli maxime contingit. hoc uero euenit quia utraque, particularis homo, & homo, pręd icatum, & ſubiectum ſimili figura ſignificantur, quod(ut in prædicamentis dictum eſt)minime uerum exiſtit. ſi quidem uni & primę ſubſtantię hoc aliquid congruit. indiuiduum enim & numero unum quod declaratur eſt. in ſecundis uero ſubſtantijs quod hoc aliquid ſignificat, quantum ad appellationis figuram ſpectat, apparet, cum hominem uel animal dixerit, quod quidem minime uerum eſt. non enim ſecunda ſubſtantia, ut hoc aliquid demonſtratur, uel dicitur; ſed ut tale: quia(ut in illis dictum eſt)circa ſubſtantiam quale determinat. unde emanat error. aut (ut & ſuperius dictum eſt)ex inęquali diſſimiliue conſuetudine quæ & res diſſimiles non diſſimilibus dictionum figuris ſignificare ſępe aſſueuit. & enim cum hominem quis dixerit probabilem imaginationem inducit. quod utique homo Socrati ſimilis eſt, & unus numero, quia eſt unus. hoc uero, quod unam enim & ſubſtantiam quæ maxime eſt, ſequi uidetur. hoc uero; quid unum & ſubſtantiam. indiuiduas ut Socratem Platonem & iſtiuſmodi dicit ſubſtantias. ut igitur in his ſimili appellationis figura; ſingulariter enim Socrates homo, & ſimiliter homo, non homines modo ſignificantur plurali. ęque igitur figure ſimilitudinis ſignificatione uniuerſalem hominem Socrati eſſe perſimilem atque unum numerǫ imaginatio ducit.

atque in alijs qui dictionis ſimilitudine parantur, paralogiſmis eſſe contigit. ſimpliciter in illis ſolis in quibus ex ſimilitudine uniuerſales ſubſtantias eaſdem eſſe numero particularibus concludere nituntur non in omnibus qui ſimilitudine extruuntur dictionis, hoc dicere exiſtimo. propter hoc enim dixit. quamobrem & qui dictionis ſimilitudine uniuerſale particulari idem eſſe colligit, is inter dictionis modos ponendus eſt. uelut ſi noo ſolum iam dictos, ſed uniuerſalia particularibus eadem concludentes dictionis ſimilitudine fraudibus quæ in dictione uerſaotur, inſerere dixiſſet. poſtquam hunc inter modos qui in dictione ſunt, reponendum eſſe diſſeruit. duas huius attulit cauſas. unam aſſerit errorem deceptionemque fieri: quia una cum alijs nobiſcum ſpeculatio incidit. illi ad orationes & nomina, non ad res ſuas dirigunt interrogationes. hoc uero tale eſt. cum ſeiunctim ab alijs aliquam ſpeculamur rem, ad ipſam non ad nomina atque orationes noſtram applicamus ſpeculationem. hac de cauſa minus erroribus inuoluimur. cum uero cum alijs rem perpendimus, & conſideramus, ad nomen & orationes in quibus implicantur errores, conſiderationes noſtras & ſpeculationes accommodamus. eo qui interrogatur, in alio qui à nomine uel oratione declaratur ſenſu, reſponſionem dante, in alium eo qui ratiocinatur, ſenſum trahente. hanc igitur quidem ob unam cauſam, & hunc inter dictionis numerare paralogiſmos, recte ſe habet. altera uero eſt erroris cauſa. quia ex ſimilitudine quæ eſt in dictione, uniuerſalis homo cum Socrate eſſe idem colligitur. quare merito hoc modo in eos qui in dictione ſunt, ſecundum hoc referet, ubi uero nos minus falli contingeret cum nos ſoli ſpeculamur. quia non orationibus & nominibus ſed rebus ipſis pendet contemplatio. nihil, quo minus ſoli ſpeculantes non rem ſed orationem ſpectantes fallamur, impediri intulit.

In caullationibus accidentis quia idem & alterum & unum & multa dijudicare nequimus. neque qualibus prædicationum omnia hæc & rei accidere. pariter & conſequentis caullationibus. pars enim aliqua accidentis conſequens. amplius & in non paucis apparet, & hoc modo exiſtimatur, ſi uero hoc non ſeparatur ab hoc, neque alterum ab altero ſeparatur. in caullationibus quæ orationis defectu extruũtur, & his quæ in eo quod quoquomodo & ſimpliciter fiunt, haud magna in re error. ut enim nihil ſignificans aliquid, aut quodammodo, aut ſimpliciter, aut quomodo, aut uniuerſale nunc concedimus. ſimiliter & in his quæ quod in principio recipiunt, & in non cauſas capientibus, & in quibuſcunque, quæ plures ut unam efficiunt interrogationes. in omnibus enim parua de re deceptio manat. non enim propoſitionis aut ratiocinationis diffinitionem, dictam ob cauſam accurate diſquirimus.

Quomodo in paralogiſmis extra dictionem nos decipiamur, diſſerit. Cap. XLV.

In caullationibus uero accidentis.] Vbi de paralogiſmis dictionis diſſeruit, & cauſas quamobrem in unoquoque modorum ſex fallimur expoſuit, hac in præſenti parte & de paralogiſmis, qui ſunt extra dictionem, ſeptem; quomodo & in his nos falli contingat, exponit: quia idem & alterum unum & multa diſtinguere nequimus; paralogiſmorum accidentis, cauſam eſſe ait. & in primo de his qui ſunt extra dictionem modo dictum eſt, ille enim accidentis erat, cum alterum ut idem, & multa ut unum caullatores concludere nitebantur. & iterum eadem de eiſdem dicere non oportet. hoc uero, nõ qualibus prædicationum oĩa hæc & rei accidit. huic æquabile eſt. qualibus prædicatorum hæc oĩa & ſubiectis accidere. ut quod dicitur einſmodi ſit. in accidentis paralogiſmis quia idẽ & alterum, unum & multa diuidere, qualiaque prædicatorum oĩa, quæ uoque de ipſis dicuntur, & de ſubiectis dici poſſunt, diſtinguere non ualemus. qm̃ qui conſequentis ſunt, paralogiſmos partes eſſe accidentis demonſtratũ eſt, non diſſimiliter ſe habet in conſequentis paralogiſmis, æque in his atque in accidentis fallimur. hoc uero, amplius & in multis apparet, & iſto extimatur modo. potentia tale eſt. in nonnullis. n. ſubiecta ad ea quæ conſequuntur mutuo uertuntur: ut ad riſibile homo, & ad hinnibile equus, & in multis alijs hoc euenire cenſendum eſt. ut ſi niuem album ſequitur, & ad album nix uiciſſim uertitur. & ſi mel flauum, & ad flauum mel, ſi factum principium habet, principium habet factum. in his uero qui orationis defectu & in caullatione quæ iuxta quoquomodo & ſimpliciter fit, error emanat: qoia aliquid ſimpliciter, uel quoquomodo admittere, & concedere, differre nihil exiſtimamus at ſi nihil plus quam quoquomodo ſimpliciter ſignificare putantes non abnuimus, atque fallimur. ut in hoc planum fit. num quidem abijcere quod habet aliquis non malum eſt? ſed quis ægritudinem habet, abijcere igitur ægritudinem malum eſt. hic circa quoquomodo error naſcitur. non enim ſi aliqua abijcere quæ quis habet, malum eſt, & ſimpliciter eſt malum. ſed & in his qui principium petunt, & ex pluribus unam

faciunt interrogationem,deceptio haud magna in re fit.non enim propoſitionis rationem quæ dicit propoſitionem eſſe,quæ unum de uno habet,neque ratiocinationis diffinitionem,quæ alterum quid a' poſitis colligere oportere dicit. ad amuſim diſquirimus,hinc fluit error . nō hæc uero dictam ob cauſam quæ rei modicę eſt accurate diſquirimus . uel dictam cauſam ſi uis propoſitionis & ſyllogiſmi diffinitionem non cognoſcere intellige.

Quoniam uero quot fiunt modis ratiocinationes apparentes habemus , necnon quot caullatoriæ ratiocinationes & elenchi gignantur , habemus . caullatorium uero elenchum,& ratiocinationem , dico non ſolum ratiocinationem apparentem , aut elenchum non conſiſtē tem,ſed & exiſtentem quidem,apparentem uero proprium rei . ſunt hæc quæ non ſecundū rem refellunt,& ignorantes oſtendunt,quod quidem tentatiuæ erat .tentatiua uero eſt artis differendi pars .ipſa uero propter inſcitiam concedentis de re orationem, falſum ratiocinari poteſt . caullatorij uero elenchi quamuis ratiocinatione contradictionem colligant, planum ſi ignorat non faciunt . &.n.his orationibus & ſcientem impediunt .

Quot modis fiunt cauillationes apparentes tot & cauillatorias fieri oſtendit. Cap. XLVI.

Quoniam uero quot fiunt modis ratiocinationes apparentes habemus.] Et quoniam (ut in præſentis libri initio demonſtratum eſt) ratiocinatio apparens & cauillatoria idem eſt,quot uero ratiocinationes modis fiunt apparentes,habemus . hæc uero ſunt decem & tres dicti modi,& circa quot ratiocinationes cauillatoriæ gignantur,nos habere planum eſt.quot enim apparentes,tot & cauillatoriæ conficiūtur . iiſdem igitur modis ſophiſticæ cauillatoriæque,quibus apparentes efficiuntur . hoc uero, circa quot fiunt apparentes . huic per quot,æquale eſt . quot nanque modis quotque cauſis apparentes , tot & ſophiſticæ . poſtquam quot fiant modis apparentes,tot rationes fieri cauillatorias diſſeruit . non ſolum dicit ratiocinationem apparentem (ut in libri initio dictum eſt) eſſe quæ bonæ ſit figuræ , qualis ex duabus in figura ſecunda affirmatiuis,aut in quauis figurarum altera ex duabus aliquid colligere particularibus nititur . non ſolum igitur ratiocinationem apparētem inquit dictis fieri modis , ſed & eam quæ cum non ſit propria , apparentem tamen rei propriam , hoc enim ſubintelligere oportet . hæc uero bene ac recte non ſecundum rem ratiocinatur . quā quidem tentatiuæ non ſophiſticæ artis eſſe dicit . tentatiui enim eius qui quamuis neſciat rem , ſcire ſimulat,utilitatis gratia orationes habent reſpondentem non ex proprijs rei de qua orationes habent, ſed ex proprijs rei apparentibus,non & exiſtentibus redarguūt, ipſumque in contradictiones propellunt . hac enim de cauſa non ſecundum rem tales redarguere, & refellere dicuntur . quia principia rei ſeruantes aliquidque quo ſtruitur fraus,interſerentes auditorem fallunt . hoc enim , aut ſemicirculos non ut oportet (ut in primo differendi artis libro dictum eſt) ſcribere & lineas aliquas non ut duci debent protrahere,paralogiſmus fit . uidetur quidem cum non ſit , ex proprijs rei eſſe.deinde quamobrē tentatiuus eū qui ignorat ſcire ſe tamen ſimulat,redarguere ualet,oſtēdit. dicens,eſt uero artis differendi pars tentatiua , ſi igitur pars dialecticæ tentatiua eſt , ipſa uero differendi ars concedentis ignorantia falſum ratiocinari poteſt,& eius pars tale quid ratiocinatur . quomodo uero dialectices tentatiua pars eſt,cum paulo progreſſus fuerit,dicet. & ibi quæ nobis uidentur , dicemus . ſed dialecticus quidem & tentatiuus reſpondentem quia ex his quæ uidentur & ab eo conceduntur concluſiones colliguntur , palam ignorare oſtendunt. non mediocrem horum copiam in Protagora & Gorgia atque alijs Platonis dialogis,in quibus cum ſophiſtis contendit,habemus . cauillator uero ſi contradictionem ratiocinatione concluſerit , ſi reſpondens ignorat, non omnibus planum facit.æquiuocum enim & ambiguum & interrogationes quales non raro diximus , proponit . quis auditorum ad quam iſtarum interrogationum ſignificationem nouit ? qui interrogat , & qui reſpondet , ſuum flectat ſenſum . & ſi enim auditorem ut quot interrogatio modis dicatur , noſcere contingat , tamen utrum reſpondens coargutus , nec ne , diſcernere inhibetur . omnium enim quis audientium , num eſt tacentem dicere , de quibus tacentibus interrogatio facta , & reſponſio data eſt , nouit ? ut reſpondentem ſi ignorauerit, nec ne ? dijudicet . æquiuocum nanque & ambiguum ſophiſtis interrogantibus nullus non ignorans ſi poſiti & conceſſi a' diſputante oppoſitum cauillatores concludunt , aut omnino ſi neque differens quod interrogatur , nouit , utrum ambiguum , æquiuocum'ue ſit , an non ? aut non recte compoſitum , uel diuiſum . ſi enim aliquem cauillator percuntaretur , num quid canis excuſtiones facit ? hic uero non, reſponderit , quia terreſtris canis ardores non excitat, auditor quo minus perſpicere poſſit,iterum negans redargutus ſit , nec ne ? cohibetur . quatenus enim ſpectat ad hunc terreſtrem dico canem non redargutus , ſed ueritatem dixit .

Quod uero ipſas eadem habemus uia,clarum eſt.in quibuſcunque enim ut interrogata audientibus ratiocinari uidetur , in his & reſpondenti uideri utique poterit .

Ratione ab audientibus accepta noſtri erroris inſcitiam noſtram, cauſam eſſe probat. Cap. XLVII.

Quod uero ipſas eadem uia habemus, palam eſt.] diſſeruit circa quot, ratiocinationes fiant cauillatoriç, quia nos quot apparentes gignantur non latet, & poſt dicta quæ inſerta & interpoſita ſunt, iterũ ad propoſitum reuertitur. hocque & ab audientibus comprobat. dicens, in quibuſcunque enim non recte interrogata audientibus ut recte uiſum erit interrogata, in his & reſpondenti utique recte dici uideri poterit. auditor uero uel æquiuocatione uel dictionis figura uel horum aliquo decipitur, reſpondens ergo eiuſmodi aliquo falletur.

Quare ratiocinationes falſæ erunt propter hos, aut omnes, aut aliquos nõ interrogatus enim dediſſe putat, & ſi interrogatus ſit. paucis quibuſdam exceptis in quibus ſimul quod deeſt inſuper interrogare & falſum oſtendere contingit, ut in his qui circa dictionem & ſolœciſmum.

Oſtendit quod auditores paucis exceptis pariter ut diſputantes & ipſi ſi interrogati eſſent, deciperentur. cur q; ſub dialectica ſit tentatiua. Cap. XLVIII.

Quare ratiocinationes falſæ erunt,] Quia modi quos recenſuimus uel omnes uel aliqui ad fallendum decipiendumq́ue aliquem concurrunt, dixit uero circa utique tot & reſpondenti recte interrogari uideretur nanque non interrogatus dediſſe & ſe cõceſiſſe putat, & ſi interrogatus poneret. hoc eſt quod quidem propria & ſua ſententia recte interrogatum eſſe eſt arbitratus, & ut uerum annuit, & aſſenſus eſt & ſi interrogatus eſſet, dediſſet, conceſiſſetq́ue, præterquam in paucis. ut in his qui circa dictionem & ſolœciſmum reſpondentes rationem cauillatoris abſoluentes non muti perſeuerant, ſed id quod deeſt ſciſcitantur, falſumq́ue oſtendunt. diſſerente nanque ſophiſta, aliquis ſedet, ſedens ambulare poteſt, & inducente ipſo quod aliquis ambulat. repente qui parum proſpicere poteſt, quod deeſt inſuper utique interrogaret, hoc, poteſt, & falſum oſtendit. rurſus dicente cauillatore, num quod dicis, hoc eſt? dicis lapidẽ eſſe, eſt igitur lapis, reſpondentes muti non permanent, ſed dicunt, non eſt igitur lapis. ſed quod diſſeritur de his quando & ipſe ſophiſmatum ſolutiones adduxerit, clarum & perſpicuum euadet. nũc uero (quod paulo ante dictum eſt) tentatiuam dialectices eſſe partem diſſeramus. ſub dialectica igitur tentatiua eſſe dicitur. quia & ipſa non ſecus atque dialectica falſum ob concedentis inſcitiam ratiocinari poteſt. a' ſophiſtica cauillatoriaque differunt ambç. quia hæ poſitioni reſpondentis oppoſitum ratiocinatione colligentes palam faciunt. nõ. n. ambigua & æquiuoca atque eiuſmodi aliqua ſciſcitantur, & interrogant. cauillatores uero nõnunq̃ oppoſitionem rõcinantur. ſi diſputans ignarus ſit, planũ non faciunt. æquiuocũ. n. interrogantibus & qualia nõ raro dictũ eſt ſi poſiti a' reſpondente oppoſitum cõcludunt. uel omnino ſi quod interrogatur ambiguũ eſt, uel æquiuocum uel quid aliud, diſputans neſciat, nemo nouit.

Si igitur circa apparentem elenchum, contradictionis paralogiſmi ſunt, planum quod circa tot & falſorum rõcinationes erunt, circa quot & apparẽs elẽchus. apparẽs uero circa ueri particulas. quoduis. n. defuerit, elẽchus apparere poterit. ut qui circa nõ cõtingẽs ꝓpter orationẽ. quæ ad ĩpoſſibile, & quæ duas ĩterrogatiões unã faciẽs circa ꝓpoſitionẽ. & quæ pro eo quod per ſe, eſt circa accidens, & huius particulã, quæ conſequentis eſt.

Quot modis apparentes & ſophiſticæ ſunt rationes, tot & falſas fieri oſtendit. Cap. XLIX.

Si igitur circa apparentem elenchum contradictionis paralogiſmi ſunt.] Vbi quot ratiocinationes apparentes, totidẽ & cauillatoriç ſunt modis, diſſeruit, & falſas ratiocinationes, quot apparentes & ſophiſticas, tot fieri demonſtrat modis. ſi. n. ratiocinatio falſa circa ueram eſt rõcinationem, & quot uerç ratiocinationis particulç ſunt, falſas in tot tantiſq́ue futuras manifeſtum eſt. ueræ particulæ rõcinationis ſunt, hoc eiuſdẽ & unius rei & ad idẽ & ſecũdum idẽ & quæcunque alia non raro eſſe dictum eſt. falſa igitur erit, quando non ad idem neque ſecundum idem & ſimilia ſtruitur. apparentem uero circa uere particulas fieri dixit. cum. n. aliqua uerç deerit ratiocinationis pars, cauillatorius ſophiſticuſq́ue uideri utique poterit elenchus. inductione hoc conſtituit. dicens, ut ob orationem circa quod minime contingit & quæ in id quod fieri nequit. potentia uero quod dicitur eiuſmodi eſt. quoniam ratiocinatio eſt aliquid a' poſitis alterum colligens ex poſitis, oratio quæ non cauſam ut cauſam illati impoſſibilis recipit, circa ratiocinationis particulam, falſum concluſiſſe manifeſtum eſt. eſt uero dictionis mutuum eiuſmodi. quæ ad id quod fieri nequit orationem trahere uidetur, fit uero circa id quod non ob orationem contingit. uel quia non cauſam ut cauſam accipit. non diſſimiliter & quæ ex duabus unam faciens interrogationem, ex propoſitionis diffinitione falſum adducit. & quæ ab accidente falſi quid ratiocinans

circa uerę ratiocinationis particulam id ratiocinatur. non ab accidentibus ſed ex his quæ per ſe inſunt, uera comparatur ratiocinatio. ſed & quæ a' conſequente quæ eſt accidentis (ut demōſtratum eſt) particula, eadem fit de cauſa.

Amplius non in re ſed in oratione contingere: ſiue pro uniuerſali contradictionem, & ſecundum idem, & ad idem, & modo eodem & quæ circa aliquid aut circa horum unum quodq; delinquit.

Oſtendit amphibologia & modum qui ſecundum quid & ſimpliciter eſſe circa uere ratiocinationis particulas. Cap. L.

Amplius non in re.] Et modus amphibologiæ ſophiſticus. hoc. n. declarat, dicens, non in re ſed in oratione contingere. quare hoc eſt tacentem dicere, non in re ſed in oratione contingit. & hic uidelicet circa uere rationis particulam eſt. & quæ ſecundum quid & ſimpliciter in elenchi particula eſt. nāque ex hoc iſtud declaratur, ſiue pro uniuerſali contradictionem, & uniuerſalem quidem huius loco quod ſimpliciter eſt, poſuit, loco uero huius quoquomodo contradictionem. dantibus enim ſimpliciter nobis nigrum eſſe æthiopem, dentibus album, ſeu quoquomodo colligit album. uel iterum dicentibus, nullus peierans ſimul recte iurat, infert iurans aliquis peierare peierauit. ſimul igitur peierat, & recte iurat. quod uero & quæ non ſecundum idem, & ad idem, & quæ circa aliquid eſſe circa uere particulas rationis omnino perſpicuum eſt, & non raro dictum eſt, neque denuo orationem producere oportet.

Amplius in eo quod in principio petitum non eſt, ſumere quod in initio. quamobrem quibus fraudes conſtituantur modis, habere utique poſſumus. pluribus quidem enim eſſe, & conſtare non poſſunt, omnes uero dictis continebuntur modis.

Principij petitionem circa uere ratiocinationis particulas fieri, & quòd nullus modis alijs præter dictas conſtituatur paralogiſmus, concludit. Cap. LI.

Amplius in eo quod in principio petitum non eſt.] Quod in principio aſſumere, & petere circa uere ratiocinationis particulam conſiſtit, & quia ex elencho qui abeſt a' uero, fit, pluries dictum eſt. hoc igitur pacto circa uerę ratiocinationis particulas falſum & apparentes fieri ubi demonſtrauit elenchos, concludit dicens. quamobrem quibus conſtruantur paralogiſmi modis tenemus. pluribus quidē enim quam ij ſunt, modis fieri poteſt nullus, omnes uero in dictis efficientur modis.

Cauillatorius uero elenchus eſt, non ſimpliciter elenchus, ſed ad aliquem eodem modo et ratiocinatio. niſi quidem accipiat & quod æquiuocum unum ſignificat, & ſimilis figuræ cauillatio hoc ſolum, & aliæ ſimiliter, neque elenchi, neque ratiocinationes erunt, neque ſimpliciter, neque ad eum qui interrogatus eſt. ſi uero accipiat. ad eum quidem qui interrogatus, erunt, ſimpliciter uero non erunt. non. n. unum ſignificans ſumpſit, ſed apparens, & ab hoc.

Cauillatorium elenchum non abſolute ſed propter reſpondentem apparere elenchū declarat. Cap. LII.

Cauillatorius uero elenchus eſt.] In elenchi inſcitiam omnes & cauillatorias & apparentes ratiocinationes reduxit, amplius ſophiſticos elenchos, quia quid proprij & ueri deerat elenchi, fieri docuit, & eius quod dictum eſt, fidem per inductionem aſtruens inſtat dicens ſophiſticum elenchum non abſolute & ſimpliciter eſſe elenchum, ſed apud reſpondentem uideri eſſe elenchum. ſi hunc quidem enim e' turba imperitorum eſſe contingerit, dicta qualiacunque fuerint, concedet, falletur, & redargui uidebitur, ſi aliquis quidem e' doctorum grege fuerit, non ſtatim quæ interrogantur, fatebitur. atque hic quin & refellere & ratiocinari uideatur, inhibet. ſophiſtica eodem pacto ratiocinatio nō ſimpliciter ratiocinatio, ſed ad aliquem, uidelicet dictionum uirtutes ignorantem, & apud eum qui quod non ſimpliciter dicitur, id ſimpliciter dici, atque reliqua omnia concedit. apud aliquem ſophiſticum eſſe elēchum probat. quia niſi a' reſpondente æquiuocum unum ſignificare receperit, ſophiſtes elenchum conficere nequit. pariter & figuræ ſimilitudine conſtrui non poteſt ratiocinatio, niſi rem quæ interrogatur, a' reſpondente acceperit ſignificare ſolum. quid uidelicet actiuum uerbum actionis ſolius explicatiuum. neque hæc decipiat. ſi quidem non acceperit cauillator, neque ſimpliciter ratiocinationem conficiet, neque apud eum quem

ſciſcitatus eſt. ſi uero æquiuocum non ut æquiuocum receperit, apud eum qui interrogatus eſt, elenchus confectus eſt, uerus & proprius nequāquam. quia nō unum ſumpſit hoc eſt non æquiuocū, ſed apparentem ab auditore ignorante. quare ſophiſticus elenchus ad aliquem, & non ſimpliciter eſt elenchus.

Quot qui redarguuntur, modis refelluntur, extra omnium quæ ſunt ſcientiam accipere tētare non oportet. hoc uero nullius eſt artis. nanque ſcientiæ forte infinitæ ſunt. quare & demonſtrationes planum eſt. elenchi uero ſunt & ueri. quæcunque enim demonſtrare licet, & ueri contradictionem aſſerentem coarguere licet. ut ſi commenſurabilem poſuerit diametrum, refellere utique poterit aliquis incommenſurabilem demonſtrando. quā obrem omnium eſſe ſcientem opus erit. quidam enim in geometriæ principijs, atque horum concluſionibus erunt, nonnulli medicinæ principijs, alij in aliarum ſcientiarum initijs.

Modos quibus redargutio fit uera infinitos eſſe declarat. Cap. LIII.

Quot qui redarguuntur, modis refelluntur.] Quot quidem inquit modis nonnulli apparenter redargui uidentur, omnes apparentes elenchos tredecim eſſe dictum ac diffinitū eſt, quibus omnibus aut quibuſdam acceptis paralogiſmus, & apparens fit elenchus. circa quot uero quibus redarguuntur, uere redarguti, nullus numerare, uel tradere ualet. neque poteſt in præſcriptum præfinitumq́ue numerū aliquem ponere modos, quibus uere redarguti refelluntur. quot.n.demonſtrationes, tot tantiq́ue & elenchi conſtrui poſſunt aduerſus eos, qui collectam ex datis concluſionem non inferentes contradictionem accipiunt. non oportet igitur inquit quot & qualibus refellentes uere, elenchos conſtruunt ueros, ut accipiat, adniti, niſi omnes quis nouerit ſcientias, atque in omnibus ad apicem peruenerit, quodq́ue in ipſis eſt ſummum, tenuerit. ſi.n.talis non extiterit, quomodo enim qui in aliqua aberrauerit ſcientia, uere refellere poterit. hoc uero, ſcire omnes non unius eſt artis, & fieri nequit. infinita enim ſunt, quæ uera demōſtrantur. infiniti ergo & ueri elenchi. in hoc uero, infinitæ.n.forte ſcientiæ. dixit forte iuxta propriam opinionem ęternus enim (ut in libro de cœlo ab eo demonſtratum eſt) ſecundum ipſum eſt mundus, in infinitum & ſcientię coaleſcent, incrementumq́ue ſuſcipient. quibus quidem igitur modis ueri extruātur elenchi, quęrere non oportet. elenchos uero omnino eſſe ueros atque & apparentes perſpicuum eſt. quæcunque enim inquit demonſtratione quæ recta uocatur, demonſtrare licet, & per ipſam & per eam quæ ad īpoſſibile, demonſtrationis ad impoſſibile eſt hæc tum conſtituere tum & eum, qui ex poſitis ad ductum atque concluſum minime concedit, ſed contrarium uero aſſerit, refellere. qui uero hunc refellit falſamq́ue eſſe demonſtrat ratiocinationem uerus exiſtit elēchus. quare eū qui uere redarguere debet, omnium ſcientiam conſequi oportet. cum quiſpiam talis extiterit, facile qui poſitionem non admiſerit, uel concluſionem contradictione accepta redarguere facile poterit. ubi uero ut ſciat omnia, opus eſſe dixit, intulit. hi enim circa geometriæ principia erunt. quare qui in principijs geometriæ, & medicinæ, & muſicæ, non diſſimiliter & aliarum principijs ratiocinantes redarguere debet, geometricum muſicum & medicum eſſe oportet. quamobrem ſi quis omnes refellere debet, hunc omnium eſſe ſcientem oportet.

Enimuero & falſi elenchi non diſſimiliter in infinitis utique erunt. in una enim quaque arte ratiocinatio conſtituitur falſa. ut in geometria geometrica, & in medicina medica, dico uero ſecundum artem quod eſt ſecundum artis principia.

Redargutiones falſas infinitas eſſe declarat. Cap. LIIII.

Enimuero & falſi ſimiliter in infinitis elenchi.] Infiniti quidem inquit ueri elenchi ſunt, infiniti uero & falſi. hic uero falſos elenchos non ſophiſticos, ſed à proprijs de qua orationem habent, ſcientiæ principijs & ſi uideantur, non exiſtentes. quare redargutiones uerę, quia infinitæ ſunt, & falſæ infinitæ quoque exiſtunt. & quæ dicuntur perſpicua ſunt. dictio uero, ut ſecundum geometriam geometricus. manca ac imperfecta eſt, repletur uero hoc pacto. elenchus geometricus falſus in geometria eſt, qui circa geometriæ principia eſt, qualis briſonis quadratura eſt. non ſolum eos qui à ſcientiæ in qua problema extat, principijs non depromuntur, apparentes falſos eſſe aſſerit elenchos, ſed & illos qui ex principijs ſcientiæ proprijs emanant, ſed in aliquo errorem committunt, quales ſunt falſæ Euclidis deſcriptiones.

Planum igitur non omnium elenchorum, ſed iſtorum loci a diſſerendi arte accipiendi. iſti enim ad oēm tum artē tum facultatem cōs. & in unaquaque ſciētia elenchū, ſiue nō exiſtēs

Nonnullos reprehendit quia rationes quàm & ad nomen & ad intellectum ſunt omnia ſophiſmata referebant. Cap. LVI.

Orationum quam quidam aſſerunt, differentia non eſt,] Modos quibus patrantur fraudes, diuiſit, ita ut ſupremi duo extiterint, quorum partim circa dictionem, partim extra dictionem eſſe aſſeruit, nunc non hoc pacto differentes ſed oĩa ad orationes quæ ſunt ad nomen & ad intellectum ſophiſmata referẽtes carpit, & corrigit. ad intellectum.n. pro eo quod circa intellectũ acceptum eſt. & hoc ipſum ex eo qd paulo affertur poſt perſpicuum reddit. hoc.n.eſt, non ad intellectum. omnes non iſto modo ut ipſe docuit diuidentes paralogiſmos ſed eorum partim ad nomen partim circa intellectum eſſe aſſerentes demoliens nõ alios atque alios ſed eoſdem, qui circa intellectũ ad nomen, & qui ad nomen circa intellectũ eſſe dicit, ac demonſtrat. quare non duo, ſed unus exiſtit modus. diſputatum.n. non ad intellectum quid inqt aliud eſt. quam qñ in ea re non utitur nomine interrogans, in qua interrogatũ eſſe, qui interrogatur exiſtimans reſponſionem dedit. hoc.n. eſt dictionis mutuum. ſi.n. quiſpiam percuntatus fuerit, num quidẽ canis latrat? hic uero de terreſtri ſe arbitrans interrogatũ eſſe, latrare concederet, ſciſcitans uero canis nomen ad piſcem transferens dicit, ſed piſcis qui canis exiſtit, non latrat, nomine ad reſpondentis intellectũ uſus non eſt, & ad nomen eiuſmodi ſophiſma eſt. quare ut qui canis nomine non utens ad terreſtrem, quem & intelligens reſpondens latrare dixit, nón ad intellectum eſt ratiocinatus. ſic e' regione ad intellectum tatiocinatus eſt, quando nomine de re utitur, de qua interrogatus intelligens aſſenſus eſt. quód & ipſe ex hoc planum fecit. hoc uero ad intellectum, quaudo in quo dedit intelligens, intelligentem uero reſpondentem dicit. ſi enim non ad intellectum eſt in eo in quo conceſſit nou uti, in quo conceſſit, in eo uti, ad intellectum utique erit. ſi uero hæc uera, alias quidem ad nomen orationes, circa uero intellectum ſuſpicari eſſe alias, per abſurdum eſt. ubi enim ſecundum intellectum, illic & ſecundum nomen, & uice uerſa ubi circa nomen, illic & circa intellectum exiſtit.

Si uero cum plura ſignificet nomen, quis unum ſignificare putauerit, & interrogans, & qui interrogatur, ut forte ens aut unum multa ſignificat. ſed & reſpondens, & interrogans Zeno, unum eſſe putans interrogauit, & eſt oratio, quod unum omnia, hæc ad nomen eſt, aut ad eius qui interrogatur intellectum diſputata. ſi uero quis multa ſignificare exiſtimat, quod non ad intellectum planum. primum quidem enim eiuſmodi orationibus quæ ad nomen & intellectum ſunt, quæcunque plura ſignificãt. deinde in quouis ſunt. non enim in oratione eſt ad intellectum eſſe, ſed in eo quod reſpondens quomodo ſe ad data habet. deinde ad nomen omnes ipſas eſſe contingit. ad nomen enim non ad intellectum eſſe hic eſt. ſi enim non omnes, erunt aliquæ alteræ quæ nec ad nomen, neque ad intellectum, hi uero aſſerunt omnes, & diuidunt, aut ad nomen, aut ad intellectum, omnes eſſe, alias uero non.

Falſum eſſe oſtendit omnes cauillationes reduci ad nomen & intellectum. Cap. LVII.

Si uero cum plura ſignificet nomen, quis.] Poſtquam diſſeruit atque conſtituit diſputare & diſſerere ad nomen & non ad intellectũ idẽ eſſe, adducit. quando quidem.n. nomen plura ſignificauerit, tum interrogans, tum interrogatus nõ plura ſignificare arbitratus fuerit, hæc & ad nomen & ad intellectum uerſa reſpondentis oratio eſt. interrogatum enim reſpondentem uocauit. ut & hoc aut ad intellectũ pro hoc & ad intellectum. quoniam in eo quo conceſſit reſpondens, & interrogans nomine uſus eſt, utriſque de una atque eadem re dici nomen putantibus, & ad intellectum & ad nomen diſputatum eſſe pſpicuũ eſt. ſuppone.n. Parmenidẽ exiſtimãtem ens & unũ ſignificare, ſimilis uero huic ſe hẽt eiuſdem æmulus Zeno, Parmenides igitur Zenonẽ interrogãs, ſi ens eſt unũ, iſto affirmãte, atque fatente, nõ ad aliquid aliud ille traducit, quã ad nomẽ & rñdentis intellectũ diſputatio cõſtituta. ſi uero rñdens plura ſignificare, uel & interrogãs putet, & ille in alio cõceſſit, hic uero in alio uſus eſt noĩe, (ut in cane ſupius dictũ eſt) manifeſtũ quod nõ ad intellectũ ſed ad nomẽ. hoc.n. deeſt diſputatũ. repletur.n. ſic. manifeſtũ qđ non ad intellectũ ſed ad nomẽ diſputatũ. hęc uero diſſerẽs infert, ad nomẽ.n. & nõ ad ĩtellectũ perducta oratio. primũ qdẽ circa eiuſmodi eſt orationes. potẽtia hęc dicẽs, falſum eſſe dicere cauillationes oẽs ad nomẽ & ad intellectũ referri. primũ qdẽ.n. circa eiuſmodi oratiões ſunt q̃cũque plura ſignãt, iſtę erãt ęquoce, & ambiguę, alię uero nõ, deinde circa quẽuis ſunt, quẽuis ĩterrogãtẽ dicẽs ac rñdentem. cũ oratio.n. uel dictio nõ plura ſignificet. interrogãtẽ uel rñdentẽ plura ſignificare arbitrari cõtingit. & tũc erit nõ in oratione circa ĩtellectũ & ad nomẽ, ſed qa quodãmodo ad eaque cõceſſit rñdens ſe hẽt, hoc uero ſignãre circa quẽuis ex eo qđ adducit, manifeſtũ exiſtit. inqt.n. nãque nõ in oratione eſt circa ĩtellectũ eſſe, ſed qa ad interrogata ĩperite ſe gerat rñdens, & q̃ unifariã dñr æquoca dici exiſtimet. ſiqdem (ut dictũ eſt) q̃ ſunt ad nomen orationes circa intellectũ exiſtãt, paralogiſmos oẽs tũ qui ex orationibus & noĩbus plura ſignificantibus, tum qui ex reſpondentibus & interrogantibus ad conceſſa quoquomodo ſe habẽtibus cõſtãtur &

ſimpliciter tredecim modos omnes ad nomen dicere contingit. ſi enim in hæc duo (ut ipſis placet) & ad nomen & eſſe intellectum omnes referuntur, iſti ijdem & non (ut demonſtratũ eſt) adinuicem differunt. omnes dicere ad nomen contingere perſpicuum eſt. huius enim declaratiuum, eſt hoc, deinde omnes ipſas ad nomen eſſe contingit, ſi nero nonnullę (ut demonſtrabitur) quæ ad nomen non ſint, reperiantur, eæ neque ad intellectum erunt, & paralogiſmi aliqui extra præſentem diſciplinam & uiã decident. nanque hoc Socrates ſedet, ſedens poteſt ambulare, Socrates ergo ambulat. neque ad nomen, neque ad intellectum eſt. dictorum. n. plurifariam nihil dicitur. hic uidelicet in præſenti diſciplina dixit, ad nomen cum eo quod ad intellectum dicere eſt idẽ, intulit. ſi. n. erunt non omnes, aliquę aliæ erunt. imperfecta oratio & manca eſt. perfecta enim ſic, ſi enim ad nomen non omnes ſunt, aliæ aliquæ erunt, quod uero dicit potentia tale eſt. ſi. n. omne (ut demonſtratum eſt) quod ad nomẽ & ad intellectum eſt, ſi quidem aliquæ quæ ad aliud quid, non ad nomen inueniantur, non utique cõmunis ipſorum diſtinctio erit, & uniuerſalis, ad quam omnia referri uolunt, ſed defectio eſt, & hac de cauſa minime probanda.

Sed quæcunque quidem ſunt ratiocinationes in eo quod multifariam dicitur, harum nonnullæ ſunt, quæ circa nomen. omnes, qui circa dictionem modos, circa nomen dicere eſſe, a ratione dictum abhorret. ſed quædam cauillationes exiſtunt non eo quod reſpondens quodam ad hos ſe habeat modo, ſed quod interrogationem talem oratio ipſa contineat, quæ plura ſignificat.

Aliquas cauillationes neque ad nomen neque ad intellectum, nonnullasq; non eſſe ad nomen declarat. Cap. LVIII.

Sed quæcunque quidem ſunt ratiocinationes in eo quod multifariam dicitur.] Poſtquam dixit ſi quidẽ aliquæ, q̃ ad nomen nequeant dici, reperiantur, extra diuiſionem caſuras adducit. ſed ratiocinationes quæcunque in eo quod multipliciter dicitur, quod uero dicit, eiuſmodi eſt. ſiquidem ad nomen & orationem amphibologiam. uidelicet ratiocinari dicimus. quæcunque circa æquiuocationes & amphibologias in quibus neque æquiuoca quæ dicuntur, neque amphibologica ſunt, immoratur, hæ ad nomẽ nõ erunt. quod uero dicitur, tale eſt. quæcunque circa multipliciter ratiocinationes ſunt. hoc eſt quæcũque non ſunt multipliciter quibuſdam utentium, ſed extra hæc ſunt. ut in hoc, Socrates ſedet, ſedens poteſt ambulare, ergo Socrates ambulat. iſte enim non ex his quæ plurifariam, ſed quæ circa multipliciter. quare neque ad nomen neque ad intellectum erant. harum uero aliquæ ſunt, neque circa nomen. huic idem eſt, harum aliquæ ſunt, quæ non ad nomen referuntur. quomodo igitur iſtę ad modos qui circa ſunt intellectum, reducentur? non enim ſolum inquit abſurdum eſt, tres ſupra decem dicere ad nomen modos, ſed neque ipſos, qui circa dictionem ſunt, ſex ad eos qui circa nomen ſunt reducere opportunum eſt. ſi igitur apparentes elenchi in eos qui ſunt circa nomen modos, non omnes reducuntur, aliqui igitur paralogiſmi ſunt, in quibus non ex erronea & fallaci reſpõſione, ſed ex oratione quæ æquiuoca uel ambigua propoſita eſt, error conflatur & deceptio. ſi enim quiſpiam ſi contingerit talem protulerit interrogationem. ut num canis latrat, an nõ? & reſpondens unifariam canem dici, ut ſi contigerit, terreſtrẽ putauerit, interrogans uero concluſionem ad aſtrum traduxerit. error non exortus eſt, quia reſponſio recte data eſt. recte. n. quo ad reſpoudentis intellectũ ſpectat, ſed quia oratio anceps ac duplex interrogata eſt.

Abſurdum omnino de elencho diſſerere, non prius de ſyllogiſmo ſcientia tradita. elenchus enim ratiocinatio eſt. quamobrem & ante de ratiocinatione dicere, quam de falſo elencho oportet. eiuſmodi enim elenchus eſt apparens contradictionis ratiocinatio. quamobrem aut in ratiocinatione cauſa eſt, aut in contradictione (adhibere enim contradictionem oportet) interdum in ambabus, ſi apparens extrui debet elenchus. eſt uero hic quidem huius, tacentem dicere, non in ratiocinatione, ſed contradictione. hic uero quæ non habet quis, daret utique, in ambabus, hic uero quod Homeri poeſis figura propter circulum, in ratiocinatione, hic uero in neutro ratiocinatio uera.

Alia ratione damnat qui ad nomen & intellectum cauillationes omnes referebant. Cap. LIX.

Abſurdum omnino de elencho diſſerere.] Cum eos qui ad nomẽ & circa intellectum omnes referunt cauillationes non recte demonſtrauit diuidentes, hos & aliter carpit. dicens non nihil omnino cõmittere abſurdi qui iſto pacto ſophiſmata diuidentes de elencho non præmiſſa ante de ſyllogiſmo tractatione diſputant. elenchus enim eſt contradictionis ratiocinatio. quid igitur eſt ratiocinatio eſt quærere oportebat, qua inuenta, quid eſt elenchus indagare, quo habito, uel & ipſos (ut & nos dicimus) tres

ſupra decem ſophiſmatum modos dicere, uel in elenchi omnes inſcitiam referre. quamobrem dicere de ratiocinatione prius operæpretium erat. ſophiſticus enim elenchus eſt contradictionis apparens ratiocinatio. quare ut apparens. hoc enim pacto locus conſtituendus. hoc eſt, ſi apparens elenchus & ratiocinatio ſophiſtica extrui debet, deceptionis & falſitatis cauſam aut in ratiocinatione, hoc eſt in concluſione, uel in contradictione, hoc eſt in contradictionis interrogatione eſſe oportet. adijcere enim in interrogatione contradictionem eſt opus. ut num eſt tacentem dicere, an non? aliquando in ambabus, tum in contradictione, tum concluſione, in contradictione quidem, & non concluſione, erroris cauſa eſt. ut in hoc, num eſt tacentem dicere, an non? nequaquam, quid uero quando lignum dicis & lapides & ferrum, num tacentem dicis, nempe, eſt igitur ligna & lapides & ferrum dicere. hoc eſt ergo tacentem dicere. cauillatio quidem eiuſmodi eſt. cauſa uero erroris non in concluſione. uera enim eſt. dicimus nanque & ligna & lapides quæ ſunt tacentia. ſed in contradictione aio in contradictionis interrogatione, quę duplex exiſtit. hoc enim num eſt tacentem dicere, & ſilentem, & quæ ſilentur, declarat. uel hoc pacto. num dicentem ſilere eſt? non quidem, quid uero cum ſiles non omnia ſiles? igitur dicentem ſiles. ex omnibus enim ſunt. eſt igitur dicentem ſilere. hic enim dicentem accepit, quæ dicuntur, interrogans, reſpondens uero pro dicente cōceſſit. & iſte, ut & qui ante ipſum, in cōtradictione cauſam paralogiſmus habet. hic uero, quæ non habet quis, utique daret. & in ambabus tum contradictione, tum concluſione. ut uero & hoc perſpicuum ſit, ſophiſma explicetur. num quod nō habet quis, daret utique? nequaq̄, quid uero quod non habet quis celeriter, daret utique celeriter, certe, quod igitur quis non habet, utique daret. hic & in contradictione & in concluſione falſitatis reperitur cauſa, in cōcluſione quidem manifeſta, non enim quod igitur non habet quis, daret utique, ſed quod quis celeriter non habet, utique celeriter daret concludi oportebat. hoc namque conſequens erat. prętetea & falſitatis in contradictione inſpicitur cauſa. iſto enim dicere pacto oportebat. num quod quis habet, daret utique ut non habet, an non? ſed non quod non habet quis, daret utique. falſitatem uero in ſola habens concluſione paralogiſmus iſte. aliquis ſedet, ſedens poteſt ambulare, ſedens igitur ambulat. hic propoſitiones uere, & in concluſione error commiſſus eſt. prętetea & dicens, carmina circulus, circulus figura, carmina figura, cauſa in ſola exiſtit concluſione. quare ut plurium ſignificatiuus non in ſcientificis (ut in libro demonſtrationis declaratum eſt) ſed in collocutionibus & diſputationibus familiaribus terminus medius ſumitur. quibuſcūque enim circuli definitio accōmodatur, illa ſola nouit, & circulos dici geometra concedit, quibus uero non congruit, minime circulos uocari admittit. apparens igitur elenchus uel in contradictione, uel in concluſione, uel perſępe in utriſque falſitatis cauſam adducit. quicūque uero fraudis & erroris expers, is uerus exiſtit ſyllogiſmus. cum enim uere ſint propoſitiones, neceſſario & concluſio uera.

Sed quidem unde fluxit oratio. utrum in diſciplinis orationes ad intellectum ſunt, aut non? ſi enim alicui triangulus multa ſignificare uidetur, & non ut hæc figura conceſſit, de qua quod duo recti concludebatur, utrum ad illius intellectum iſte diſſeruit, aut non?

Oſtendit ad nomen & circa intellectum eſſe idem. Cap. LX.

Sed quidem unde fluxit oratio] Rurſus ad quod propoſuit redijt, & alterum non eſſe, ſed idem (ut demonſtratum eſt) ad nomen & ad intellectum ratiocinari demonſtrat. & interrogans inquit, utrum orationes in diſciplinis cauillatorię, & deceptorię diſciplinas dicens arithmeticam, geometriam, & his affines. utrum orationes in diſciplinis ad intellectum ſunt, hoc eſt ſecundum eius qui interrogatur intellectum. & interrogans reſpondet dicens. uel non, propter hoc planum faciens quod non ſecundum illius intellectum. uel ut ęquo exiſtente hoc, uel non huic; uidelicet circa reſpondentis ſunt intellectum. ſi enim trianguli nomen plura ſignificare ſcalenum & ęquicrus reſpondens exiſtimet, & interrogatus num omnis trianguli qui iuxta baſim ſunt anguli ęqui adinuicem, ęquos in ęquicrure inter ſe eſſe conceſſit, ipſum uero refellit cauillator. num ſecundum reſpondentis intellectum diſſeruit iſte, & ſolutionem adducit dicens, aut non? non enim ad intellectum diſſeruit reſpondentis, ſi quidem reſpondens ſi ſic contigerit figuram, uel canem in terreſtri, uel in figura plana conceſſit, ille uero ad aſtrum, uel carmina tranſtulit. igitur quod ad nomen diſſeruit, & non ad reſpondentis intellectum planum eſt ad nomen igitur & circa intellectum idem. ſciendum quod in una quaque eius interrogationum hoc uel non ut reſponſio eſt & ut negatio pro hoc quod ad intellectum non eſt, planum eſt.

Amplius ſi multa nomen ſignificat, hic uero non intelligit, neque putat, quomodo iſte, ad intellectum diſſeruit.

Item circa intellectum & ad nomen idem eſſe declarat. Cap. LXI.

Amplius ſi multa nomen ſignificat] Prętetea idem eſſe ad nomen & circa intellectum demonſtrat, & inquit, ſi multa aliquod ſignificat nomen hoc pacto ſe habere non intelligit, ſed unice dici putat re-

ſpondens deinde a' cauillatore refellitur,omnino non ſecundum intellectum & ſententiam propriā coargutus eſt.igitur ad nomen & circa intellectum idem eſt.dictionem uero hanc amplius, ſi multa quidē nomen ſignificat,hic uero non intelligit neque quodammodo putat,iſte nō ad intellectum diſſeruit.trifariam ſummere ſicet.uno quidem modo ſic, ſi nomen duplex ſit,& hoc non intelligit reſpondens,quo modo iſte ſecundum intellectum deceptus ſit,uel non.& ad hoc ſolutio,nō ad intellectum. uidelicet nō ſecundum intellectum.uel per interrogationem legendum,uel & tranſcendenter ſic.num iſte ad intellectum diſſeruit.& iſto pacto ut negatio non dictio adducenda. ipſi enim iſtud in uſu eſt. ut & in naturali auſcultatione dixit, ſed quoniam de natura quidem non, naturales uero ipſis dicere contingit dubitationes. uel igitur hoc pacto dictio legenda, uel negatiue ſic.amplius ſi multa quidē nomen ſignificat hic uero non intelligit neque quodammodo putat & ſignantes adducere, iſte non ad intellectum diſſeruit. ut huic ęquum ſit,omnino is manifeſtus eſt quod non ad intellectum diſſeruit, ſed circa intellectum ſed quidem. hoc & ad nomen eſt.igitur & ad nomen & circa intellectum idem.

Vel quomodo interrogare oportet? utique diuidendo. ſi interrogaret aliquis, ſi eſt tacentem dicere, aut non. aut eſt quidem ut non, eſt uero ut, nempe. ſi quis daret nequaquam. hic uero diſſereret, igitur non ad intellectum diſſeruit. atque oratio hæc uidetur e numero earum eſſe quæ circa nomen. non igitur eſt orationum genus aliquid ad intellectū. ſed hæ quidem ſunt e numero illarum quæ ad nomen, & iſtiuſmodi non omnes, non quoniam elenchi, ſed neque apparentes elenchi. ſunt enim & non circa dictionem apparentes elenchi. ut qui accidentis ſunt & reliqui.

Declarat quòd etiam ſi interrogatio per diuiſionem conſtituatur non eſſe deciſiones omnes falſas ad nomen & circa intellectum. Cap. LXII.

Vel quomodo interrogare oportet,utiquam diuidendo.] Ex dictis ad intellectum & nomen cū idem eſſe demonſtraſſet, amplius & non omnes ratiocinationes falſas,& elenchos ad nomē & circa intellectum redduci,quia ad hæc quæ ſunt extra dictionem ut referantur fieri nequit, hac in parte uelut aliquo afferente omnes elenchi in hæc ſi interrogatio per diuiſionem fieret,ut redducantur fieri poſſe. inquit,quomodo igitur uel ſecundum uos per diuiſionem interrogare oportet. ſi enim non iſto pacto interrogationes afferuntur,quemadmodum quidem dictę ſunt. ut num eſt tacentem dicere, num circulus figura,omnino per diuiſionem reliquum eſt adducenda eſſe. quod quidem eſt,utiquam diuidendo. deinde & per diuiſionem interrogationem adducit. dicentes enim omnes ad nomen & circa intellectum elenchos referri,fortasſis dicerent,quia non per diuiſionem interrogationes fiant,elenchos in dicta non referri contingere. quæ uero per diuiſionem interrogatio,& quomodo inferretur manifeſte conſtituens. inquit, ſi interrogauerit quiſpiam,ſi eſt tacentem dicere,uel non,uel eſt quidem ut non,eſt uero ut certe. eiuſmodi per hæc quid conſtituens,ut diuiſim interrogans non interrogationem profert,hoc pacto. ut num eſt tacentem dicere,uel non. ſed hoc modo,num eſt tacentem dicere,uel non eſt,ſed eſt quidem ut eſt, eſt uero ut non eſt. hoc eſt,num eſt dicere. tacentem,uel ſimpliciter quidem tacens non dicit,quodā modo eſt dicere tacentem,modo quodam non. hoc eſt ſecundum aliquid dicit tacens, ſecundum aliquid uero non.ad hoc igitur inquit Ariſtoteles quod & ſi per diuiſionē fiat interrogatio,in ea rurſus orationes in que ante referebantur,redducendę. & iterum in hæc, id eſt ad nomen & intellectum quod idem eſſe demonſtratum eſt, referentur. ſi enim interrogatio per diuiſionem procederet,& reſpondens ut tacens diceret fieri poſſe negaret, interrogans uero concluſionem tacentem dicere poſſe induceret, quod non ad intellectum. hoc eſt,non ſecundum reſpondentis intellectum, ſed ad nomen diſſeruit interrogās planum eſt. ut ſciſcitans interrogationem,hoc pacto protulit. ut num eſt tacentem dicere, uel non eſt, ſed mō quodā eſt, quodā uero mō non eſt,rńdens uero non eſt, dixit. propter hoc planum eſt non eſſe hoc dicens eſt,quod non eſt dicere tacentem.hoc enim,non eſt, iſtud declarat,hoc non contingit. ſecundum aliquid dicere tacentem,ſecundum aliquid non.ſed ſimpliciter non dicere. ſi igitur reſpondens iſto modo diceret. hoc eſt,non eſt dicere tacentem.interrogans uero quod eſt,ratiocinatur de alio quidem tacentem dicere negaſſe reſpondentem,de alio dictionem hanc concluſiſſe interrogantem manifeſtum eſt, ἆρα,idem igitur non ad intellectum diſſeruit. accentu acuto legere oportet. non interrogando,ſed negando. ut igitur compendioſe dicamus,hoc eſt,quod dicit. quod ſi per diuiſionem interrogatio ſecundū uos fieret,quam quidem anticipātes diximus,factaque diſtinctione,reſpondens dixerit,nequaquam dicere tacentem, uidelicet non omnino. interrogans uero ipſum dicere colligit,atque concludit. igitur non ſecūdum reſpondentis intellectum diſſeruit. ut ſit dictio hæc, ἆρα, concluſionis index. atqui oratio hæc, hoc eſt quæ circa intellectum & circa nomen eſt. non enim iſdem ſenſus & intellectus interrogantis, & reſpōdentis. neque ad eandem rem,ad quam reſponſio data eſt,ad illam quamuis idem erat nomen,& concluſio illata eſt.quare ad nomen & ad intellectum idem eſt. hoc uero,non igitur eſt orationū genus aliquid quod ad intellectum, tale eſt,ut dictio repleatur,adijciemus. quoniam hoc demonſtratum eſt ad nomen

& intellectum

& intellectum idem eſſe,orationum quę circa intellectum genus reliquum non eſt . aliud , ſed idem circa nomen . ſimiliter & hoc, ſed hę quidem ad nomen ſunt . tale eſt,ſed hę quidem uidelicet aliquę falſarum ratiocinationum ad nomen & circa intellectum ſunt,prçterq̃ quod in hęc non omnes referri habent.hoc uero,at qui iſtę non omnes. tale eſt,non quod omnes elenchi eiuſmodi uidelicet in id quod non raro dictum eſt,relati,ſed neque apparentes in hęc elenchi reducuntur. hoc eſt , non ſolum hoc aio non omnes in hęc ſimpliciter dialecticos elenchos,ſed neque apparentes referri. apparentium enim qui non circa dictionem,hoc eſt extra dictionem elenchorum,ut qui accidentis ſunt, & ſex aliqui in hanc non ſubingrediuntut diuiſionem . quamobrem uana introducta diuiſio eſt , uelut earundem rerum . atque item ex ipſa abſurda nonnulla collecta,& deducta prodeunt.

Si uero quis diuidere cenſuerit,quod dico uero tacentem dicere,partim quidem ſic,partim uero ſic, ſed hoc quidem eſt primum abſurdum, cenſere. interdum enim quod interrogatũ eſt multiplex eſſe non uidetur. fieri enim ut diuidatur quod non putat nequit . deinde docere,quid aliud erit. planum enim faciet ut ſe habet, non conſideranti , neque ſcienti , neque ſuſpicanti aliud ſecus dici.

Interrogationem per diuiſionem fieri damnat, & reprehendit. Cap. LXIII.

Si uero quis diuidere cenſuerit quod dico uero] Cum diſſeruit ſophiſmata ad nomen reduci omnia,& ad intellectum non contingere,atque ad eos forte occurrens,qui contra nituntur fieri poſſe ut per diuiſionem in idem referantur aſſerentes. & quamuis in hęc omnia referri conceſſerimus , & ſic quoque cauillationes quę circa intellectum & quę ad nomen eaſdem eſſe demonſtrauit . nunc carpit orationem quę ut diuiſione interrogatio fiat , poſtulare uidetur, quam tollere & deſtruere nititur dicens . quod ſi quis hoc pacto iudicarit dicens ſic & interrogas. num eſt ſilentem dicere,eſt uero ſilentem, quãdo homo non loquens eſt,& quę ſilentur. iſtud enim ex hoc declarat. hęc quidem ſic,hęc uero ſic , hęc quidem ſic ſilent ut loquendi facultatem habeant,nunc uero ſilent,hęc uero ſic,ut nõ loquendi idonea & apta ſint. ſi quis iſto pacto interrogat, non recte cenſet . quia neque congruum , neque decens iudicium eſt . in his uero quę plurifariam dicuntur,forte quis per diuiſionem interrogare poterit. quo modo quę non multipliciter dicuntur diuidere contingit. ſępe enim ipſe interrogans ęquiuocum eſſe non exiſtimat , atque ignorat,hoc ipſum uanũ,uel magis impoſſibile ut diuidatur eſt . pręcipue hoc modo interrogans in diſſerendi arte iudicium exercet. docentium enim eſt diuidere,quot res dicitur modis. acutum(ut dixerim)& uox & moles dicitur . & acuta qdẽ uox eſt . hoc uero. moles uero.hoc uero ad docentes igitur diuidere attinet. deinde quia ad uictoriam uel errorem proſpicit reſpondentis,qui interrogationes mouet ſi diuiſim interrogauerit , reſpondenti quod plurifariam dicitur neſcienti neque conſideranti tot modis & de tantis ac talibus dicitur planum faciet. cum quot modis ſilentem dicitur,innotuerit,reſpondensq́ue ſi ita euenerit in tacente affirmarit . interrogans uero ad ea quę ſilentur,orationem traduxerit , perridiculus utique uideri poterit.

Quoniam & in non duplicibus quid hoc efficere prohibet . ut num unitates dualitatibus in quatuor æquæ? ſunt uero dualitates hæ quidem ſic in exiſtentes,hæ uero ſic. & num contrariorum una ſcientia,aut non? ſunt uero contraria partim quidem cognoſcibilia , partim uero non cognoſcibilia. quamobrem hoc iudicans quam diſſerere,alterum docere ignorare uidetur. & quod docentem non interrogare, ſed ipſum plana facere. hunc uero interrogare oportet.

Declarat interrogationem & per diuiſionem fieri in non multiplicibus. Cap. LXIIII.

Quoniam & in non duplicibus quid hoc efficere prohibet] Nonnunquam id quod interrogatur quamuis multipliciter dicatur,multipliciter dici non uidetur,& quod dici multipliciter non putat,quomodo diuidere poterit interrogans diſſeruit , nunc ut in illa eiuſmodi refert quomodo dicis Ariſtoteles id quod interrogatur,ut pet diuiſionẽ formetur interrogatio,ęquiuocũ eſſe oportere. in non duplicibus enim hoc eſt in non ęquiuocis hoc facere uidelicet ut per diuiſionem interrogetur fieri poteſt , deinde quę non plurifariam ſed uniſariam dicuntur diuidentes quomodo interrogare contingit , infert docens. num in quatuor unitates duabus ęquales ſunt dualitatibus?uidelicet nũ quatuor unitates duabus ęquales ſunt dualitatibus? dico non unam quamque unitatum dualitati ęquam , ſed ſimul quatuor unitates duabus ęquas dualitatibus. hoc uero,ſunt dualitates hę quidem ſic exiſtentes,hę uero ſic. ęquum eſt orationi huic,ſic quidem ęquas,ſic uero non,ſimul quidem duas dualitates quatuor ęquas unitatibus, unitatum uero ſingula ſingulę dualitatum non ęqualis. & ut aliter oratio conſtituatur,ipſam hoc pacto inſti-

tuit quatuor unitates ſic quidem exiſtentes, & acceptę duabus ęque ſunt dualitatibus, ſic uero uidelicet unaquęque unitatum unicuique dualitatum non. ſi quis igitur hoc modo inquiunt illi, interrogationẽ per diuiſionem faciet uiterrogauit cum neque unitates neque dualitates multipliciter dicantur. deinde & alterum adducit exemplum. num contrariorum una ſcientia eſt? qui uiciſſim iſto modo interrogare poterit. num contrariorum quorum partim cognoſcibilia ſunt, partim non cognoſcibilia ipſorum eſt una ſcientia? diſſerens hęc dicit. quare hoc iudicans non ignorare non uidetur aliud eſſe diſſerere, & aliud docere. docentem enim a` ſe ipſo aſſumere, & omnia diſcipulo nota cõſtituere non interrogando oportet, ad errorem uero proſpicientem uel ad uictoriam aſpirantem nequaq̃.

Amplius affirmare aut negare cenſere, non demonſtrantis eſt, ſed experimentũ ſumentis. tentatiua enim dialectica quædam eſt. quamobrem & de omnibus non ſcientem, ſed ignorantem, atque ſimulantem conſiderat, & ſpectat in re quidem communia ſpeculans diſſerendi artifex eſt, hoc uero apparenter agens cauillator.

Quod periculum de altero ſumentis officium, & tentatiue & dialectice inter ſe differentia necnon a litigioſo cauillatoreque. Cap. LXV.

Amplius affirmare uel negare cenſere] Amplius interrogantes per diuiſionem hoc deſtruit & inquit hoc modo propoſitionem interrogare. ut dicere uel certe, uel non, cogatur reſpondens. hęc enim affirmare, uel negare dixit. quod non demonſtrantis eſt, ſed de reſpondente ſi quod interrogatur, cognoſcit, periculum facientis. quomodo igitur ſumentem experimentum diuidere & docere eum qui interrogatur contingit, ſi quod diſcere quęrit, nouit. tentatiua enim non doctrinę effectrix eſt, ut res efficiat manifeſtas, ſed dialectica quędam. ut & in dictis diſſeruimus ante, & non ſcientem, ſed ignarum, ſe ſcire tamen ſimulantem ſpectat. communia quidem in re ſpeculans diſſerendi artifex eſt, quod dicendo tentatiuam eſſe dialecticam quandam declarauit. quod non idem eſt tentatiua & dialectica, ſed differentes, conſequenter ipſarum differentiam tradit. & rem quidem per communia ſpeculantem. hoc enim pacto, dictio ſequens ut communia dicat. omnibus uel plurimis uel ſapientibus apparentia, hunc dialecticum appellat. eum qui ex apparentibus reſpondenti tentatiuum. hoc enim deeſt. qui uero ex apparentibus cum non ſint probabilibus cauillatorium & litigioſum. quomodo a` litigioſo differat cauillator paulo poſt dicet.

Et ratiocinatio litigioſa & cauillatoria eſt. ratiocinatio quidem apparens una, de quibus dialectica tentatiua eſt, & ſi uera ſit concluſio. huius enim quamobrem deceptiua eſt. & quęcũque non exiſtentes ſecundum cuiuſque diſciplinam paralogiſmi, ſecundum artem eſſe uidentur, falſæ enim deſcriptiones non litigioſæ. ſecundum enim has in arte deceptiones. non uero ſi qua falſa circa uerum deſcriptio. ut Hippocratis & quæ per lunulas quadratura. ſed ut Briſon circuli quadrationem conſtituit, ſi & circuli quadratio conſtituta, ſed quia non ſecundum rem, propter hoc cauillatoria.

De orationibus quæ litigioſa, & quæ non agit. Cap. LXVI.

Et ratiocinatio litigioſa & cauillatoria eſt una quidem apparens] Cum progreſſus fuerit, litigioſæ & cauillatorię differentiam prodet, nunc uero litigioſam & cauillatoriam ratiocinationem ut unam recipit. hanc uero in duas diuidit. unãque ratiocinationem inquit litigioſam & cauillatoriam ratiocinationem apparentem eſſe, & non ſyllogiſticam, quę & de probabilibus ratiocinatur, & de quibus diſſerendi ars tentat. eſt uero hęc ex duabus in ſecunda figura affirmatiuis, uel ex duabus in quauis figurarum particularibus cõcludens. uel quomodo aliter in ſyllogiſticis modis aliquid colligens, & cõcludens. quemadmodum Ceneus ex duabus in ſecunda figura affirmatiuis, ignem in multiplicata eſſe concluſit proportione. ſophiſmatis hoc pacto deductionem faciens. quę in multiplicata ſunt proportione celeriter creſcunt, ignis celeriter creſcit, & uniuerſum perſpicuum eſt. quę non integram inquit figuram ſeruat, litigioſa & cauillatoria eſt. idem mutuo ponens. litigioſus enim & ſophiſtes ſola electione differentes, ut paulo infra dicet. & ſi falſa, uel uera concluſio ratiocinatio eiuſmodi minime ſyllogiſtica eſt. & huius ſcilicet, hanc non eſſe ſyllogiſticam, cauſam adducit. medium enim terminum qui & concluſionis cauſa eſt, quem & quamobrem nominat, deceptorium habet. & ſi enim uere in ſecũda figura de utriſque medius terminus prædicetur extremis, cum ambę affirmatiuę propoſitiones acceptę fuerint, non tamen iſto modo has ſumere, ſed hanc quidem ſic hanc uero priuatiue oportet. quare propter quid deceptiuus eſt. ſed & ſi ambas acceperit particulares. ut in hoc, Pittacus ſapiens, Pittacus probus, ſapiẽtes igitur probi. deceptiuus

& hic

& hic medius, quamuis uera exiſtat concluſio. non enim ſi Pittacus probus, & ſapiens, per ratiocinationem, & ſapientes neceſſe eſt probos eſſe. in quibus igitur nũc inquit dialectica tentatiua eſt, & quomodo eſt, à principio dictum eſt. in his deceptrix cauillitoria uerſatur. ſcire enim ſimulat. ſed tentatiuus (ut dictum eſt) hoc efficit nonnulla ſimulantis rem ſcire utilitate, & ex ſimpliciter probabilibus, uel ex apparentibus ei qui rem ſe ſcire ſimulat. & hęc orationum forma plurimum apud Platonem reperitur. cauillator uero ex ęquiuocis quibuſdam uel ambiguis uel eiuſmodi alijs. duę igitur inquit ratiocinationes litigioſę ſunt, una quidem prędicta quæ non ſyllogiſtica conſtat figura. altera uero quæ non ex principijs propoſitę diſciplinę accõmodatis proprijs eſt, neque propoſitionibus rei congruis & proprijs utens, ſecundum artem, uidelicet arti conuenientibus eſſe uidetur. ob hoc deſcriptiones falſę dialecticę, & non litigioſę ſunt. ex principijs enim geometriæ proprijs fluunt, deſcriptiones uero ut oportet minime fiunt, & de his in primo differendi arte dixit. in illo enim dicit, quia enim uel ſemicirculi non ut oportet circũſcribuntur, uel aliquas ducunt lineas non ut duci debent, falſigraphus cauillationem conſtituit. non igitur deſcriptiones quoniam fraudes ex proprijs principijs committunt, litigioſę ſunt. neque ſi aliqua deſcriptio circa uerum falſa eſt, litigioſa erit. qualis Hippocratis fertur, & per lunulas antiphontis circuli quadratio. non enim ſunt litigioſę, quia principia ſeruant geometriæ propria. ſed Briſonis circuli quadratio litigioſa, atque cauillatoria eſt. quibuſdam enim communioribus non ex principijs conſtat geometrię proprijs. extra enim circulum quadratum circumſcribere, & alterum inſcribere intus, & medium duorum quadratorum quadratum alterum, deinde dicere medium duorum quadratorum circulum, pariter & medium duorum quadratorum quadratum exteriori quadrato minora eſſe, interiori uero maiora, quæ uero eiſdem maiora & minora ęqualia ſunt, ęqualis igitur circulus & quadratus. ex quibuſdam communibus, pręter quam ex falſis etiam eſt, communibus quidem, quia tum numeris, tum temporibus, & locis, & alijs communibus utique congrueret, falſis uero, quia octo, & nouem, decem, & ſeptem, minores & maiores ſunt, nequaq̃ tamen exiſtunt ęquales. ſed & quia dicendo quę docibilia ſunt, cum prius nõ ſint, poſterius nobis ſuperueniunt. uirtutes colligens eſſe docibiles, uirtutes uero cum prius non inſunt poſterius inſeruntur. uirtutes igitur docibiles litigioſus & cauillatorius. non enim propoſitum ex rei proprijs colligit. hoc enim & in alijs dicere non paucis conuenit.

Quare & de quibus apparens ratiocinatio, & ſi ſit ratiocinatio, oratio litigioſa. apparens enim ſecundum rem eſt. quare fallax ac iniqua. ut enim in certamine formam quandam iniuſtitia habet, & iniuſta quædam pugna, ſic in oratione contrarietas iniqua contentio litigioſa eſt. illic enim omnes uincere & ſuperare omnino eligentes, omnes tangunt, & hic litigioſi. qui quidem uictoriæ ipſius gratia tales, litigioſi homines & contentionis amatores eſſe uidentur. qui uero gloriæ in lucrum conferentis cauſa, cauillatores. cauillatoria enim eſt, ut diximus, ab apparente ſapientia lucro inhians. quamobrem demonſtrationem appetunt apparentem, & orationum ipſarum quidem cõtentioſi atque cauillatores ſunt, ſed non ipſarum gratia. & ipſa oratio quidem erit cauillatoria, & litigioſa, ſed nõ per ſe ſed quatenus uictoriæ apparentis, litigioſa, quatenus ſapientiæ, cauillatoria. & enim cauillatoria eſt apparens quædam ſapientia, ſed non exiſtens.

De differentia litigioſi & cauillatoris. Cap. LXVII.

Quare quando de quibus apparens ratiocinatio, oratio litigioſa] Duas eſſe dixit ratiocinationes litigioſas, & quę figura peccat, & quæ ex non proprijs diſciplinæ propoſitæ eſt principijs, ex his apparens. nunc has connectit, uel magis nomen & utriſque unum imponit. litigioſa enim eſt oratio & quæ de his apparens eſt. de his uero apparentem dicit, quæ non integra figura conſtat. & ſecundum rem apparens quamuis ſana conſiſtat figura. iſtud uero ex hoc declaratur. & ſi apparens ſit ratiocinatio. ex rei principijs colligi apparens, ex illis uero non collecta neque concluſa, ſed apparens litigioſa oratio eſt, quamobrẽ litigioſa adduxit dicens, apparens enim ſecundum rem ut fallax & iniuſta, ob hoc igitur & cauillatoria. quemadmodum uero & in currendi certaminibus iniquitas quædam eſt, cum curſores dimiſſi ex carcere repente currendo ſe adinuicem impediunt. hoc modo eſt & in diſputationibus iniuſtitia quædam litigioſa, cum diſputantes ne quod ab unoquoque cogitatum eſt, cõcludatur, inter ſibi impedimenta ſerunt. uel quemadmodum in iſtiuſmodi certamine iniuſtitia eſt cum curſus uitur, alio pręcurrente ſuperueniens alius ipſum pręcurſorem continet, atque à curſu cohibet. ambos nanque currere oportebat, & hoc pacto eum qui curſu pręſtabat, apparere. ſic & differentes non properare ut alterum reliquus uidelicet fallat alteri diſputanti iniuriam inferendo oportet. ſi uero hoc non admittatur, tunc qui in diſputando bonus eſt, iudicatur. his uero quæ nunc differit & cauillatorij & litigioſi differentia traditur. non enim ijdem omnino, neque omnino ſunt alteri, ſed ut iiſdem orationibus litigij ſunt amatores & cauillatorij,

& ambo ex apparentibus cum non ſint probabilibus ſtruunt argumenta, ijdem ſunt, ut uero litigioſi uictoriæ gratia, & ab aſſiſtentibus gloriam ut aucupentur, hoc agunt, cauillatores uero pecuniarum & diuitiarum cauſa, differunt.

Litigioſus quodammodo eſt ſic ſe habens ad diſſerendi artificem, ut ad geometram falſigraphus. ex eiſdem enim dialecticæ cauillationes fallunt quemadmodum falſigraphus geometram. ſed non litigioſus, quoniam ex principijs & concluſionibus quæ ſub arte ſunt, falſo deſcribit, hic uero ſub diſſerendi arte, quod in alijs litigioſus, planum eſt. ut quadratura quæ per lunulas, conſtitutio non litigioſa, Bryſonis uero, litigioſa. & hæc ut transferatur non licet, ſed aut ad geometriam ſolum, quia ex proprijs conſtat principijs, hanc uero ad multos, quicunque in unoquoque poſſibile neſciunt, & impoſſibile, congruum enim aut ut Antiphō quadraturam cōſtituit, aut ſi quis propter Zenonis rationem non eſſe melius a cœna ambulare aſſereret, non medica. communis enim.

De differentia litigioſi & falſigraphi agit. Cap. LXVIII.

Litigioſus quodammodo eſt ſic ſe habens ad diſſerendi artificem] Quatuor quoſdam litigioſum; uidelicet & dialecticum, tentatiuum, & geometricum aſſumens inquit. ut ad geometram falſigraphus ſe habet, geometræ enim habitum ſuſcipit, & a' principijs eius proprijs ratiocinatur. hoc modo dialecticum reſpicit litigioſus. quodammodo uero addidit. quia artifex diſſerendi ex probabilibus & exiſtentibus, litigioſus uero ex probabilibus non exiſtentibus, apparentibus tamen ratiocinatur. dictio uero mutila & manca eſt, iſto uero modo repletur. ex eiſdem enim dialectice fraudes nectit, ut ex eiſdem geometræ falſigraphus. quodammodo uero ex eiſdem quia & dialecticus litigioſus ex probabilibus, ſed hic quidem ex probabilibus & exiſtentibus (ut dictum eſt) hic uero ex apparentibus non exiſtentibus, hac de cauſa falſigraphus litigioſus non eſt, quia non ex apparentibus, probabilibus non exiſtentibus, ſed ex principijs & concluſionibus quæ referuntur ad artem falſo deſcribit. hic uero ſub diſſerendi artem uidelicet litigioſus, circa alias uidelicet diſciplinas, quod litigioſus ſit minime obſcurum eſt. non enim ex geometrię principijs, ſed ex quibuſdam communioribus, ut Bryſon, cuius quadratio eſt litigioſa, circulum quadrare nititur. per lunulas uero quadratio non litigioſa, quia ex geometriæ principijs rationes conficit. hac de cauſa hanc ad alia traducere non licet. quoniam ut huius principia ſcientiæ ad aliam transferantur fieri nequit. Bryſonis uero quadrationem ad multa (quemadmodum & in demonſtratiua ſcientia ab Ariſtotele demonſtratum eſt) quia per communia quæ & alteri inſunt Bryſonis rationes demonſtrant. quamobrem & alijs quæ non ſunt eiuſdem generis rationes cōgruunt. quibus enim in quantitate Bryſon utebatur, has & in qualitatem trāſferre poſſumus. poteſt enim iſto modo dici, ceruſa & ouum niue nigriora, calce albiora, quæ uero eiſdem albiora & nigriora ſimiliter ſunt alba, ouum igitur & ceruſa ſimiliter alba. rurſus pulegium & allium igne frigidiora, oleo uero calidiora ſunt, quæ uero eiſdem calidiora & frigidiora ſimiliter ſunt calida, pulegium igitur & allium ſimiliter calida. quare Bryſonis ratiocinationem & ad alia traducere poſſumus, cum reſpondentes, aut audientes ignorant, & neſciunt. extrinſecus quidem uere qdē ex qbuſdā. ex qbuſdā uero nō uere impoſſibile colligitur ac cōcluditur. ſubintelligere oportet. aut, & hoc pacto id quod dubitatur ſic differens confirmabis. ratio quidem antiphontis ſcilicet quæ per lunulas ſtruitur, transferri non poteſt. Bryſonis uero rationem uelut a' communi fluat contra multos differentes traducere licet: quicunque uere quod in unoquoque eſſe poteſt, & non poteſt eſſe ignorant. hæc enim ad plura magis quam quæ antiphontis eſt ut transferatur, conuenit. rurſus ſi quis ratiocinatus fuerit, a' cœna ambulare nō conferre, quia motus non eſt, (ut Zeno ratiocinatur) medicinalis ratio non eſt. ex communibus enim non ex medicinalibus principijs cōficitur. quare & hanc in alia traducere poſſumus. ut in forum, uel ad ludum ire non conducit. quoniam motus non eſt. dicens uero ne cibi a' uenis inconcocti trahantur, a' cœna ambulare nō oportere, medicinalis ratio, & quæ ad alia transferri nō poteſt.

Si quidem igitur omnino ad diſſerendi artificem litigioſus ſimiliter ſe haberet ut ad geometram falſigraphus, non utique in illis litigioſus eſſet. nunc uero circa terminatum genus diſſerendi artifex non eſt, neque ullius demonſtratiuus, neque eiuſmodi qualis uniuerſalis. neque enim omnia in aliquo uno ſunt genere, neque ſi eſſent, fieri poſſet ut ea quæ ſunt ſub ijsdem eſſent principijs. quamobrē neque quandam naturam demonſtrantiū, ars ulla interrogatiua eſt. non enim partium utramuis dare licet. ex ambabus enim non eſt ratiocinatiuus. diſſerendi uero ars, interrogatrix eſt.

Si quidem igitur omnino ad diſſerendi artificem litigioſus ſimiliter ſe habet] Per hęc cauſa exponitur, qua in diſciplinis litigioſo locus eſt. & inquit, quia ad dialecticum litigioſus non omnino ęque atque ad geometram falſigraphus ſe habet, hinc perſpicuum ſit. geometra enim & falſigraphus ex eiſdem geometrię principijs ratiocinantur, litigioſus & dialecticus non ex eiſdem, ſed dialecticus quidem ex probabilibus, ex apparentibus uero cum eiuſmodi non ſint, argumenta conficit litigioſus. quare ut de omni propoſito ratiocinatur & litigioſus, quemadmodum & diſſerendi artifex, ſimilitudo ei cum dialectico. uel non ex eiſdem principijs, differt. ſed quodammodo litigioſus quia ad dialecticum non omnino ipſe ſimiliter ut ad geometram falſigraphus ſe habet, in falſis deſcriptionibus locum habet. uel quia ex probabilibus ſed ex apparentibus cum eiuſmodi non ſint geometrię falſa conſtitui nequit deſcriptio. ob hoc falſas deſcriptiones nullus dialecticus, ſed litigioſus aggreditur. hoc uero dialecticus nunc non eſt circa genus quippiam terminatum. non diſſimilitudinis indicatiuum eſt, ſed potius ſimilitudo oſtenditur. interminatus enim tum dialecticus, tum litigioſus. ubi dixit dialecticum circa genus aliquod terminatum non eſſe, & hac de cauſa non demonſtratiuum, & de uno aliquo ratiocinationem nectere, ſed ex probabilibus circa omne ratiocinantem dicit, neque eiuſmodi eſt, qualis uniuerſalis. theologum uniuerſalē appellans. non enim dialecticus, aut litigioſus qualis uniuerſalis. ſi enim & cum theologo in eiſdem dialecticus rebus uerſatur. circa enim omnia quæ ſunt, at nō eodem modo ambo, theologus quidem circa communia, & ex his quæ per ſe ſunt, & quatenus ipſa inſunt rebus, entium ſpeculādo progreditur. dialecticus uero & litigioſus in ſingularibus commorantur, neque ex his quę per ſe ſunt, ſed ex probabilibus, uel apparentibus talibus rationes fabricant. quod uero diſſerendi ars, & ob hoc, neque quæ hanc ęmulatur litigioſa terminatę cuiuſdam naturę non eſt, & in primo de diſſerendi arte libro dictum eſt, & hic diſſerens demonſtrat. non enim in uno aliquo genere ſunt omnia. hoc eſt, ſi quidem commune omnium genus ens unū eſſet. fortaſſis dicendum, quod circa aliquod terminatum ars diſſerendi & tentatiua ſunt. quoniam uero genera decem ſunt, quod circa unam quandam uerſentur terminatam naturam dicendum non eſt. ſed & ſi unum inquit omnium commune genus eſſet ens, ea quæ ſunt ut ſub eiſdem eſſent principijs haud fieri poterat. aliorum enim alia ſunt, & alia ab alijs pendent principijs. naturalium enim principia forma, priuatio, materia, geometrię, lineę, puncta, circuli. medicinę, ignis, terra, & media, & aliorum alia, quare & ſi omnium unum commune genus eſſet ens, quoniam & quæ ſunt ſub ente, in quibus diſſerendi ars uerſatur, naturę differentes ſunt, & ipſorum differentia principia, non utique terminatę cuiuſdam & naturę unius dialectica eſt. quare neque hanc imitans litigioſa. propoſitum uero & ſecus demonſtrat, potentia iſto pacto ratiocinans. quæ unius cuiuſdam naturę & unius ſubiecti ſunt, non interrogant, dialectica & tentatiua interrogant, unius igitur cuiuſdā dialectica & tentatiua non ſunt terminatę naturę, atque unius cuiuſdam ſubiecti. non enim utramuis dare partiū licet. per hoc, maiorem prius probat. quod quę unius cuiuſdam naturę & unius ſubiecti exiſtunt non interrogant, loco huius quod eſt ratiocinari dare dixit. non enim demonſtranti licet, neque fieri poteſt, ut tres trianguli angulos demonſtret, ſi hoc erit demonſtratum duobus rectis minores uel diametrum lateri comenſuratum. demonſtratio enim ex proprijs rei, quæ demonſtratur, & ex his quæ per ſe, & quatenus ipſa (ut in demonſtratiua ſcientia demonſtratū eſt) ſit, ex his uero quæ per ſe inexiſtunt, unum quid uerum demonſtratur. quamobrem nō interrogat, cauſa eſt, quia ut ex eiſdem & oppoſitum ab ipſo demonſtretur, fieri non poteſt. interrogans enim ſic interrogat, ut poſiti contrarium ratiocinari ſe pręparet. uel dare loco huius quod concedi dicitur, & ut uere unū accipiatur, dictum eſt. illi enim qui tres trianguli angulos duobus rectis ęquos demonſtrare debet, accipere & tanq̄ uere uti non licet, quod trianguli tres angulos duobus reliquis inęquales ſunt. non enim ex hoc ſed quia ęquales ſunt, tres angulos habere duobus rectis ęquales demonſtratur. uel hoc utramuis partium dare non licet, ęquum eſt, huic, non enim in demonſtratiuis qualem utique contradictionis partem dare uoluerit, reſpondenti licet. ratiocinatio enim hoc eſt demonſtratio & ratiocinatio demonſtratiua ex ambabus non ſtruitur. ſi enim ut utrūque colligeret, geometrę intentio eſſet & tres angulos habere duobus rectis ęquos & non ęquos, tunc utique interrogaret, ut quia tres angulos duobus reliquis ęquos eſſe acciperet, tres angulos duobus rectis eſſe ęquos concluderet, quia uero duobus reliquis tres nō eſſe ęquos aſſumeret, contrarium. quoniam ſoli inhęret ueritati & quod ratiocinatione colligere uult, ea ex quibus uerum demonſtratur, non interrogat, ſed recipit. quare falſum ut uerum ponere, non licet. ſi igitur interrogationes, in quibus utramuis contradictionis partem dare licet, in illis ſiunt, in demonſtratiuis uero hoc non eſt, non erit utique in his interrogare.

Si uero demonſtraret, q̄uis non omnia, at prima quidem & principia propria non utique interrogaret. non concedente enim præterea non haberet ex quibus ad inficiationem diſſereret amplius.

Artificem diſſerendi non demonſtrare declarat. Cap. LXX.

Si uero demonſtraret quamuis non omnia.] Poſtq̄ interrogatiuam eſſe dialecticam, & ob hoc mi-

nime demonſtratiuam eſſe differuit. non enim interrogat demonſtrans. quia uerum accipit, contradictionem nulla colligens ratiocinatione. nunc identidem iterum probat, nō demonſtrare ſcilicet dialecticum. inquit enim ſi demonſtraret dialecticus non utique interrogaret, ſi & non omnia ſed prima quidem & principia propria. quod enim in dictione ſequitur perfectum utique tale. ſi demonſtraret inquit non utique interrogaret. cur, quoniam accipit & nō interrogat (ut in reſolutorijs dictum eſt) demonſtrans. quare aut de nullo omnino interrogat, ſed eius quod demonſtratur propria accipiens. propoſitum concludit, aut ſi quidem omnino interrogaret, at prima & propria principia nō interrogaret, & ex quibuſdā probabilibus ratiocinaretur, & ad ipſorum aſſenſum inclinationem daret. nulla enim de proprijs principijs ſcientia differit, ſed ut hoc pacto ſe habentibus utens quod inde ſequitur, concludit. dialecticum uero ratiocinationem de principijs conſtituere perſpicuum eſt. omni termino una deeſt eius, cuius eſt terminus dimenſio. quare & punctus lineę terminus una a' linea ſuperabitur dimenſione, quoniam uero linea unius eſt dimenſionis, punctum eſt indimenſum & indiuiduum. hoc uero ſi non concedatur, ex quibus differeret non amplius utique habuiſſet, eiuſmodi eſt. ſi enim non demonſtrans neque ut ueris exiſtentibus uteretur principijs, ſed interrogaret. ut ſi ſic contigerit. num quę a' centro adinuicem ęquales ſunt? reſpondens uero negaſſet, non utique ex quibus differeret, & demōſtraret ęquales eſſe habuiſſet. ſi enim demonſtrationes ex prioribus & cauſis, nihil uero principijs prius eſt, non utique ęquales eſſe demonſtrare poſſet. quare ob hoc demonſtrantes non interrogant. quoniam igitur non interrogat demonſtrans, dialecticus uero interrogat, dialecticus non demonſtrat. in ſecunda ratiocinatio eſt figura, nullus interrogat demonſtrans, omnis dialecticus interrogat, & concluſio perſpicua.

Eadem & tentatiua. non enim qualis geometria, talis tentatiua eſt. ſed quam utique quis rem habere poſſet & non cognoſcens.

Oſtendit quandam eſſe tentatiuam, quæ dialectices habitum induit. Cap. LXXI.

Eadem, uidelicet, dialectica & tentatiua] Dialecticam in multis uerſari dixit, nunc inquit eādem eſſe cum dialectica tentatiuam. in multis enim & ipſa uerſatur. hic uero tentatiuam dicit, non quę in diſciplinis miſcetur. hæc enim in his eſt ſolis. ſed aliam quandam uniuerſalem, quę & in diſciplinis, & alijs inueni tur artibus. & dialectices induitur faciem, & de omni quod propoſitum eſt, ut & dialectica argumentatur, pręterquam quod non ſcientifice ut in diſciplinis tentatiua, ſed apparenter & omnium ut contingit, & ipſa argumentatur. & quod talis inquit eſt tentatiua ex quibus adducit, perſpicuum eſt. nō enim inquit circa unum quid ut geometria tentatiua uerſatur, ſed talis eſt, quam utique habere poſſet quiſpiam non cognoſcens. quod quidem eiuſmodi eſt. aliqui non raro adinuicem tentantes interrogarent, iniuria affectus afficientem iniuria. dedi tibi hoc an non? feciſti hoc an non? ecce igitur hic contradictionē per hanc tentat quippiam non cognoſcens.

Et enim non ſcientem rem neſcientis periculum facere licet, ſi quidem & non ex quibus nouit, neque ex proprijs at ex conſequentibus dat, quæcumque eiuſmodi ſunt, quæ ſciens quidem quo minus artem non cognoſcat, nihil impedit, non ſcientem uero ignorare neceſſarium eſt.

Aliquem non cognoſcentem tentatiuum eſſe probat. Cap. LXXII.

Et enim nō ſcientē rē neſcientis periculū facere licet, ſi quidē & nō ex qbus nouit, neque ex proprijs at ex cōſequētibus dat, quęcūque eiuſmodi ſunt] Quodā prius dictū probat, quod eſt, nō cognoſcens aliqs tētatiuus eſt. quēadmodū.n.abſque arte & ſine legū cognitiōe cauſas agūt, & adinuicē de quo agūt cauſas, experimētū ſumūt, quō probabilitatē habēt ad rē, & orationes cōficiūt, quis ne ſomniū qdē rhetoricę artis guſtauerint, hoc pacto rōcinātur. & .n. nō cognoſcens nō cognoſcentē interrogans, & accipiens rōcinatur, quis qd eſt rōcinatio ignarus ſit, rōcinatur igitur & nō cognoſcens eius q pari mō cū eo neſcit experimētū ſumens. illo.n. dāte, hic ex datis aliqd colligit. iſtud mō quodā rōcinari licet. ſunt.n. quædā, quę ualde manifeſte aliqua ſequūtur, qbus a' rñdente datis, & ab interrogāte receptis. aliqd poſtea uelut cōcluſio inducitur, & huius fidē ei capere licet, q mentē adhibet multis & maxime qbuſdā ſibi cōmunicantibus, & cōionis rōnes tū exhibentibus, tū accipiētibus. eſt igitur uniuerſa eius quod dicitur intētio talis. & nō cognoſcenti cōtradictionē. hanc.n. rē appellat. ipſam nō cognoſcentis experimentū capere licere. qm̄ & nō ex qbus nouit, uelut ſcientia pręditus & ex ſcientię proprijs ſed ex cōibus & his quę cōſueta & familiaria omnibus ſunt, cōcedit, q̄ quiſpiā nouerit, artē nō nouit. ob hęc quod dicitur eiuſmodi eſt, quę ſequuntur rē cuius experiētiā ſumit, ſcientē quo minus artē ignoret, nihil uetat. quēadmodū medicos q empirici uocātur, artē neſcire prohibet nihil. ſed partim cognoſcere, partim ignorare cōtingit, q̄ uero conſequuntur nō ſciens, & artē neceſſario ignorat. cōſequentia uero ſpeculans & artem ſciens dialecticus eſt. artificioſe enim tentans, eſt dialecticus, artis uero ignarus, conſequentia non ignorans litigioſus.

Quare nullius terminati eſſe tentatiuam ſcientiam manifeſtum eſt. quamobrem & de omnibus eſt. omnes .n. artes & cõmunibus utuntur quibuſdam. quapropter omnes & uulgares diſſerendi arte, atque tentatiua modo quodam utuntur. omnes enim uſque aliquid a nuncijs diſcuſſionem exquirunt. hæc uero cõmunia ſunt. hæc .n. nihil minus ab ipſis ſciuntur, quãuis longe dicere extra uideantur. omnes igitur coarguunt. nulla. n. arte huius ſunt participes de quo non abſque arte dialectica agit, & ratiocinatiua arte tentatiuus dialecticus.

Tentatiuam non eſſe cuiuſdam determinati ſubiecti probat. Cap. LXXIII.

Quare nullius terminati eſſe tẽtatiuam ſcientiã manifeſtũ eſt.] De tentatiuo & dialectico rõnem concludens inquit, quemadmodum dialectices non terminata definita'ue ſunt ſubiecta. pari modo nec quæ hanc ſubingreditur tentatiua. quamobrem & de omnibus eſt. deinde & cauſam ob quam de omnibus ſpeculatur tentatiuus aſſignat. & inquit nonnulla eſſe communia & non nemini nota, quæ non terminate unius cuiuſdam ſunt ſcientiæ. ut hoc iniuria aliquem affeciſti an non? & huius iniſti amicitiam an non? & ſiquidem adulterium commiſiſti, hoc ſequitur, ſi uero non hoc. omnes uero communium eſſe participes, indicium eſſe inquit hoc uſque ad aliquid omnes tum ut rationem reddant, tum reſpondeant niti. modo quodam addidit demonſtrans, & ſi communia hæc omnes cognoſcimus, non tamẽ pari modo. tamen neque ſimiliter. dialecticus enim quod interrogatur, contradictionem eſſe & alteram partem ueram eſſe neceſſario nouit: multitudo uero nulla arte proponit interrogationem de hac quæ, minime artificioſa eſt tentatiua & in commentarijs quos in rhetoricam non ſine labore confecimus, pertractauimus. communia igitur & ſi ignorant, & abſque ſcientia dicere uideantur non pauci non neſciūt & ſi huius ſine arte participes ſint. dicunt enim (ut non raro diximus) contradictionem, quam dialecticus artificioſe callet.

Quoniam uero hæc multa quidem ſunt & de omnibus, non talia uero ut natura quædã ſit & genus, ſed ut negationes, hæc uero non eiuſmodi. ſed propria ſunt ut & ex his de omnibus periculũ fiat, & ars quædã ſit. & non talis, quales quæ demonſtrationes moliuntur, ſunt. quamobrem litigioſus, non ſic omnino ut falſigraphus eſt, ſe habens. non enim ex determinati cuiuſdam generis principijs cauillationes format, ſed in genere uerſabitur omni litigioſus.

Litigioſum circa communia uerſari, & non eſſe ut falſigraphus, qui cuiuſdam generis determinati eſt, probat. Cap. LXXIIII.

Quoniam uero hæc multa quidem ſunt.] Quoniam inquit communia hæc multa ſunt, & in omnibus tum artibus tum ſcientijs hæc inueniuntur, non uero eiuſmodi ſunt, ut unius cuiuſdam naturæ ſint, & ſub unum referantur genus. quomodo enim reduci poſſunt? ob hoc ut negationes hoc eſt infinita & non terminata ſunt. & enim negationes ſunt interminatę. negatio enim dicens, hoc non album eſt, interminata eſt. quoniam igitur partim quidem communia & interminata ſunt, partim uero non communia ſed ſcientiæ cuiuſdam peculiaria & propria ſunt. ex his communibus ut experientia de omnibus capiatur, fieri poteſt, & eſt quædam ut interrogat & obloquitur aliquid ars argumẽtationes ex communibus conficiens, nec quales ſcientificę artes, eiuſmodi eſt. hoc uero quapropter litigioſus non eſt iſto modo ſe habens, & quæ ſequuntur, & ad ea quæ ſuperius dicta ſunt, aſſignari ac referri poteſt. in his quæ pertractauit ante, litigioſum æque atque dialecticum in multis uerſari dixit, neque ſimilitudinem quam ad geometram falſigraphus habet ad dialecticum eandem habere, hac de cauſa & in diſciplinis reperitur. necnon ad ea quæ proxime dicta ſunt, coniunctum & annexum dicetur. & tale quod diſſeritur eſt. ad dialecticum non ſic litigioſus ut ad geometram falſigraphus ſe habet. ſi enim hoc eſſet, & eorum ſubiecta definita determinata'ue æque ut ea quæ falſigraphi ſunt, eſſent, nõ utique de omni quod proponitur fraudem nectere poſſet, nunc uero ob hoc quia in omnibus argumentorum aggreſſus nititur, deceptor fallax'ue ut ſit, contingit.

Modi quidem igitur ſophiſticorum elenchorum iſti ſunt. quod uero artificis diſſerẽdi de his ſpeculari ſit, atque hæc poſſe efficere, uidere non eſt difficile. diſciplinæ enim eius quæ de propoſitionibus agit, omnis hæc eſt contemplatio.

Modi quidem igitur ſophiſticorum elenchorũ iſti ſunt.] Quot cauillatorij elenchi ſunt, diſſeruit, & in elenchi inſcitiam ipſos retulit, eosq́ue qui in eum qui circa nomen & circa intellectum diuiſere increpauit atque cõfutauit. amplius tentatiuæ & litigioſæ differẽtiam prodidit. itemq́ue litigioſum ipſum in cauillatorium & litigioſum diſtribuit. necnõ uniuſcuiuſque differentiam tradidit. nunc quomodo cauillatores aliquẽ qui mentiatur, uel inopinabilia dicat, uel nugetur, uel ſolœciſmum cõmittat, refellant, tractaturus eſt. primum hoc dicit dialecticũ cauillationes ſpeculari, & has diſcernere, & quæ ſophiſmata ſunt, refellere poſſe. propoſitiones enim ordine conſtituere ac componere ad diſſerendi artem ſpectat. ſi igitur dialectices hoc eſt reliquum eius erit & ſophiſmata iudicare. omnis igitur quæ eſt de cauillatorijs redargutionibus ſpeculatio, opis & facultatis dialectices diſciplinæ exiſtit.

Et de apparentibus elenchis dictum eſt, de aſſerentis falſum oſtenſione, & orationis ad inopinabile deductione. hoc. n. cauillatoriæ, alterum electionis caput erat, primum quidẽ quia ſit quodammodo interrogatio & propter interrogationẽ accidit maxime. interrogare. n. poſitum nihil definientẽ, horum uenatorũ eſt. temere. n. dicentes, delinquunt magis. temere uero dicũt, cũ nihil ſit propoſitũ, necnõ multa interrogare, & ſi ad quod diſſerunt terminatum ſit, & quæ uidentur dicere cenſere, facit nõnihil facultatis ad inopinabile aut ducendi ad falſum, & ſi qui interrogatur horum quippiam affirmarit, aut negarit, ducere ad quæ argumenti copia ſuppetit. nunc uero minus quam prius propter hæc mali agere ualent. requirunt enim quid hoc ad id quod in principio.

Oſtendit quibus uijs & rationibus quis ſecum diſſerentem ad falſum & inopinabile ducere ualeat. Cap. LXXVI.

Et de apparentibus elẽchis dictum eſt.] In initio huius libri quinque res coniectare cauillatores dixit. uidelicet ut refellere appareant niti, & ſecum diſſerentem in falſitatem impellat, & ipſum dicentẽ inopinabile coarguat, quartũ ut ſolœciſmum faciat, quintum reſpondentem ludentem atque in nugis uerſantem demõſtret. quõo uero redargutionẽ apparentẽ ut efficiãt, operam nauent, dixit, & ipſe orationis caput cõcludens, hoc declarat. dicit. n. de apparentibus qdem igitur elenchis dictũ eſt, nũc in eo qdẽ ſecũdũ eſt incũbit. hoc uero eſt ut ſecũ diſputantẽ falſum dicere oſtendant. & inqt primũ hoc, quia quodãmodo, hoc eſt latenter, ſciſcitatio fit. non. n. quiſpiam interrogationem ſimpliciter promouens, reſpondentẽ dicere falſa coarguet. ex hoc uero quodãmodo, hoc eſt furtim & latenter interrogare, & talem ob interrogationem hoc maxime contingit. ſi. n. problema, quod ſubijcitur terminatum non eſt, & interrogatio fiat, rei quam ſtudioſe cupimus, & quærimus, uenatorium eſt. ut ſi quis bonum eſſe in foro uerſari probare appetens hoc non ſimpliciter terminaret, ſed hoc modo latenter diceret. num quod ſimpliciter bonũ, & aliqua ex parte non erit bonum? deinde reſpondente hoc fatente, quod cupit interrogans, probatur. cum enim id de quo ratiocinari uult interrogans, terminatum. non eſt, reſpondentes temere diſſerentes delinquunt. enimuero quamuis problema etiam terminatum ſit, iterum reſpondens ad inopinabile detrudetur, ſi quis ſciſcitationes multas protulerit. & dictioni quippiam deeſſe uidetur. erit utique integra, ſi hoc capiatur modo. interrogare quidem multa & ſi ad quod diſputatur terminatum ſit, ad inopinabile impellere poteſt. in hoc & iſtud cui incumbit, corrigit, reſpondentem ea quæ multis uidentur, dicere cenſere, præterquam cum ſit terminatum problema, minus qui cauillationibus ſtudent, mali committere ualent, & ſi multa ſciſcitati fuerint. minus enim quam ante quiſpiam falletur, cum reſpondenti id ad quod dirigebatur diſputatio, interminatum & minime notum erat. quomodo uero tunc inquit minus mali agere ualet, quia ſi problema nouerit reſpondens, ſi interrogans quippiam abſurdi intulerit, repente petit, ac inquit quid hoc ad propoſitum?

Elementum uero aſſequendi uel falſi alicuius uel inopinabilis, nullam ſtatim ſciſcitari poſitionem, ſed dicere uolentem diſcere interrogare. argumenti enim locum ſpeculatio tribuit. ad falſum demonſtrandum, peculiaris locus cauillatorius, ad eiuſmodi ducere, quorum orationum copia ſuppetit. tum rectè, tum nõ rectè fieri hoc poteſt, quẽadmodum dictum prius.

Principium & elementum ad falſum inopinabileq́ue ducendi tradit. Cap. LXXVII.

Elemẽtũ uero aſſequẽdi uel falſi alicuius uel inopinabilis.] Quod ſuperius dicebatur, denuo idem

iterat,in pñtia uero orationẽ lucidiorẽ aggreditur,principiũ & uelut elemẽtum eſſe dicens, aliquem qui falſum aut inopinabile dicit,refellendi,non palam uoluntatem facere,neque problema ponere,& interrogare,at dicere non tentanti diſſerere,ſed addiſcendi gratia percunctari.dicere enim ſe diſciplinæ cauſa diſputare,ut ipſum quod futurum eſt,non proſpicientem fallat,nõ leuem & mediocrem exhibet copiã. præterea ut aliquis diſſerens,falſo refellatur,diſciplinæ munus,quæ & cauillatoria eſt. aliquod.n.ponere problema deinde ſecedere ab hoc,in alia quædam tempus terere problemati non neceſſaria, orationum copiam interroganti præſtantia,cauillatorium opus eſt : hoc uero facere tum recte, tum contra licet. ſi enim ad problematis neceſſaria orationem traduxere,recte utique egere.nunc uero cum non hoc modo agant,translationem haud recte facere uidentur.ut enim in diſſerendi artis octauo docuit,quis a' problemate quatuor rerum gratia recedit,uel latentiæ cauſa uelut oratio in maiorem creſcat molẽ pleniorque fiat aut inductionis cauſa,ut uniuerſale cõcedatur,aut ut perſpicua magis reddatur oratio,ſi uero horum nihil fiat, eiuſmodi aſſumptiones cum non recte ſe habeant,diſputatio tamen cauillatoria euadit.

Præterea ut inopinabilia dicat,conſiderare,quo ex genere diſſerens:deinde interrogare, quod iſti inopinabile multis dicunt. ſingulis.n.tale quid eſt.horum uero elementum, ſingulorum in propoſitionibus poſitiones ſumere. ſolutio uero & horum conueniens fertur, inopinabile non ob orationem quod non contingat,palam facere.ſemper enim hoc & qui contendit uult.

De deductione ad inopinabile agit. Cap. LXXVIII.

Præterea ut inopinabilia dicat,cõſiderat. Quo modo quis in apparẽtem atque euidentem reſpondentem falſitatem propellat,expoſuit,nunc & de deductione ad inopinabile diſſerit. ſi uis enim inquit aſſequi ut inopinabilia dicat reſpondens conſidera & perquire qualis hic eſt,& cui hæreſi, necnon quali philoſophiæ dogmati adhæret,ſi peripateticus eſt,uel ſtoicus.& ſi peripateticus eſt,ſcrutare quod hi inopinabile & reliquis contrariũ dicunt.ut quintum corpus eſſe cœlum, hoc interroga.deinde multos adduc,his enim ſtultum omnino & inopinabile apparet.ſingulam quãque ſectam nõ nihil inopinabilis habere declarauit,dicens.in ſingulis enim quid eiuſmodi eſt.principium uero & ad inopinabile reſpondentem ducendi eſt,ſi propoſitionum medium, non ſectarum inopinabilia, ſimpliciter, & non occulte, & abſque latebra ponatur. nanque ſi interrogati fuerint,forte propter multos,non aperte ipſum faterentur. inopinabilis eorum, quibuſcum diſputamus, exiſtimationes, quas in rebus multis recipiunt, in propoſitionibus aſſumere oportet. non erat igitur Stagirita in tradenda deceptionis diſciplina ſolum uehemens, ſed in huius etiam ſolutione prodenda longe grauior. ſi igitur quis dicat, o peripatetice te quintum corpus cœlum eſſe aſſerentem ad inopinabile ducit, huic non ob tuam rationem, neque tuis demonſtrationibus, ſed ob multos, quorum mens altero obſeſſa dogmate eſt,hoc contingere. reſponde. & enim & hoc omnis qui contendit, dicere uult, ob multos non propter ſe & ſuam reſponſionem ut inopinabile dicat, exiſtimari.

Amplius uero ex uoluntate, & manifeſtis opinionibus. non enim eadem uolunt, & dicũt, ſed honeſtiſſimas orationes dicunt,quæ conferre uidentur, uolunt.ut honeſte mori magis quam iucunde uiuere dicunt oportere, & iuſta premi pauperie magis,quã locupletari turpiter. contraria uero uolunt. ſecundum uoluntatem dicens,in manifeſtas ducendus, opiniones, qui uero ſecundum has,in occultas atque latentes. utroque enim modo dicere inopinabilia neceſſarium,aut enim manifeſtis aut occultis dicunt contraria opinionibus.

Item alia ratione oſtendit,quonam modo reſpondens,ut inopinabile dicat,compellitur. Cap. LXXIX.

Amplius uero ex uoluntate & manifeſtis opinionibus.] Præterea quomodo reſpondentem quiſpiam dicere coget inopinabilia,docet.inquit igitur qm̃ alia non raro uolumus; alia uero opinamur. ut omnes quidem uolumus diteſcere,eſſeque boni habitus,& gloria florere, exiſtimamus uero bonum eſſe pauperie premi,& ægritudinem pati.cum igitur cum aliquo diſſeris,ſi ex multorum uoluntate diſputat, animaduerte. ut ſi ex multorum uoluntate uiuere iucunde,bonum,necnon turpiter diteſcere bonum dicit.tu uero ex manifeſtis opinionibus argumentare dicens.temperatum eſſe,honeſte mori.inopiam iuſte pati,bonum eſſe.hoc enim omnibus uidetur.& ſic diſputantem ad inopinabile duces.ſiquidem igitur reſponſiones ex uoluntate hominum pendentes dederit, tu ei manifeſtas opiniones oppone,ſi uero ex manifeſtis reſponſiones depromſerint opinionibus,tu latentes hoc eſt uoluntates cõtra admoueas. has occultas & minime apparentes habemus opiniones.

Plurimus uero locus faciendi inopinabilia dicere. quemadmodum et callicles in gorgia ſcriptus eſt dicens. & antiqui omnes contingere putabant, circa id quod ſecundum naturam, & ſecundum legem. contraria.n. eſſe naturã, et legem, & iuſtitiam ſecundum legem eſſe bonum, ſecundum naturam non bonum. ad eum quidem qui ſecundum naturam dicit, ſecundum legem obuiam ire, ad eum qui ſecundum legem, in naturam ducere oportet. utroque enim modo eſſe inopinabilia dicere. ſi uero quod ſecundũ naturam erat ipſis, uerũ, quod ſecundũ legem, multis apparens. quare & illos æque ac eos qui nunc uitam ducunt facere ut reſpõdens aut coarguatur, aut inopinabilia dicat, aggreſſos eſſe perſpicuum eſt.

Quis locus ad inopinabile ducendi uehemens eſt, declaratur. Cap. LXXIX.

Plurimus uero locus faciendi inopinabilia dicere.] Præterea de reſpondentis ad inopinabile deductione agit, ac inquit, ad inopinabile ducendi, ab eo quod eſt ſecundum naturam & ſecũdum legem argumentari, quemadmodum & in gorgia callicles & omnes antiqui faciunt, locum eſſe uehemẽtem. Plato.n. in dialogo gorgiæ nomine inſcripto Calliclem inducit dicẽtem iuſtitiam honeſtam & bonam non eſſe ut pote quæ non natura ſed lege ſolum bona exiſtat. plura immodice habere magis eſſe honeſtum quippe quæ ſecundum naturam. quamobrem enim inquit animalium partim quidem robuſta, partim uero imbecilla produxit natura. uidelicet in his rapere eſt & ipſorum unumquodque nulla eſt utens lege, ſed natura ſola duce quod minus ſe & quod inualidum magis rapit, & deuorat. legum uero latores ob timiditatem, iuſtitiam honeſtam eſſe conſtituere. unde timidorum hominum inuentum legem eſſe dixerunt. ueriti enim ſunt ne eos fortes premerent. hac de cauſa leges condidere. argumentare igitur inquit ab eo q̃d eſt ſecundum naturam, & ſecundum legem. ſiquidem ab eo quod eſt ſecundum legem argumenta reſpõdens deducat, tum contra à natura argumenta pete. ſi uero ille naturæ nitatur argumentis, tu obuiam ſecundum legem ire para. erat igitur antiquis, uidelicet Callicli & cęteris cauillatoribus quod à natura defluit uerum, & honeſtum magis. quod uero ui legũ inſtitutum non paucorũ ac illuſtrium uirorũ poſitio.

Nonnulla uero interrogationum, habet ut reſponſio utroque modo inopinabilis ſit, ut utrũ ſapientibus aut patri obtemperare oportet, & conferentia, aut iuſta agere, & iniuria affici, aut iniuriam inferre eligibilius? ad contraria & multis & ſapientibus ducere oportet. ſiquidem dicat quis ut ſapientes, ad ea quæ multis. ſi uero ut multi ad ea quæ ſapientibus uidentur. hi enim iuſtum ex neceſſitate felicem eſſe aſſerunt, multis uero inopinabile, hoc regem minime felicem. ad inopinabilia ſic ducere eſt, idem quod in ſubcontrarietatem quæ eſt ſecundum legem & ſecundum naturam ducere. lex quidem.n. multorum opinio, ſapiẽtes uero, ſecũdũ naturã, et ueritatẽ dicunt, et ex his quærere locis inopinabilia oportet.

Item alium tradit modum, quo quis ad inopinabilem ducitur. Cap. LXXX.

Nonnulla uero interrogationum habet, ut reſponſio utroque modo inopinabilis ſit.] Alterum tradit modum, quo quis reſpondentem ad inopinabile ducere ualeat. talis uero eſt. interrogationũ nonnullæ ſunt, quæ per contradictionem fiunt, in quibus quodcunque dederit is, qui interrogatur, inopinabilia dicere putatur, uelut alterum deſpiciens. quæ iſto modo interrogantur ſunt, partim quidẽ apud multos ſic exiſtimationem hñt, & fauorem ipſorũ ac ſtudium ſibi quodãmodo conciliarunt, partim uero perſuaſionibus & ſapientum laudibus celebrantur. & ut aliquid dicam uulgus & turba patri parendum eſſe opinatur, ſapiens uero oportere ſapientibus obtemperare, & iniuria affici, quam alterum lædere eligẽdũ magis dicit ſapiens. qm̃ igitur in interrogationũ inquit aliq̃bus reſpondens alteram contradictionis partem dare non ualet. utra.n. detur, eum dicere inopinabilia conſtabit. ut eſt hoc, num patri an ſapientibus parendum eſt? ſiquidem enim ſapientibus dicat, non patri parendum, inopinabile. ſi uero patri, iterum cur non ſapientibus. ſi igitur reſpondetur, quemadmodum & ſapientes dicũt, & iniuria affici melius eſſe dicet, ad multos reſpondentem trahere oportet. contrarium.n. hi opinantur. ſi uero quod multi dicunt, reſpondet, ipſum ad ſapientes deducere conuenit. & hoc huic quod ſecundum legem & naturam non diſſimile eſt. quod enim turba opinatur uniuerſa, hoc ex lege eſſe uidetur. quia & multorũ opinio lex eſt. quod uero ſapientes anteponunt, hoc ipſa tum natura, tum ueritas dicit.

De nugatione faciẽda, quod quidẽ nugari dicimus, iam diſſeruimus. eiuſmodi orationes oẽs

hoc facere uolunt, ſi differt nihil dicere nomen, aut orationem. duplex uero. & dimidij duplex, idem. ſi igitur eſt dimidij duplex, erit dimidij dimidij duplex, & item ſi pro eo quod duplex, duplex dimidij poſitum ſit, ter dictum erit, dimidij dimidij dimidij duplex, & num quidem iucundi concupiſcentia eſt, hoc uero eſt appetitio iucundi, eſt igitur concupiſcentia, appetitio iucundi iucundi.

Declarat quomodo committitur nugatio. Cap. LXXXI.

De nugatione facienda.] Hoc eum quocum diſputant facere ut nugis uolui uideatur, cauillatores ut diximus coniectant. & quibus iſtud ipſum dicit, docet. interea igitur dixiſſe prius quid eſt nugari dicit. & in huius libri initio de hoc dicere anticipauit. nugari eſſe eadem ſæpius dicere. hoc dicens inducit. omnes eiuſmodi orationes hoc efficere uolunt. quod uero dicitur, tale eſt, orationes quę a' me dici debent, huius gratia dicentur, ut conſtituant quomodo committatur nugatio. necnon quomodo nugari facere uolunt. iſtud uero in illis committitur cum nomen uel orationem dicere differt nihil. ut duplex, & dimidij duplex, quæ duplicis ratio eſt. quia ad dimidium dicitur duplex. ad aliquid enim ipſum exiſtit. quod quidem eſt relationem ad aliud habet. & duplex ſolum dictum. ut & dimidij omnino una intelligatur, facit. ſi igitur pro eo quod nomen ſeu magnitudinem dicis, tunc duplex dices, magnitudo uero hæc dimidij duplex, nugatus es. in quibus enim duplex dixiſti idem declaraſti. ſi. n. dimidium in duplici appa ret, ſi actu dimidium captum fuerit, bis dimidium acceptum erit. ſi igitur iſto modo dicis. duplex dimidij, nihil aliud quam duplex dimidij dimidij dicis. ſemel quidem. n. dum tu dicebas duplex una dimidiũ oſtẽdebatur. præterea & ſi tuę actu dimidij additioni, iterum loco huius quod dicis duplex, dimidij duplex acceptum fuerit tribus erit uicibus dimidium dictum.

Eiuſmodi orationum omnes in his, quæ ſunt ad aliquid, ſunt, quæcunque non ſolũ genera, ſed & ipſa ad aliquid dicuntur. & ad idem, & unum aſſignantur. ut & appetitio alicuius appetitio, & concupiſcentia alicuius concupiſcentia. & duplex, alicuius duplex, & duplex dimidij, & quorumcunque quorum ſubſtantia non ad aliquid, omnino quorum ſunt habitus, aut affectiones, aut quid eiuſmodi, in ratione ipſorum in his prædicatorum declaratur. ut impar, medium numerus habens. eſt uero numerus impar, eſt igitur numerus medium habens numerus. & ſi ſimum cauitas naſi eſt, eſt uero & naſus ſimus, eſt igitur naſus, naſus cauus. facere uero apparent, interdum non facientes, quia ſignificat per ſe dictũ duplex aliquid, aut nihil non percuntantur. & ſi aliquid ſignificat, utrum idem an alterũ. ſed concluſionem dicere ſtatim, ſed propter nomen, idem eſſe hoc & ſignificare apparet.

Planum facit in quibus orationes quæ nugationem conſtituunt ſint. Cap. LXXXII.

Eiuſmodi orationũ oẽs in his, q̃ ſunt ad aliqd ſunt.] Ex qualibus uel & in qbus orationes q̃ ut cõmittatur nugatio efficiũt, fluãt, & ſint, nũc addit. & inqt in illis q̃ ſunt ad aliqd tales fieri orationes, in quibus nõ ſolum gña ſed & ipſa ad aliqd aſſignãtur aliud. ut cõcupiſcẽtia iucũdi eſt cõcupiſcẽtia, & ad aliqd dicitur, ſed & ut genus eius q̃ appetitio eſt, ad aliqd & ipſa dicitur. appetibilis. n. alicuius appetitio eſt. nec nõ & in illis ſunt, q̃ non ad aliqd, prædicantur de aliqua ſubſtantia in ipſorũ diffinitione ſubſtantia ipſis ſubiecta accipitur, & oĩno in illis, quorũ habitus uel affectiones p ſe de ſubiectis prędicãtur. ut ſimitas affectio eſt p ſe de naſo p̃dicãs, in eius rõne & ſubiectũ de quo p̃dicatur, naſus recipitur. ipſam. n. in naſo ſimitatẽ diffiniẽs hoc modo dicit. ſimitas eſt cauitas in naſo. hoc pacto diffiniẽs quodãmodo nugationẽ cõmiſit. dicens. n. ſimitatẽ, una & naſum accepit. rurſus uero actu in naſo addens, bis naſus naſus acceptus eſt. talis eſt. & numerus eſt mediũ hñs impar. qm̃ & hæc affectio eſt de numero p̃dicans. cum impar definiens numerũ accipiat, bis erit acceptus. impar. n. dicẽs quodãmodo & numerũ dixit, addidit & actu numerus. quare bis idẽ dixit. apparẽt uero facere nõ faciẽtes interdũ, cauillatores aliquẽ nugãtẽ nõ uere redarguẽtes, apparẽt nõ raro facere nugari aliquẽ. qũo uero faciũt? ip ſe cãm exponit. nõ. n. rñdẽtem percũtantur; ſi duplex p ſe ſine dimidio dictũ, aliqd uel nihil ſignificare cẽſet. & forte eo dicẽte duplex p ſe dictũ ſignare aliqd, nõ inſup interrogãt. utrũ idẽ quod & ſi iſto mõ interrogatũ ſit duplex dimidij, an alterũ ſignãt. cauillator igitur aliquẽ facere nugari apparet. qa horũ qppiam nũ interrogat, ſed ſtatim cõcluſionẽ hanc, duplex dimidij dimidij duplex inducit. ſiqdẽ igitur interrogatus ſit rñdens. num qdem duplex eſt uox q̃dã ſignãtiua, deinde ut aſſenſus eſt, iterũ interrogetur nũ a' dimidio ſeorſum dictum, in ipſo & dimidiũ recipit? ſi rurſus & hoc faſſus eſt, tunc proprie nugans refellitur. hæc enim confeſſus eſt. coargutus igitur

apparet. quia nomen cum oratione idem eſt,atque idem ſignificat,quod quidem fit,ſi nihil differt(ut nõ multo ante dixit)ſi nomen uel orationem dicere nihil differt.talem igitur interrogationem qualem diximus num quidem duplex abſque dimidio dictum in ipſo & interrogatum dimidium recipit? hoc modo reſpondi oportebat,cum ſeorſum & ſeparatim duplex dicitur,potentia non actu & dimidium comprehendit. hoc pacto ſi data fuiſſet reſponſio non ut eadem ſæpe dicens deprehenſus eſſet.

Solœciſmus uero,qualis quidem eſt,dictum prius,eſt uero hoc facere non facientem apparere,& facientem non uideri, quemadmodum dicebat Protagoras. ſi ἡ μῆνις hoc eſt ira & ὁ πήληξ hoc eſt galea maſculi generis.dicens quidem enim οὐλομένην ,id eſt pernitioſam ſecundum illum quidem ſolœcum facit,multis uero non uidetur, hic uero οὐλόμενον, apparet quidẽ, at non ſolœciſmum facit. hoc igitur & artem aliquam efficere poſſe perſpicuum eſt. quamobrem orationum pluримæ non ratiocinantes,ſtribiliginem ratiocinari apparent. quemadmodum in elenchis.

De ſolœciſmo doctrinam aggreditur,tribusq; modis fieri oſtendit. Cap. LXXXIII.

Solœciſmus quemadmodum eſt prius eſt dictum] Solœciſmi,cui cauillatores operã dant, nunc doctrinã aggreditur.& inquit quod quid eſt quidẽ ſolœciſmus,& huius in initio mẽtionẽ fecit, dicẽs ſolœcũ facere eſt facere ut reſpõdentis oratio dictione fit barbara.tribus uero ſolœciſmus fit modis. primo quidem cũ qs ſolœciſmũ uerę cõmittit,dicens laches lachu.altero modo eſt,nõ facere,apparere uero facere.ut cauillatores argumentantur dicentes.nũ quod tu dicis eſſe,eſt,dicis uero lapidem eſſe,deinde eſt igitur lapidem inferunt.tale uero uidetur quidem eſſe ſolœciſmus,proprie uero nõ eſt,hoc.n.modo ſophiſtas inferre oportebat.eſt igitur lapidem eſſe.nõnunquam uero aliquis ſolœciſmum faciens,ut Protagoras facere non uidetur.iſte.n.τὸν μῆνιν.id eſt iram & τὸν πήληκα, hoc eſt galeam dicebat, ſolœciſmum faciens, ſolœciſmo uti non exiſtimabat.alijs uero uidebatur. quare & illi ſolœciſmum cõmittere apparebat,dicens τὴν μῆνιν,& τὴν πήληκα. multis uero non.dicens uero οὐλομένην μῆνιν,alijs quidem ſolœciſmum facere uidetur, ſed Protagorę non uidetur eſſe ſolœciſmus. hos igitur modos tres,quibus ſolœciſmum aliquis facit, dicens. manifeſtum inquit quod & ſi hoc ars efficere ualet aliqua. iſtud propter hoc dicens quod & in ratiocinatione ſolœciſmo uel uere uel apparenter uti quis poteſt.artem enim ratiocinationem nominauit, uelut arte & diſciplina conſideratam,non ut ſorte quadam deductam. quod & in ratiocinatione quis apparenter ſolœciſmum committere reſpondentem demonſtrat,deinceps docet. non paucę enim inquit orationum ſolœciſmum proprie non ratiocinantur, hunc ratiocinari apparent.

Sunt uero omnes fere apparentes ſolœciſmi,circa hoc uero.& cũ neque marẽ,neque fœminam,ſed neutrum caſus declarat. iſte quidem enim marem ſignificat,iſta uero fœminam, iſtud uero neutrum quidem ſignificare uult. ſæpe uero & illorum utrunque ſignificat. ut quid hoc, calliope,lignum,coriſcus. mare quidem igitur & fœmina caſus differunt omnes,neutri uero,partim quidem,partim uero non.cum non raro datum ſit iſtud,ratiocinantur uelut dictum ſit iſtum.pariter uero alium pro alio caſum.quia uero iſtud pluribus cõe caſibus eſt,emergit deceptio.iſtud.n.interdum quidem,iſte,aliquando,iſtum ſignificat.

Qua ex cauſa ſolœciſmus fit oſtendit. Cap. LXXXIIII.

Sunt uero omnes ferè apparẽtes circa hoc uero.] Vbi aliqs hoc modo ſolœciſmũ facit,dixit,nunc & qua ex cã ſolœciſmus fit,dicit.qs eſt hoc uero.hoc uero,& cũ caſus,huius circa hoc uero, interptationẽ ponit,ac ſi dixiſſet cũ caſus.ſ.neque marẽ,neque fœminã,ſed neutrũ ſignificat. hoc qdẽ.n.iſte maris hoc uero,iſta fœminæ ſignificatiuũ eſt,iſtud uero neutrũ aliquid ſignificare uult,ſed nõ raro & marẽ & fœminã declarat.maris qdẽ igitur & fœminæ caſus oẽs tũ adinuicẽ tũ ipſi à ſeipſis differũt.nõ utique ob taliũ aliquem caſuum quis falli poteſt,ut accuſandi caſum dandi,uel maſculinũ caſum exiſtimet fœmininum. neutrorũ uero nonnulli partim à ſeipſis,partim à maſculinis,partim à fœmininis caſibus caſus differũt, aliq uero non.unde & neutrorũ rectũ & accuſandi & uocãdi caſum eundẽ eſſe grãmatici aſſerunt. ut eſt iſtud. accipitur.n.ut diximus & in mari & fœmina & accuſatiuo atque recto,unde & aliquis fallitur, atque ſolœciſmum cõmittere uidetur.cum.n.non raro concedatur τοῦτο.i. iſtud,ut in neutro cauillatores, uelut.in maſculino τοῦτον, hoc eſt iſtum ratiocinantur. pari modo rurſus cum datum ſit in recto ad accuſandi caſum ipſum traducunt. ſimiliter & his in alio caſu ſi conceſſum eſt, in alium transferunt. & unde hoc eueniat,inquit propter hoc,hoc uero multorum caſuum cõmune eſt.ſignificat enim & hoc, hoc uero,ὁ hoc eſt,hic Socrates,& hoc,hoc uero τὸν,id eſt hunc Socratem.

Viciſſim uero ſignificare oportet. cum eſt quidem, iſte, cum eſſe uero, iſtum. ut eſt hipponicus, eſſe hipponicum. & in fœmininis nominibus eodem modo. et in dictis quidem uaſis, fœminæ aut maris uocationem habentibus quæcunque enim in o & n finiunt, hæc uaſis ſola nuncupationem habent ut ξύλον, id eſt lignum & σχοινίον. hoc eſt funis. quæ uero non hoc modo, maris, aut fœminæ. quorum nõnulla ferimus ad uaſa. ut ἀσκός, id eſt uter. nomine maſ, κλίνη, hoc eſt lectus fœmina. quapropter & in eiuſmodi, eodẽ modo & eſt, & eſſe diſtabit.

Doctrina traditur, quomodo caueri ſolœciſmus poteſt. Cap. LXXXV.

Viciſſim uero ſignificare oportet. cum eſt quidem iſte, cum eſſe uero iſtum.] Quoniam dixit iſtud cum neutrum ſit, multa ſignificare tum marẽ, tum fœminam, necnon caſus differentes. quamobrem fallax eſt, & quoſdam ut ſolœciſmum ſæpe cõmittere appareant, facit. nunc diſciplinam qua deceptionẽ cauere, & fugere ualeat, tradit, dicens, q̃m iſtud & iſte & iſtũ ſignifica, te oportet in unoquoque horum duorum huius τοῦτο hoc eſt iſtud uiciſſim facere cõpoſitionẽ. &. n. tũ eſt, tũ eſſe habet. & ſiqdem dicere in recto iſtud uis, adde eſt, & dic iſtud eſt. cũ uero ut in accuſandi caſu iſtud enuncias eſſe, iterũ adhibe dicẽs, iſtud eſſe. ſimiliter uero & in maſculinis & fœmininis facit noĩbus. ſi. n. per hoc iſtud aut maſculinũ uel fœmininũ caſum accuſandi declarare uis, dic eſſe, accuſandi caſus dixit, iſtud coriſcũ eſſe, iſtud eẽ calliopẽ. ſi uero rectũ eſt, iſtud eſt coriſcus. & in dictis uaſis ſimiliter facit, hoc eſt neutris. hęc. n. uaſa appellat, quia inanima ſunt. & in his. n. nomen uel fœminæ uel maris hñtibus. proprie. n. illa neutra ſunt, quæcunque in o & n finiunt. ſimiliter & aliqua marium nomina inanimis annectimus. ut ἀσκὸς & πορεύων, id eſt uter, & progrediens, & eiuſmodi. in talibus igitur cum eſt, uel eſſe addiderimus, rectus & accuſandi caſus declarãtur. hæc enim dicta non modicam facient differentiam.

Et modo quodam ſimilis eſt ſolœciſmus his qui circa non ſimilia, aut his qui circa figurã ſimiliter dictis elenchis. ut enim in illis in rebus, in his ita in nominibus ſolœciſmus incidit. homo enim & album, & res & nomen eſt. manifeſtum igitur quod ſolœciſmum ex dictis caſibus ratiocinari tentandum.

De ſimilitudine, quam ſolœciſmus ad cauillationes figuræ dictionis habet, oſtendit. Cap. LXXXVI.

Et modo quodam ſimilis ſolœciſmus.] ſimilis inquit modo quodam ſolœciſmus eſt redargutionibus, quæ in dictionis fiunt figura. ut. n. illic in rebus quis fallitur, ſic hic in nominibus aliquem ſolœciſmum facere contingit. ibi. n. cauillator ſciſcitatur. num pari dictionis figura profertur uidere, & audire? nempe inquit reſponderis, deinde eadẽ eſſe concludit. hoc uero abſurdum. hoc quidem actionis ſignificatiuum, hoc uero affectionis declaratiuũ. in his quidem in rebus factus eſt elenchus, hic uero ſecundum nomina ſolœciſmus fit. nanque hoc in recto datũ, a cauillatore in accuſandi caſum trãſlatum, ex nomine cõfectus eſt ſolœciſmus. quod uero qui in dictionis figura in aliquo ſimilis eſſe ſolœciſmo uideatur, clarum eſt. ut in exemplo. homo. n. inquit, & album, & res eſt, & nomẽ. ſi quidem hęc quiſpiam ut res ſcrutatus fuerit, per ſuppoſitionem elenchum dictionis figuræ, ſi uero ut nomina ſolœciſmum confecerit. non in homine, & albo, ſed in alijs quibuſdam & ſimilis figurę elenchum, & ſolœciſmum quiſpiam conficiet. hęc enim hominem & albũ exempli cauſa accepit. ut ſi hoc uero, & hoc dixiſſet, & res, & nomina ſunt. ſiquidem quiſpiam ipſa ut res accipit, ſimilis figuræ elenchum, ſi ut nomina ſolœciſmum conſtituet. enitendũ igitur ex dictis caſibus. uidelicet hoc, quod & accuſandi & rectum declarat caſum, & maſculinum, & fœmininum ſolœciſmum ratiocinatione colligere.

Contentioſarũ quidẽ orationum hæ ſpecies, & ſpecierum partes, & modi, dicti. non parũ uero differt, ſi quæ ad ĩterrogationẽ ſpectant, occultationis gratia quodãmodo (ut in libris de arte diſſerendi) in ordinẽ referantur. deinceps igitur dictis, hæc primum dicendum. unum quidem ad redarguendum longitudo eſt. difficile. n. multa ſimul inſpicere.

Longitudinem conferre ad redarguendum declarat. Cap. LXXXVII.

Contentioſarum qdem orationum hę ſpẽs, & ſpecierum partes] duas orationum ſophiſticarum ſuperius à principio ſpẽs tradidit, rurſus eaſdẽ repetens dicit has cauillationum eſſe formas. unius quidẽ formæ quæ in dictione eſt, partes ſex, æquiuocum, ambiguum, & reliqua quatuor. alterius uero formæ, quæ extra dictionem cauillationis ſæpius numeratę ſeptem. atque modi tredecim. modos non nulli ut ego puto a ratione abhorrentes aſſeruere, & ea quæ ſtudent ſophiſtę, redarguere uide-

ri, ad falſum, & inopinabile, atque in nugationem ducere, & quæ deinceps, quo pacto ſuas interrogationes inſtituit, & componit cauillatnr, & de hoc fuſius dicturus atque tractaturus dicit. quod ut in his quę differuntur interrogationes conuenienter conſtitui non parum confert, & hoc in differendi arte, quę in tnpicorum habetur octauo, demonſtrauimus. ſic habet, & in nratinnibus contentioſis. quoniam & cnntentinſum ſic, aut ſic, eius interrngatinnes in ordinem redigi iuuat. age quidem, & de hoc differamus. redarguendi uero modi differentes ſunt, & unus quidem, orationem producere. reſpondenti enim ſimul omnia inſpicere, & ne eiuſdem confundatur mens; & quod uult interrogans, det, difficile, & laborioſum eſt.

Ad prolixitatem prædictis utendum elementis: unum uero celeritas, cunctantes enim minus proſpiciunt. præterea ira, & contentio. perturbati. n. omnia cauere minus ualent. tre uero elementa, ſe ipſum iniuriam inferre, & omnino impudentem eſſe planum facere.

De principijs iræ & prolixitatis agit. Cap. LXXXVIII.

Ad prolixitatem prædictis utendum elementis.] Elementū & antedicta principia dicere ea quę in differendi artis octaun dicta ſunt, planum eſt. hæc uero erant non ſnlum concluſinnis cauſas, ſed & non talia proponere, ac interrogare, necnon orationem comparatinnibus, atque exemplis diuerſis uariam conſtituere. præterea ex eo qund pauln dicetur inferius, hoc planum fecit. omnino uero omnia quæ ad nccultationem dicta prius, & ad contentioſas oratinnes utilia. alter elenchi modus inquit, properare celeres & compendioſas conſtituere interrogationes. reſpondentes enim cunctantes & accurate cnnſiderare nequeuntes fallentur. ſi enim quærere & mētem adhibere unluerint, ſtulti & dementes putantur. tertius elenchi mndus eſt. ut iraſcatur reſpondens, & eius concitetur animus. conturbati nanque, inquit, reſpnndentes nmnes cauere minus poſſunt. in quibuſdam uero ſcriptum reperitur nmnia. ſi hoc modo ſit, animo cnncitatos, atque iratns omnia & uidere, & cauere interrngata non poſſe declaratur. quamobrem in deceptinnem propelluntur, & errorem. cognoſcere inquit quod ad iram interrogat tibi elementa, & ſigna ſint. & quæ hæc ſunt plane dicit: quare ſi hæc faciet ad iram differet.

Amplius uiciſſim interrogationes ponere, ſiue ad idem plures quis rationes habeat, ſiue & quod ſic, & quod non ſic. ſimul enim aut ad plura, aut ad contraria curam habere contingit, omninoq; omnia ad latendum dicta prius, & contentioſis orationibus non mutilia ſunt, occultatio enim eſt, latendi gratia, latere uero, deceptionis. ad abnuentes uero quæcunque ad orationem eſſe putauerint, ex negatione interrogatio formanda, ut contrarium uolens, uel ex æquo interrogationem conſtituens incompertum enim quid ſumere uult, minus ſentiunt moleſtiæ.

Quæ ad redargutionem utilia ſunt, oſtendit. Cap. LXXXIX.

Amplius uiciſſim interrogationes pnnere.] Præterea inquit ut redargutio procedere poſſit, cōfert, & interrogatinnes uiciſſim ponere, & de hoc tum in priorum reſolutnriorum ſecundo, tum in octaun differendi artis libro dictum eſt: inquit uern ad elenchum conferens eſt, & ad idem plures habere orationes; hoc eſt ſyllogiſmos. bonum enim quiſpiam unluptatem demonſtrabit, interdum quidem, quia ſecundum naturam eſt, aliquando uern, quia ipſa appetitur ab omnibus. præter hoc ad elenchū conducit, & nratinnes demonſtrantes habere, & quod ſic, & nnn ſic. ut unluptas bonum eſt, quia & ſecundum naturam eſt, & ipſam omnes appetunt, & nnn bonum, quia in naturam ſenſilis generatio eſt, & impedimentn prudentiæ eſt. ſi igitur plures ad idem orationes demnnſtrantes ut uoluptatem & bonum, & non bonum, ut cautionem ad plura habeat reſpondens, contingit. plura uero cauens conturbatur. pariter & qui contraria. & enim & is pluribus turbatus fallitur. & nmnino quæ in octaun de differendi arte (ut dictum eſt) libro occultationis gratia dicta & contendentibus utilia ſunt, & maxime hic inquit conferentia ſunt. quoniam ut fallat contendens properat. occultatio uero obliuionem inducit, ex qua error emanat, quod ea quæ illic à nnbis de nccultatinne prodita ſunt, maxime utilia ſunt, planum eſt. quoniam uero non raro aliqua interrngatus reſpondens, & hæc ad probatinnem eius quod uult ipſe interrogans, interroganti conferre intelligens, hæc non dat, ſed abnuit. & de hoc quomodo ut fiat interrogatio, nportet, docet, ac dicit. ſecundum negationem interrogare nportere. ut ſi uoluptatem eſſe ſecundum naturam accipere noluerit interrogans, non ſic interroget. num unluptas ſecundum naturam? ſed ſic, quid nnn tibi uidetur quod unluptas ſecundum naturam nnn eſt? & qunniam abnuit, & hic planum quod negans ipſe dixerit non. & dicendum ſi non uerum hoc, non eſt ſecundum naturam, uerum

ram, uerum igitur hoc eſt, ſecundum naturam . aut . & ex æquo interrogatio conſtituenda . ut num uoluptas ſecundum naturam, aut non eſt ſecundum naturam ? quid enim horum accipere uolumus, compertum non eſt . ſæpe quod uolumus, ut concedatur, contingit . & quia quod uult interrogans, planum eſt, minus dum reſpondent interrogati, grauantur .

Quando in partibus ſingulum quiſpiam dederit inducenti uniuerſale ſæpius, non interrogandum . ſed ut dato utendum . interdum enim & ipſi dediſſe putant, & audientibus uidentur, propter inductionem memoriæ inſitam, tanquam non temere interrogata . in quibuſcunque nominibus uniuerſale non ſignificatur, ſed ad id quod conducit ſimilitudine utendū . non raro ſimilitudo latet . ad aſſumendam propoſitionem, contrariam comparantem, percunctari oportet . ut ſi accipere opus ſit, patri in omnibus parere oportere, utrum genitoribus in omnibus parere oportet, uel in omnibus non parere, & hoc ſæpius . utrum multa concedendū, an pauca, magis enim ſiquidem neceſſe, multa enim uidentur eſſe . cōtrarijs enim proxime poſitis, & maiora, & magna uidētur, & deteriora, & meliora hominibus.

Quando uniuerſale à percunctante interogandum non per interrogationem afferendum in medium ſed per enunciationem. Cap. XC.

Quando in partibus ſingulum quiſpiam dederit inducenti .] Et quando inquit interrogans inductionē faciens ſingulariū, & neſcio parum quid reſpondens dederit, cū uniuerſale eſt interrogaturus hoc non per interrogationem in medium adducere, ſed enuntiatiue & ac ſi ab ipſis datum ſit reſpondentibus, oportet . etenim nonnunquam ipſum cōceſſere uniuerſale, & à ſola inductione nulla de uniuerſali mentione habita ; & quia non fruſtra & abſque ratione aliqua inductio perfecta eſt, dediſſe auditoribus uidetur . ut ſi propoſitum eſt omnem hominem per ſuppoſitionem rationis eſſe participem . hoc modo dicendum, Socrates non eſt rationis particeps homo exiſtens ? Plato, & Alcibiades, equidem inquit reſpondens, deinde uelut confeſſum extra interrogationem inducendum . omnis igitur homo rationis particeps eſt . Non enim ad hoc cum ſingularia dederit, reſpondens moleſte feret . quoniam in nonnullis inducenti & uniuerſale quia non nominatum eſt, non facile eſt interrogare . dicit, quomodo & tunc uniuerſale adducere debemus . & inquit in quibus unum non eſt nomen ipſorum ſimilitudinem continens . ut in animalibus quadrupedibus . His enim unum non eſt nomen, ad id quod confert utendū hoc modo dicentibus . quoniam capra cornua gerens non utrinque dentata, & ceruus, & bos, & omne igitur tale . Propter enim ſimilitudinem iſtiuſmodi prolationem faciens, non raro latet . dixit uero aliquis & hoc modo quod dictum eſt, interpretandum, & Ariſtotelis ingenij uim maxime attingens . in nonnullis quidem (inductio ut extruatur) fieri poteſt, & per nomen uniuerſale declaretur, in quibuſdam uero nūc nomina, ſed oratio uniuerſale declaret, fieri poteſt tale uidelicet inquit uniuerſale non nomine, ſed oratione inductum interdum cadens ſub inficiationem, uelut utile ſit tibi interroganti adduc . ſi quidē enim ipſe inducis hoc, dicetur ut uerum, & hoc pacto ſe habens, ſi uero hoc dicit alter, ipſe poſitam ad hoc inſtātiam adduc . ſed & quod dictum eſt, illuſtretur exemplis . nomine quidem inducitur & declaratur uniuerſale . ut in hoc, Socrates bipes latis unguibus exiſtens riſibile eſt, ſed & aliquis, atque alius, omnis igitur homo bipes latis unguibus exiſtens riſibile eſt . ecce per hominis nomen uniuerſale à me inductum eſt . in hoc uero ut declaretur per nomen haud fieri poteſt . ouis quadrupes exiſtens non utrinque dentata eſt, pariter & ceruus, & capra, omne igitur cornua gerens non utrinque dentatum . cornua enim gerens non nomen, ſed oratio . hic igitur ex ſimilitudine uniuerſale acceptum eſt . Quoniam enim hoc & hoc ſimilia ſunt cornua gerentia, reliquum ſimul illatum, & omne cornua gerens . hoc uero agreſtem aſinum inducendo, qui in india gigni dicitur, & cornua ferens, & utrinque dentes habens, inficiari licet . hoc igitur ad conferens utendum . Si quidem enim ipſe inductionem fecerit, dico ut uerum, & conferens, ſi uero alter, affer aſinum hunc agreſtem cornua ferentem atque utrinque dentes habentem . Hoc uero, latet enim ſæpe ſimilitudo, iſtiuſmodi eſt oratio . & ſimilitudo dicens, omne cornua ferens nō utrinque dentes habens latet uniuerſale eſſe, non exiſtens talis . Non enim omne cornua ferens non utrinque dentatum eſt, ad propoſitionem capiendam utendum eſt, & interroganti ut propoſitionem recipiat, cōfert, & non ipſum illud ſolum, quod uult interrogare, ſed & contrarium addere . ut ſi eiuſmodi capere propoſitionem noluerit interrogans, quod in omnibus patri obtemperare oportet, ſic interrogationem connectentem proponere opus eſt . utrum in omnibus obtemperare oportet, aut in omnibus non obtemperare oportet. & rurſus ſi hoc ut capiatur eſt opus, in multis patri ſæpe parere oportet. hic uero à cōmuni ſumendum . hoc ut ſi ſumere eſt opus interrogandum . utrum ſæpe in multis aut in paucis patri parendum . in quibuſdam quidem igitur non concedendum, & quod dicitur, planum exiſtit . Si uero & hoc adiectum ſit, hoc pacto accipiendum. utrum concedendum in multis patri parendum, aut in paucis. Magis enim multa concedenda uideri poterit . ſiquidem aut pauca neceſſe eſt . ubi hoc dixit, & cauſam

addit quam in interrogationis interrogatione,& eius contrarium conferre dicit. Inquit enim contrarijs enim iuxta poſitis & maiora & magna apparent. Hoc uero ęquabile huic eſt. Contraria enim adinuicem poſita maiora uidentur, Album enim iuxta nigrum apparens, album magis uidetur. ut igitur in his hoc pacto,& in dictis ante. Probabile enim uidetur magis in omnibus patri parendum, ſi interrogationi adiectum ſit,aut in omnibus non parendum,quam ſi ſolum interrogatum ſit,utrum patri parere in omnibus oportet.

Vehementer uero & frequenter redargutum eſſe uideri facit interrogantium calumnia maxime caullatoria, nihil ratiocinantes, ultimum non interrogationem facere, ſed in concludendi modum dicere uelut cum ratiocinati fuerint, non igitur hoc & hoc. Caullatorium uero & hoc, inopinabili poſito, ut apparens reſpondeatur cenſere, quod a principio uidetur propoſitum, atque talium hoc pacto interrogationem conſtituere. utrum tibi uidetur. Neceſſe enim ſi ex quibus conſtat ratiocinatio interrogatio conficiatur ut uel redargutio uel inopinabile gignatur. dante quidem, redargutionem, non uero dante, neque uideri affirmante, inopinabile. Non dante uero, & quod fateri uideatur redargutioni obnoxium eſt.

Quæ redargutionis imaginationem efficiunt, oſtendit. Cap. XCI.

Vehementer uero & frequenter redargutum eſſe uideri facit.] Dictionis quidem mutuum eiuſmodi eſt. Vehementer uero & frequenter ualde redargutum eſſe uideri facit interrogantium calumnia maxime cauillatoria. Quod uero dicit eiuſmodi eſt. elenchi maxime phantaſiam perficit. quia cum interrogans non ratiocinetur, neque in interrogatione ultimum uidelicet concluſio elicitur,ſed enunciatiue inducitur. Hoc enim eſt in concluſionis modum ſed cur non dixit concluſionem in interrogatione ſed ultimum? an quia concluſio proprie dicitur quæ per ratiocinationem & diſciplinam ratiocinandi collecta eſt,hæc uero non ſic. quomodo concluſio dici poterit. Hoc enim dicens quod circa ens, nõ ens, quod non ens, nihil, unum igitur ens. hoc poſtremum & non concluſio ut poſterius inductum dicitur. per concluſionis igitur inquit modum inducere oportet. Non igitur multa ens,non igitur finitum quod eſt. Videtur enim quia ut demonſtrans & demonſtrationi fidens, hoc modo adducis, quia & in propria demonſtratione hoc pacto concluſio inducebatur. Non igitur diameter coſtę commenſurabilis. ſi in interrogatione hoc pacto adduceres. utrum ex his tibi non uidetur,quod ens non eſt multa,ſed unum. uideris quia non demonſtraſti,neque demonſtrationi fidens interrogare. Qui enim demonſtrauit,non interrogat,præſertim ſi per interrogationẽ adducta ſit. inſtaret fortaſſe reſpondens dicens nõ recte ipſum interrogantẽ collegiſſe,& unde quod inductũ eſt perficiet. cauillatoriũ uero & inopinabili poſito. cauillatoriũ eſt & poſito inopinabili propoſitũ cenſere reſpõdere. Apparens enim pro eo quod eſt propoſitũ, ſumptũ eſt. & quomodo propoſitũ cenſer,exponẽs induxit,quod uidetur propoſito a' principio. potẽtia dicens,ſi propoſitio interrogata a' principio poſitũ in ſe ipſa continet,planũ quod propoſitum reſpõdere cenſet.ut inopinabile poſitum eſt. iniuſtitiam felicitatem eſſe,hoc uidelicet confirmare cauillatores nolentes interrogant,& diſputantem inopinabile apparens reſpondere iudicant,& hoc pacto quodãmodo interrogationem formant. utrum tibi uidetur Archelaus rex felix an non? ſi igitur eſſe felicem Archelaum, quod probabile omnibus apparens fatebitur, hic inopinabile a' principio poſitum continebitur, iniuſtitiam felicitatem eſſe. hoc pacto Polus in Platonis gorgia facit. Polus enim iniuria afficere & occidere bonum eſſe dicens quod omnino inopinabile eſt, & hoc demonſtrare uolens Socratem interrogat, Archelaus perdicę filius macedoniæ imperans felix tibi eſſe uidetur an miſer? Iſte uero Archelaus qui ſuos interfecerat affines & maxime iniuria affecit, macedonibus imperabat. in propoſitione igitur hac, Archelaus tibi eſſe uidetur felix,poſitio a' principio inopinabilis continetur, quam poſitionem ab initio apparens dixit Ariſtoteles. quia hæc propoſitio poſitionem ab initio continet, planum. Si enim felicẽ eſſe bonum,Archelaus uero qui ſuos iniuria affecit (ut Polus putabat) felix, Archelaus igitur iniuſtus, & iniuria afficere bonum. quamobrem cenſens Archelaum dicere felicem, propoſitum iudicat. Iniuſtũ enim Archelaum dicere felicem, huic idem eſt,iniuria afficere bonum dicere: & in his hoc modo inquit interrogare oportet. utrum tibi felix uidetur eſſe Archelaus an miſer? & ſiquidem daret reſpondens dicens, iniuria afficere malum, Archelaum eſſe felicem coarguetur. quia bonum,& non malum eſt,ſi uero non daret, neque dicat felicem eſſe uideri, inopinabilia & præter omnium opinionem hominum dicere uidetur. Fere' enim plures Archelaum felicem eſſe dicebant, ſi uero non concedat, ſimulque felicem uideri dicat, refelli atque coargui poterit.

Amplius quemadmodũ & in rhetoricis, & in redargutionibus, pariter contrarietates

ſpectandum,

ſpectandum, uel ad ea quæ ab ipſis dicuntur uel ad quos dicere recte uel agere fatetur. præterea ad eiuſmodi apparentes, uel ad ſimiles, uel ad plurimos, uel ad omnes.

Oſtendit rhetorum comparatione cauillatores reſpondentem contraria ſuæ poſitioni dicere niti. Cap. XCII.

Amplius quemadmodum & in rhetoricis] Vt inquit rhetores uero dicit eos qui pro aliquo orationes comparant, quique auxilium preſtant, quique aduerſarios ſui clientis operam dant, ut in aliquo a' legibus conſtitutis, aut ciuitatis moribus contraria aſſerentes demonſtrent, hoc modo & ab his qui refellere uolunt, faciendum, & adnitendum, ut reſpondentem poſitioni ab ipſo poſitę contraria dicere demonſtret. huius enim indicatiuum hoc, aut ad ea quę ab ipſo dicta, aut contraria quibus aſſenſum tribuit recte dicere aut agere. quos enim fatetur dicere recte, his ſi dicentem contraria demonſtrabimus, coarguemus. hoc quos recte dicere fatetur eiuſmodi eſſe poteſt. ſi quidem reſpõdens Zenouem fatetur (ſit enim iſte,) recte dicere, non eſſe motum, neque ſtadium tranſiri poſſe. ex quibus dicit, eniti ut demonſtret, oportet, & motum eſſe, & ſtadium pertranſiri contingere. quod quidem Zenonis orationi contrarium eſt. quam recte dicere aſſeruit, amplius niti demonſtrare inquit reſpondentem contraria dicentem quę uidentur talibus, dicens. tales in ſingulis bonos. ut medicos. ut quia quæ dicis contraria ſunt his quæ uidentur medicis bonis, aut prudentibus, aut his quæ uidentur omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus. ut & contra Callicłem Socrates in Gorgia facit. pariter ipſe dixit, ſi medicus ſit, contraria medicis dicentem, & muſicus, muſicis, & ſi geometra geometris, redarguendum.

Quemadmodum frequenter reſpondentes cum refelluntur, duplex committunt, ſi ut redarguatur contingere debet. & nonnunq̃ hoc contra reſiſtentes ab interrogantibus utendum. ſi ſic quidem contingat, ſic uero non, quia hoc pacto ſumpſit. ut & in mandrobulo fecit Cleophon.

Reſpondentes redargutos concluſionem duplicem oſtendere. Cap. XCIII.

Quemadmodum frequenter reſpondentes] Quod dicitur eiuſmodi eſt, ſcit hoc multa ſignificat, unum quidem quod ſcientiam hoc habeat animal. ut Socrates, alterum uero ſcientia utitur. aliud enim eſt habere ſcientiam, & non uti, neque ſecundum ipſam agere. & aliud uti, & agere. tertium uero ſcientiam eſſe ipſius. dicere enim quod ſcit hoc, ut quod triangulus, idem eſt huic, ſcientia ipſius eſt, quod tres angulos rectis duobus ęquos habet. quamobrem ipſius ſcientia eſt, & ſcibile eſt. hoc ſcire dicitur, nõ quia ſcientiam habeat triangulus. hoc cum hoc modo ſe habeat, quiſpiam utique ſciſcitari poſſet. num ſcit aliquid? nempe, quid uerum ſciens ſcientiam habet? equidem, ſed quidem triangulus ſcit, ſcientiam igitur habet. dicendum quod ſcit, non unum eſt, & ſic quidem ſcit hoc, ſi de animali hoc ſumptum eſt, ſciẽtiam habere contingit. ſin uero de triangulo non contingit. an magis ſcit quidem hoc, de eo quod habet ſcientiam, contingit, ſi de eo quod ſcientia ipſius eſt, non contingit. & quia de eo quod ſcientiam habet, non de eo quod ipſius ſcientia eſt, ſcit, hoc dedit. ſi quidem hęc reſpondens dicit, & interrogantem inquit dicere oportere, quod non de eo quod ipſius ſcientia eſt, ſed de eo quod ſcientiam habet, interrogationẽ conſtitui, & hoc accepi. dicendum uero & hoc pacto, reſpondentes inquit frequenter redarguti in concluſione non fatentur, ſed inſtant, dicendo, in alio quidem ipſos propoſitionem dare, in alio uero interrogantẽ concludere. unde & redarguti duplex faciunt, uidelicet, illud nomen quo coarguti erant, diuidunt, ac dicunt, hoc uero dare. ut ſi diſputatio de cane orta eſſet, dixerit uero canem ardores concitare, interrogans ad terreſtre transferens orationem refellere nititur, confeſtim reſpondens canis ſignificationes diuidit. ut igitur redarguti faciunt reſpondentes, ſic & ab interrogantibus faciendum, & cum refellunt, ad reſiſtentes dicendũ, quod hoc pacto accepere. ut ſi de cane diſputatio ſit, & hunc excuſtiones facere affirmabit reſpondens, deinde ipſum refellere debet interrogans, & ipſum reſpondentem hoc modo loqui, & de cane terreſtri dicere excuſtiones facere.

Oportet uero & diſcedentes ab oratione, reliqua argumentationũ incidere, atque reſpondentem cum præſenſerit, inſtare & prædicere.

Quando ab oratione diſcedere interrogans debet. Cap. XCIIII.

Oportet uero & diſcedentes ab oratione reliqua argumentationum] Quoniam non raro reſpondentes interrogantium partes aſſumunt, aliquo enim propoſitionem interrogante in poſitioni ab interrogante poſitę probationem conferentem, reſpondentes contra propoſitionem argumentis aggrediuntur, atque nonnulla quibus propoſitionem interrogatam falſam oſtendere arbitrantur, interrogant. dicit diſcedere interrogantem propoſitionem, ab oratione ipſam demonſtrãtis falſam, quemadmodum & cal-

licles facit. interrogans enim propoſitionem falſam,& Socrate refellere, & falſam demonſtrare nitente, ab oratione diſcedit dicens. non noui quid dicis Socrates,alium quendã interroga. oportet igitur inquit ab oratione digredi. ſi quidem reſpondentem ad demonſtrandam propoſitionem falſam argumentis copioſum noueris,& argumentorum reliqua concidere. & ſi hoc argumentans pręſenſerit, quod diſcedis, & ab oratione digrederis,dicẽdum a`te,non diſcedo. ut Callicles,interroga tu parua hæc,& anguſta.quaſi dicens quid differere opus eſt,adeo refelli poſſunt,& tenuia ſunt,quæ me interrogas. aut dictum eſt. cũ propoſitum plurimis ratiocinando collectum eſt uerbis,quia paucioribus non poteſt.ex paucis enim adductum contingens bene aprehendi poteſt. ab oratione hoc eſt a`prolixitate inquit recedere,& argumẽta quę reliqua ſunt,abſcindere oportet. & ſi præſentiens contingens inſtiterit,quod non eſt,quod concludere debet,dicendo non hoc & hoc paulo ante confeſſus es. & eiuſmodi multa apud Platonem inueniuntur. prior expoſitio puto melior eſt. hoc enim minime cauillatorium. quę conceſſa ante atque demonſtrata prius articulatim confirmare ſed dialecticum,& cui curę eſt accuratius diſcere, quomodo recedit,& orationem interpellat reſpondens,primum Platonis de republica legat. ibi enim cauillator Thraſimachus rationem,reddens,& contingens cognoſcens,reſpõſionem dimittens interrogans orationem abrumpit. in illis enim Plato ſane dicit quoniam igitur ab oratione diſcedens Thraſimachus,loco reſponſionis inquit,dic mihi o Socrates,& quæ deinceps,deinde hæc intulit dicens. in mente ut abiret habuit,aſſiſtentibus dicentibus. quamobrem abis,atque Socrate pariter, quid recedis, & hoc modo eſſe quod dicis non perſuades? Thraſimachus dixit,non diſcedo. hoc enim ualet. qnibus enim nunc dixi non perſuadere,quid amplius tibi faciam? potentia dicens,quomodo abeo,& orationem interpello, qui eiuſmodi probabilia dicens,& non accuſanti perſuadere ualentia.

Interdum uero argumẽtandum, & ad aliud a dicto illud accipientibus niſi ad propoſitum quiſpiam argumẽtari poſſit, quod quidẽ Licophrõ fecit cum ut lyrã extolleret laudibus, recepiſſet.

Quando orationes non de re propoſita conſtituere ſed ad alia traducere oportet. cap. XCV.

Interdum uero aggrediendum] Cauillatorium eſt & de re propoſita orationes ut conſtituant dimittentes,ipſas traducere,atque transferre ad hoc cuius argumentorum abundant copia. ut Protagoras in dialogo eius nomine inſcripto facit,aliquando quidem nonnullas inteſerens fabulas,interdum de poematibus in quibus argumentis abundare poterat,orationem habens. aut igitur hoc eſt,quod dicit, quod orationem ad quod argumentis abundamus,transferre oportet, aut ad aliud a'poſito. ut ſi poſitum ſit philoſophum eſſe plurimarum rerum aggreſſorem, hoc uero de indagatore & inueſtigatore naturę eorũ quę ſunt,reſpondens dedit.rerum plurimarum aggreſſionem,& earum aggreſſorem,ad rerum amatorem hoc modo traducere oportet. philoſophus eſt multarum aggreſſor rerum,multarum rerum aggreſſor,rerum amator,amator rerum,amatorie circa pecunias diſponitur, philoſophus igitur pecuniarum amator, at hoc falſum,rerum igitur plurimarum eſſe aggreſſorem falſum eſt.quemadmodum & Callicles fecit.Socrate enim demonſtrante iniuriam inſerre,affici iniuria turpius,ad aliud tranſtulit Callicles dicens.natura quidem iniuria affici,lege uero iniuriam inferre turpius,ſed leges praui & timidi homines condunt,quod uero iſti conſtituunt,prauum eſt,non quidem quod natura, non igitur iniuria afficere prauum. ad aliud igitur a`poſito transferre(quemadmodum & Iſocrates ſecit)oportet. ibi enim Helenam laudibus illuſtrare non ualens, eius amatores laudibus extollit. & ex hoc ipſam eximijs ornat laudibus. quam enim heroes amauere,quomodo non extitit laudibus digna.& cauillator Licophrõ liricos laudibus celebrans, in liram laudem contulit. aut potius quoniam a`nonnullis lyram celebrare cogebatur, deinde uerborum copia carens,cum hanc ſenſilem paululum laudaſſet lyrã,ad cœleſtem laudationem tranſtulit. eſt enim in cœlo aſtrum ex multis conſtitutum aſtris,quę lyra nominatur,in cuius laudem multas cum pulchras tum perfectas orationes inuenit.

Ad petentes uero ad quid argumentari. quoniam uidetur cauſam reddere oportere. nonnullis. uero dictis uniuerſale cauendum magis, quod in redargutionibus contradictionẽ dicere contingit quod affirmauit negare. uel quod negauit, affirmare. ſed non quod contrariorum ſcientia eadem,uel non ut eadem.

Quando contingit reſpondentes petere ab interrogantibus ut cauſam cur ſic interrogant e modo aliter dicant. cap. XCVI.

Ad petentes uero ad quid argumentari] Quoniam uidetur. quoniam frequenter propoſitas ipſis ab interrogantibus propoſitiones reſpondentes nec omnino negant,neque concedunt.proponentes demonſtrare cenſent,atque auditoribus ut cauſam dicant,iuſtum uidetur. quamobrem eiuſmodi eſt, ut ipſi

interrogabant,

interrogabant,& non contrarium. ut cur mouetur anima,& non magis immobilis eſt. ſi quidem interrogantes propoſitiones ab ipſis interrogatas conſtituere reſpondentes iudicant. dicit elenchum in uniuerſale ducere non oportere. in hoc enim inficiationem inuenit. ut ſi quiſpiam interrogaretur. num ſani & ęgri tibi eandem eſſe ſcientiam uidetur? reſpondens uero dixiſſet,non, &,ut hoc demonſtretur ab interrogante propoſitionem,petit. contingit inquit interrogantem demonſtrare propoſitionem iudicatum, non hoc modo dicere,congrui & incongrui eadem ſcientia acuti & grauis. muſica enim ſed & imparis ac paris. arithmetica enim ſed & commenſurabilis & in commenſurabilis. geometrica enim omnium igitur contrariorum ſcientia eadem. quare ſani & ęgri. inficiationem enim ad uniuerſale dicens, cogniti & incogniti quæ contraria ſunt,ſcientiam non eandem eſſe. quare non omnium contrariorum ſcientia ęadem, ſi non omnium,neque ſani & ęgri. quid enim prohibet quemadmodum cogniti & incogniti non eadem eſt,ſic neque ſani & ęgri eandem eſſe. non igitur dicentem in uniuerſali ſed in ſingulis quibuſque immorari oportet. ſi non ſani & ęgri ſcientia eadem,neque paris atque imparis eadem erit,ſed paris & imparis eadem. & ſani & ęgri eadem erit. & non eadem ſecundum te,contradictio igitur uera ſimul erit.& quod aſſeruit non eſſe hoc,& erit,& non erit. ſenſus igitur dictorum, hic dictio uero hęc , nonnullis dictis uniuerſale in elenchis contingens cauendum magis. obſcura ualde quatenus de coniunctionem ſuperuacaneam eſſe cōtingit,necnon quia nonnulla deſiderãtur. erit utique plana,ſi hoc pacto ſe habeat. nonnullis dictis,ꝗ hoc in elenchis uniuerſale contingens,melius caueri poteſt. dicere contradictionē. & huiuſmo di dictum ſit. nonnullis dictis ut congrui & incongrui imparis ac paris ſcientia eadem. his dictis tutius & cautius eſt , ut reſpondens coarguatur. hoc enim in elenchis pro eo quod quando redarguere uolumus. dicere,ſed quidem his hoc modo habentibus ſani & ęgri ſcientia eadem erit. erit uero per te & non eadē contradictio igitur uera ſimul erit. cautius igitur dicere contradictionem ſimul eſſe ueram , quam dicere uniuerſale contingens,uidelicet, quam dicere his poſitis uniuerſale contingere. uniuerſale uero eſt. omnium contrariorum ſcientiam eandem eſſe,aut non eandem.

Non oportet uero concluſionem proponendo interrogare, nonnulla uero non interroganda, ſed ut confesſis utendum. ex quibus quidem interrogationes, & quomodo interrogandum, in exercitationibus contentioſis dictum eſt.

Declarat nonnullas propoſitiones non interrogandas ſed uelut confeſſas ſumendas eſſe. Cap. XCVII.

Non oportet uero concluſionem. ex quibus quidē igitur interrogationes,& quo pacto ſciſcitari oportet, in exercitationibus contentioſis dictum eſt. & utraque quæ nunc dicit , cum in his quæ ante pertractauit,docuit,tum eadem nunc planius iterum exponit. in nonnullis inquit propoſitionibus ut concluſio proferatur,hoc eſt per interrogationem non oportet,ſed & in concluſionis modum. hoc uero , nonnulla non interrogandum quidam in concluſionibus legunt. quod concluſiones interrogando inducere minime oportet. at uerius eſt,ut in propoſitionibus dictum intelligatur. propoſitionum enim quaſdam non interrogare,ſed ut confeſſas ſumere oportet.

De reſponſione uero, & quo pacto ſoluere oportet, & quid,atque ad quem uſum eiuſmodi orationes utiles, poſt hæc dicendum. ad philoſophiam quidem propter duo, utiles ſunt. primum quidem enim ut plurimum circa dictionem compoſite,melius ad id quot modis unum quodque dicitur,inſtituunt, & qualis ſimiliter,necnon qualis ſecus in rebus contingit, & in nominibus. alterum uero, ad inquiſitiones , quas ſecum quis meditatur. qui enim facile fallitur ab alijs,atque hoc non animaduertens, & ipſe a ſe ipſo hoc non raro pati poterit. tertium uero & reliquum præterea ad gloriam, ut in omnibus ſe exercuiſſe appareat, & nullius ab eo experientiam rei abeſſe. orationibus enim communionem habentem; orationes uituperare cum nihil determinare poſſit,de ipſarum uitio, ſuſpitionem dedit , non propter uerum, ſed propter inſcitiam.

Proponit quid acturus ſit, & ad quæ talis tractatio utilis narrat. Cap. XCVIII.

De reſponſione uero,& quo pacto ſoluere oportet,& quid,atque ad quem uſum] Iam quidem cauillatorias tredecim fieri modis interrogationes anticipantes diximus. amplius & in cauillatorijs quo pacto interrogandum exercitationibus. nunc uero ut reſpōdere oportet, & cauillationes quo pacto diluantur,præterea quid diluendum ſit,dicendum. ſi enim ratiocinatio in medium adducta ambas falſas propoſitiones habeat,qualem diluere oportet. ſi enim minorem ęque ac prius manet , ſed uel omnino maiorē.

amplius ad quid orationes conducant cauillatorię. primum quidem inquit de his ipſis ad quæ cauillatoriarum pertractatio redargutionum utilis eſt. hęc uero tria eſſe aſſerit, ad dei contemplationem atque uniuerſam philoſophiam, atque quęſita in ea, necnon ad gloriam. philoſophię quidem propter hęc conducunt. quoniam inquit enim diximus redargutiones ut plurimum cauillatorias ab his quæ in dictione hoc eſt dictionibus fluere, atque nominibus. ſi quis quomodo conſtituantur, nouerit, atque diuina ſpeculari inchoauerit, non utique falli uſquam poterit. quamobrem illic res quidē ſunt, quæ uiſum atque ſenſum ſubterfugiunt, orationes ſolæ atque nomina. ſunt, quæ cum quis non ignorauerit de diuinis cum aliquo differens rebus, quo nam pacto error eum inuoluet? hoc uero melius habere faciunt. hoc ſignificat. redargutiones inquit cauillatoriæ ut plurimum e dictionibus manantes faciunt de diuinis cum aliquo differentem rebus ad id quod ſingulum quot dicatur modis, melius ſe habere. prętere a uero & quæ pariter tum rebus, tum nominibus, nec non quæ ſecus ſe habent ſcire ut uidere, & uerberare, re quidem ſecus, nomine uero pari modo ſe habent. actiua enim ſunt ambo. altero uero modo philoſophię conducunt, & cū quis cum nemine uno diuina, ſed ſecum inquirit, atque pertractat. tertium uero, quod reliquum eſt, ad gloriā conducunt. & qualis ſit gloria, infert, uidelicet omni in re exercitatum uideri. ſi enim rationes quis nouerit cauillatorias, omnino utique & in quibus penitus nouit nihil, aggredi dicendo tentabit, & cū alij diſſeruerint ipſe a cauillationibus inchoans dictionum nonnullam carpet, atque horum exercitatione confirmatus non ſolum perperam differentem carpet, ſed & reprehenſionis cauſam non tacebit. cum aliquo enim differentem atque ſermonem communicātem orationes floccifacere, neque qua de cauſa paruipendat, declarare, animi contentioſi, atque ſcientis nihil, ſuſpitionem iniecit.

Reſpondentibus uero quomodo obuiam eundum eſt eiuſmodi orationibus, planum eſt: ſi quidem recte diximus prius, ex quibus cauillationes conſtituuntur, & in interrogando exceſſus, abunde diſtinximus.

Planum eſſe dicit, quomodo orationibus cauillatorijs occurrendum a reſpondente. Cap. XCIX.

Reſpondentibus uero quomodo obuiam eundum eſt] Inquit ex his quæ diſſeruimus prius & cauillationes tredecim diuiſimus, planum, quomodo ad redargutiones inſiſtere oportet. ſi enim quomodo hęc conſtituantur, quaque de cauſa affatim dixerimus, atque exceſſus in interrogando diſtinxerimus. exceſſus enim uere eſt reſpondentem ęquiuoca fateri cogere. & quomodo reſpondere oportet planum.

Non idem uero eſt accipientem orationem uidere, atque uitium ſoluere, & interrogatum, occurrere celeriter poſſe. quod enim ſæpe ſcimus, ſi tranſpoſitum ſit, non ſcimus. præterea ut in alijs, uelocius & tardius exercitatione conſtat magis, ita & in orationibus ſe habet. quamobrem nobis quidem compertum ſit, ſi negligentes ſimus, ſæpe tempore tardius erimus.

Utilitatem, quam affert exercitatio, declarat. Cap. C.

Non idem uero eſt accipientem orationem uidere] Nunc exercitationes & cum alijs diſputationes non mediocrem utilitatem afferre docet. nō enim idem eſſe per ſe aliquem ſumentem orationem conſiderare, atque huius prauitatem diluere, necnon celeriter interrogationi occurrere poſſe. per ſe quidem enim remiſſe, & (ut quiſque uult) argumenta conficiet, cum uero interrogatur, non pauca opus eſt diligentia. non raro enim quæ quiſpiam ſimpliciter interrogatus non concederet, hæc propter interrogationis modum admitteret, atque affirmaret. quamobrem modo quodam eiuſmodi interrogatio reſpondentem ignorantem conſtituit. quod enim ſcimus cum tranſpoſitum atque modo tali interrogatum fuerit, ignoramus. ut neminem oculis uerberare cognoſcentes, quis enim oculo uerberare aliquem ualet. hoc utique ex eiuſmodi neſciemus ſciſcitatione, atque aliquem oculo, non bacillo, aut uirga uapulare conceſſimus. ut num quo uides tu hunc uerberatum, hoc iſte uerberatus eſt. ſi igitur oratio hoc modo interrogata eſſet ratiocinando reſpondens inquit, nempe, his admiſſis ſi afferreremus, ſed uidiſti quidē hunc oculo uerberatum, colligetur, oculo igitur uerberauit. quod igitur cum interrogamur alio quodam modo abſque eo quem ſcimus, ignoramus, quia inexercitati ſumus. amplius & in orationibus ęque ac in alijs artibus exercitatum eſſe non minimum conducit. quamobrem interrogatum non raro nos non fugit, cū uero inexercitati ſimus, reſpondere celeriter nequeuntes tardiores reſponſionibus incedimus, tardius cōſiderantes, atque ab his qui compendioſas fecere interrogationes peruertimur.

Nonnunquam uero accidit ut in deſcriptionibus. etenim illic reſoluentes, nonnunquam iterū componere non ualemus, ſic & in elenchis. non neſcientes enim propter quod oratio con

tingit,

tingit, orationem coniungere dubitamus.

Inexercitatum eſſe damnat. Cap. CI.

Nonnunquam uero accidit, ut in deſcriptionibus] Amplius de eodem ſermonem habet inexercitationem incuſans, atque inquit. ut in deſcriptionibus rei ſpeculandę propoſitiones demonſtratiuas componere, & in figuram referre nequimus. quia contemplatu difficile qualis propoſitionum maior, & qualis minor. uelut in hoc, coſtam diametro incõmenſurabilem eſſe. & in non paucis euenit alijs. ut in quam in his, ſic & in elenchis. quia in oratione errores quam plurimi committuntur, haud fieri poteſt, ſimul ut inſpiciamus qualis eſt, qua elenchus extruitur. nanque neque ſedere, neque ſcribere Socratem ponatur, & quiſpiam dicat, ſedere Socratẽ, ſedens ſcribit, Socrates igitur ſcribit. hoc uero falſum. ſi igitur quiſpiã quia Socrates ſedet, falſum illatum eſſe dicit. diluit quidem. ad hominem quidem, nõ ad rem. non enim propter propoſitionem quæ dicit, ſedere Socratem, ſed ob illam, quæ ſedentem ſcribere dicit, falſum. quoniam ſi coriſcus contigerit, ut ſedeat, cum Socrates ſtat, non ſcribat uero, & quiſpiam dicat, coriſcus ſedet, ſedens ſcribit, coriſcus igitur ſcribit. quod quidem falſum. non propter hoc dicere conuenit elenchũ eſſe conflatum, quia Socrates ſedens ſumptus ſit, ſedere enim poſitum eſt.

Primum quidem igitur quemadmodum ratiocinari probabiliter diximus nonnunquam magis, quam uere, eligere oportere, ſic interdum probabiliter potius, quam ſecundum ueritatem ſoluendum. omnino enim contra litigioſas non quia refellunt, ſed ne refellere uideantur, contendendum. non enim ipſos ratiocinari dicimus. quamobrem ut non uideantur corrigendum. ſi enim elenchus eſt contradictio non æquiuoca ex quibuſdam, non utique ut in ambiguitate & æquiuocatione. diuiſio fiat, opus eſt. non enim ratiocinationem conſtituit, ſed nullius alterius cauſa ante diuidendum, ſed aut quia concluſio in redargutionis modum eſſe apparet.

Inter probabiliter magis quàm uere ſoluendum. Cap. CII.

Primum quidem igitur quemadmodum ratiocinari probabiliter diximus] Quemadmodum inquit cum uera non admittit reſpondens, quam uere, ratiocinari probabiliter magis eligere oportere diſſeruimus. ſic ex apparentibus non ex ueris cauillationes reſpondentem diluere. non enim cauillationes uerę ſed apparentes ſunt redargutiones. quomodo uero apparentes confirmat, dicens ipſos non ratiocinari. quamobrem quia apparentes ſunt, oportet reſpondentem ne refelli uideatur, corrigere. hoc eſt. in quo coarguere quidem uidetur, ſed non coarguit, dicere oportet, atque auditores corrigere. ſi enim in quo nõ exiſtens, eſſe uidetur elenchus dixerimus, eos quibus uidebatur, nos coargutos eſſe corrigemus, atque ab hac opinione abducemus falſa. qui enim a falſa exiſtimatione aliquem abducit, hunc ad ueritatem corrigit. & nos ſi in quo non exiſtens, apparet elenchus dixerimus, auditores corrigemus, atque ipſis eam quę non eſt, redargutionem non approbare perſuadebimus. omnino enim inquit contra eiuſmodi uelut non coarguentes pugnare oportet. quod enim contingit redargutionem non eſſe, uideri dicere, atque oſtendere oportet, in quo non eſt, ſed apparet. ut in compoſitione, aut in ęquiuocatione, aut circa dictionem, aut amphibologiam apparet, non eſt uero. quoniam quidem elenchus uerus contradictio eſt ex quibuſdã non ęquiuoca, non aliud quid in ęquiuocis aut ambiguis redargutionibus quam dicere ſolum ambigua atque ęquiuoca quę interrogantur, eſſe, reſpondentem determinare oportet, necnon concluſionem apparere coarguere, quod quidem quia ęquiuoca eſt, non pręſtat.

Non igitur redargui, ſed uideri cauendum. quoniam ambigua interrogare, & quæ æquiuocationis ſunt, necnon alias eiuſmodi fraudes, & redargutionem ueram demolitur, & eum qui coarguitur necnon qui nullam ſubijt redargutionem dubium conſtituit. quoniam in fine qui concluditur, non ut affirmauit, negare dicere licet, ſed æquiuoce, aut ambigue, & ſi maxime in idem referens contigerit, dubium eſt ſi coargutus eſt. ambiguum enim eſt ſi nunc uera dicit, ſi uero diuidens æquiuocum aut ambiguum interrogaſſet, non utique dubia redargutio foret.

Ne refelli reſpondens uideatur, cauere debet, et quæ amoliuntur ueram redargutionem docet, & quomodo in æquiuocis uera redargutio conſtitui poteſt. Cap. CIII.

Non igitur redargui, ſed uideri cauendum] nequaquã inquit eum qui interrogatut, ne aliquo modo refellatur, ſed coargui uideatur, pauere oportere. non enim unqtiam a' cauillatoribus. falſa recipientibus proprie falletur. tantum enim ob eiuſmodi interrogationes inquit cauillator uere nõ redarguit. quãobrem & ſi non raro quiſpiam propter imperitiam fallitur, talem latere uult, neque ipſum palam oſtẽdere. ęquiuoca enim interrogare, aut ambigua, & quęcũque eiuſmodi alia cauillatoria, redargutionem propriam demolitur atque eum quem redarguit, occultum eſſe conſtituit. ſæpius enim ſi ęquiuoca diſtinxiſſet, atque interrogaſſet, cauillator proprie utique redargutionem conſtituiſſet. ut ſi canis ſignificationes partitus eſſet, & de earum una quippiam interrogaſſet, utique feſellìſſet. nunc uero cum hoc agat, nõ raro abſurdi quid concludes reſpondentem obuitentem inuenit, atque dicentem, non in hoc de quo cauillator negauit, affirmaſſe. atque ſortaſſe in quo dedit ille reſpondens, in hoc utique & interrogans concluſit. quamobrem illum coargutum eſſe in lucẽ nõ edidit. occultum enim ſi uere nunc dicit reſpondens, dicens non in hoc de quo concludebat cauillatot, concedere. hoc uero, ſi ęquiuoca diuidens interrogaſſet, confectum non eſſet.

Cum nunc quidem minus quærunt, prius uero magis contentioſi hoc uel nempe, uel non. ut reſponderet is qui interrogatur, utique fiebat, nunc uero quia non recte interrogant, qui percunctantur, interrogationis uitium corrigentem quippiam reſpondere neceſſe eſt. quoniam diuiſum ſatis cum ſit, aut certe, aut non, dicere reſpondentem neceſſarium eſt.

Quid uero cauillatores Platonis tempore quærebant. & minus Ar. tempore oſtendit. Cap. CIIII.

Cum nunc quidem minus quęrunt.]. Si ęquiuoca cauillator diuidens interrogaret, fieret quod nũc minus quærunt cauillatores, Platonis uero tẽpeſtate magis. quid uero illud quod quærebant, erat, affert, reſpondentem aut, nempe, non. antiquitus enim ambigua atque ęquiuoca Platonem ſciſcitantes, ipſum contradictionem reſpondere inueniebant, eſt quidem ſic, eſt uero ut non. unde & ipſum unum reſpondere coegere, aut equidem, aut non ſecundum dialecticos. huic enim ſtudium impendiſſe ſuum cauillatores aſſerit. nunc utique fieret, ſi cauillatores ęquiuocorum ſignificationes diuidentes de harũ aliqua quippiam interrogarent, ut de terreſtri cane ſi accenſiones moueret. omnino enim reſpondens aut certe, aut non reſponderet. nunc non diuidentibus eum qui interrogatur ęquiuocum, aut ambiguum ęquiuocum reſpondere neceſſe eſt, hoc eſt, dicere oportet, apparet quidem, non eſt uere, aut fortaſſis, aut quippiam eiuſmodi. ſic enim planum eſt. quod his qui intererogantur non placet. quia minime uera ſunt, uidelicet dicta eum qui interrogatus eſt reſpondere. neceſſarium, aut contradictionem dicere, hoc, eſt quidem ſic, eſt uero ut non, atque hoc pacto interrogationis malitiam corrigere.

Si uero redargutionem ſecundum æquiuocationem quiſpiã eſſe ſuſpicatus fuerit, modo quodam ne coarguatur reſpondens euadere non poterit. quoniam in bis enim quæ aſpectui patent, nomen quod affirmauit negare, & quod negauit, affirmare neceſſarium. ut enim quidam corrigunt, nihil utilitatis præſtat. non enim muſicum & immuſicum coriſcum eſſe aiũt, ſed hunc coriſcum, muſicum, & hunc coriſcum immuſicum.

Si cauillatores æquiuocatione & alijs fraudibus uere redarguerent & exiſtimarent omnes etiam ſcientes falli contingeret. Cap. CV.

Si uero radargutionem ſecundum ęquiuocationem quiſpiam eſſe ſuſpicatus fuerit.] Paulo ante apparenter & non proprie cauillatores refellere dixit, nunc inquit, ſi quiſpiam refellere cauillatores proprie & redargutionem quæ ſecundum ęquiuocationẽ atque alias fraudes eſt: non apparentem eſſe redargutionem opinatus fuerit, omnes atque ipſos ſcientes falli continget. nanque & hi ęquiuocationibus & eiuſmodi alijs a' ſophiſtis fallũtur. & ſi hoc pacto res ſe habet, atque uerus elenchus eiuſmodi exiſtimatur elenchus, modo quodam quin aliquando fallatur, reſpondens, non euadet. fieri enim nõ poteſt, ut ij qui uerum elenchum apparentem eſſe elenchum atque paralogiſmum aſſerunt, ut non redarguãtur, caueãt. & modo quodam redargutionem non euadet reſpondens. hoc uero modo quodam addidit, quia hic nõ eſt elenchus proprie. quomodo uero falli homines continget, infert. in his enim quæ ad aſpectum referuntur, aut ſub aſpectum ueniunt, non raro quod affirmauit reſpondens, negare, itemque quod negauit, affirmare neceſſarium. primum uero recte erit, ſi cauillationis deductio explicetur, atque hoc pacto dictionem ſpeculari. cauillatores ueſte aut quappiam alia re coriſcum muſicum operientes interrogabant. nũ

quod

quod Coriſcus muſicus eſt, nouiſti? certe, quid uero opertum, quis eſt, nouiſti, non, deinde operimentum tollentes quid uero dicebant, hunc, quis eſt, nouiſti? nempe, igitur hunc & quod muſicus eſt, nouiſti. at quidem & non nouiſti. quem enim cum opertus erat, quis eſſet, ignorabas, hunc uero ſi erat muſicus, minime cognoſcebas. eundem igitur & muſicum & non muſicum ſiue muſicum & immuſicum nouiſti. quamobrem a quo nomen muſicus negaſti, hoc de eodem affirmaſti. item num opertum quis eſt, nouiſti? non, deinde nudum oſtendentes. quid uero hunc nouiſti, equidem, Coriſcus enim eſt. ſed ipſum & non Coriſcum dixiſti. quem enim omnino quis eſt, neſciebas, neque ſi Coriſcus eſt, non ignorabas. quamobrem idem nomen de eodem partim affirmaſti, partim negaſti. accidentis cauillatio eſt. Coriſco enim operto eſſe accidit. quod accidenti adeſt, & rei adeſſe, cui accidens ineſt non neceſſarium. non enim ſi album biſyllabum, Alcibiadi uero accidit eſſe albo, Alcibiadi biſyllabum adeſſe neceſſe eſt. non enim biſyllabum Alcibiades eſt. hoc modo & in his, non enim ſi quis opertus eſt, neſcio, Coriſco uero operto eſſe accidit, & Coriſcum ignorare eſt neceſſarium. quare dicere oportet accidentis eſſe. eiuſmodi enim eſt de operto cauillatio, aut æquiuocationis, aut ambiguitatis oratio aut in horum aliquo fraus. illi hoc pacto dicentes diluebant, hunc Coriſcum noui muſicum meo paret aſpectui, & hunc noui Coriſcum, opertum uero & immuſicum, & non Coriſcum. ſententia quidem igitur atque cauillationis eiuſmodi quædam utique deductio erat. dictio uero, hoc utique modo ſe haberet. uiſilia dicit, actu uiſilia, quæ reſpicientes cognoſcimus, operta ignoramus. in his enim quod quiſpiam affirmauit, negare, & quod negauit, affirmare eſt neceſſarium. quem enim uidens muſicum dicebat, opertum, & aſpectui minime obuium immuſicum diceret. & quem dicit immuſicum opertum, hunc quo operiebatur ſublato muſicum diceret. quare in his inquit quæ aſpectui ſubdita ſunt, quod nomen affirmauit, ab eodem negare neceſſarium. item quod dixit eſſe album, negare, & dicere non album eſt, neceſſe ſoluere quidem ut diximus. oportet aut quia accidentis eſt, aut alterius cuiuſdam modi. quod quidem & ipſe cum cauillationum ſolutiones exponit, dicet, ſed non ut iſti.

Eadem enim oratio erit huius Coriſcum huic, hunc Coriſcum muſicum eſſe, quod quidem ſimul affirmabunt & negabunt. ſed forte non idem ſignificat, non enim illic nomen. quamobrem neque in aliquo differt. ſi uero hoc quidem, dicere ſimpliciter aſſignabit, huic uero, additione aliquem aut hunc abſurdum. non enim altero magis, utro enim nihil differt.

Reſponſionem quorundam reiecit quia non ſeruant in concluſione quod in propoſitionibus neque econtra. Cap. CVI.

Eadem enim oratio erit huius Coriſcum.] Quod dicit eiuſmodi eſt. dicere Coriſcũ noui, huic, idem eſt. hunc Coriſcum. hoc enim, num quia muſicus eſt, Coriſcum nouiſti? equidem, hoc, idẽ huic eſt, num hunc Coriſcum, quia muſicus eſt, nouiſti? quem enim muſicum aut Coriſcum nunc dicis cũ id quo operiebatur ablatum fuerit, hunc dicebas, & cum opertus erat, & præterea de eodem ut dicatur planius. nonnulli cauillationem diluebant dicentes, hunc quidem Coriſcum non ignorare muſicũ, hunc uero immuſicum, in differentibus interrogationem perſonis ferentes, atque duo ſubiecta accipientes, quos inutiliter ſoluere aſſerit dicens, eadem enim erit oratio Coriſcum eſſe muſicum, aut immuſicum, huic, hunc Coriſcum. hoc per hæc dicens. quoniam cum dicimus, num Coriſcum muſicum nouiſti? hunc numero unum, & non multos dicimus, ſed ueſte tectum, de quo affirmatur, negatur. ſoluentes igitur perperam delens inquit, ſed forte non idem ſignificat. quod uirtute tale utique eſſe poterit. forte iſto modo corrigere non oportet. quia hic Coriſcus muſicus, & hic immuſicus. ſed quia non idem ſignificat. hoc eſt, Coriſcus non unum ſignificat. unius enim nomen Coriſcus declaratiuum non eſt. quemadmodum neque Socrates, & albus Socrates. ſi enim & ſubiecto unum eſt Coriſcus, & opertus Coriſcus, ut & Socrates, & albus Socrates, ſed ratione non unus. quamobrem dicendum quod refelli poteſt, & accidentis eſt, deinde quoniam dixit eum qui æquiuocationis eſt, ſi quis ſuſpicabitur. hic uero accidentis poſuit exemplum, infert, non enim illic nomen, illic dicens de eo qui æquiuocationis eſt. in hoc enim nomen non idem ſignificat. quamobrem ſimpliciter de Coriſco, & de operto interrogare, quid differt. hoc uero, huic quidem ſimpliciter dicere Coriſcum aſſignabit. ad eos qui non recte ſoluunt, refertur, ipſorumque deſtrutiuum eſt. concluſionem enim propoſitionibus accõmodatam eſſe debere dicit. quomodo igitur nos non interrogat i, utrum hunc, aut hunc Coriſcum nouiſti, in concluſione iſtud inducitur. ſi enim in hac quidem uidelicet in propoſitionibus, ut illi dicunt ſimpliciter, quia Coriſcus muſicus dicere opus eſt, in concluſione uero hoc adijciendum. hic uero, abſurdum. hoc uero nihil altero magis, eiuſmodi eſt, quod tum in propoſitionibus, tum in concluſione, hunc æqualiter poſitum eſſe oportebat. aut enim & in propoſitionibus hic uero iungatur aut ſi non in illis, neque in concluſione adijciatur.

Enimuero quoniam dubius quidem eſt qui ambiguitatem interminatam dimiſit utrũ coargutus ſit, an non coargutus, ut. n. orationes diuidantur conceſſum eſt, interrogationẽ nõ de-

terminantem, ſed ſimpliciter dare, errorem eſſe planum eſt. quare & ſi non ipſe, ſed oratio ei qui coargutus eſt ſimilis eſt. non raro quidem contingit ambiguitatem animaduertentes, in diuiſione cunctari quia frequentes eiuſmodi proponunt. ut ne ſe ad omne difficiles præſtare uideantur. ſi uero non putantibus iuxta hoc rationem conſtitutam, ſæpe inopinabile occurret. quamobrem quia diuidere permiſſum eſt. non ut dictum prius cunctandum.

Cur cum æquiuocum eſt interrogatum reſpondentem diuidere & ſciſcitari in qua ſignificatione accipit interrogans docet. Cap. CVII.

Enimuero quoniam dubius quidem eſt.] Nunc interrogatum aliquod æquiuocum reſpondentem ipſum diſtinguere, & in qua interrogans ſignificatione dedit, ſciſcitari oportere docet. ſi enim non hoc pacto faciet, utrum coargutus ſit, an non? incertum. igitut quoniam clarum non eſt, ſi qui æquiuocum, aut orationem ambiguam non diſtinxerit, refellitur, reſpondenti ut diuidat permittitur. ſi hic teſpondens quod dico interrogatum non determinat, uidelicet non diuidit, ſed abſolute accipir, delinquit, & ſibi ipſi ut refelli uideatur, ipſe cauſa exiſtit. hinc uero accidit quod ſi non coargutus ipſe eſt, orationem eius cauillationem ſubiiſſe. ut ſi quiſpiam interrogatus ſit, utrum canis ardores commouet? deinde reſpondens, nempe dixerit, ad cœleſtem proſpiciens, neque canis ſignificationes diſtinctę ſint, ipſe quidem uelut cœleſtem mouere ardores concedens, non refelli uidetur, eius uero diſputatio, atque reſponſio tanquam non diuiſerit, iſtud non fugere poterit. non raro uero inquit eum qui interrogatur, æquiuocam aut ambiguam eſſe orationem, quæ interrogatur, inſpicientem atque ſcientem non partiri quod interrogatum, contingit ad hoc pigrum, atque cœleſtem, ne uelut perpetuo diuidens difficilis eſſe uideatur. quoniam enim cauillatores æquiuocas atque ambiguas interrogationes perpetuo ſciſcitantur, reſpondens ſi omnia diuidere aggrediatur, difficilis ne, eſſe uideatur, cauet. deinde reſpondentibus ſi abſque diuiſione interrogatum dederint, nihil hinc abſurdi contingere putantibus, non raro quippiam inopinabilis occurret. quamobrem à reſpondente ut eiuſmodi fiat reſponſio cauendum, & quoniam ipſi conſtitutum ut interrogationes diſtinguat ad hoc minime cunctandum.

Si duas interrogationes non unam quis conſtituat, neque æquiuocationis & ambiguitatis cauillatio conſtituebatur, ſed uel redargutio, uel non. quid enim ſi Callias quidē et Themiſtocles muſici ſint, aut ambobus cum alteri ſint, nomen unum inditum ſit interrogare differt. ſi enim uno plura declarat, plura interrogauit.

Originem æquiuocationis & amphibologiæ docet. Cap. CVIII.

Si duas interrogationes non unam quis conſtituat.] Aequiuocationis atque amphibologiæ nunc originem docet, & inquit ipſas gigni, quia duas interrogationes unam facit. ut enim in illa plures interrogationes cum ſint, unum habent prædicatum, ſic & ſi unum eſt nomen, at plurium declaratiuum. ſi igitur plures interrogationes unam faciens, fraus non erat, utique neque æquiuocationis, atque amphibologiæ cauillatio, & errot extaret. ſi uero ambiguitas aut æquiuocatio non eſſet, aut uerus elenchus fieret, aut non omnino gigneretut. ut ſi multorum canis nomen ſignificatiuum non eſſet, ſed unum quid declararet, ut cœleſtem ſolum, ſi interrogatus quiſpiam eſſet, utrum latrat canis, interrogatus uero negaſſet, eſſet ne proprie redargutus, minime. Quoniam ſolum cœleſtem canis nomen ſignificat. ſi interrogaretur, num latrat, & dicat non, nullo pacto coargutus eſt. ſi uero affirmaſſet, redargutionem paſſus uideretur. quomodo uero æquiuocum quid interrogans plures interrogationes ſciſcitetur, demonſtrat. quid enim dicere, num Callias & Themiſtocles muſici ſunt, differt, ab hoc dicto, num canis latrat? in ambobus uero res plures ſunt. omne enim quod interrogatur ſi non ſimplex ſit, ſed æquiuocum & plura in interrogatione una accepta eſſe declarat, multa interrogat.

Si quidem non rectum ad duas interrogationes unam reſponſionem ſimpliciter ſumere cenſere, nulli æquiuocorum conuenire ſimpliciter reſpondere planum, neque ſi de omnibus ut non nulli iudicant uerum. hoc enim differt nihil, aut ſi interrogatum eſt, utrum Coriſcus et Callias domi ſunt an non domi, ſiue utrique adſint, ſiue abſint. utroque enim modo,

propoſitiones plures . non enim ſi uerum dicere , propter hoc una interrogatio. contingit enim & ſexcentas alias interrogatas interrogationes , & ad omnes certe, aut non, dicere uerum eſſe . ſed tamen non unica reſpondendum reſponſione . diſputatio nanque tollitur .

Declarat æquiuocorum non unam debere eſſe reſponſionem .
Cap. CIX.

Si quidem non rectum ad duas interrogationes.] Quoniam differendi arti ad duas interrogationes unam adhibere reſponſionem minime accommodatum eſt, reliquum eſt neque æquiuocorum unam debere eſſe reſponſionem. ut enim diximus æquiuocum ſciſcitans, plura interrogat ſed neque ſi de omnibus rebus quæ nomine ſignificantur æquiuoco uerum eſt prædicatum. ut ſi quiſpiam interrogaret, utrũ Aiax animal bipes, hoc quidem, & de utriſque Aiacibus uerũ eſt. non oportet uero unam dare reſponſionem , & ob propoſitionis rationem dicentem, unius interrogationis una ſit reſponſio. ſic uero duplices interrogationes non abſolute reſponſionem admittunt, & ut ne aſſueti unam reſponſionem in nonnullis ueris interrogationibus dare, & in alijs non eiuſmodi multis hoc patiamur . nihil enim inquit æquiuocum quid interrogare differt & talem afferre interrogationem , utrum coriſcus & callias domi ſunt , aut non . quamuis enim ipſos eſſe domi uerum eſſet , & ſi non uterque , multæ interrogationes . non enim ſi ipſos eſſe domi dicere uerum erat, una eſt interrogatio .

Hoc uero ſimile ut ſi & idem nomen inditum ſit alijs . ſi igitur unam ad duas interrogationes reſponſionem dare non oportet , neque in æquiuocis certe, aut non , dicendum eſſe apertum eſt. non enim dicens reſpondet, ſed dixit . at quodammodo in diſputationibus iudicantur, quia contingens latet . quemadmodum igitur diximus, quoniam quidem nonnullæ uidentur cum non ſint eſſe redargutiones, eodem modo & ſolutiones quæ non ſunt , eſſe uidentur . quas quidem interdum magis in orationibus contentioſis, & cum ad duplex obuiã procedimus , adducere quam ueras oportere aſſerimus . reſpondens uero , in his quæ apparent , eſto dicere debet . etenim hoc pacto parexelenchus utique non conſtitui poterit . ſi uero quippiam inopinabile dicere cogatur , hic adijciendum maxime uideri, hoc enim pacto neque redargutio , neque inopinabile aſtrui uideretur.

Idem eſſe oſtendit pluribus interrogationibus unam reſponſionem dare & æquiuocis . & quando reſponſiones apparentes magis quàm ueras dare oportere. Cap. CX.

Hoc uero ſimile ut ſi & idem nomen .] Hoc inquit cum multa interrogantur , unam dare reſponſionem idem eſt , ſi interrogetur æquiuocum aliquod . huius enim hoc declaratiuum eſt, idem nomen alteris poneretur . differentibus enim rebus idem & unum inditum nomen . ad multas igitur interrogationes unam dare reſponſionem , idem eſt , ſi interrogetur aliquod æquiuocum , reſponſionem unam dare . quemadmodum igitur non ad differendi artificem ſpectat ad plures interrogationes nnam reſponſionem dare , ſic & ad æquiuocum quid idem facere . dicens uero in æquiuocis , certe , aut non, dicere non oportere , cauſam ne reſpondens hoc pacto certe , aut non , dicens reſpondeat , ponit . quod uero dicitur eiuſmodi eſt . quoniam multipliciter res dicitur , & omnia quorum declaratiuum nomen eſt , ut per hanc dictionem certe , aut non , declarentur , fieri non poteſt , quod non reſpondet perſpicuum eſt . ſi enim in alio quidem interrogans percuntatus eſt , in alio uero affirmauerit , aut negauerit reſpondens , nihil reſpondit . neqne enim qui in æquiuocis reſponſionem unam dedit , proprie reſpondit, at quidem dixit aliquid , atque multis dicendo nempe, aut non, uidetur, reſponſionẽ uero non dedit . reſponſio .n. eſt, cum quis interrogatus hoc ipſe idem aut dederit, aut negauerit. ſi uero aliud quidẽ interrogans percũtatus eſt, atque aliud affirmauerit, aut negauerit reſpõdens, dixit quidẽ aliquid, & hoc modo tanq̃ ſi ipſe eligens dixit, reſpõſionem uero nõ dedit. hoc uero, ſed cenſentur quodam modo in his quæ differuntur . huic, equũ eſt, & ſi nempe, aut nõ, dicentes non ſecundũ ueritatem in æquiuocis reſpondent, tamen cenſentur. hoc eſt putantur, atque exiſtimantur reſponſionẽ dediſſe. exiſtimantur uero inquit reſpõdiſſe, q̃a auditores contingẽtia latent, uidelicet unius interrogationis unã eſſe reſpõ

ſionem, atque multarum multas. uel maxime quia in æquiuocis reſponſionem non eſſe ipſos latet. hoc enim dixit contingens. in æquiuocis enim eam quæ exiſtimatur reſponſio, reſponſionem non eſſe contingit. quod quidem in libro de differendi arte octauo dixit, hoc & hic aſſerit, quod reſponſiones potius falſas dandum, quam ueras, ſiquidem has interrogans facilius admiſerit. quoniam enim inquit ut nonnullæ redargutiones ueræ quidem non ſunt, eſſe uidentur. eodem modo & ſolutiones aliquæ, quæ cum non ſint, quibuſdam uidentur. quas interdum magis quam ueras afferendum. nanque contra omnino reſiſtentem ut idem præceptum ſit, in omnibus obniti oportet. ſed neque ſimpliciter inquit reſpondere oportet, ſed quod & ipſe ſæpius dixit, forte dicendum, & ſit, & uidetur. nunquam enim his prædictis cauillatorius fieri elenchus poterit. hunc enim parexelenchum quia extra proprium & uerum ſit elenchum, uocat.

Quoniam uero quomodo quod in principio petitur, planum. omnes uero ſi proximum ſit, auferendum putant, & quædam concedendum non eſſe, uelut quod in initio eſt petente. cum eiuſmodi quiſpiam iudicauerit, quod quidem ex poſitione contingit neceſſarium, aut falſum, aut inopinabile, idem dicendum. quæ enim ex neceſſitate contingunt, eiuſdem poſitionis eſſe uidentur.

Oſtendit quomodo ſoluendum principij petitionem & quomodo petitur, & cum falſum, aut inopinabile in propoſitionibus eſt. Cap. CXI.

Quoniam uero quomodo quod in principio petitur, planum.] Quoniam inquit quid in initio peti planum eſt. tunc uero in initio petere, & accipere interrogantem exiſtimamus, cum proxima ſit & idem problemati interrogatio. in eiuſmodi dicit nonnullas conſeſtim perimendas interrogationum & nullo pacto concedere dicente reſpõdente. quod in initio ab interrogante peti. proxime enim ſunt & problemati propoſito eædem interrogationes, ut ſi uoluptas ut concludatur bonum, propoſitum ſit, percuntaretur, num gaudium bonum, non dandum, ſed quod in initio eſt peti dicendum. amplius cum quis concluſionem aliquam falſam, & inopinabilem, quæ ex neceſſitate ex falſis collecta propoſitionibus, iudicarit. falſum enim perpetuo ex falſis, hoc & in propoſitionibus dicendum falſas, aut improbabiles eſſe propoſitiones, quæ eiuſmodi colligunt concluſionem. concluſiones enim, quæ ipſe contingentia dixit, eiuſdem ſunt poſitionis. propoſitiones uero nunc poſitiones uocat. quales enim propoſitiones, tales & concluſiones ſunt. quamobrem ſi concluſio improbabilis ſit, & propoſitiones improbabiles dicendum.

Amplius cum non nomine uniuerſale acceptum ſit, ſed comparatione, non ut datum eſt dicendum neque ut protulit, accipit. nanque non raro propter hoc fit redargutio. his uero prohibitum ad id quia non recte demonſtratum eſt, confugere oportet, ſecundum dictã determinationem occurrentem.

Quomodo non id quod uolumus proponimus, ſed aliud ut quod uolumus per illud concludamus. Cap. CXII.

Amplius cum non nomine uniuerſale acceptum ſit.] Vt in comparatione ſumatur quod accipere uolumus in libro artis differendi octauo dixit, cum quod uolumus accipere hoc modo nõ ut ipſum uolentes interrogamus, ſed ut per ipſum accipere aliud uolentes. ut continentiam uirtutem eſſe accipere uolentes, non diceremus quid ne continentia uirtus eſt? ſed num ut continentia uirtus, ſic & fortitudo, & iuſtitia? ſi igitur & hic comparationem hoc dicit, erit utique hoc dicens, quod cum non nomine uniuerſale, hoc eſt non ipſum ſecundum ipſum, neque ut per ipſum acceptum ſit. ut contrariorum ſcientia una, aut continentia uirtus. comparatione uero. cum dico, & non per ipſum, ſed alterius gratia. cum igitur uniuerſale comparatione acceptum ſit, dicendum quod non hoc modo dedit, neque ut conceſſit, ſumpſit. non enim continentiam conceſſit eſſe uirtutem, ſed fortitudinem. ſi uero nõ hoc modo, hoc quod comparatione eſt, acceptum ſit, erit utique dicens cum uniuerſale non nomine acceptum ſit, ſed comparatione, & oratione, hoc & hoc non nomine dicendum, ſed oratione accipietur uniuerſale hoc modo. num ceruus cum quadrupes ſit, biſidus eſt? nempe, quid uero capra? equidẽ, quid bos? certe, qd uero ouis, utique, & omne igitur quod eiuſmodi eſt, biſidum eſt, at equus qui talis eſt, non biſidus, non igitur omne biſidum. hic omne quod utique ſit tale, biſidum eſt oratione acceptũ, oratio enim hæc, omne quod utique ſit tale, non nomen. ſi uero dixit, omnis igitur quadrupes nomine uniuerſale accepit, quadrupes enim nomen. ad hoc dicendum, quod omne igitur tale non in

quadrupede, ſed in cornua gerente dedit. omne enim cornua gerens, bifidum. his uero prohibitum, ad ipſum refellendum conuerti oportet. quia neque demonſtrauit, neque ſecundum dictam determinatiouem ratiocinatus eſt. determinationem dicens æquiuocationem, ambiguitatem, diuiſionem, compoſitionem, atque reliquos modos, iuxta quos redargutio apparens conficitur. cauillationis igitur modum oſtendentes, ipſum non demonſtrantem, neque ratiocinantem ant refellentem demonſtrabimus.

In nominibus quidem igitur proprie dictis reſpondere uel ſimpliciter, uel diuidendo neceſſarium. quæ uero ſubintelligentes ponimus, ut quæcunque non plane, ſed diminute interrogantur, propter hoc redargutio cōtingit. ut num quod athenienſium poſſeſſio, eſt athenienſium? nempe. ſimiliter uero & in alijs. ſed quidem animalium eſt homo? certe, animalium igitur poſſeſſio homo. hominem enim animalium eſſe dicimus, quoniam animalium eſt. & lyſandrum laconum, quia laco. planum igitur quod in quibus quod proponitur perſpicuum non eſt, ſimpliciter non admitt e dum.

Quando ſimpliciter & ſine diuiſione & quando cum diuiſione reſpondendum. Cap. CXIII.

In nominibus quidem igitur proprie dictis.] In nominibus inquit dictis proprie atque perfecte. proprie enim nomina uocat illa, quæ rebus ſubiectis accommodata, ut homo, equus reſpondere aut nempe, aut non, aut ſimpliciter, & extra diuiſionem neceſſarium, ſi non ſit æquiuocum, uel ſi ſit, cum diuiſione. ad ea quæ mutilatis ſciſcitantur interrogationibus, ſimpliciter, aut equidem, aut non, reſpondere non oportet. propter hoc enim redargutio accidit. ſimul intellecta ſunt, quæ in his quæ interrogata ante commemorata ſunt. ut quod Athenienſium, num poſſeſsio Atheniēſium, equidem, quid uero homo animalium? certe, homo igitur eſt animalium poſſeſsio. hic enim ut intelligatur poſſeſsio; cogit. ut enim quod Athenienſium, poſſeſsio eſt Atheniēſium. ſic & quod animalium erit, poſſeſsio animalium. eſt uero hic animalium homo, poſſeſſio igitur animalium. hic igitut problematis interrogatio cum facta ſit mutilia, cauillatio accidit. dicere enim oportebat, num quod Athenienſium, poſſeſsio eſt Athenienſiū? & quod laconum poſſeſsio, horum poſſeſſio?

Cum duo exiſtant, altero quidem exiſtente, ex neceſſitate alterum eſſe uidetur. reliquo uero, hoc non ex neceſſitate. interrogatum utrum oportet minus dare. ex pluribus enim ratiocinari difficilius.

Particulare magis dandum & cur particulare ex pluribus quàm uniuerſale conſtet magis. Cap. CXIIII.

Cum duo exiſtant.] Hoc ſi eorum quæ in conſequentis elencho diſſeruit, meminerimus, planū erit. factum quidem, ſequi habere principium dixit, & cum eſt factum, ex neceſsitate eſt, & principium habet. ſi enim factum, & principium habuit, non quidem ſi principium habet, & factum. pluriſariam enim principium. in his inquit quod magis particulare, hoc enim dixit minus. qui interrogatur eum dare, & concedere oportet. uerum enim hoc uero alterū non dare, hoc enim ſubintelligere eſt opus. minus uero & particulare magis quod factum, eo cuius eſt principium, ut & animal homo. cū enim ſit homo, neceſſario & animal eſt. cum animal ſit, non neceſſe & homo. hoc igitur uelut uniuerſale exiſtēs non cōcedendum. hoc enim declarat interrogatum utrum minus dare oportet. uidelicet cum interrogatio per utrum formata, particulare dare oportet. pariter uero & in terminis & ratiocinationibus minora & particularia perpetuo concedendum. ex pluribus enim uidelicet particularioribus ratiocinari difficilius eſt. abſque enim uniuerſali (ut didicimus) ratiocinatio non conſtituitur. particularius uero plura dixit, aut quia compoſitum magis & pluribus conſtat. homo enim ex pluribus quam animal cōſtat magis. nam & quæ animali inſunt, ut ſubſtantiam animatum & ſenſitiuum habet, nec non rationale, atque ſcientiæ ſuſceptiuum, quæ animali non adſunt, habet. aut dixit ipſum plura, quia uniuerſale modo quodam eſt unum, particularia plura. expoſitio uero prior melior.

Si uero argumentetur quia huic eſt contrarium, huic uero non eſt, ſi oratio uera ſit, contrarium dicere, nomen uero alterius poſitum non eſſe.

Si uero argumentetur quia huic quidem.] In diſſerendi arte dictum eſt. ſi generi eſt contrarium, & ſpeciei generis ſpeciem neceſſe eſt eſſe contrariam. uirtuti enim quod genus eſt, & ipſi cum uitium contrarium ſit, & fortitudini quæ uirtutis ſpecies eſt, timiditas contraria eſt. hoc cum iſto modo ſe habeat. ſi quiſpiam animi armoniam non eſſe genus uere demonſtrauit, quia in armonia armoniæ contraria eſt, animo cum ſubſtantia ſit nullum quid eſſe contrarium, inquit & animo eſſe contrarium dicendum ſed ipſi nomen inditum non eſt, innominatum uero eſt.

Quoniam uero nonnulla eorum quæ dicunt, multi non concedentem falli utique dicerent, quædam uero non. ut quæcunque habentur ambigua. utrum enim corruptibilis an incorruptibilis animalium anima? a multis non determinatum. in quibus igitur nō planum utrū quod proponitur, dici conſueuit, utrum ut ſententiæ. ſententias enim appellant tum ueras opiniones tum totas negationes ut diameter incommenſurabilis.

Cum ambigua proponuntur nos non concedentes non fallimur ſi conceduntur à multis & non admittimus, erramus. Cap. CXVI.

Quoniam uero nonnulla eorum quæ dicunt multi.] Quoniam aliqua eorum, quæ plurimi dicunt, non concedentem falli aiunt, nonnulla uerò ut quæ dubia ſunt, cum non concedantur, non dicunt falli. ut & quod de animalium anima eſt. in his igitur ambiguis non abſolute reſpondere eſt opus, hoc enim deſideratur. ſed conſiderare quod quodammodo uult interrogans, ne ipſe idem accipias. ut ſi problema eſt, utrum animus mortalis an immortalis? quoniam hoc ambiguum quod uult interrogans, à te ſpectandum eſt, & ipſe alterum da nemo enim ut cupit, ambigua differentem carpit. in hac uero dictione, ut dictum eſt. in quibus igitur dubium utrum dici conſueuit. hoc deſideratur, in his non concedere oportet. eſt enim completa. in quibus igitur incompertum eſt, utrum dici conſueuit, certe, aut non, concedere non oportet, ſed dicere quod proponitur incertum eſſe, dicit uero ſententias & opiniones ueras dici, quales ſunt, quæ omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus, & his, aut omnibus, aut pluribus, aut maxime illuſtribus. de quibus in primo de diſſerendi arte libro dixit. & totas negationes, dicens totam negationem uniuerſalem negationem. ut nullus.

Amplius cuius uerum ambigitur maxime, utique quis de his nomina transferēs lateret. quia enim utrum uerum habet, planum non eſt, fallere non uidetur. quia uero probabile anceps eſt, falſum dicere non apparet. translatio uero orationem quæ coargui non poterit, conſtituet. præterea quaſcunque quis præſenſerit interrogationes, reſiſtēdum, atque denuntiandum. ſic enim maxime interrogantem impedire poſſent.

Quando & cuius gratia nomina transferre oportet. Cap. CXVII.

Amplius cuius uerum ambigitur.] In quibus inquit confeſſum non eſt, ſed ambiguum uerum, quiſpiam nomina ad id quod ſibi conducit, maxime transferens atque tranſponens latere utique poterit. ſi enim uerum eſt, animam ex ſe ipſa moueri, & ex ſe ipſa mobilem, ambigitur uero & æque apparet ex ſe ipſa moueri, & non moueri. nihil enim impedit in quo non accuratam quis comprehenſionem habeat, æqualiter & quod hoc modo, & non ſic putare, ſi motionis nomen in immobilitatem reſpondens transferens aiat, anima immortalis eſt, non ut tu interrogabas mota, fraudes nectere atque cauillatorie reſpondere non uidetur. utique animus per hoc quod per ſe mobilis eſt, immortalis demonſtrari poterit. per contrarium uero, mortalis. ſi enim non mouetur, à corpore non ſeparatur, ſi non ſeparatur, mortalis eſt. aut dicit transferre, translationibus uti. ſi enim animum quis poſuerit mortalē, translatione utetur, & dixerit, ſi animus armonia eſt uita exiſtens, ut in phedone fecit Plato, non utique unquam fieret inarmonia. id eſt mors. ſi enim animus uita exiſtens armonia eſt, mors penitus inarmonia, ſi armonia non fieret inarmonia, omnino neque mors, immortalis igitur animus. expoſitio uero prima propter ea quæ ſtatim illata ſunt, melior. dicit enim amplius quaſcunque quis præſenſerit interrogationum, reſiſtendum. reſpondenti hæc omnia committit quomodo quidem reſponſiones danti, ipſi impedimentum & deceptio non erit. dicit igitur & hæc, quæ ſuperiori nituntur ſen-

tentia. amplius eiuſmodi dictorum intellectus. cum quædam interrogantem nouerit reſpondens, ipſi quidem quæ interrogantur, ambigua eſſe dicat, & non ſic ſe habere differat, ut interrogans ponit, ſed contrario modo. ſic enim faciens, & quaſi os eius comprimens, dicendo non ſic eſt, ut tu dicis, ſed contrarium potius, quod uult, interrogantem, ne concludat, impedire poterit.

Quoniam uero ſolutio bona, ratiocinationis falſæ oſtenſio circa qualem interrogationem falſum contingit. biſariam uero ratiocinatio dicitur falſa, aut enim ſi falſo ratiocinatio collecta eſt, aut ſi cum non ſit ratiocinatio, eſſe ratiocinatio uidetur, erit utique nunc dicta ſolutio & ratiocinationis apparentis circa quam interrogationem correctio apparet. quare orationum has quidem ratiocinantes permentem, has uero apparentes diuidentem ſoluere contingit.

Orationem biſariam contingere eſſe falſam, & oſtenſionem falſitatis ſolutionem eſſe dicit. Cap. CXVIII.

Quoniam uero ſolutio bona ratiocinationis falſæ oſtenſio.] Acceſſurus ad diſciplinam nobis prodendam, qua cauillationes diluere ualeamus ſiue æquiuocationis, ſiue ambiguitatis ſunt, aut altero quodam trium ſupra decem modo, ad id quod uniuerſalius eſt, orationem refert. & ait; quoniam ratiocinatio cauillatoria omnis, aut falſas ſecundum materiam propoſitiones habet, aut uitioſa conſtat figura, & ſecundum hoc non ſyllogiſtica. cum uero integra figura conſtat, propoſitiones uero falſas habet, poſitarum propoſitionum unam, in qua falſitas eſt, aut ſi contingat, ambas ſed maiorem magis, (ut ſæpe diximus) perimere oportet; atque hoc pacto ipſam ſoluere. cum uero uitioſa conſtat figura, ſtatim malam connexionem quæ minime ſyllogiſtica eſt, refellere, atque ipſam deſtruere eſt opus. hæc quodammodo intentio dictorum eſt, & dictionem hoc pacto quaſi præcurrendo recenſeamus. quoniam oſtenſio & bona abſolute ratiocinationis cauillatoriæ redditio hæc eſt circa qualem propoſitionum, falſum contingit, maiorem, aut minorem demonſtrare. ratiocinatio uero falſa duplex. hæc quidem integra eſt figura, ut quæ dicit, animali omni lapis, omni homini animal, & ex hac ratiocinans omnis, & omnis, falſam concluſionem omnem hominem eſſe lapidem. hæc uero uitioſa conſtans figura, & propoſitionibus ueris, ut ex duabus in figura ſecunda affirmatiuis, omnem hominem equum eſſe concludens, quæ & cum ratiocinatio non ſit, uulgaribus eſſe uidetur: erit utique ratiocinationis, quæ hoc modo conſtituta eſt, ſolutio nunc dicta. dictam uero aſſerit ſolutionem, quę nunc proxime dicta eſt, quę eſt, quod non recta eſt ratiocinatio facta, & minime ſyllogiſtica. uel quia quę interrogata ſunt, ęquiuoca, aut ambigua, uel quid eiuſmodi, aut, quia ex duabus particularibus; aut negatiuis ambabus, aut aliquod tale. & propoſitionis non recte acceptę correctio, qua falſum colligitur. quare eſt ſoluere eiuſmodi ratiocinationes ratiocinantes quidem perimentem. apparentes uero diuidentem. hoc uero, apparentes diuidentem ſoluere, huic in propoſitiones reſoluentem ęquale eſt. uidere quomodo acceptę, & utrum quę interrogantur ęquiuoca ſunt, aut alio quodam modo, ex quibus fraudes reſultant & cauillationes, & ratiocinantes & proprium figurę in qua collectę ſunt, ſeruantes, cauillationis modum demonſtrantes perimendum, non ratiocinantes uero diuidentes & quod ex utriſque in figura ſecunda affirmatiuis uel quid eiuſmodi demonſtrantes.

Amplius quoniam orationum ratiocinantium partim quidem ueram, partim uero falſam concluſionem habent. eas quidem quæ concluſionem conſtat falſa, biſariam ſoluere contingit. etenim tum interrogatorum aliquod interimendo, tum hoc pacto concluſionem eſſe demonſtrando, eas uero quæ propoſitionibus conſtant falſis, ſolum perimendo aliquid. concluſio enim uera: quare orationem ſoluere uolentibus primum quidem conſiderandum ſi rectam ſeruat ratiocinationem aut non, deinde concluſio utrum uera an falſa. ut uel diuidentes uel perimentes ſoluamus, & perimentes aut ſic, aut ſic, quemadmodum prius dictum eſt.

Quando concluſionem & propoſitiones uel propoſitiones ſolum perimenda & hic ſolutio biſariam fit. Cap. CXIX.

Ad hunc uſque locum ex his quæ dixit, de ea quæ uitioſa conſtat figura; nec non quæ ſe-

cundum materiam eſt falſa, ratiocinatione pertractauit, nunc uero de ſola quæ bonam ſeruat figuram, a' ueritate uero declinat, ſermonem habet. & ait, talium quoniam ratiocinationum partim quidem concluſionem ueram habent, ut dicentes, homo lapis, lapis animal, homo igitur animal. partim uero ſunt concluſionem falſam habentes, quas declarat, ratiocinationes ſecundum quidem concluſionem falſas bifariam ſoluere eſt. etenim cum concluſio falſa, neceſſario & propoſitiones falſæ ſunt. in eiuſmodi igitur rõcinationibus, tum cõcluſio, tũ propoſitiones eiuſmodi inferẽtes concluſionẽ demoliendæ ſunt, falſas uero ſecundum propoſitiones unico modo ſoluendũ. quoniam & ex falſis uerum infertur, in eiuſmodi uero non concluſio, hæc enim uera, ſed propoſitiones perimẽtur. quamobrem eiuſmodi ratiocinationem cauillatoriam ſoluere uolentibus. uidelicet primũ cogitandum, utrum in figura an in materia uitium ſit? & ſi cauſa in materia contigerit, quærendum utrum in propoſitionibus an in concluſione falſum ſit? ſiquidem in concluſione, neceſſario & in propoſitionibus, non quidem e' contrario. quærendum uero hæc quodammodo. ſiquidem in figura error erit, ipſam diuidẽtes ſoluemus. ſi uero in materia falſitas, propoſitionem amoliendo falſam ſoluemus. hoc enim quodammodo aut diuidentes, aut perimentes ſoluimus. hoc quidem, diuidentes. pro hoc, in propoſitiones reſoluentes. quemadmodum & perimentes ſic, aut ſic, pro eo, aut concluſionem ſolum, aut concluſionem & propoſitiones.

Plurimum uero differt interrogatum & non ſoluere rationem. præuidere enim laborioſum, per otium uero uidere facile.

Erroris inuentionem eſſe ſolutionem facilem & difficilem & quamobrem ſic. cap. CXX.

Plurimum uero differt interrogatum, & non ſoluere rationem.] Quod propoſitum eſt, æquale huic eſt, orationis errorem uidere multum differt. hoc enim eſt ſcilicet erroris orationis inuentio ſolutio. cum per otium & per nos ipſos capiuntur, quomodo ratiocinando concluſio illata eſt, & quomodo propoſitiones acceptæ ſunt, conſideramus, & cum interrogantur. laborioſum enim eſt & plurimi re- uera hominem habitus requirit, ut una cum interrogatione quod ex oratione cõtingit, inſpicere poſſit.

Aequiuocationis quidem igitur & ambiguitatis redargutionum. hæ quidem interrogationum aliquam plura ſignificantem habent, hæ uero cõcluſionem pluriſariam dictam. ut in hoc, tacentem dicere, concluſio duplex. in hoc uero, non ſimul ſcire ſcientem, ut in hoc, ſciens dicere, aut agere, et illud ſimul ſcire quod dicit, aut agit, iſte uero ſcit dicere iambos, iſte igitur ſimul ſcit & iambos. interrogationum una ambigua, & duplex, interdum quidem eſt, interdum uero non eſt, ſed ſignificat duplex. hoc quidem ens, hoc uero non ens.

Quatuor modos quibus æquiuocatio & ambiguitas conſtantur eſſe declarat. cap. CXXI.

Aequiuocationis quidem igitur & ambiguitatis redargutionum.] Quatuor ſunt modi, quibus duas quæ æquiuocationis & ambiguitatis, ſpecies conſtitui conſueuit. unus quidem, cum oratio, uel nomen plura ſignificat, qui amphibologiæ & æquiuocationis cauillationibus æqualiter communis. alter, cum hoc modo dicere aſſueuimus. & hic communis. tertius uero cum compoſitum plura ſignificat, ſeparatum uero ſimplex eſt, ut hoc, ſcit literas. non enim hæc dictio, ſcit, plura ſignificat, neque hæc dictio, literæ. compoſitum uero duplex eſt, qui modus cauillationi quæ ſecundum amphibologiam eſt, peculiaris exiſtit. quartus uero, huic conuerſo modo ſe habet, cum compoſitum unum ſignificat. ut homo mortuus eſt. ſeparatum uero plura. ut & hoc Homerus poeta eſt, unum declarat, ſeparatum uero, ut Homerus eſt, multa. ſi enim quia poeta eſt, aut quia uiuit. & cum hæc iſto modo ſe habeant, dicit, quod de redargutionibus quæ circa æquiuocationes & amphibologiam, redargutiones quidem æquiuocationis unam quandam interrogationum habere multa ſignificantem. uidelicet nomen. quoniam uero hoc multa ſignificans habent & oratio duplex cui nomen annexum eſt, erit. ſubaudiendum igitur hoc & orationem. ut dictio perfecta ſit hoc modo. quæ quidem æquiuocationis ſunt, tum nomen tum orationem plura ſignificantia habent. in hoc enim, canis progreditur & nomina, & oratio plura ſignificant progreſſu enim & de reptione, & in greſſu, atque natatione dicitur. ſi igitur canis nomen plura ſignificat, & oratio cui hoc coniungetur, duplex erit. hæ uero concluſionem, hæ uero in amphibologia duplex in oratione habent, quam concluſionem nominauit, quia hæc & ipſa oratio eſt. amphibologia enim & ut propoſitio proponitur, fit uero & concluſio. quæ igitur in amphibologia ſunt, orationem plura habent ſignificantem, nomina uero non, ut fieret deijcere hoc nunc me. hic enim nominum nullum duplex, oratio uero ipſa nos ipſos ſignificans capere, & tolli. & forte quis diceret, quod & in redargutione quæ amphibologia eſt, & oratio & nomen duplicia ſunt. in hoc enim, num eſt tacentem dicere? & oratio duplex, & tacentem. primum quidem dicendum tacentem non nomen, ſed participium eſſe, pariter & uidentem. aliter uero in his quæ æquiuocationis ſunt, perpetuo & in nominibus

& orationibus

& orationibus duplex eſt. in cauillationibus uero amphibologię duplex quidem in oratione proprium, ut in initio hoc idem philoſophum inuenies dicentem, quando duplex & in nominibus habent, quando uero non habent. quæret uero utique aliqnis quomodo prius dixit, in hoc quod ſilentem dicere, cauillationis cauſam in contradictione nō in ratiocinatione eſſe, uidelicet, in cōcluſione, nunc uero in hoc quod dicere. ſilentem concluſionem duplicem eſſe dicit. an quoniam in nonnullis cauillationibus cōcluſio alteri propoſitionum eadem. quamobrem nonnunquam ut exemplum habentis duplex in propoſitionibus ipſam ſcilicet propoſitionem ſilentem dicere recipit. interdum uero ut exemplum habentis concluſionem duplicem. quod uero, nero in hoc, num eſt dicere ſilentem cōcluſio, & propoſitio duplices ſunt, planum eſt. quando concluſio a' propoſitionibus altera quædam eſt uunquā concluſionem & ut exemplum propoſitionis quæ duplex habet, ſed ſolum ut concluſionem recipit. hoc uero, in hoc uero ſimul ſcire ſcientem, redargutionis amphibologię in nominum nullo, ſed in oratione interrogatio duplicitatē habet. cauillatio uero talis exiſtit, num quod dicere, aut agere ſciens, illud quod dicit, aut agit, ſimul ſcit? equidem, hic dicere iambos ſcit, hic igitur & una iambos ſcit, ſed quæ ab ipſis declarantur ignorat. oratio enim de puero, aut uulgari interrogabatur. hic igitur ſi iambos dicere ſcit, non una & quæ per ipſos declarantur, ſcit. nihil enim impedit recitantem abſque libro proſerre ſcire, ignorare uero quæ ab ipſis declarantur, falſum eſt quod una ſcit. dicens uero, cauillationes quæ ab ęquiuocatione fluunt, & nomen & orationem habere plura ſignificantem. eas uero, quæ amphibologię, concluſionem quidem & orationem plura ſignificantem. habere ſiue propoſitio eſt oratio, ſiue concluſio. earum quæ ab ęquiuocatione emanant. exemplum non poſuit, amphibologię uero duo protulit exempla. hoc quidem & in propoſitionibus, & concluſione, hoc uero in propoſitione ſolum duplex habens. ſcite enim oportet, quod huius ſilentem dicere, duplex quidem concluſio, & propoſitio, huius uero, non una ſcire ſcientem, propoſitio quidē duplex concluſio uero non. concluſio enim hęc, iambos igitur & hic una ſcit, nou duplex. planior uero oratio in hoc, non una ſcit ſcientem. ſi hoc pacto quodammodo ſe habeat. in redargutione dicente, non igitur una ſcit ſciens, interrogatio duplex, & ambigua, concluſio uero ſimplex, & duplex interdum quidem eſt, aliquando uero non eſt. de duobus modis ea quæ plurifariam dicuntur conſtituentibus dixit. hoc quidem ſeparatim unumquodque ſimplex habente, compoſito uero non ſimplex. & hoc contrario modo huic iſtud habente, & eſt quod dicit eiuſmodi. quod duplex interdum quidem ſeparato ſcire a' literis non eſt, compoſito uero eſt. nonnunquam quidem duplex in compoſitione eſt, in diuiſione uero non eſt, aut econtrario. eſt uero & in cauillationibus amphibologię hoc pacto duplex aliquando quidem eſt & interrogationibus, & propoſitionibus nonnunquam uero nō eſt. hæc enim adinuicem duę ſpecies differre dictum eſt, quia quę ex ęquiuocatione ſunt, tum in nominibus tum in interrogationibus duplex perpetuo habent. amphibologię uero cauillationes, non perpetuo duplex, ſed aliquando quidem, nonnunquam uero non habent, hoc uero, alia ſignificant duplex, aliquando quidem ens, nonnunquam uero non ens. huic ęquum eſt, aliquid quidem duplicis ens, & uerum eſt, aliquid uero non ens, & falſum. in hoc enim num ſciens dicere, & illud una ſcit dicere, partim quidem uerum, partim uero falſum, in ſciente quidem uerum, hic enim una ſcit. in puero uero, aut uulgari, falſum.

Quibuſcunque quidem igitur in fine plurifariam, ſi contradictionem non antè acceperit, redargutio non gignitur. ut in hoc, cæcum uidere. abſquè enim contradictione non erat redargutio.

Si contradictio non ſumatur in propoſitionibus non fieri redargutionem demonſtrat. Cap. CXXII.

Quibuſcunque quidem igitur in fine plurifariam] Quod dicitur, planum eſt, ſi quidem eorum quæ in priorum reſolutoriorum ſecundo dixit, meminerimus, in quibus de ratiocinatione ex oppoſitis orationem habuit. ſunt uero quæ quidem dixit ibi ad finem hæc. intelligere uero oportet hoc modo non unica ratiocinatione concludi contrarium. ut concluſio ſit hæc, non ens bonum, bonum, aut aliud quid, & reliqua. cum hæc ibi hoc pacto diſſeruit quod quibuſcunque quidem in fine planum. huic æquum eſt, in quibuſcunque quidem in concluſione, hanc enim nuncupauit finem. in quibuſcunque igitur quod plurifariam dicitur, hoc eſt contradictio inſpicitur in fine. propoſitionem quæ contradictionem habet, acceptam ſcire oportet. ſi enim in propoſitione contradictionem non acceperit ante, redargutio non conſtituitur, contraria una ratiocinatione colligens. deinde ea quæ in priorum ſecundo reſolutoriorum pertractata ſunt, noſtrę ſubijciens memorię intulit: abſque enim contradictione non erat redargutio, ut redargutio, & enim in illis diſſeruit, ſine contradictionis pręacceptione redargutionem conſtitui non poſſe, quod bonum non bonum, priorum enim ſecunda, ſophiſticarum principia continent redargutionum. aut magis quod dicitur eſt, in quibuſcunque quidem in concluſione ambiguitas eſt, hanc enim plurifariā nuncupauit, nondum ſi refellit, planum, niſi contradictionem pręacceperit. huius enim hoc explicatiuum eſt, non redargutio gignitur, ut num eſt cæcum uidere? non, quid uero cum cæcum uides, non cæcum uides? eſt igitur cæcum uidere. hoc ambiguum, aut enim quia cæcus uidet, aut quia uidens cæcum, uidet. quamobrem ſi redargutio proferri in apertum debet, contradictionem hoc pacto pręaſſumere oportet, eſt num cæcum uidere? & non uidere? aut ſic, cæcus ne uidet? & non uidet? quoniam enim quid

horum concludatur ambiguum eſt, quia multa declarat, ſi ante capiatur contradictio, dubium eſt, ſi in ſignificationum alteram reſpiciens, & non in alteram concludatur. in hoc enim eſt ne dicere ſilentem? ſi refellit, cõpertum non eſt. ſi uero contradictionem aſſumpſerit. ante, dicens dicere, & non dicere ſilentẽ, planum eſt. hoc enim pacto in priorum ſecundo reſolutoriorum redargutionem conſtitui dixit, quod & in ęnigmatis modum dixit. extra enim contradictionem redargutio non erat.

In quibuſcunque uero interrogationibus non neceſſe negare duplex. non enim ad hoc, ſed propter hoc oratio.

Quando in interrogationibus duplex non negandum. Cap. CXXIII.

In quibuſcunque uero interrogationibus non neceſſe] In quibuſcunque uero interrogationibus duplex eſt, negare non neceſſe, hoc eſt, ſimpliciter negare non oportet, & dicere nõ. cum partim quidem uerum, partim uero falſum eſt. in his non neceſſe negare. falſo nanque negares. cum uniuerſum falſum, negare oportet. ut nũ Aiax cum Therſite ſingulari certamine pugnauit? non. hic enim negare neceſſe. nanque Aiacũ cum Therſite nullus ſingulari pugna certauit. an hoc uero, nũ dicere ſciens? & illud quod dicit, una ſcit? negare non neceſſe. de ſciente enim negare falſum. quæ enim dicere ſcit ſciens, ſimul ſcit. in his igitur non neceſſe. in concluſione uero dicere neceſſe, non. ut non igitur una ſcit, ꝙ dicere ſcit. dicendum non. falſum enim ſic ſcientes ut ſcientes non ſimul ſcire quæ dicere ſciunt. dicens uero negare duplex non neceſſe. huius per hoc cauſam intulit, non enim ad hoc, ſed propter hoc oratio, hoc eſt, non enim ad hanc interrogationem oratio eſt, ſed propter hoc, ſiue concluſionem. nam propter concluſionẽ extat interrogatio. & quoniam propter concluſionem interrogatio eſt, in interrogatione uero quod cõtingit, occultum eſt. ignoramus enim ſiue de ſciente, ſiue de puero orationem concludat, negare non neceſſe, ſed dicere, quod fortaſſe, aut quod eſt quidem, ut ſic, eſt uero ut non, quod quidem ipſe faciet.

In principio quidem igitur duplex, & nomen, & orationem hoc pacto reſpondendum, quod eſt ut nempe, eſt uero ut non. quemadmodum tacentem dicere, quia eſt ut certe, eſt uero ut non. & decentia quæ agenda ſunt, ſunt uero quæ non. decentia enim multipliciter dicuntur. ſi uero latuerit in fine interrogationi addendo corrigendum eſt. eſt igitur tacentem dicere, non. ſed tacentem, & in habentibus multiplex in propoſitionibus, ſimiliter. non quid ſimul ſciunt, quoniam ſciunt, equidem, ſed non hoc modo ſcientes, non enim idem eſt, quia ſimul ſcire non eſt, & quia ſic ſcientes non eſt. omnino & pugnandum & ſi ſimpliciter ratiocinatus ſit, quia non quam affirmauit, rem negauit, ſed nomen, quamobrem hæc non redargutio eſt.

Oſtendit quomodo reſpondendum cum in nomine aut propoſitione eſt duplex. Cap. CXXIIII.

In principio quidem igitur duplex & nomen & oratio.] Poſtquam quomodo reſpondere per ea quæ dixit, non oportet, diſſeruit, quod in quibus interrogationibus eſt duplex, negare non neceſſe. nunc & quomodo reſponſiones dare oportet, docet, ac ait, cum in principio hoc eſt in propoſitione, aut nomine eſt duplex, aut oratio, ſtatim una cum interrogatione ipſam non concedere, atque ei aſſentiri oportere, ſed dicere, quod eſt quidem ut ſic, eſt uero ut non, & ad huius illuſtrationem infert, dicere ſilentem. ut enim in hoc, inquit, cum interrogati ſumus, num eſt dicere ſilentem? dicendum quod eſt quidem ut ſic, eſt uero ut non, & in omnibus alijs hoc pacto faciendum. ſi inquit ſæpe quod duplex oratio ſit, aliquem fugere contingit, ob idque quod interrogatum dare, inquit, iterum in cõcluſione corrigendum eſſe, ſiue enim dicit ut non raro aſſeruimus concluſionem. in concluſione uero cum hoc ab interrogante colligitur, nonnulla interrogationi adijciuntur quæ ratiocinantem ne ratiocinationem cõficiat, cohibent, huius uero quod eiuſmodi eſt? exemplum affert. cauillator interrogauit, num eſt dicere ſilentem? non, dixit reſpondens, quod eſt quidem ut ſic, eſt uero ut non, ſed omnino negauit. ſimul cõcludebatur illud quod igitur eſt ſilentem dicere. quomodo igitur iterum redargutionem euadet reſpondens, cum ille concluſionem educit, dicens igitur eſt ſilentem dicere. addis ipſe non. Socrates enim hic uero ſilens non dicit. eodẽ modo faciendũ & in propoſitionibus duplex habentibus, niſi tunc hoc diuidendo anticipauerit reſpondens. quæ uero deinceps plana ſunt, atque non diſſimilia dictis.

Cauillationes uero tum diuiſionis tum compoſitionis quo pacto ſoluendum planum eſt. ſi enim diuiſa & compoſita oratio alterum ab eo quod concluſum eſt, ſignificet, contrarium

dicendum. ſunt uero omnes iſtiuſmodi orationes circa compoſitionem, & diuiſionem. num quo uidiſti tu hunc uerberatum, hoc iſte uerberatur? & quo uapulabat, hoc tu uidiſti? & interrogationum. quidem ambiguarum quippiam habet, ſed circa compoſitionem ſunt. non enim eſt duplex hoc circa diuiſionem. non enim eadem fit diuiſa oratio, ſi quidem non & ὄρος id eſt mons & ὅρος hoc eſt diffinitio accentu ſic dictum, alterum ſignificat. ſed in ſcriptis quidem idem nomen cum ex eiſdem elementis deſcriptum ſit, pariter quidem illic notæ efficiuntur, uoce prolata non eadem. quamobrem non duplex hoc circa diuiſionem. & quia non omnes redargutiones ſunt circa duplex, clarum eſt, ut nonnulli aſſerunt. a reſpondente igitur partiendum eſt. non enim idem eſt dicere uidere oculis uerberatum, & aſſerere uidere oculis uerberatum.

Explicat ſolutiones diuiſionis & compoſitionis caput. Cap. CXXV.

Cauillationes uero tum diuiſionis tum compoſitionis quo pacto ſoluendum, planum eſt] Poſtquā in redargutionibus per ęquiuocationem, & amphibologiam conſtitutis, quomodo reſpondere oportet, diſſeruit, atque abunde de ipſis docuit. nunc & de cauillationibus quę ex diuiſione & compoſitione conflantur, orationem habet. atque quomodo ipſas ſoluendum eſt, planum facit. ſi enim oratio ait eadem alterum quid ſignificat diuiſa, & alterius compoſita ſignificatiua, concludente ratiocinante ipſe ſemper contrarium dic. ipſas eſſe circa compoſitionem, quod circa diuiſionem dixit. quoniam idem ab hoc uero diuiſum, huic componitur, & cum hoc compoſitum, ab hoc diuiditur. ut Socrates ſedet, ſedens poteſt ambulare, Socrates igitur ambulat. hoc igitur ambulat, ab hoc poteſt diuiſum, cum Socrate compoſitum eſt, & cauillatio conſtituta eſt, dicens Socrates igitur ambulat. quoniam igitur eiuſdem ut ambulare, ſimul; & diuiſio, & compoſitio fit, ſed ab alio quidem diuiſio, ut ab hoc poteſt, cum alio uero ut cum hoc Socrates, compoſitio. propter hoc dixit, ſunt uero circa compoſitionem, aut diuiſionem. nihil enim ſic, aut ſic dictum, differt. quamobrem & Ariſtoteles modos diuiſionis & compoſitionis ut unum modum accepit, dicens circa compoſitionem uero, & diuiſionem cum ipſa ſignificatus differentiam facit. quod uero & hæc preſens cauillatio, num quo uides tu hunc uerberatum, hoc uerberabatur, circa compoſitionem eſſe ſi quidem uniuerſam dicemus cauillationem. planum erit. eſt uero hęc, num quo uides hunc uerberatum, hoc uerberabatur, nempe, uides uero ipſum oculo uerberatum, oculo igitur uerberabatur, & non flagello, quod falſum. uerum enim erat oculo igitut uides hunc uerberatum. deceptio uero orta eſt, quia diuiſum eſt hoc, hunc uerberatum, ab hoc uides, additū uero oculo. non enim oculo iſte uerberabatur dicere oportebat, ſed oculo iſte uidebatur uerberatus, aut oculo uides hunc uerberatum, & quoniam hoc a' diuiſione quod quidem ipſe per hoc, non enim eſt duplex quod circa diuiſionem, declarauit. quoniam igitur quod a' diuiſione non eſt duplex, hoc per compoſitionem duplex, circa compoſitionem cauillatio eſt. diuiſum enim hoc uerberabatur, aut uerberatum, ab oculo, cum hoc uides, aut cum hoc uidebatur, compoſitum. deinde utrunque hoc uides uerberatum, compoſitum cum oculo, uerum ratiocinatur, dicens, oculo uides hunc uerberatum. quare ꝙ circa compoſitionem, modo quodam circa diuiſionem eſſe, & quod circa diuiſionem, eſſe circa compoſitionem, planum. cauillationem uero neſcio quid eorum quæ amphibologiæ ſunt, habere dicit. hoc enim hoc uerberabatur iſte, duplex. quiſpiam enim hoc & de flagello, & de oculo intelligere poteſt, tamen circa compoſitionem eſt. diuiſa enim oratio duplex nou eſt. illatum enim hoc, uides uero tu hunc uerberatum & compoſitum fecit, ut duplex eſſet. & hoc, num quo uides tu hunc uerberatum, hoc iſte uerberabatur? quoniam ſi per ſe dictum eſſet, non utique eſſet duplex. & quia poſterioris cum priori compoſitio duplex fecit, declarans intulit, ſi quidem & hoc, ὅρος ideſt terminus, & ὄρος, hoc eſt mons. potentia dicens, quod quemadmodum neque hoc, ὅρος ideſt terminus, & ὄρος hoc eſt mons, ſignificat alterum cum ſuo accentu dictum. hæc enim eſt orationis perfecte cōpleta cum & ipſa & accentuum differentię compoſitę ſint tunc oratio efficitur duplex, hoc modo & in propoſito, compoſitione enim facta & hæc duplex. ſi enim quiſpiam ſcripſerit, aut dixerit, nū hoc, ὄρος, ὅρος eſt? duplex interrogatio. poteſt enim quis & hoc modo intelligere, num quidem montes diffinitiones & orationes ſunt? poteſt & ſic, num montes petrę cum arboribus & eiuſmodi talibus ſunt? ſed ſi interrogetur aut ſcribatur extra tenuem & aſpiratum accentus duplex efficitur. in talibus enim ſine accentibus ſcripta eadem ſunt his, quæ intertogantur. ſi uero accentus adſcripti, nō amplius oratio efficitur duplex. hoc uero, non enim eſt duplex, hoc circa diuiſionem non ut conſtrutiuum puto illatum eſt huius, pręſentem cauillationem amphibologię eſſe. modus enim qui amphibologię magis erat, in quo nominum nihil eſt duplex, ſed in ipſa oratione, ut in hoc fieret dicere hoc nunc me. hic enim nominum nihil duplex, oratio uero. non quidem igitur ut probatio fit, adductum eſt. uidetur enim dicere, quod ſi oratione diuiſa eiuſdem partes eſſent duplices, tunc eſſet amphibologicorum, ut omnia amphibologica partes habeant omnes duplices, quod quidem falſum. cum quatuor enim modi exiſtant (ut paulo ante diſſeruimus) ex quibus duę ſpecies conſiſtunt & ęquiuocationis, & amphibologiæ. primus quidem, cum oratio, aut nomen plura ſignifi-

cat. qui ambabus ęqualiter communis. alter uero, cum aſſueti ſumus ſic dicere qui & hic communis eſt. tertius, cum compoſitum plura ſignificat, ſeparatum uero ſimplex, qui cauillationi amphibologię ſolum peculiaris eſt. quartus uero contrario modo huic ſe habet, cum compoſitum unum ſignificat, ſeparatum uero multiſariam dicitur, qui ut omnino modum primum conſtituit, adminus uero & alterum. cum quatuor exiſtãt modi, & qui maxime proprij amphibologię ſunt, cum nominum nihil eſt duplex, nõ puto, hoc. neque enim eſt duplex quod circa diuiſionem hoc pacto ut dicebant illatum eſſe, quod utique diuiſum duplex habebat, erat utique amphibologię. quoniam non eſt duplex, non eſt circa amphibologiam, ſed eſt quod dicit. quoniam compoſita habet, diuiſa uero duplex nõ habet, compoſitionis cauillatio eſt. pariter uero & hoc, num uidiſti tu nunc exiſtentes in Pyreo triremes in Sicilia exiſtens? circa compoſitionem eſt. aliud enim à Pyreo diuiſis triremibus, & aliud compoſitis, ſignificat. diuiſis enim declarat, quod in Pyreo exiſtens nunc, uidiſti triremes in Sicilia exiſtentes. compoſitis uero Pyreo, triremes exiſtentes, tu ſtans in Sicilia nunc. in hoc uero, ſed in ſcriptis quidem idem nomen, deeſt non eſt duplex. quod uero dicit eiuſmodi eſt. in ſcriptis non eſt duplex ipſum nomen, aut nomina ipſa, cum ex eiſdem & eodem modo ſcripta ſunt literis. hoc eſt, per eoſdem accentus ſpiritus. ut aut ambo accentu aſpirato, aut accentu ambo tenui, & aut bitemporeis, aut longis ambo. echo enim, & echo non duplex, cum uero non per eoſdem ſed per alios, atque alios ſcripta duplex. quemadmodum in hoc κλῆμα & κλίμα hoc quidem enim per ita uitem ſignificat, hoc uero per iota terrę ſectionem, ut ſi contingat, per Rhodum clima aut per Boriſthenẽ. ſigna enim elementa forte, & accentu., potius uero utraque dixit. quoniam enim uoce prolata, & talibus nominibus declarata, dico quidem clemate & climate non eadem ſunt, ſignata notis ad eorum quæ declarantur manifeſtationem hoc quidem ſcribi per bitempoream, hoc uero per longam natura. in dictione uero hac, uoce prolata non eadem erat. utique planius ſi loco huius uero eſſet coniunctio enim ſcripta. ut cauſam enim huius cur notas facientia hoc, uoce prolata non eadem intulit. hoc uero, quare non duplex hoc circa diuiſionem. huic ęquum eſt, quare non duplex, neque circa amphibologiam cauillatio dici poterit, quia adinuicem diuiſa duplex non habent, & ambiguum. eſt igitur hoc circa diuiſionẽ, idem huic, à diuiſione. compoſiti enim pars diuiſa non duplex. per hoc uero, non enim idem uidere oculis uerberatum, & dicere uidere oculis uerberatum, ſolutionem huius cauillationis dicit, num quo uides tu hunc uerberatum, hoc uerberabatur quod uero dicit, eſt, non idem eſt dicere oculis uerberatum uidere, huic, uidere uerberatum flagellis ut oculis uidemus uerberatum oculis. non enim auribus uel naribus uidemus. uerberamus, aut uerberamur non oculis, ſed uirga. non enim oculus uirga. ut aliquis oculo uerberetur,

Et Euthidemi uero oratio, num uidiſti tu nunc exiſtentes in Pyreo triremes in Sicilia exiſtens? & item num eſt bonum exiſtentem coriarium prauum eſſe? utique quis eſſet bonus, exiſtens coriarius, quare coriarius prauus. num quorum ſcientiæ ſunt probæ, diſciplinæ probæ? mali uero diſciplina proba, mala diſciplina igitur proba. ſed quidem & mala, & diſciplina, & malum. quare mala diſciplina malum. num uerum eſt dicere nunc quod tu genitus es? genitus. igitur nunc. an diuiſum aliud ſignificat. uerum enim dicere nunc, quia genitus, ſed non nunc.

Diuerſa exempla ponit compoſitionis & diuiſionis. Cap. CXXVI.

Et Euthidemi uero oratio num uidiſti tu nunc exiſtentes in Pyreo triremes] Non enim cauillationis compoſitionis & diuiſionis exemplum ſolum, ſed differentiã ponit, (quemadmodũ & ipſe dicens) omnes poſitas orationes circa compoſitionem eſſe, aut diuiſionem indicauit. qualis eſt, & Euthidemi oratio hoc pacto concludens. igitur uidiſti nunc exiſtentes in Pyreo triremes in Sicilia exiſtens. hæc enim concluſio cauillationis circa compoſitionem eſt duplex habens. & hoc ἆρα. i. igitur uidiſti non circumflexe ſed accentu accuto legere oportet. orationem uero interrogauit Euthidemus in Pyreo exiſtens, quando Athenienſium triremes in Siciliam profectę erant. eſt uero eiuſmodi cauillationis deductio, num tu nunc in Pyreo es? nempe, num uidiſti in Sicilia triremes exiſtentes? equidem, num uidiſti tu nunc exiſtentes in Pyreo triremes in Sicilia exiſtens? cauillatio hęc circa compoſitionem. non enim ſi in Pyreo ſum nunc & ſi uidi ꝙ in Sicilia ſunt triremes, neceſſe nunc me in Sicilia eſſe in Pyreo exiſtentem & in Sicilia triremes in Pyreo eſſe. hoc enim collegit Euthidemus exiſtentem in Pyreo nunc eundem in Sicilia eſſe, & exiſtentes in Sicilia nunc triremes eaſdem in Pyreo nunc eſſe. & iterum eſt igitur bonum exiſtentem coriarium prauum. & hoc ἆρα accentu acuto ſcribere oportet. eſt enim cauillationis concluſio, quæ circa compoſitionem duplex habet. aut enim quia eſt quidem bonus, & probus, coriarius uero malus, & arte imperitus. aut quia bonus quidem coriarius, & arte clarus: homo uero malus, & prauus. in quo & cauillatio hoc pacto adducta concludebatur. numquidem Simon bonus eſt, nempe, num Simon coriarius prauus eſt, equidem. Simon igitur bonus exiſtens coriarius prauus eſt. duas enim declarauit interrogationes, per hoc, erit utique aliquis bonus exiſtens coriarius malus. per hoc, quidem erit utique aliquis bonus exiſtens.

exiſtens. hoc,num Simon bonus? per hoc coriarius prauus,hoc, num Simon coriarius prauus? hoc uero & in libro de interpretatione diluit potentia dicens, non enim quæ ſeparatim dicuntur,& ſimul dici poſſunt. non enim ſi coriarius,& bonus,& coriarius bonus. hoc uero,quare erit bonus coriarius malus,ſolutio eſt cauillationis,ut ſi dixiſſet,aut bonus quidem erit homo,malus uero coriarius, ſed non prauus homo,coriarius bonus, & talis cauillatio eſſe poteſt. num eſt bonum exiſtentem coriarium prauum eſſe? hoc eſt,num contingit aliquem, bonum quidem eſſe coriarium, hominem uero malum? certe, eſt uero aliquis bonus quidem homo,coriarius uero prauus,deinde ut concluſionem inferre hanc, quare erit bonus coriarius prauus. hoc eſt, quare erit bouus quidẽ homo,coriarius uero prauus, contrario uero modo iacebat. in hoc uero,num quorum ſcientię probę,diſciplinę probę? in duobus oratio falſa,in uno quidẽ, quia ex duabus in ſecunda figura affirmatiuis ratiocinatio eſt. in altero uero, quia non colligit, quod ex poſitis accidere apparet,ſed aliud quid hinc uero planum hoc. num quorũ ſcientię probę,diſciplinę probę? equidem,deinde intulit, mali uero diſciplina proba. & uides duas propoſitiones affirmatiuas,quę medium terminum.diſciplina habent,tamẽ & ſi connexio non ſyllogiſtica,neque per hęc illud quod illi inſerunt,accidit. hoc,proba igitur diſciplina malum, non propter hoc contingit, ſed quia mali proba ſcientia,quod quidem & ipſe declarauit per hoc,ſed eſt malorum ſcientia proba. ac ſi dixiſſet,ex poſitis proba diſciplina malum non colligitur,ſed quia mali aut malorum ſcientia proba. hoc uero, ſed quidem & malum, & diſciplina proba. poteſt & quod dicitur, a cauillatoribus abſurdum exaggerantibus intelligi,uelut dicentibus, mala igitur diſciplina proba, ſed quidem & mala, quod quidem abſurdum. hoc uero, & diſciplina malum ab ipſis, ut huius probatio dicitur, & malam diſciplinam eſſe,& non ſolum bonas eſſe diſciplinas,ſed & malas. poteſt igitur & hoc pacto (ut diximus) intelligi, & ut cauillationis ſolutionem intelligere quiſpiam poteſt, Ariſtotele potentia aſſerente, primum quidem non eſt diſciplina malum. ſi uero & diſciplinam eſſe & malum quis poſuerit, malum erit diſciplina. non enim per interrogata probam eſſe ſed hoc, malorum probam eſſe ſcientiam colligitur. hoc uero nihil abſurditatis habet. contingit enim aliquem qui prauus & malus eſt,arithmeticum eſſe,proba huius exiſtente ſcientia huius uero,num uerum eſt dicere nunc quod tu genitus es,cauillatio eiuſmodi. num genitus tu? equidẽ, quid uero,uerum eſt dicere nunc te genitum eſſe? genitus igitur nunc. aliud enim nunc ſeparatũ, ab hoc dicere,& aliud cum eodem compoſitum ſignificat. ſi uero de eclipſi facta orationem quis interrogat, erit circa diuiſionem. ut num defectus factus eſt?

Num ut potes, & quæ potes, hoc modo & hæc ne facies? citharam non pulſans pulſandæ citharæ facultatem habes, pulſares utique igitur citharam non pulſans citharam. an non huius facultatem habet citharam non pulſans, citharæ pulſandæ, ſed cum non facit, hoc facere. nonnulli & ſecus ſoluunt. ſi enim dedit ut facere poteſt, non aiunt non pulſantem citharam, citharam pulſare contingere. non enim omnino ut poteſt facere, conceſſum eſſe facturum, non idem eſſe hoc ut poteſt, omnino ut facere poteſt. ſed quia non recte ſoluunt, planum eſt. orationum enim circa idem ſolutio eadem, hæc uero non omnibus congruet, neque omnino his quæ interrogantur, ſed eſt ad interrogantem non ad orationem.

Alterum compoſitionis exemplum ponit. cap. CXXVII.

Num ut potes, & non potes hoc modo & hęc ne facies?] Et hoc cauillationis circa compoſitionẽ exemplum eſt. a cauillatoribus uero hoc modo componebatur, num ut potes, & quæ potes, hoc modo & hæc faceres? nempe, non citharam pulſans pulſandi eam facultatem habes, equidem, pulſares utique igitur citharam non pulſans. cauillationem uero hanc ponens, atque eiuſdem ueram tradens ſolutionẽ, quod facultatem non habet ſimul citharam non pulſandi,& pulſandi,ſed huius poſt hęc pulſandi & deductio atque cauillatio circa compoſitionem eſt. qui non hoc pacto diluunt, & circa compoſitionem cauillationem negant,atque ad aliud ferunt,ac dicunt non quod poteſt omnino facere,hoc eſt & ex neceſſitate poteſt,carpit. ſi enim idem erat (dicunt) cum neceſſario poſſibile,tunc dicere oportebat, non citharam pulſans pulſares. quoniam citharam poſſe pulſare. poſſibile uero neceſſarium. neceſſariũ uero omne ens. omne igitur neceſſarium ens. ut & omne impoſſibile nõ ens. ſi igitur idem erat,dicunt,poſſibile neceſſario,neceſſarium uero ens,quoniam citharam pulſare poſſe dedit, & quod citharam pulſat non pulſans conceſſit. quoniam uero non eſt idem, neque pulſare conceſſit. non enim dicunt & ex neceſſitate facere ſiue pulſare dedit. dicens facere & pulſare citharam poſſe, non enim poſſibile & neceſſarium idẽ ſunt. huius enim declarariuum eſt,hoc,nõ idem eſſe,ut poteſt,& omnino ut poteſt,facere, ſed diluere nõ recte eos planum eſt. ſi enim ex hoc quod poſſibile,ut cum neceſſario idem exiſtens accipitur, cauillatio conſtituebatur. orationum circa idem eandem eſſe ſolutionem oportebat. hoc eſt,omnium huic rationi ſimilium rationum,uidelicet, circa compoſitionem (ut nos dicimus) fallentium, ſed non (ut illi dicunt) circa poſſibile & neceſſarium oportebat. omnium igitur harum eãdem eſſe ſolutionem opus erat. neque in illis hęc ſolutio accomodaretur neque in hac ſi hoc pacto quodammodo interrogaretur, num ut con-

cedis,& ponis,& quæ concedis,& ponis,hæc & hoc modo facies citharam non pulſans concedis, & ponis citharam pulſare, certe, non pulſans igitur citharam pulſas. hic Ariſtotelis quidem ſolutiones conueniunt,illorum minime. nihil uero impedit quominus iterum dictionem memoria repetendo dicamus. non enim omnino aſſerunt non recte ſoluentes ut poteſt facere, datum eſſe facturum hoc eſt non ſecundum omnem poſſibilis ſignificatum,citharam pulſare poſſe dedit, iam & non citharam pulſare, poſſe citharã pulſare, ſed hoc quidem citharam pulſare ut poteſt,citharam pulſabit,declarat,citharam non pulſantem nunc,poſt hac facultatem habere citharę pulſandę. hoc uero, omnino citharam pulſare poteſt, declarat, & hoc,cum citharam non pulſat,quod iam citharam pulſat. quod quidem falſum,dicere habere facultatẽ cum citharam non pulſat,tunc citharę pulſandę,ut ſimul pulſet,& non pulſet citharam. ipſos igitur aſſerit non recte ſoluere Ariſtoteles. ſi enim quiſpiam orationem hoc pacto interrogauerit, ſed ut concedis, & ponis,& quę concedis,& ponis hoc pacto & hæc facies? non citharam pulſans concedis & ponis citharam pulſare,certe,citharam non pulſans.igitur citharam pulſas. ſi oratio hoc pacto ab aliquo interrogaretur,ſolutio Ariſtotelis erit accomodata circa compoſitionem cauillationem eſſe dicens,aliarum uero ſolutio orationum nequaquam. quod uero in compoſitione fraus ſit, planum eſt. concludi enim quod non citharam igitur pulſans,citharam pulſas,non oportebat. ſed quod igitur non citharam pulſans concedis, & ponis citharam pulſare hoc uero haud fieri non poteſt.

Orationes uero circa accentum non ſunt, neque in his quæ ſcribuntur, neque in his quæ dicuntur. paucis exceptis quæ fieri utique poſſunt,ut hæc oratio. num eſt hoc, οὗ hoc eſt cuius diſſolus domus? nempe, non igitur hoc οὐ ideſt non diſſoluis huius diſſoluis negatio, aſſeruiſti uero hoc,non diſſolus domum,domus igitur negatio. quomodo ſoluendum perſpicuum eſt. non enim idem ſignificat accentu acuto & graui dictum.

De ſolutione cauillationis accentus. Cap. CXXVIII.

Orationes uero circa accentum quidem non ſunt.] Quod quidem & in initio dixit, hoc & hic aſſerit,cauillationes circa accentum non admodum facile fieri,neque in ſcriptis,neque in his quę proferuntur orationibus,excepto tamen quod illic dixit,quod in diſputatiuis non ſcriptis non facile orationem facere,in non ſcriptis uero nequaquam. pręterquam ſi aliquas fieri admitteremus,paucę quædam inuenirentur. ut eſt dicens num eſt hoc, οὗ,ideſt cuius diſſoluis,domus? certe,ne hoc οὐ, ideſt non diſſoluis,huius diſſoluis,negatio, equidem,domus igitur negatio. cauillatio circa accentum eſt. in prima quidem propoſitione hoc οὗ diſſoluis circumflexe datum eſt,in altera uero non hoc pacto acceptum.

Planum uero, & in his quæ circa id ſunt quod non eadem modo eodem, quo pacto occurrendum eſt,quoniam prædicamentorum genera habemus. interrogatus enim dedit non eſſe quid eorum quæ quid eſt ſignificant, hic uero eſſe quid eorum quæ ad aliquid, aut quanti, quæ apparent quid eſt ſignificare, propter dictionem demonſtrauit, ut in hac oratione. num contingit idem ſimul facere,& feciſſe? at uidere quid & uidiſſe idem,& ſecundum idem contingit. num quid eorum quæ pati, facere aliquid? quid ſecatur,uritur, ſentitur, ſimiliter dicuntur,& omnia pati aliquid ſignificant. quid item dicere,currere,uidere, ſimiliter inter ſe dicuntur, at uidere, ſentiri quodam eſt, quamobrem & pati quid, ſimul uero & facere. ſi uero quis dans illic non contingere ſimul facere & feciſſe, uidere & uidiſſe idem contingere aſſereret, non dum coargutus eſt, niſi uidere facere quid dixerit, ſed pati. hac enim opus eſt interrogatione,at ab audiente dediſſe exiſtimatur, cum ſecare facere quid,& ſecuiſſe, feciſſe quid dedit, & quæcunque alia ſimiliter dicuntur. reliquũ enim ipſe addit auditor,ut ſimiliter dictum,hoc uero non ſimiliter dicitur, propter dictionem apparet. idem uero quæ admodum in æquiuocationibus, contingit, exiſtimat enim in æquiuocationibus orationum ignarus, quam affirmauit negare rem non nomen, huic præterea interrogatione eſt opus, ſi ad unum reſpiciens dixerit æquiuocum, hoc enim pacto concedente,erit redargutio.

De redargutionibus

Planum uero & in his quæ circa id ſunt quod non eadem modo eodem,dicuntur.] Hic & de redargutionibus quæ propter dictionis figuram oriuntur,agit. inquit igitur, quomodo his obuiam eundum, planum. ſi quidem a nobis ſuprema eſſe genera decem,determinatum eſt. reſpondens quidem interrogatus, ſi Socrates ſubſtantia exiſtens,ad aliquid eſt,abnuit, hoc enim declarat,nō exiſtere horum aliquid, hoc eſt nouem generum quęcunque quid eſt & ſubſtantiam ſignificat. interrogans uero demonſtrat ſubſtantiam,aut quantum,aut ad aliquid, aut aliud quid ſubſtantia eſſe exiſtimatam. ut interrogans, ſi Socrates pater,& qui interrogatur,hoc fatetur,non ad aliquid & accidens eſſe Socratem putans, ſed ut eum qui filium habet. hic uero huic propoſitioni Socratē patrē eſſe ſtatim hunc ad aliquid accidens & ipſum eſſe accidens colligens annectit. eiuſmodi uero cauillationis deductio eſt,nū Socrates pater? nempe,quid, pater eorum quæ ad aliquid? equidem, Socrates igitur eorum quæ ad aliquid, Socrates igitur accidens. quæ uero deinceps ab eo adducuntur exempla non ſunt redargutionis colligentis ac demonſtrantis ſubſtantiam accidens, aut contra,ſed huius affectionem ad agere referentis. interrogabant enim cauillatores, ſi idem eſt facere,& feciſſe,reſpondente uero negante. non eſt enim uere facere idem cum feciſſe. feciſſe enim de his quæ iam facta ſunt dicitur hoc uero de eo qui nunc operantur inſuper atque iterum interrogans,ſi uidere,& uidiſſe idem contingit,quod & uerum apparet. quod enim uidi prius, & nunc idem uidere nihil inconuenit. ſed dictionis quidem prolatione facere,cum uidere,& feciſſe,cum uidiſſe, idem eſſe uidetur. & aut idem uidere,& uidiſſe,non contingit,aut ſi idem contingit,utique & alia contingerent. & item interrogant,ſi pati agere eſt,quod cum non fateatur reſpondens. quoniam quia ſimiliter dicitur ſecari & uri & αἰσθάνεσθαι ideſt ſentire ad pati utique reducerentur,ſed & ſecare,& dicere,& currere ſimiliter proferuntur,& reliquum eſt,ut ad agere reducantur,ſed uidere affectio eſt,& ad pati refertur. inquit igitur Ariſtoteles,ut ſi quis non concederet hoc,ſimul facere,& feciſſe,uidere,uero & uidiſſe idem concedere diceret. & ut ſimpliciter dicatur,hæc omnia cōfeſſus quantum ad hoc,niſi actu interrogaretur, quid de hoc quod dicimus uidere,ſi ad pati referri putat,non tedargutus eſt. atqui auditor imperitus hoc dare reſpondentem arbitratur,cum aperte dicere,currere,uidere,& ſecare idem eſſe fatebitur,& ſecare agere eſſe conſentiet. tamen dicet reſpondens ſecundum dictionem hæc fateri eadem eſſe. non igitur inquit hic reſpondens redargutus eſt. ſi uidere agere eſſe putat,coargutus eſt. pręterea enim ut interrogetur reſpondens inſuper opus eſt. ſi uidere agere ſuſpicatur. ſi enim & ab auditoribus cōceſiſſe putatur hoc,cum interrogabatur. ſi ſecare agere dedit, & ſecuiſſe feciſſe, & iſtiuſmodi nonnulla ſimilia. audiens enim ſtatim idem eſſe cum agere uidere addit,hoc uero nō eſt ſimiliter dictum cum agere,propter prolationem uero apparet. inquit uero & quod in ęquiuocationibus idem,& in cauillationibus circa dictionis figuram contingere. ut enim in illis non quam affirmauit reſpondens rem,cauillator negat,ſed nomen quidem idem, rem uero non. hoc modo & hic cauillator uidere,& ſecare, & currere ut ſimilia prolatione accipiens, fallit. dicens, & uidere agere. quæ quidem non eſt redargutio uera. at qui redarguiturus eſt uere, ut & in ęquiuocis,ſic & in his enim facere oportet, & interrogare, ſi uidere agere eſt. iterum hoc reaſſumendum, contingit igitur ſimul facere,& feciſſe. cauillatio uero eiuſmodi,num contingit idem ſimul facere,& feciſſe? non,ſed quidem ſimul uidere & uidiſſe contingit,quare & facere,& feciſſe. circa dictionis figuram cauillatio,uidere enim pati eſt,facere uero operari,quæ differenti contingunt, & reliquo contingere nō eſt neceſſe. eiuſmodi uero cauillatio,quod ego ſum,tu non es,homo uero ego ſum, tu igitur homo non es. hic hoc quidē ego,& tu de indiuiduis dicitur,homo uero de nullo particulari. cauillatio igitur facta, quia non aliquo,ut aliquo utitur. hoc enim hoc uero, quid de indiuidua dicitur ſubſtantia, ut in pręDicamentis diſſeruit. ibi nanque inquit ſubſtantia omnis hoc aliquid ſignificare uidetur,uniuerſali hoc aliquid minime conuenit, quamuis appellationis figura ſimilis uidetur. ex his & cauillatio ſoluitur dicens, motum non eſſe in re mota. ſi enim eſt (ut in tertio naturalis auſcultationis libro demonſtratum eſt) motus perfectio mobilis ut mobile. in re mota eſſe motum,planum eſt. ad hoc cauillatores inficiationes afferunt dicentes,non dicimus uiſu uidetur uiſio? & auditu auditur auditio? ſed uiſio in uidente. & auditio in audiente. & motus igitur in mouente. circa dictionis figuram cauillatio. uidere enim & omnino ſentire pati eſt, ſed non agere.

Similes & hæ ratiocinationes ipſis, ſi quod quis habens, poſterius non habet, abiecit, unū enim ſolum abiciens talum, decem non habebit talos, aut quod quidem non habet, prius habens abiecit. quantum uero non habet uel quot, abicere tot non neceſſe. interrogans igitur quod habet, infert quot. decem enim quanta. ſi igitur ab initio interrogatum eſſet quot quis non habet, prius habens num tot abiecit? nullus utique dediſſet, ſed aut tot, aut horum aliquid.

Aliam circa dictionis figuram cauillationem ponit. Cap. CXXX.

Similes uero & hę ratiocinationes ipſis, ſi quod quis habens poſterius non habet] Cauillationis

eiuſmodi deductio,num quod quis habens non habet,abiecit? nempe, at decem habens talos, unum abijciens,non amplius decem habet. ſi uero decem non habet, decem uero habebat, ergo abiecit decem. abhorrens enim a' ratione eſt,eum, qui,unũ ſolum abiecit talum aſſerere abieciſſe decem. cauillationem quidem talem nonnulli diluere nitentes aſſerunt,nihil eſſe abſurdi,dicere abieciſſe decem. non enim amplius unum abijciens,decem habet,cum quo & nouem tali decem erant. quidam hoc pacto ſoluere uidentur. ſed quod non recte,planum eſt. eiuſmodi enim ſolutio ad hominem quidem,non ad rem eſt. ueram cauillationis ſolutionem plane deinceps nobis Ariſtoteles prodidit, dicendo, uel quod quidẽ nõ habet prius, & reliqua. potentia dicens,quia quod quis prius habens,poſterius non habet,eum neceſſario abieciſſe,nõ quidem quantum non habet,uel quot non habet,tot abijcere neceſſe eſſe. non enim ſi non habet decem, habens prius decem,abijcere decem neceſſe,ſed quędam abijcere,ut tria,uel quinque, uel aliquid partium decem,decem uero non. hanc uero circa dictionis figuram cauillationem eſſe, hinc perſpicuum eſt. quia numerus quantum eſt,decem quale. quare & tria ſolum,& ſimpliciter ſpecies. ſi quidem de quali interrogans,quantum infert. habens enim prius decem,non habet decem,nouem nanque habet. non enim ſi decem non habet,decem abijcere unitates neceſſarium. quale igitur interrogans, quantum concludit. ergo & hęc circa dictionis figuram,eſt cauillatio. & hic planum, hoc eſt, decẽ enim quod eſt quale,interrogans ſpecies enim ſubſtantialis qualitates ſunt. quot infert, uidelicet, quale, interrogans, quantum inducit. ſi enim inquit. non hoc pacto ut illata eſt cauillatio,cauillator percuntabatur. ſed ſic. num quidem ſi quis nõ habet poſterius,quęcunque habebat prius,tot abiecit? ut ſi quis nõ habet decem, decem prius habens, abiecit decem,nemo dedit. ſed aut tot, uel horum quid, hoc eſt ſed dixit quod decem quidem nõ abiecit, tot uero ut ſi contigerit,tria,uel quid partium decem.

Et quod utique quis daret,quod non habet. non enim unum ſolum habet talum,aut non dedit quod non habebat, ſed ut non habebat unum. hoc enim ſolum non hoc ſignificat, neque tale,neque tantum quid, ſed ut habet ad aliquid, ut quod non cum alio. quemadmodum igitur ſi interrogatum eſſet,num quod non habet quis, daret utique quis? non aſſentiente, interrogetur, ſi daret aliquis quid celeriter non habens celeriter? aſſentiente, ratiocinetur, quia non daret aliquis quod non habet, quod ratiocinatus non eſt, perſpicuum. celeriter enim non eſt dare, ſed ſic dare. ut uero non habet quis, daret utique. ut iucunde habens, triſte daret.

Alias cauillationes cum ſolutionibus ponit. Cap. CXXXI.

Et quod utique quis daret quod non habet, non enim unum ſolum habet talum] Cauillatio eiuſmodi eſt,num utique daret quis,quod non habet? non,hic uero non habebat ſolum unum talum, unum dedit,ergo quod non habebat,dedit. non habens enim unum,dedit unum, daret utique quis quod nõ habet. ſolutio quod non dedit,quod non habebat. multa enim habens,& unum habebat. quare non dedit, quod non habebat. habebat enim unum,ſed ut non habebat,non habens. ſolum unum, unum dedit ſolum. ut enim ſolum neque aliquid ſignificat, ut ſubſtantiam, neque quale. nullus enim horum ſignificatiuum eſt. ſed (ut aliquis dixit)habitudinem inhabilem. ut quod per ſe eſt, ſed non de aliquo alio. hoc modo & non ſolum hoc cum alio exiſtens declarat. cauillationem uero aſſumptam planiorem faciens, & alterum inſuper aſſumit exemplum. hoc uero,num quod non quis habet,utique daret? non, quid, ne aliquis daret quid celeriter,non habens celeriter,nempe,daret utique aliquis reliquum, quod non habet. & hanc igitur cauillationem diluens. dicit, celeriter enim non dare,ſed ſic dare eſt. quod quidem,huic,ęquale eſt. celeriter enim modum largitionis declarat. quomodo dat,non quidem quod non habet, uel quod habet.

Similes uero eiuſmodi omnes, num quam non habet, manu uerberaret? aut quem non habet,oculo uideret? non enim habet unum ſolum. nonnulli quidem ſoluunt dicentes, & quod habet unum ſolum & oculum & aliud quod uis plura habens. hi uero ut quod habet, accepit, dedit enim hic unum ſolum lapillum, & hic habet aiunt unum ab iſto lapillum. ſtatim interrogationem perimentes,quia quod non accepit habere contingit. ut unum ſuaue accipientem in acceptione ſi corruptum acidum ſit,habere. ſed quod & prius dictum eſt, iſti omnes non ad orationem, ſed ad hominem ſoluunt. ſi enim hæc erat ſolutio, fieri non poterat, ut oppoſitum dans ſolueret. quemadmodum & in alijs. ut ſi eſt quidem quod, eſt

quod

quod non, ſolutio ſi dici ſimpliciter det, concluditur. ſi non concluditur, non utique eſſet ſolutio. & in prædictis omnium conceſſorum, ratiocinationem non aſſerimus.

Item ſimiles cauillationes alias, & ſolutiones cum aliorum, tum ſuas ponit. Cap. CXXXII.

Similes uero eiuſmodi omnes,num quam non habet manu.] Conſequenter uero oratio cohærens eiuſmodi eſt,num quam non habet,manu uerberaret? uel quem nõ habet,oculo uideret?uel quod non accepit, habere contingit? quæ uero in medio ſita, ſolutiones ſunt, quas ſoluentes cauillationes adduxere, quaſque non recipit Ariſtoteles. cauillationes uero de eo qui duas manus,& oculos duos,& lapillos plures uno habet,concludebantur. hoc pacto,num quam non habet quis,manu uerberaret? hic uero ſolam unam manum non habet, ſed duas, uerberaret uero una manu,quam igitur non habet,uerberaret. non habens enim unam ſolam, uerberaret una ſola. ſolutio quod non uerberat,quam non habet, ſed ut non habet. non habens enim unam ſolam, uerberat una ſola. item num quem non habet quis, oculo uideret, an non? hic uero non habet ſolum unum oculum, ſed uidet uno. & hoc falſum non eſt. contingit enim unum lippitudinem habentem non uidere, unum uero ſanum uidere. rurſus num contingit quod non accepit quis, habere? unum uero ſolum lapillum ab hoc accipiens; unum enim iſto dante,& hic accipit unum, unum uero accipiens, non habet unum. cum hoc enim & alteros habet. quod igitur non accepit, habet ſolutio quia & quod accepit, habet, præterea uero & alia habet. nonnulli quidem quod oculum unum, & manum unam habet, ſoluunt. quoniam enim una quidem uerberat. & uno uidet oculo, ad tales actiones. ut uidere & uerberare. & unum oculum habere, & manum unam. quibus enim utitur operans,hæc. & ad actionem quam nunc agit, habet. hoc uero, & aliud quoduis plura habens. propter plures uno habentem lapillos dixit. ſed & lapillum ex acceptione aſſerunt unum habet. unum enim accipiens ab iſto,& unum habet ab hoc.in oratione uero hac. hi uero & ut quod habet accepit quod dicitur, eſt, accipientem unum & unum per acceptionem habet. hoc uero, dedit unum ſolum hic lapillum. huius probatio eſt. hic uero unum ſolum ab hoc accipiens lapillum, non habet unum. ſi enim aiunt unum ſolum hic dederat, & unum capiens accepit. hic uero per hoc, interrogationem uero ſtatim perimentes eiuſmodi eſt, ante dictas ſoluentium cauillationes partim quidem concluſionem, partim uero propoſitionem inficiantur. ut cauillatores interrogant, nũ uerberare aliquem quam non habet, manu ueriſimile? non. hic uero unam manum non habens, ſed duas, una uerberauit, reliquum uerberauit quam non habet, manu. non enim illam habebat ſolam. hi quidem ad concluſionem ſtatim inſtant dicẽtes unam ipſum habere operantem. alij uero ad propoſitionem inſtãt,& hanc uerã eſſe aſſerunt. ſit igitur ait, quõ falſum non uerberare, uerũ uerberare manu, quã non habet. quod inferre cauillatores ut abſurdum & impoſſibile uolunt. ſi igitur uerũ,non ſolutio ſit ſed quidem a ſolutione decidit. ad cauillatorem enim dicemus uerberare cum ea quam non habet, manu. non manu quæ omnino non exiſtit, ſed ſiniſtra, reſpondentem dediſſe. uerberare enim cum dextra quam non habet ſiniſtram. aut Socratis manu. hoc uero, ſi enim hæc ſolutio erat,dantem oppoſitum non poſſibile erat ſoluere. æquale eſt huic; ſi enim uere,& rei ipſe ſolutiones erant, ſi quis oppoſitum daret, utique cauillationes diluere non poſſent. oppoſita enim poſitis uera erunt. quare & perpoſita inducta. quomodo uero eadem oppoſitorum ſolutio erit? ſi enim quiſpiam diceret, num quam non habet, quis uerberaret manu? reſpondens uero diceret, nempe; deinde interrogans adduceret, ſed Alcibiades quidem Socratis manum non habet, & uerberat, Alcibiades igitur manu Socratis quam non habet, percutit. hoc uero quomodo tradita ab illis ſolutione ſolui poterit? ſi igitur ipſi ait rei & non ad hominem ſolutio erat, oppoſitum dante ut ſolueretur fieri nequibat. oppoſito enim dato. ſi in hoc falſitas conſtabat, uerum neceſſario erit. oppoſitum enim falſo in quo falſitas ineſt, uerum eſt. ſed quidem & oppoſito dato ſolutio eſt. non igitur circa hoc falſum, aut magis redargutio eſt. quod uero & dato oppoſito huius percutere poſſe quam non habet, manu, ſolutio eſt, planum eſt. dicentes enim quia non eadem pariter dicuntur, ſoluemus. dantes enim in illo percutere non quam non habet, manu, ſed quam ut non habet, ut in hoc, quam non habet concludis ſed quamuis dicerem dextra percutere quam non habet ſiniſtram, & hoc pacto ſoluemus. dextra enim manus ſiniſtra non eſt, quare dans, uerberare quam non habet, manu, non aliena uerberare, quam omnino non habet, conceſſit, ſed illa uerberare aſſeruit, quam ſic quidem habet,ſic uero non habet. omnino enim habet, partem enim ipſius habet. ſic uero non habet, ſiniſtram enim dextram non habet. hoc igitur pacto cauillationem ſoluemus. ſoluetur enim & ſecus,aliquis enim quendam utique percuteret non ſua manu. ut ſi quis patris manum tenens ſuum patrem patris manu uerberat. plura igitur orationis uitia ſunt, tamen non cuiuſuis uitij oſtenſio,& rei ſolutio eſt. ſed ut falſum aderat ut in hoc, Socrates ſedet, ſedens ſcribit, Socrates ſcribit. hoc uero falſum. hic non quia Socrates ſedet, falſum. & ſi contingat falſum exiſtere Socratem ſedere, ſed quia ſedens ſcribit. at hoc quidem eiuſmodi eſt. dictæ uero cauillationes in his ſolis quæ poſtremo dicta ſunt, prauitatem habent. dicta uero poſtremo erant. hoc hic uero unam ſolam non habet manum. percutit uero una. & hoc, hic quidem unum ſo-

lum non habet talum , dedit uero unum ſolum . & hoc quidem , decem habet talos & unum
abijciens , decem non habet , & reliqua . hæc uero manifeſtans ſoluit ſed non dicens quod poſſe multi-
fariam . & amplius quod non accepit habere , & his ſimilia . ſi enim ipſa ſolutio erat , dante oppoſitum
ut ſolueretut fieri non poterat . ſi quidem ipſa inquit ſolutio erat huius , quod quidem non accepit
quis habet . habet enim lapillos multos , unum ab aliquo accipiens . ſi igitur ſolutio huius erat , unum
habere . quia & unum accepit ab illo . oppoſitum dante fieri non poterat , ut ſolueretur . ſi enim data
affirmarione hac , quod accepit , habet , quod per ipſam . adductum eſt , falſum eſt , & ſolutio , hoc,pro
pter hanc traditam negationem , quod non accepit , habet contingens , uerum erit . uidelicet & inſolu-
bile ſed quidem & hac poſita contingens falſum eſt . planum ſic , utrum quod accepit quis hoc habet ?
non , deinde dicendum , ſed quidem hic ab ipſo unum accepit lapillum , & ipſum habet , quod igitur
accepit habet , & non quod non accepit . ſed quidem habet . & alios quos ab ipſo non accepit . in qui-
bus uerum erit habet , quæ non accepit , non igitur rei , ſed ad dicentem dicta ſolutio eſt . ſolutio ue-
ro eſt , quam aſſerit Ariſtoteles dicens , non idem eſſe hoc quod accepit , huic , ut non accepit . hoc.n.
ſumpto , cauillatio orta eſt . dante enim reſpondente hoc quod accepit , habet , non intulit , hoc quod
non accepit , habet . quæ quidem contradictio eſt huius , quod accepit , habet , ſed hoc , ut nou acce-
pit , habet . quæ iterum huius contradictio eſt , ut accepit , habet . quare huius quidem quod accepit,
negatio eſt hæc , quod non accepit, huius uero ut accepit , hæc ut non accepit . capiens uero hoc quod
accepit , habet , non intulit , hoc , ut non accepit . negationem huius ut accepit . hoc quod accepit , &
quod ut accepit , ut idem ſumpſit , cauillationem inferens . ſi uero ex acceptione huius quod accepit ,
habet . ut idem huic ut accepit , cauillatio conſtituta eſt . planum quod ſolutio hæc eſt . quia quæ non
eodem pacto dicta uel exiſtentia eodem modo capiuntur . uel dici poſſet . per hoc , ſi enim hæc erat
ſolutio . dante oppoſitum fieri ut ſolueretur , non poterat . ſi enim erat , quod quidem uos dicitis &
non quod ego . ego enim aio hoc accepit, huic ut accepit , nou eſſe idem . ſi igitur falſum eſt quod qui-
dem ego aio , & non in hoc cauillatio conſtituta . dante oppoſitum.quod quidem eſt idem eſſe dicere
enim quod accepit , huic ut accepit idem eſſe , huic non idem eſſe opponitur . dante igitur oppoſitum,
uerum erat contingens . nunc uero dato hoc accepit , huic ut accepit , idem eſſe , magis contingens fal-
ſum eſt . præterea de eodem quia obſcure dictum eſt , diſſerendum . ſi uero in his erat cauillatio, oppo-
ſitum dante fieri ut ſolueretur ; non poterat , ſi enim in his erat , falſa utique erant . propter enim fal-
ſum , illa falſa . quare ipſis oppoſita uera eſſe neceſſarium , oppoſita enim falſis omnino uera . ſed qui-
dem ex ueris uerum & inſolubile . nunc uero ex oppoſitis falſum . & ſolubile . non igitur circa hoc fal-
ſum , neque hæc cauillationis ſunt cauſæ . non poſſibile inquit erat ſoluere , ſi in his erat falſum.quem-
admodum & in alijs & quæ alia intulit . dicens , ut ſi eſt quidem quod eſt uero quod non fertur & alia
ſcriptura hoc . pacto dicens , ut ſi eſt quidem , eſt uero non . per utranque uero idem declaratur . quod
uero dicitur eiuſmodi potentia eſſe poterit . ut & in alijs in quibus oppoſitum uerum eſt , ſublatis falſis
& poſitis ueris , contingens uerum eſt , & inſolubile . pariter & in propoſitis . ſi circa poſita cauillatio-
nes fierent , quia falſa contingebant , poſitis oppoſitis , & ueris , & uera utique , quæ contingebant,
erant , & inſolubilia . nunc uero & falſa , & ſolubilia . non igitur in his quæ primo poſita ſunt ; quæ &
ſoluere iſti nituntur , ſed circa ea , quæ ultimo illata ſunt . eſt uero hoc , ut ſi eſt quidem quod . eſt , eſt
uero quod non , huic ęquale , ut ſi hoc quidem eſt uerum , hoc uero falſum . poſito uero quod quidem
dixit uerum utique erit . hæc diſſerens infert . ſolutio , ſi ſimpliciter dici daret , concluditur . potentia
dicens , ſolutio quidem ab illis dicta praua , & non probanda . uera uero quod ſi ſimpliciter quidem det
dici , hoc eſt . ſi quidem quæ non pariter dicuntur , pariter dici det , concluditur , refellit , atque redar-
guit . ſi uero non det , non concluditur , ſi uero non concluditur ; non utique erit ſolutio . & ſub in-
telligere hoc oportet . quam illi praue ſoluentes afferunt : at ſolutio erit quam ipſe dixit . hoc , in
dictis uero datorum omnium . huic ęquum eſt . in dictis uero redargutionibus , & cauillationibus o-
mnium ab ipſis conceſſorum huius percutere quam non habet , manu . huius uidere quem non ha-
bet , oculo . non concluditur . neque redargutionem iſti ratiocinatione colligunt . quamobrem neque
hi recte ſoluunt.

*Amplius & hæ ſunt iſtarum rationum . num quod ſcriptum eſt ſcripſit aliquis ? ſcri-
ptum uero nunc quia tu ſedes , oratio falſa , erat uera cum ſcribebatur . ſimul igitur ſcri
bebatur , falſa & uera , falſam enim aut ueram dicere orationem aut opinionem eſſe , non
hoc uero , ſed tale ſignificat , eadem enim ratio & in opinione . & num quod diſcit addi-
ſcens , hoc eſt quod addiſcit ? addiſcit enim quis tardum celeriter , non enim addiſcit, ſed
ut addiſcit dixit . & num quod ambulat aliquis premit . totum diem ambulat, aut non quod
ambulat ſed cum ambulat dixit.*

Item alias cauillationes & ſolutiones ponit. Cap. CXXXIII.

Amplius & hæ ſunt iſtarum rationum, num quod ſcriptum eſt ſcripſit quidem quis.] Eiuſmodi cauillatio eſt, num quod quidem ſcriptum quis ſcripſit? nempe, oratio uero ſcripta eſt, quod nũc tu ſedes, quæ eſt & falſa, quia tu te moues, aut ſtas. ſi uero & uera hæc oratio quod ſcriptum, oratio igitur eadem eſt, & uera, & falſa. ad hanc igitur cauillationem ſolutio ab Ariſtotele eiuſmodi adducta eſt. quod tu quidem cauillator in quanto percuntaris, in quali concludis. interrogans enim quis, num quod ſcriptum eſt, hoc quis ſcripſit, & me tuæ interrogationi aſſentiente & ut in oratione quæ eſt quanti aſſenſum præſtante, in quali concludis. potentia dicens, per hoc Ariſtoteles falſam enim uel ueram orationem uel opinionem eſſe, non hoc uero ſignificat, ſed tale, cum enim interrogationem proponebat hanc, num quod ſcriptum ſcripſit? aliquis in quanto ſolo hanc interrogauit. in oratione enim aut ſyllaba, aut dictione, quæ quidam ut didicimus in quantum referuntur, interrogaſti, cum uero quod illatum eſt, intuliſti in quali intuliſti. falſum enim & uerum qualitati aſcribuntur. hoc uero, num quod addiſcit quod addiſcens, eiuſmodi cauillatio eſt, & hoc pacto per interrogationem producebatur, num quod addiſcit quis, hoc eſt, quod addiſcit? nempe, addiſcit uero quis tardum celociter, erit igitur tardum uelox. cui obuiam procedit Ariſtoteles, dicens cauillatores interrogantes in eo quod quodammodo, colligere in eo quod ut uidelicet interrogationem in quanto facientes in quali concludere. interrogari enim, num quod addiſcit & reliqua in modo facientes. declarant enim hoc ut addiſcit, hoc pacto addiſcit celeriter, aut ſecus quodammodo, & non ſecundum rem inferunt in quali interrogationem.

Neque cum calicem bibit, quod bibit, ſed ex quo, & num quod quis nouit, hoc aut inueniens aut addiſcens nouit? quorum hoc quidem inuenit hoc uero didicit, ambo uero neutrum, an quod quidem, non omne, hoc uero, omne.

Alias & cauillationes, & ſolutiones adducit. Cap. CXXXIIII.

Neque cum calicem bibit, quod bibit. ſed ex quo eſt. num quod quis nouit.] Cauillatio eiuſmodi, num quod haurit quis, hoc haurit? aut hoc modo, num quod hauſit quis, illud hauſit? nempe, hauſit uero calicem, hauſit igitur calicem. ſolutio quod non hauſit calicem, ſed quod hauſit, uel quod bibit, ex calice eſt. eiuſmodi uero & hæc, num quod quis nouit, uel addiſcens, uel inueniens nouit? equidem, hic uero hoc quidem didicit, hoc uero inuenit, utraque uero neque didicit, neque inuenit, non igitur nouit. ſi enim nouit, uel didicit, uel inuenit, duo uero non didicit. unum enim eſt, non duo, quæ didicit. ſed neque duo inuenit, unum enim inuenit. ſi igitur neque inuenit, neque didicit duo, nihil nouit. ſed & nouit. cauillationis uero ſolutionem per hoc declarauit aut quòd quidem omne, hoc uero non omne. quod uero dicit eſt, hoc quidem omne uidelicet ut & quale, hoc uero non quale, ſed quantum. quorũ enim hoc quidem, hoc uero non hoc, quanta interrogans igitur in quod, inducit quot, amplius & ſecus hoc dicere licet, aut quòd quidem omne, hoc uero non omne. hoc eſt fieri poſſe, ut in aliqua diſciplina dicatur omne, ut quod & inueni ego, & ab alio didici, in quibuſdam uero non omne, ſed aut inuenire ſolum, aut ab alio diſcere.

Et quod eſt quidam tertius homo præter ipſum & ſingulares; homo enim & commune omne, non hoc aliquid, ſed quale quid, uel ad aliquid, uel quodammodo, uel talium quòd ſignificat. ſimiliter & in hoc, Coriſcus & Coriſcus muſicus, utrum idem an alterum, hoc quidem enim hoc uero, iſtud uero tale ſignificat, quare non eſt ipſum ponere, non ponere uero tertium conſtituit hominem, ſed hoc quod quidem hoc, hoc uero aliquid eſſe concedere. non enim erit hoc uero quid eſſe quod quidẽ Callias & quod homo eſt. neque ſi quis poſitum non quod quidem hoc quid eſſe diceret, ſed quod quale, nihil diſtabit, erit .n. præter multos unum aliquid, ut homo. planum igitur non dandum eſſe hoc aliquid eſſe in omnibus communiter prædicatum. ſed aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, uel talium quid ſignificat.

Ponit rationem cauillatorum tertium eſſe hominem probantem & ſolutionem. Cap. CXXXV.

Et quod eſt quidam tertius homo præter ipſum.] Oratio à cauillatoribus prodita, & tertium

hominem inducens, eiuſmodi, ut dicentes aſſerunt, homo ambulat, neque ideam hominem ambulare dicimus. immobilis enim illa. neque ſingularium aliquem. quomodo enim quem non cognoſcimus? hominem enim ambulare cognoſcimus, quis uero ſingularium eſt, de quo dicimus, non cognoſcimus. alium igitur quendam, præter hos, tertium hominem ambulare dicimus. tertius igitur homo erit, de quo hoc ambulat prædicamus. ſolutio eſt, hominem & commune omne non hoc, ſed tale ſignificare. ſingularium enim ſimilitudo eſt. quomodo igitur idem hoc unum in ſingularibus ſpectatum, atque in his conſiſtentiam habens, ſubſtantiam quædam erit, & præter hæc alterum. non ergo tertius homo eſt. hoc uero, ſimiliter & in hoc, Coriſcus & Coriſcus muſicus ad huius probationem, tertium non eſſe hominem, ſumptum eſt, atque hoc modo illatum, ut. ſi dixiſſet. quemadmodum enim muſicus Coriſcus a' Coriſco alter exiſtens, per ſe non eſt, neque conſiſtentiam propriam habet. hoc enim ſignificat hoc, quare non eſt ipſum ponere. propter quod non eſt hoc aliquid, & ſubſtantia, ſed tale, & quale. hoc modo, neque homo ambulat, & ſi a' Platone eſt Socrates alter, & a' particularibus. ut muſicus Coriſcus a' Coriſco per ſe erit. ut ne quiſpiam fortaſſis ſuſpicetur, & tertij hominis conſiſtentiam introduci, ex hoc quod dum dicunt, hominem ambulare, & alterum ipſum eſſe a' particularibus Socrate, Platone, atque ſingularibus, alijs demonſtrant, inquit non hoc ponere hominem tertium facit, potentia hoc, per hæc dicens, non numerando ſingulares homines & ab illis alterum dicere hominem tertium facit, ſed dare, & concedere eſſe quod quidem hoc aliquid, hoc eſt ſed hoc ſubſtantiam & hoc aliquid ſic dicere. iſtud uero, hoc aliquid mos eſt ipſi in ſubſtantia indiuidua uti. probat uero & hoc ipſum non eſſe prædicatum & communem ſubſtantiam, per quod infert hoc, non enim erit hoc aliquid eſſe quod quidē Callias, & quod homo eſt. uidelicet non enim ſi eſt quod Callias hoc aliquid, & homo hoc aliquid erit. hoc uero neque ſi aliquis poſitum quod quidem hoc aliquid eſſe dicit. huic idē eſt, ſi enim & non eſt poſitum, & commune hoc aliquid, & ſubſtantia, ſed & quale. ſed igitur alterū a' ſingularibus, in ipſis tamen, & non per ſe exiſtens. quamobrem ait non dandum alterum quendam tertium eſſe hominem. prædicatum enim communiter de omnibus non ſubſtantia, ſed quale quid eſt.

Omnino uero in orationibus circa dictionem, ſemper ſecundum oppoſitum erit ſolutio, aut propter quod eſt oratio. ut ſi propter compoſitionem oratio, ſolutio diuidenti, ſi uero propter diuiſionem, componenti.

Rurſus ſi propter accentum acutum, accentus grauis ſolutio, ſi propter grauem, acutus. ſi propter æquiuocationem, oppoſitum nomen dicens ſoluet. ut ſi animatum exiſtens dicere contingit, negantem non eſſe planum quod eſt animatum. ſi inanime affirmauit, hic uero animatum ratiocinatus eſt, dicere quod eſt inanime. ſimiliter uero & in ambiguitate. ſi in dictionis ſimilitudine, oppoſitum erit ſolutio. num quod non habet daret quis? aut non quod non habet, ſed ut non habet. ut unum ſolum talum. num quod ſcit, diſcens aut inueniens ſit? ſed non quæ ſcit, & ſi quod ambulat, premit, ſed non quando, ſimiliter uero & in alijs.

Oſtendit ſolutionem fieri ſecundum oppoſita. Cap. CXXXVI.

Rurſus ſi propter accentum acutum.] diſſeruit quod ſemper in cauillationibus ſecundum oppoſitum ſolutio procedere debet. ut ſi compoſitione feſellit, tu diuidens deceptionem euitabis, atque contrario modo. & in alijs quæ circa dictionem ſunt uniuerſaliter quonam modo ſoluere oportet, docet. & inquit, quod ſi in accentu acuto ſit error accētus grauis ſolutio eſt. ut hoc eſt, cuius marceſcit imbre. ſi ille acutum ponens accentum te feſellit, tu circunflexe lege. grauem enim accentum ubique circunflexum dicit. pariter & in æquiuocatione, ſi cauillator decipit, tu oppoſitum ad cauillationem nomen dicens inficiare. ut aliquid dicam, ſi ex æquiuocatione inanime an[illegible]tum ratiocinatus ſoluendum negantes, ac dicentes non hoc dediſſe, quod inanime ſignificat, ſed quod animatum declarat. ſi enim interrogaretur, num docens animatum eſt? aſſereresque, equidem, deinde diceret liber docet, ergo liber animatus. dicendum non inanime, ſed præceptorem docere. pariter & contrario modo faciendum. ſi enim interrogaretur non docens animatum eſt? diceres uero non, deinde aſſereret Plato docet, ergo docens animatum eſt. dic ut in libro hoc docens dixi, & in his quæ circa dictionis figuram (ut diximus ante) ſimiliter faciendum. ut cauillator non concludens dicit. num quod non habet utique quis, daret? tu uero ad hunc cauillationem ſoluens, dic, non

quod non habet, ſed ut non habet. opponitur enim ut in his quæ ante pertractata ſunt, dictum eſt; hoc quod non habet, huic ut non habet. per hoc uero ſed non quæ ſcit. quod dicitur potentia tale eſt, quod hoc pacto ſoluere oportet. quia quod ſcit, didicit, aut inuenit, ſed non quæ ſcit, didicit. hoc enim & interrogatum eſt. non enim dixit interrogans quæ quis ſcit, didicit, uel inuenit, ſed ſingulariter quod quis ſcit, didicit, uel inuenit.

Ad cauillationes uero accidentis, una quidem in ipſis ad omnes ſolutio. quoniam diffinitum non eſt, quando in re dicendum, cum in accidente extiterit, & in nonnullis quidem uidetur & aiunt, in aliquibus uero non aiunt neceſſarium eſſe. dicendum igitur concinne congruentes ſimiliter ad omnes, quia non neceſſarium. habere uero quale proferre oportet. ſunt uero omnes accidentis orationes iſtiuſmodi. ut num nouiſti quod te interrogaturus ſum? num accedentem nouiſti? aut opertum? quid ſtatua tuum eſt opus? uel tuus canis pater? num paucies pauca pauca? in omnibus enim his, planum quod de accidente, & de re uere dici non neceſſe eſſe. ſolis enim, quæ ſubſtantia indifferenti ſunt, & unum exiſtunt, omnia ineſſe hæc uidentur. bono uero, non idem eſt bono eſſe & ei qui interrogandus eſt, neque accedenti, uel operto, accidenti uero eſſe & Coriſco, quamobrem non ſi Coriſcum noui, & accedentem ignoro, eundem ſcio & ignoro, neque ſi hoc eſt opus, meum uero eſt, meum eſt opus, ſed aut poſſeſſio, aut res, uel quoduis aliud, pari modo & in alijs. interrogationem nonnulli diluunt diuidentes. aiunt enim eandem rem ſcire & ignorare, at non ſecundum idem contingere, accedentem igitur non cognoſcentes, Coriſcum uero non ignorantes, idem quidem ſcire & ignorare aſſerunt, at non ſecundum idem. atqui primum quidem, ut iam diximus orationum circa idem correctionem eſſe eandem oportet. hæc uero non erit, ſi quis non in ipſo cognoſcere, ſed in eſſe, aut quodammodo habere eandem recepit dignitatem. ut ſi hic eſt pater, eſt uero tuus. ſi enim in nonnullis hoc eſt uerum, & idem ſcire & ignorare contingit, at hic quod dictum eſt, non commune exiſtit, eandem plura uitia orationem continere nihil prohibet, ſed non omnis erroris oſtenſio ſolutio eſt. aliquem enim demonſtrare quia falſum ratiocinatione concluſum, contingit, propter quod uero non demonſtrare. ut Zenonis rationem quod moueri non eſt. quare & ſi quis ut ad id quod fieri non poteſt, colligere nitatur, delinquit, etſi decies mille ſit ratiocinationem collectum at hæc ſolutio non eſt. ſolutio enim erat, falſæ ratiocinationis propter quam falſitas eſt, oſtenſio.

Cauillationes accidentis quomodo ſoluere oporteat, docet. Cap. CXXXVII.

Ad cauillationes uero accidentis, una quidem & eadem ad omnes ſolutio.] Et ad accidentis cauillationes ſe transfert, & quomodo & has ſoluere oportet, docet. ait cauillationum accidentis unam, & eandem ſolutionem. & hic eiuſmodi cauillationibus ſolutionem quandam adducentes non quidem in omnibus commodam & omnium quæ accidentis ſunt, ſolutiuam exiſtentem proſternit, ac opprimit. quoniam inquit interminatum eſt hoc, quando in re dicendum. quod dicit eiuſmodi eſt, nonnulla ſunt eorum quæ accidenti inſunt, & de ſubiecto accidentis, aio uero de re uere dicuntur. quædam uero accidenti quidem inſunt, rei uero non inſunt. biſyllabum enim dicitur, & de albo, & de equo aliquo, cui accidit eſſe albo, uere dicitur. quamobrem in hoc propoſitiones concedere uerum. num quidem hic equus? nempe, num albus, certe, hic igitur albus, quid uero album biſyllabum? equidem, equus igitur biſyllabus, in hoc quidem uerum, de accidente, ut biſyllabum de albo dictum, & de equo dicetur. de Socrate uero non uere. non enim ſi Socrates albus, & hoc biſyllabum, & Socrates biſyllabus. quoniam igitur hæc hoc pacto ſe habent, nihil utrum dicere oportet determinatum eſt. quia quæ accidenti inſunt, inerunt & rei. hoc eſt & ſubiecto. inter-

dum nero non . ad omnes uero dicendum, non quod accidenti ineſt . & rei ineſſe neceſſarium . ſed in quibuſdam quidem, in quibuſdam uero non contingit . præterea & hoc ut uidelicet quale proferre oportet quemadmodum & in Platonis minoe ſcriptum eſt . quæ uero ibi ſunt, hoc modo ſe habent. lex apud nos quid eſt qualem interrogas legem cauillationes quæ adducuntur, eiuſmodi ſunt . num quod ſum te interrogaturus, nouiſti ? non, quid uirtutem eſſe bonum nouiſti ? equidem, hoc uero te interrogaturus ſum, nouiſti igitur quod interrogaturus . ſolutio non idem eſſe uirtutem eſſe bonum, & ſi eſt bonum, interrogari debere . ſed ipſi exiſtenti bono, debere ſi eſt bonum, interrogari accidit . iterum num accedentem, & opertum nouiſti ? non ; deinde auferentes id quo operiebatur accedens, quid uero hunc nouiſti ? equidem, ergo eundem nouiſti, & non nouiſti . item num ſtatua opus eſt ? certe, num tua eſt ? equidem, tuum igitur pus ſtatua eſt. ſed quidem & non eſt, phidie enim eſt . item num canis pater eſt ? nempe, num tuus eſt ? certe, tuus igitur canis pater eſt ? rurſus num paucies pauca, pauca ? equidem, ſed quidem centum ad decies millia decem, paucies ſunt pauca, centum igitur ſunt pauca . ſed quidem & multa . omnes has cauillationes circa accidens ſolui, planum eſt . ſolis enim inquit ſecundum ſubſtantiam indifferentibus hæc inſunt, ut indifferentes . ſubſtantia, bos, equus, his igitur hæc æqualiter inerunt . nonnulli quidem & ſecus has cauillationes ſoluunt . hanc uero ſolutionem deſtruit Ariſtoteles . quia non (ut ſuperius diximus) omnium quæ in his fiunt hæc eſt ſolutiua cauillationum . atqui primum (quemadmodum iam diximus) nonnulli cauillationem diluere hoc pacto dicentes, nihil à ratione abhorrere, ſi Coriſcum cognouimus, & non cognouimus, ſecundum aliud enim non ignoramus, & ſecundum aliud non cognoſcimus . ſed non ſecundum idem . hanc quæ uidetur ſolutionem perimens ſtagirites ait, orationum quæ circa idem eandem ſolutionem (quemadmodum diximus) eſſe oportere . orationes uero quæ amphibologiæ ſunt, omnes . circa idem . pariter neto & quæ in compoſitione ſunt omnes, quæ uero amphibologiæ circa aliud, & non circa idem, cum orationibus quæ in compoſitione ſunt . dicit igitur, ſi ſolutio eorum qui accidentis cauillationes hoc modo ſoluunt, recte ſe habet, ipſa utique omnibus quæ circa accidens ſunt, congrueret, ſed in nonnullis non congruit, non igitur recte ſoluunt . earum enim quæ circa eandem cauſam ſolutionem eſſe eandem oportet . quomodo uero talium cauillationum non eſt ſolutio de eiſdem tradita, adducit . ſi enim auferamus ait à cauillatione ſcire ut pro hoc quod dicitur num nouiſti ? introducamus hoc eſt ut non dicatur, num hunc opertum nouiſti ? & num nouiſti accedentem ? ſed quod, num hic tuus eſt ? non utique quam ipſi dicunt ſolutionem in ipſo conueniet. proloquium uero dicit propoſitionem. cauillatio uero hoc pacto interrogabatur . ſit nero orationis gratia in Glaucone Platonis fratre, qui Glauco non ſolum Platonis frater erat, ſed & pater . filios enim habebat . ſi interrogaretur Plato, detur enim & hunc eſſe interrogatum . hoc pacto ipſum litigioſus interrogabat, num quidem ô Plato Glauco tuus eſt ? nempe, num quid Glauco pater eſt ? equidem, Glauco igitur ô Plato tuus eſt pater . in hac quidem cauillatione quomodo ſolutioni quam ipſi dabant, locus eſſe poterit . quoniam hunc quidem noui, hunc uero non noui . utrunque enim Plato nouit . & quia pater eſt Glauco, & quia ipſius Platonis, uidelicet eſt aliquid . quamobrem à quibuſdam dicta ſolutio non utique omnibus quæ accidentis ſunt, conueniret . ſi enim & in nonnullis uerum eſt dicere, quia ipſum noui, & ignoro. ſecundum aliud, atque aliud . ſed ſic hoc dicere non contingit . non paucæ quidem ratiocinationis ſunt prauitates . tamen non cuiuſuis prauitatis oſtenſio, & rei ſolutio eſt, quod quidem paulo ante diximus . ſed propter quam falſum eſt ut in hoc, Socrates ſedet, ſedens ſcribit, Socrates igitur ſcribit, hoc falſum . hic non ſi quis dicat quia Socratem ſedere ſupponitur, falſum illatum eſt, quamuis Socratem ſedere falſum exiſtens contigerit . ſed quia ponitur ſedentem ſcribere . non igitur ſolutioni ſat eſt, falſum eſſe illatum demonſtrare . ſed cum modum tum cauſam propter quam falſum illatū eſt, dicere oportet. ſi enim ex duabus in figura ſecunda affirmatiuis hominem equum eſſe demonſtrare quis concludit, non ſufficit hoc falſum demonſtrare ſed & cauſam dicere . quamobrem falſum illatum eſt . quia in figura minime ſyllogiſtica eſt . ab ipſo quoque ad id quod dicitur, exemplum poſitum eſt . eſt uero eiuſmodi, quod per hoc dicitur . Zeno motum non eſſe dicebat . ſi quis igitur Zenonis rationem motum tollentem inducere, ac demonſtrare nitatur, quia poſita Zenonis ſuppoſitione quodam quod minime fieri poteſt inferatur, delinquit . non enim cauillationem ſoluit . ſi enim dicit, ego quidem ô Zeno motum eſſe aio, ſi uero hoc falſum, uerum quod tu ais non eſſe motum . ſit hoc & motum non eſſe, neque moueri ponatur . ſed ſi non eſt hoc, neque unde motus incipit, erit . ſi uero hoc, neque ab oriente ad occidens ſol mouebitur, neque ab occaſu ad oriens . ſi uero non hoc, neque dies, neque noctes erunt . quod quidem haud fieri poteſt . ſi uero hoc fieri nequit, falſa & tua ſuppoſitio, aut quam impoſſibilitas conſequebatur . hæc ratiocinans & ſi decem millies ratiocinatione utatur, & uere concludens, ac colligens quod eſſe non poſſit, quin motus ſit, quia Zenonis ſuppoſitionem ad id quod fieri nequit, impulit . tamen Zenonis cauillationem non diluit . at dicens, quia actu infinita accipis, & quæcunque alia in ſexto naturalis auſcultationis libro ipſe dixit Ariſtoteles, & nos hæc exponentes ſpeculati ſumus.

Si igitur non ratiocinatus eſt, ſi & uerum aut falſum colligere nititur, illius manifeſtatio, ſolutio eſt. forte uero & hoc in nonnullis contingere nihil impedit, præterquam

in his, neque hoc ubique uideri poteſt, & enim Coriſcum quia Coriſcus, nouit, & accedentem, quia accedens, contingit idem cognoſcere & non, ut album quidem ſcire, quia uero muſicum non cognoſcere; hoc enim pacto idem nouit & non nouit, ſed non ſecundum idem, accedentem uero & Coriſcum, & quia accedens, & quia Coriſcus nouit. pariter errant & ſoluentes, quia numerus omnis, & multus, & paucus, non ſecus ac illi quos diximus. ſi enim non concluſo, hoc relinquentes, uerum concluſum eſſe aiunt. omnem enim eſſe & multum & paucum, delinquunt.

Cum à reſpondente in quo conſiſtat cauillatio, oſtenditur, ſolutio cauillationis exiſtit. Cap. CXXXVIII.

Si igitur non ratiocinatus eſt ſi & uerum.] Quód dicit per ea quæ diſſeruit, hoc eſt. & ſi uerũ inquit, etſi falſum, uel ex modo non ſyllogiſtico illatum, huius oſtenſio ſolutio eſt. non ratiocinatur tũ qui ex duabus particularibus aliquid colligit, tum qui ex duabus in figura ſecunda affirmatiuis; necnon qui æquiuocis utitur, atque ambigua recipit; atque ſi quid eiuſmodi. quamobrem qui in horum aliquo cauillationem factam demonſtrauit, ille ſoluit. forte uero inquit in nonnullis nihil prohibet, demõſtrando quod ſequitur eſſe non poſſe, rationem ſoluere. ſed in præſenti hoc non ſufficit; uel maxime hoc dicit, in quibuſdam nihil prohiberi dicere, idem tum ſcire, tum ignorare ſecundum aliud, atque aliud, in Coriſco uero accedente, hoc ſat non eſt. nouit enim reſpondens, & eum qui accedit, progredi, & Coriſcum, quia Coriſcus: ſed & cauillationem diluentes centum & multa & pauca concluſum dicentes. quia numerus omnis, & multus, & paucus: pariter his delinquũt, quos dum quod fieri nequit, adducunt, errare diximus. & ſolutionem quamlibet non quamobrem falſum eſt adducentes & reliquũ erit huic, quemadmodum quos diximus errare, ut & illi errarunt, ſic & iſti. quis uero inquit error. dimittentes enim inquit dicere ad litigioſum, quia non concludit, hoc quidem dicere dimittunt. aſſerunt uero eundem concluſum eſſe, & numerum omnem, tum multum, tum paucum dicunt. ſi igitur hoc modo faciunt. cur delinquunt, ęquale uero eſt, quod dicitur huic, ſi enim relinquentes dicere ad litigantem, quia non concludit, poſitionis contra dictionem. ſi hoc igitur relinquentes uerum eſſe quod concludit dicunt, & eorum, quæ fieri non poſſunt, eſſe nihil. omnis enim numerus & multus, & paucus eſt, delinquunt.

Nonnulli uero & duplici ratiocinationem ſoluunt. quia tuus eſt pater, aut filius, aut ſeruus. atqui planum eſt. quod ſi circa multipliciter redargutio dici apparet, nomen aut orationem plurium propriam eſſe oportet. hoc uero hunc huius eſſe filium, nemo proprie dicit, ſi uero filij eſt dominus, ſed circa accidens eſt compoſitio, num hoc tuum? nempe, eſt uero hic filius, tuus igitur hic filius, quia & tuum & filium eſſe accidit, ſed non tuum filium. & eſſe aliquod malorum bonum. prudentia enim malorum ſcientia eſt, hoc uero, iſtud horum eſſe non pluriſariam, ſed poſſeſſio dicitur. ſi igitur multiſariam, & enim hominem animalium eſſe dicimus, ſed non poſſeſſionem, & ſi quid ad mala dicatur ut alicuius, per hoc malorum eſt, ſed non hoc malorum, circa quoquo modo & ſimiliter apparet. atqui forte bonum eſſe aliquid malorum contingit, dupliciter, ſed non in oratione hac, ſed ſi quod mancipium eſſet bonum exiſtens praui magis, forte uero neque ſic. non enim ſi bonum & huius, bonum huius ſimul. ſed neque hominem dicere eſſe animalium, pluriſariam dicitur. non enim ſi interdum quid ſignificamus auferentes, hoc dicitur pluriſariam, & enim dimidium dicentes carminis da mihi, Iliadem ſignificamus, ut hoc, Iram cane dea.

Ponit diuerſas cauillationes ad ſcientiã factas. Cap. CXXXIX.

Nonnulli uero & duplici ratiocinationem ſoluunt.] Ante eorum quæ dicuntur, declarationẽ,

hoc præfari oportet . has cauillationes quæ nunc ponuntur ad ſcientes dictas eſſe. hoc uero, hic huius ſeruus eſt, hoc pacto concludebant . num hic filius eſt ? nempe, quid, hic huius eſt ? certe, hic igitur huius filius eſt, ſed & ſeruus . ſi enim reſpondentem hunc Glauconis eſſe ſeruum ſed non filium latuiſſet, ille uero interrogaret . num hic filius eſt ? equidem , num hic Glauconis eſt ? certe , hic igitur Glauconis filius eſt , ſed & ſeruus . quod huic non filius idē eſt . ſi igitur hæc ignoraret reſpondens , ad interrogantem dicere utique poſſet . unde ſeruum & non filium conſtat eſſe Glauconis . quamobrem ad ſcientem interrogationes hoc faciebant . cum hæc hoc pacto ſe habeant , nonnullos eiuſmodi cauillationes duplici ſoluere dicit Ariſtoteles . duplex uero æquiuocationem , & ambiguitatem dicens . nanque dicebant nū quidem hic huius duplex , quia & huius ſeruus , & huius filius . pariter inquit & hoc, hic huius filius duplex . & enim uel quia Glauconis filius , uel ipſum generantis . ad hæc quidem ait Ariſtoteles non recte ſoluere . non enim eſſe duplex hoc , num hic huius ? uel , hoc , num hic huius filius ? quoniam enim, ut dictum eſt, ad ſcientem hunc Glauconis eſſe ſeruum , ſed non filium , interrogationem faciebant. quomodo utique ad ipſum duplex erat , hic huius . dans enim hunc huius eſſe , ut huic equum dedit, hunc huius ſeruum eſſe . quamobrem num hic huius ad ipſum duplex non eſt . expedite ualde per carmen inferius ad exemplum adductum cauillationem, non circa duplex eſſe demonſtrauit . ut enim dicens da mihi hoc, Iram cane dea . dimidium carminis audiens non Iliadem carmen intelligit, neque ut Iliadis dimidium , ſed ut uerſus dimidium dat . hoc enim iram cane dea non poematis ſed carminis dimidium eſſe determinate nouit . non enim Ilias ſed uerſus dicitur carmen . ſiquidem diceretur & Ilias & uerſus carmen , tunc utique da mihi dimidium carminis duplex eſſet . quoniam uero non Ilias, ſed uerſus dicitur carmen , non duplex . hoc pacto & in illis . hoc uero , ut quod tuus eſt pater , uel filius . huic æquabile eſt . tuus igitur ô Glauco hic filius , & tuus o' ſerue Glauco pater . diluit uero dicens, quod ſi cauillatio duplex erat , nomen & orationem de quibus dicuntur , proprie dici oportebat . canis enim cum e numero eorum quæ dicuntur plurifariam , ſit , & de terreſtri , & cœleſti proprie dicitur. pater uero de ſeruo , de quo & hoc , tuus datum eſt , non proprie dicitur . dicens enim quod equidem tuus , tuus ut ad ſeruum dedit . non uero pater ſerui dicitur pater . quare oratio non duplex , propter hoc, quia duplex propriede omnibus dicitur , de quibus ſeruus dicitur . cuius ut idem tuus non proprie ad patrem dici datum eſt . dictionem uero hanc , hunc uero eſſe huius filium hoc pacto tranſcendenter legendum . hunc uero huius proprie eſſe filium dicit nemo. ſi enim filius ad dominum proprie dicebatur, tunc utique & horum declaratiua hæc , hoc uero , huius , duplici erant , quod filius & domini eſt filius , & patris . & pater & ſerui pater & filij ſignificant . quoniam uero non domini , ſed patris dicitur filius . neque uero filij & patris declaratiuum, quod quidem eſt hoc, hoc uero, huius, duplex erit , pariter & in ſeruo & in domino dici uero non dupliciter planum . ſeruum enim huius proprie filium nullus dicit. ſi ſeruum ipſum eius cognoſcit , non filium . & ut paucis abſoluatur, hoc , hunc uero huius eſſe filium , huius eſſe ſeruum nemo dicit proprie . ſi igitur & nonnulli inquit circa æquiuocationem uel ambiguitatem cauillationem eſſe aſſerunt . hæc enim duplicia ſunt , ſed quidem (ut demonſtratum eſt) accidentis ſunt . cauillatio uero de prudentia eiuſmodi eſt . num malorum ſcientia eſt ? nempe , mala enim ſcibilia . at prudentia quidem ſcientia , ergo malorum prudentia eſt . igitur mali aliquid prudentia. & hoc uero nonnullos duplici ſoluere dicit . hoc enim horum eſſe duplex aiunt , quam inficiando ſolutionem inſtat uelut non facientem ſatis , & intulit , dicens hoc horum eſſe. plurifariam non dicitur ; ſed tanquam poſſeſſio dicebatur . ut enim regio hæc Athenienſium exiſtens non plurifariam dicitur , ſed poſſeſſio , uel ſeruus . ut dictum eſt . hoc pacto neque malorum uirtutem eſſe , plurifariam dicitur. planum enim omnibus non malum aliquod eſſe uirtutem . malum enim eſſe ipſam dicens , nemo proprie dicit ſed malorum eſſe , atque ſcibilium ſcientia dicitur , ergo & hoc accidentis & non circa duplex eſſe dicitur . quamobrem horum prudentia eſt . his uero accidit eſſe mala , quapropter malorum prudentia dicitur . ſi igitur multifariam & enim animalium hominem eſſe dicimus , orationi hoc deeſt, non recte dicit . perfecta utique talis erit , ſi uero quis hoc , iſtud horum aut hoc , hic huius plurifariam dici ait. quia & oratio animalium hominem dicens plurifariam dicitur . ſi igitur hoc quis dixerit , non recte dicit . & cauſam huius , non recte dicere hoc dicentem uelociter poſuit , per hoc . ſed non poſſeſſio . quod quidem huic æquabile eſt . non enim poſſeſſio dicitur . eſt uero uniuerſa dictionum eiuſmodi ſententia . ſi quidem uno modo animalium homo dicebatur , quoniam animalium eſt . omne enim animal non non animalium , ſed animalium . alio uero iterum modo animalium dicebatur . quemadmodum Pyreum magis quam tinegra Athenienſium . hæc enim dicuntur ut poſſeſſiones Athenienſium . tunc quidem hoc , & hoc, hoc uero huius, uel hoc horum utique dicebantur multipliciter . quoniam uero animalium homo non plurifariam dicitur : nullus enim cum animalium ipſum audierit , ut animalium eſſe poſſeſſionem accipit . ſed quia animal eſt , non enim animalium homo ut animalium poſſeſſio proprie dicitur , neque hoc dicens proprie dicit . quoniam igitur animalium homo multifariam non dicitur , neque hoc huius declaratiuum ; eſt uero hoc, iſtud horum duplex eſt . quare neque ſerui & domini ſignificatiuum . eſt uero & hoc ipſum , hoc huius duplex . & quamobrem dictum prius eſt . hoc uero & ſi quid ad mala dicatur , ut aliquo huic idem eſt . & ſi quid ad mala dicatur ſecundum generandi caſum , quemadmodum malorum prudentia dicitur, dicetur quidem , non quia malorum mala eſt , ſed quia malorum ſcientia exiſtit . prudens enim ſcit mala . quare cauillationes hæ , quas paulo prius diximus , accidentis, & non circa duplex factæ ſunt . quodāmodo uero & ſimpliciter ipſum circa accidens nominarunt quodammodo enim exiſtens , hic uero huius ut domini ſeruus , & ſimpliciter de omnibus de quibus hoc ,

hic

hic huius dici poteſt,inferre iudicant. atqui contingit fortaſſe bonum malorum aliquid eſſe. ut fortitudo,quæ abſolute,& ſimpliciter bona eſt,nõnullis quia uulnera in bello accipiuntur,malum eſſe uidetur. propter hoc enim & ipſum hoc,fortaſſe adiecit. quare oratio dicens malorũ fortitudo duplex. uel enim quia malum aliquod fortitudo eſt,uel quia ſcit mala. ſed ſi nonnunquam orationem aliquam contingat dicentem bonum aliquod malorum eſſe,duplicẽ eſſe. ut in fortitudine & diuitijs ſanitate atque alijs quibuſdam. ſed non dicentem prudentiam eſſe malorum aliquod duplicem eſſe aſſereremus, atque hoc dicens orationem,quæ cum non ſit duplex,apparentem duplicem ponit. ut paulo poſt dicet. oratio uero quam refert,duplex habere uidetur,quæ hæc eſt. ſed ſi quid mancipium erit bonũ praui. fertur quoque ſcripta oratio ſecus,quæ hoc modo ſe habet. ſed ſi mancipium aliquod erit bonum nomen praui. quod uero dicit eiuſmodi eſt. ſi quis exiſtens ſeruus bonus. uel ſi enim aliquis ſeruus nomen ut bonus nuncupatus ſit, habet, prauo ſeruire contigerit. aliquis uero dicat bonum praui eſſe,oratio utique duplex uideri poterit. quoniam ſeruorum plurimi praui dicuntur, quandam duplicis imaginationem abſoluit. uel enim quia bonus prauus, uel q̃a praui ſeruus. cũ hoc poſuit eſſe (quemadmodũ dixi) orationẽ duplicẽ negat dicens. non enim ſi bonum mancipium exiſtens dicitur,& praui,& bonum praui dicetur,hoc uero ſimul proponitur,ut ſi dixiſſet. non duo ſimul bonum praui, ſed tria bonũ mancipium praui. hoc enim ſimul intelligere interrogata cogunt. hæc quidẽ propter ſcripturarum unam dici poſſunt. propter uero illam,quæ & propoſitum nomen habet, dici poteſt. non enim ſi ſeruo nomen bonum inditum, ut non Nicocles,uel Plato,uel Hipponicus,uel aliud quid eiuſmodi,ſed bonum uocetur,quemadmodum Olympionices homo hoc ipſo nominabatur nomine,iam & bonum praui duplex. ut quia bonum nomen ſerui prauum eſt,uel quia praui domini,ſed ſimplex. quare accidentis, non enim ſi eidem dici bono accidit, & praui eſſe, & bonum praui eſt. quemadmodum neque ſi prudentia ſcientia,ſcientię uero accidit ut malorum ſpectatrix ſit,& prudentia malorum eſt. nõ enim quęcunque de prędicato dicuntur, omnia & de ſubiecto prędicati dicentur. quamobrem nõ ſi ſeruo dici bono acciderit, huic uero item praui,& bonum praui, ſed bonum ſeruum domini praui. ſed neque hominem animalium eſſe dicere pluriſariam dicitur obſcure ualde cauſas ponit,quibus non recte apparent dicentes duplex,huius hoc. iterum cauſam exponit dicens,neque hominẽ dicere animalium pluriſariam dicitur,quemadmodum uero neque bonum ſeruum praui, non enim ſi aliquando quid inquit ſignificamus, hoc auſerentes pluriſariam illud dicitur. eſt uero quod dicit. non enim omne quod per ſe ſumptum,& determinatum, atque notum,& de hoc dictũ multifariam dicitur. non enim ſi huic tuo eſſe,& filio eſſe accidit,tuus eſt filius. non enim quæ eidem accidunt, & hæc adinuicem eadem. non enim ſi Coriſcus,& muſicus,& albus,& muſicum & album idẽ. ſi quidem enim omnia quę per accidens de eodem aliquo prædicantur,& inter ſe adinuicem,& ſubiecto eſſent eadem,tunc utique & hoc,hic tuus eſſet duplex,& hic huius, nihil enim hęc dictio, tuus in filio,aut ſeruo dicere differebat,quoniam filius & ſeruus de eodem dicta,eadem ſunt. quoniam uero non eadem,ſed altera,quomodo fieri poteſt, ut dicatur omne per ſe acceptum? ut huius ſolius declaratiuum duplex. ſi enim hoc eſſet. quoniam iram cane dea auferentes,determinate ſciuimus uerſus,& non Iliadis eſſe dimidium,dicens,da mihi,iram cane dea,dimidium carminis duplex utique eſſet,ſed quidẽ non duplex per ſe acceptũ, iram cane dea. cuius dimidium eſt,clarum factum eſt quare & hoc oratio ſignificans, non duplex. ſi uero hoc,neque dicens, num uero tuus? duplex. nanque quomodo hic huius eſt, planum exiſtit. quare hoc huius pluriſariam non dicitur,cum quid notum exiſtens,quid eſt auferentes hac nuncupatione nominamus. dico quidem nuncupationem huius hoc. non enim Platonem & Ariſtonem per ſe ipſos capiens, atque interrogans,num hic huius eſt? huic idem dicit. num Plato filius eſt Ariſtonis? & hic interrogatio non duplex. quia quæ accepta ſunt,nota eſſe contingunt,quomodo adinuicẽ ſunt. præterea hoc, neque enim ſi aliquando quid cuius auſerentes. tale eſt. nõ enim hoc huius hoc multifariam dicitur. ſi aliquando cuius auſerentes nuncupatione,& appellatione hac. huius hoc ſignificamus. & enim dicentes da mihi dimidium carminis,iram cane dea. potentia appellatione hac,huius hoc ſignificamus. ſi enim duplex,hoc enim ſubintelligere oportet. dicẽtes da mihi huius hoc,uidelicet,uerſus dimidium carminis. ut hoc iram cane dea. Iliadem ſignificamus, uidelicet,ſignificamus quod das mihi dimidium Iliadis,ſed non hoc ſignificamus,in dictione uero hac,& enim dimidium dicentes,da mihi ſubſiſtendum in hoc da mihi, deinde ſubinducendum hoc iliadem ſignificamus. eſt uero dictionis mutuum eiuſmodi. & enim dimidium carminis dicentes,ut iram cane dea,Iliadem ſignificamus.per ipſum utique diceret. ſi omne hoc,huius hoc. duplex, & hoc,da mihi dimidium carminis,duplex eſt,& hoc dicentes,diceremus utique da mihi dimidiũ Iliadis.

Caullationes uero propter id quod proprie hoc, aut aliquo pacto, aut ubi,aut quodam modo,aut ad aliquid dicitur, & non ſimpliciter,concluſionem ad contradictionem ſpeculanti ſoluendum, ſi horum quid paſſum eſſe contingit. contraria enim, & oppoſita, & aiunt, & negationem, ſimpliciter quidẽ ut eidem adſint fieri nequit, quodammodo uero utrũque, aut ad aliquid,aut quoquo modo, aut hoc quidem quodam modo, hoc uero ſimpliciter, nihil impedit. quamobrem ſi hoc quidem ſimpliciter,hoc uero quodam modo, non dum redargutio. hoc uero in concluſione ad contradictionem ſpeculandum.

Cauillationes uero propter id quod proprie hoc,aut aliquo pacto aut ubi.] Quæ ſint circa id quod proprie eſt,expoſuit per hoc,aut quo pacto,aut ubi,aut quodammodo. quicũque enim in eo quod quo quo modo,uel ubi,uel quodammodo ueritas aſſeritur,uel non aſſeritur,& ſimpliciter uera enuntiari, uel falſum aſtrui,aut eſſe,aut non eſſe iudicantes in eo quod proprie dicitur eſſe cẽſent. ſimpliciter enim idẽ, & unum ſimul ut album,& non album ſit, fieri non poteſt. quoquo modo uero ut ſit,non eſſe,non poteſt. ut enim oculus quodam quidem modo albus,modo uero quodam non albus. atque ęgritudo latroni,aut ſepulchrorum ualatori bonum eſt,ſimpliciter uero non bonum,& quodam modo quod non eſt, eſt. opinabile enim eſt,ſimpliciter uero non eſt. hoc uero,quare ſi hoc quidem ſimpliciter, hoc uero quo quo modo. redargutio ſic & de Aethiope intelligi poteſt. ſi enim ſecundum carnis eſt ſuperficiem niger, ſimpliciter eſt niger,dentibus uero albus,ipſum album,& non album concludens non redarguit. poteſt enim & de ſimpliciter non ente intelligi. ſi enim ſimpliciter quidẽ eſt non ens, quodam modo uero ens. ut opinabile. eſt enim de eo opinio non quod ſit,ſed quia non eſt,ipſum tum eſſe, tum nõ eſſe colligens, non coarguit.

Sunt uero eiuſmodi omnes orationes hoc habentes num contingit non ens eſſe? ſed quidẽ eſt quid non ens,pariter uero & ens non erit,non enim erit quid entium. num eundem ſimul recte iurare & peierare contingit? quid eundem ſimul eidem perſuaſum aſſentiri & non aſſentiri contingit? aut neque eſſe quid,& eſſe idem. non ens uero non ſi eſt quid, & ſimpliciter eſt,neque ſi bene iurat hoc & quodam modo,neceſſe eſt & recte iurare & enim peieraturum iurans bene iurat peierans hoc ſolum,bene uero iurat non. neque non perſuaſus aſſentitur,at ſecundum quid aſſentitur.

Alias non diſſimiles cauillationes ponit & ſoluit. Cap. CXLI.

Sunt uero eiuſmodi omnes orationes hoc habentes] Cauillationes tales,nũ quod non eſt,eſſe contingit? non,quid non ens,opinabile ne eſt? certe,non ens igitur eſt. hoc enim ſed quidem eſt aliquid nõ ens ut huic ęquabilem eſt. ſed quidem non ens eſt quid, ut opinabile. item quod eſt, non eſſe hoc pacto concludunt. ſi eſt ens,uel homo,eſt,uel bos,uel equus,uel talium aliquid,nihil uero horum eſt. quare neque eſt,non igitur eſt ens. item num eundem ſimul recte iurare & peierare contingit? iurans uero ſe peieraturum peierauit,quare recte iurauit. qui enim fecit quod facere iurauit ueritatem non mentitus eſt. iurans enim peieraturum peierauit,iſdem igitur ſimul peierauit,& iuſte ac recte iurauit. rurſus non eundẽ perſuaſum aſſentiri & non aſſentiri eidem contingit? non,ſed quidem qui geometrę coſtam non eſſe cõmenſurabilem perſuaſus aſſentitur, eandemque eſſe cõmenſurabilem non pręſtat aſſenſum. atque ſolẽ terra eſſe maiorem aſſentitur,eidem uero minorem eſſe non fidem pręſtat. iſdem igitur eidem aſſentitur, & non aſſentitur. cum has poſuiſſet cauillationes eaſdem ſumma breuitate ſoluit dicens,uel neque eſſe aliquid idem. hoc eſt non idem dicere eſt quod non eſt,eſſe aliquid. ut opinabile & ſimpliciter, quia eſt. ſi enim quod aliquid eſt,ei quod ſimpliciter eſt,eſſet idem,utique nõ ens,eſſet ens. quoniam uero alterum, non erit quod non eſt,ens. plane uero & hoc ſoluit eundem ſimul peierare, & recte iurare dicens, pręter hoc ſolum recte iurat non. quod ęquum eſt huic ſimpliciter quidem non recte iurat, ſed hoc ſolum quia iurans ſe peieraturum peierauit, quare ſecundum hoc ſolum, ſimpliciter uero non recte iurauit, ſed hoc ſolum iurans peieraturum peierauit,quare in hoc ſolo,ſimpliciter uero non recte iurat. quamobrẽ neque peierans ſimpliciter,ſed quodam modo recte iurat. neque qui non obtemperat & aſſentitur ſimpliciter, obtemperat,ſed aliquo modo aſſentitur, ac obtemperat. ſimpliciter uero ueritati obtemperas de qua & τὸ πείθεται uere dicitur,ueris enim credẽs & his obtemperans,proprie obtemperat,& aſſentitur,falſo uero non aſſentitur,neque credit. aliudque eſt cui fidem pręſtat & obtemperat, aliud cui non pręſtat fidem, neque obtemperat.

Similis uero oratio,& de eo quod iſdem ſimul uerum & falſum enunciat, ſed quia nõ eſt ſpeculatu facile,utrum quis aſſignarit ſimpliciter ueritatem,aut falſitatẽ dicere difficile apparet. prohibet uero eundem nihil, ſimpliciter eſſe falſum,quoquo modo uerum,aut alicuius, & eſſe uerum aliquem,uerum quidem non. ſimiliter & in his quæ ad aliquid,& quo quo modo, & aliquando. omnes enim eiuſmodi orationes circa hoc accidunt, num ſanitas uel diuitiæ,bonum, at imprudenti, atque non recte utenti, non bonum, bonum igitur & non bonum. quid ſanum eſſe,& plurimum in ciuitate poſſe,bonum? at eſt quando & non melius,

idem

idem igitur eidem bonum, & non bonum, an nihil impedit ſimpliciter exiſtens bonum, huic uero non eſſe bonum. utrum quod non uellet prudens malum? abijcere non uult bonum, malum igitur bonum, non enim idem eſt dicere bonum eſſe malum, & abijcere bonum.

Nonnulla cauillationum quoque ſecundum quid & ſimpliciter exempla ponit, & ſolutiones. Cap. CXLII.

Similis uero oratio & de eo quod iſdem falſum dicit.] Cauillatio uero quę eſt in eo quod iſdem falſum ſimul, atque uerum aſſerit, interrogabatur, atque in illis, in quibus pariter oppoſita aderant, concludebatur. hęc uero ſunt quorum dimidium quidem album, dimidium uero nigrum. quemadmodum in oculo ſe habere ſpectamus. cauillationis uero conſtitutio talis, num eundem falſum & uerum ſimul aſſerere contingit? non, deinde ſed dicens oculum album. falſum, necnon uerum dicit. ſimul enim eſt albus, & non albus. & huius eandem ſolutionem eſſe aſſerit ſed quia non facile eſt ſpeculatu, & maxime in quibus oppoſita pariter inſunt, aſſequi nō poſſumus, utrum aſſerere oportet. ueritas ne an falſitas aſtruatur, difficultatem exhibet. nihil uero impedit eundem ſimpliciter uerum, quoquo modo falſum aſtruere. ut in Aethiope, & non ente. dicens enim Aethiopem nigrum ſimpliciter quidem ueritatem, quoquo modo falſitatem dicere perhibetur. eundem uero album eſſe aſſerens ſimpliciter quidem falſus, quoquo modo uerſus habetur. hoc uero, uel cuius diceret utique in quo dimidium album, dimidium uero non album. hic enim neque ſimpliciter eſt uerus, quoquo modo falſus, neque contra ſimpliciter falſus, modo uero aliquo uerus. ſed cuius, uidelicet, ęqualiter tum falſus, tum uerus. poteſt & mutuo hoc, alicuius poni. quoquo modo enim falſitatem uel ueritatem enuncians, ſecundum quid, non ſimpliciter mentitur, & uerus habetur. hoc uero & eſſe uerum aliquem, falſum uero non, ęquale huic eſt. eſſe ſecundum quid uerū, ſimpliciter uero non uerum. ſecundum aliquod enim ueritatem dicens in aliquo, & non ſimpliciter uerus eſt. poteſt uero quiſpiam & hoc pacto cauillationem quæ interrogata eſt, intelligere. num eundem ſimul mentiri, & ueritatem dicere contingit? non, ſed quidem dicens ego mentior ſimul falſum, & uerum dicit, falſum igitur hoc, eundem ſimul & ueritatem, & falſitatem dicere non contingere. reliquę uero, quę deinceps poſitę ſunt cauillationes, planę, & apertę ſunt. & horum exempla nō pauca in libris de diſſerendi arte inueniuntur.

Pariter & furis oratio, non enim ſi malum eſt fur, & accipere eſt malum, non malum uult, ſed bonum. accipere enim bonum, & ægritudo malum eſt, ſed non abijcere ægritudinem. quid iuſtum iniuſto, & iniuſte, iuſte eligibilius. at iniuſte mori eligibilius. num iuſtum ſua unumquenque habere? quæ uero utique quis ſecundum ſuam opinionem iudicaret & ſi falſa ſit, ex lege rata ſunt, idem igitur iuſtum, & iniuſtum. & utrum iuſta dicentem, an iniuſta iudicare oportet? ſed quidem & qui iniuria affectus eſt, quæ paſſus eſt ſufficienter dicere iuſtum eſt, hæc uero iniuſta erant. non enim ſi aliquid iniuſte pati eligibile, iniuſte iuſte eligibilius. ſed ſimpliciter quidem iuſte, hoc quidem nihil impedit, iniuſte aut iuſte, & habere quæ ſua ſunt, iuſtum, aliena uero non iuſtum, iudicium quidem hoc iuſtum eſſe nihil uetat, ut ſi ſit ſecundum iudicantis opinionem. non enim ſi iuſtum ſic aut ſic, & ſimpliciter iuſtum. pariter & quam iniuſta ſunt. hæc dicere iuſtum eſſe, nihil prohibet. non enim ſi dicere iuſtum, neceſſe iuſta eſſe. quemadmodum neque ſi ut dicatur conferens, conferentia ſunt. pariter & iniuſtis quare non ſi quæ dicuntur iniuſta, dicens iniuſta, ſuperior eſt. dicit enim quæ ut dicantur iuſtum eſt, ſimpliciter uero & pati iniuſtum.

Alia earundem cauillationum ſecundum quid & ſimpliciter ponit cum ſolutionibus exempla. Cap. CXLIII.

Similiter uero & furis oratio.] Cauillationis deductionem prius exponere oportet, ſic enim & ſolutio quam ipſe adduxit, atque ſubſcripſit, plana erit. cauillationis uero deductio talis eſt, num ſuum quis uult malum? non, quid uero, furari malum? nempe, fur uero furari uult, certe, ſuum igitur malum uult. accipere uero loco huius, quod furari hic ſumptum eſt. in quibus dicit. non enim ſi malum eſt fur, & accipere eſt malum. hoc uero furari malum eſſe, cauillatores malum eſſe furem demonſtrantes probabant, furis uero diffinitione ipſum malum eſſe demonſtrabant. quam ipſe furis rationem dixit. ſi enim fur eſt,

aiunt uolens aliena furtim ſumere. hoc uero malum, & fur igitur malum, quamobrem & furari malum. quare ſuum fur uult malum. hoc diluens Ariſtoteles induxit hoc, non enim ſi malum eſt fur, & accipere eſt malum. poteſtate dicens. nõ enim ſi malum eſt fur. & furari ut malum, ſed ut bonũ uult. omne enim quod unuſquiſque appetit, ut bonum quamuis malum, appetit. quamobrem & fur non ut malum, ſed ut bonum furari uult. non igitur ſuum malum uult. quia uero aliena ſumere bona, accipienti malum nõ eſt, neque accipere ut mala, ſed ut ſua ſtudet bona, per malorum abiectionẽ probat. uirtute dicens quemadmodum ęgritudinem abijcere, quę mala exiſtit, non eſt malum, ſic neque bonas facultates ſumere alienas accipienti malum eſt. ſi enim quorum abiectio (ut in diſſerendi artis libris dictum eſt) malum, horũ ſumptio bonum, ſed facultatum abiectio, malum, ſumptio igitur bonum. furari igitur bonũ. ad hoc uero dicendum, quod non omnis ſumptio bona, ſed talis. cauillatio uero ſequenſ talis. ſi mori iniuſte eligibilius, quam iuſte mori. ut & Socrates ad dicentem o' Socrates iniuſte morietis dixit, tu uero igitur me uis iuſte mori. iuſte enim moriens ut homicida uel ut maleficus hoc patitur, iniuſte patiens, iuſtus, quemadmodum & Socrates. ſi igitur iniuſte dicunt cauillatores quàm iuſte perire, eligibilius, & iniuſtũ iuſto eligibilius. cauillationis uero huius cum proceſſerit ulterius, ſolutionem explicabit. concluſę uero cauillationis idem eſſe iuſtum, & non iuſtum paulo poſt deductionem plane exponemus ad eius, quod dictum prius eſt, declarationem, dicti in quinto de moribus libro memoriam repetere eſt opus. quod quidem eſt aliud natura eſſe iuſtum, aliud uero ſecundum iudicantis opinionem, aliud uero ſecundum legis inſtitutionem diffinitum. quare idem & iuſtum, & iniuſtum eſſe contingit. ſecundum enim legem iuſtum, non neceſſe & natura uel iudicantis opinione eſſe iuſtum, ſed ut ad naturam, eſſe iniuſtum, ut uero quemadmodum leges diſponunt factum eſt, iuſtum eſſe contingit. quemadmodum & Callicles in Platonis Gorgia contra Socratem dicit, cum quis quod ſecundum leges dixerit, tu tranſponens quod ſecundum naturam. ſi uero quiſpiam quod ſecundum naturam, tu quod ſecundum legem inferens turbabis, atque diſputationes confundes. hoc igitur pacto cum trifariam iuſtum diuidatur, non paucę cauillationum occaſiones hic fallentibus tribuuntur. ut & in pręſenti, dicebant enim num iuſtum eſt unumquenque ſua habere, iniuſtum uero aliena? uel hoc, utrum nonnunquam dicimus iuſtum, & iudicium iuſtum? iuſtũ enim pro iuſto acceptum eſt ut in nullo differens. num unuſquiſque iudicatur ſua habere, & quæ ipſum habere oportet? certe, iniuſtum uero & iniuſtum iudicium, num conſtituens eum, qui dominus non eſt, aliena habere? certe, deinde intulere, at quidem hic huius accipiens pecunias habet, uel quidem lege, uel & opinione iudicis accepit. hoc enim deſideratur. aut ex his quidem accepit, ſua habet. hoc uero, ſua habere iuſtũ eſſe poſitum eſt. ſi uero iuſte habet, iudicium iuſtum. lege enim habet. aut ut rurſus eius qui ſpoliatus eſt erant, iudicium iniuſtum, ergo idem iuſtum, & iniuſtum, ut ſi calumniator quiſpiam Platonis domum, uel agrum occupauit, mercedem & uectigalia Platonis capiens, ſua & nõ Platonis eſſe affirmans, iudex uero Platonem ut agri & domus dominus conſtitueretur, iurare iudicauit, Plato uero quia cauebat, atque uerebatur iurare, ut ſua calumniator haberet, permiſit, hoc pacto calumniator ſua habet. quę enim ex lege poſſedit, ut propria & ſua accepit. hoc uero propria habere, iuſtum eſſe poſitum eſt. quamobrem iudicium iuſtum, natura uero iniuſtum. natura enim iuſtum erat, Plato ut iuraret non admittere, ſed ut calumniator inſectaretur, & a' Platonis poſſeſſionibus pelleretur, quę Platonis erant, ipſi traderentur. idem igitur iudicium iuſtum, & iniuſtum. atque idem iuſtum, & iniuſtum eſt, hęc quidem cauillationis conſtitutio. hęc uero dictio firma ſunt ex lege. adijcitur. quia lex extabat iudicum inconcuſſum eſſe iudicium. quæ uero quis ſua iudicarit opinione, & ſi falſa ſit. ſecundum legem certe manent. iudicium enim quamuis iniuſtum, opinione tamen eius iuſtum. eſſe enim ratum iudicauit, iudicium uero lex dicit. cauillationis quidem deductionem, atque ſolutionem diximus, quæ uero in dictione dicit. ſunt quęcũque utique quis propria iudicarit opinione, quamuis falſa, atque iniuſta iudicium eſt ſecundum legem ratum. apud enim Athenienſes lex erat cauſas iudicatas ratas eſſe, atque hoc in Platonis Critone, Socrates planum fecit. in illis nanque Socrates ait. quid ad hęc o' Crito atque alia eiuſmodi dicemus, multa enim quiſpiam atque rhetor de hac corrupta lege dicere poteſt. quę iudicata iudicia firma eſſe iubet. in hoc uero utrum iniuſta an iuſta dicentẽ iudicare oportet, iudicare ęquabile eſt huic, capitis damnare, atque damnationi ſubijcere. quem enim aiunt pœna mulctandum eſſe oportere iuſta dicentẽ, an iniuſta? ſi enim dixiſſet reſpondens iniuſta dicentem damnari oportere, de eo qui iniuria erat affectus inferebant, dicentes, hic uero iniuſta dicit, quę enim paſſus eſt, illa exponit, & dicit, at iniuſta eſt paſſus, iniuſta igitur dicit. quare ſi iniuſta dicentem iudicare atque condemnare oportet, hic uero iniuſta dicit, hunc ergo damnare oportet, hic uero eſt, qui iniuria affectus eſt, iniuria ergo affectũ damnare oportet. iniuſtũ uero iuſtum iudicare. hoc uero, ſed quidem & eum qui iniuriam paſſus, iuſtum eſt quę paſſus eſt ſufficienter dicere. ut cauſa huius iniuria affectum iniuſta dicere, illatum eſt. iuſtum enim cauillatores aiunt eſſe dicere eum qui affectus eſt iniuria, quæ paſſus eſt, iniuſta uero eſt paſſus, iniuſta igitur dicit. ad hunc uſque locum ſolas ipſas poſuit cauillationes. hoc uero, hinc ipſarum infert ſolutiones, eſt uero quam nunc dicit, in hoc. nõ enim ſi iniuſte pati eligibile, iniuſte iuſte eligibilius, & iniuſtum iuſto eligibilius. eſt uero, quod dicit, non enim ſi mori iniuſte, uel aliquid iniuſte pati, eligibile, & ſimpliciter iniuſte iuſte eligibilius. ſed ſimpliciter & abſolute iuſte, & iuſtum eligibilius. hoc quidem, nihil impedit iniuſte, uel iuſte. hoc eſt hinc quidem nihil impedit iniuſte mori, quam iuſte, eligibilius. non enim ſi quid nonnunquam eligibilius eſt, uel ad aliquid, & ſimpliciter ſic dictum eligibilius eſt. hoc uero, & ſua habere iuſtum, aliena uero non iuſtum, cauillationis ſolutio eſt aſſerentis, unumquenque ſua habere, dicit uero eſſe quidem uerum iuſtum dicere ſua habere, iniuſtum uero aliena. iudicium quidem eiuſmodi & ſi falſum eſt, hoc eſt aberrat apud eũ qui iuſtum comparatum

ad naturam

ad naturam reſpicit,tamen iuſtum dicere prohibet nihil. Quoniam ſecundum legis inſtitutum determinatum. multa quidem ſunt,quę iniuſta apparent,quia non ſecundum leges procedunt. iuſta tamen ſunt natura,atque econtrario multa iuſta,quia ſecundũ leges determinata ſunt,natura uero iniuſta. non enim ſi iuſtum inquit hoc,uel ſic,& ſimpliciter iuſtum. hoc eſt, non enim ſi lex iuſtum hoc dicit, contrarium iuſtum ut ad naturam refertur reſpiciens cauillator iudicauit. & ſimpliciter hoc ex lege iuſtum dicitur. hoc uero iudicio iudicis iniuſtnm. ſed contingit & econtrario. pariter uero & iniuſta quæ ſunt,nihil dicere uetat. hoc uero,ultimę ſolutio eſt cauillationis dicentis utrum damnare iniuſta dicentem, an eum qui iuſta dicit oportet? talis uero eſt,nihil inquit prohibet ea quæ dicuntur eſſe iniuſta, ut dicatur ipſa iuſtũ eſſe. hoc uero,non enim ſi dicere iuſtum,iuſta eſſe neceſſarium,contraria eſſe his quæ dicta ſunt, mihi uidentur. oportebat enim hoc pacto (ut exiſtimo) dicere. nõ enim iniuſta eſſe neceſſarium eſt. quoniam ipſa ea quę quis iniuſte paſſus eſt,dicit, iuſtum eſt dicere, & non neceſſe eſt iniuſta dicere. aut erit dicens iniuſta dicentem. damnare non oportere. non enim ſi iuſtũ eſt dicere quę quis paſſus eſt,neceſſe & quæ dicuntur iuſta eſſe. quomodo enim quoniam iniuſti ſignificatiua,aut indicatiua ſunt. eſt igitur (ut planius diſſeramus) quod dicit eiuſmodi,non neceſſe iniuſtũ eſſe,quoniam iuſtum eſt ipſa dicere. quæ enim paſſus eſt, iniuſta illa eſſe dicit. & ut hæc dicantur, iuſta ſunt. quamobrem eum qui iniuria affectus eſt, damnare non oportet. quoniam dicit,quę ut dicantur,iuſta ſunt. ut uero hæc paſſus eſt,iniuſta. quemadmodũ neque mortifera nel nocua ſi dicantur utilia ſunt,quia hęc homo fugit,& eiuſmodi utilia erunt. hęc quidem enim natura nocua,& mortifera,atque minime conferenria,ut uero dicantur utilia. quemadmodum & iniuſtis. non enim ſi hoc ut dicatur,iuſtum eſt,& iuſtum eſſe neceſſe eſt. quare ſi quę dicit,qui iniuria affectus eſt,ut dicantur iuſta ſunt,quamuis ſint iniuſta,uictoriam reportabit. ex hoc manifeſtũ eſt non omnem iniuſta dicentem uincere,ſed dicentem quæ paſſus eſt,iniuſta,ut dicãtur eſſe iuſta. hoc enim cauillatores hoc pacto interrogantes,inferebant. num iniuſta dicentem, an eum qui iuſta dicit, damnare oportet? atque a' reſpondente eum qui iniuſta dicit,accipientes,inferunt,aliquem iniuria affectum dicentes ſed & hic iniuſta dicit. quæ.n.paſſus eſt,dicit,ſed quidẽ & iuſta dicit. iuſta.n.ſunt ut dicãtur,eſt igitur iniuſta dicentẽ uincere. ad quod occurrens Ariſtoteles inquit quare non ſi ea quæ dicuntur iniuſta ſunt, & omnis iniuſta dicẽs uincere dicitur,ſed dicens ꝗ dicere eſt iuſtũ,ſimpliciter uero & iniuſtũ pati. reliquũ & hunc iniuſta dicentem quæ ut dicantur, iuſta ſunt. non eſt condemnare. dicit enim quæ ut dicantur ſunt iuſta,ut uero patiatur iniuſta. ęquum igitur eſt hoc,ſimiliter uero & iniuſtis huic ſimili uero, neque ſi quis iuſta dicit,iuſta dicere neceſſe eſt. neque enim contumelia affectus dicens quia hac affectus eſt, iniuſta dicit. quæ enim paſſus eſt,iniuſta eſſe dicit. qui iniuria intulit, uidelicet dicens non affeciſſe iniuria, iuſta dicit. iniuriam non inſerre inſtum. hoc uero,dicit. iuſtum igitur dicit,ſed non ſi iuſta dicit,& ſimpliciter iuſta ſunt, quæ dicit. falſa enim ſunt. quare ſi quæ dicit is, qui affectus iniuria eſt dictu iuſta ſunt, quamuis ſint iniuſta,uictoriam aſſequetur. iuſtum enim eſt dicere quæ dicit. & ut iuſta quidem ſunt, dictu iuſta ſunt. ſecus uero iniuſta. iniuſta enim rei indicatiua.

Cauillationibus uero circa elenchi diffinitionem factis quemadmodum ſcriptum prius occurrendum. concluſionem ad contradictionem ſpectantibus quomodo erit idem, & ſecundum idem, atque ad idem, & eodem modo, atque in tempore eodem. ſi uero in principio interrogatur, non fatendum. quia fieri non poteſt,ut idem ſit duplum, & non duplum. ſed dicendum, non quidem ſic, ut aliquando erat coargui confeſſum. ſunt uero omnes hæ orationes circa tale, quid cognoſcens ſingulum quia ſingulum, rem nouit, & eodem modo ignorans, cognoſcens uero quis Coriſcum quia Coriſcus, ignoraret utique quia muſicus, quamobrem idem ſcit & ignorat. atque item num quadricubitum tricubito maius? ex tricubito utique ſecundum longitudinem fieret quadricubitum, maius, minore maius, idem igitur eodem maius & minus.

Particulam quandam circa diffinitionem elenchi quæ prius prætermiſſa ab ipſo eſt: nunc declarat. Cap. CXLIIII.

Cauillationibus uero circa elenchi diffinitionem factis, [Et quid unumquodque in ipſa poſitorum eſt,& qui circa elenchi diffinitionem ſunt paralogiſmi, anticipauit & ipſe Ariſtoteles in propoſiti commentarij initio optime tradens,atque nos unumquodque eorum quæ in ipſius inſeruntur diffinitione,recte dijudicantes,atque declarantes abunde tractauimus,ſuperuacaneum iterum dicendo eadem,in eiſdem reuolui. reliquum igitur ut pars illa inſpiciatur a' nobis,quam non adhuc inueſtigauimus. eſt uero hoc,ſi uero in initio.dictũ eſt igitur oratio non directe poſita & in modũ Hyperbati. ſi igitur hoc pacto ſumpta eſſet,perſpicuum quod dicitur erat. & ſi in principio quis dixit. ut num fieri non poteſt, ut idem ſit & duplex,& non duplex? minime fatendum. eſt uero eiuſmodi. ſi inquit diceret aliquis num fieri nõ poteſt, ut idem ſit duplex & non duplex? quod fieri nequeat, minime aſſentiendum. at affirmandum hoc

ipſum certe,non quidem ſic,hoc eſt ad idem,hæc enim eſt proprie redargutio . ſed ad aliud, atque aliud. quatuor enim & duplicia ſunt, ad duo, ad tria uero non duplicia . cauillationes uero quia perſpicuę ſunt, nulla indigent ſpeculatione.

Cauillationes uero,cum quod in initio petitur & ſumitur, ei qui interrogatur, ſi planum ſit, non dandæ, neque ſi probabile ſit, dicentem uera. ſi uero latuerit ignorantiam propter eiuſmodi orationum prauitatem in interrogantem uertendum,uelut in eũ qui nõ differuit,redargutio enim extra id quod eſt in principio, ſi & quia datum, non ut hoc utente, ſed ut ad hoc contrarium ratiocinante,aut in his quæ ſunt præter elenchos.

De ſolutione cauillationum petitionis principij quando latent, & quando non latent. Cap. CXLV.

Cauillationes uero cũ quod in initio petitur & ſumitur,] Quod cauillationes circa id inquit quod in principio petitur,& ſumitur ſit manifeſtum erit. quia ſumit quod in initio . non enim ſemper manifeſtum . cum non ibi idem ſumit, & quando planum eſt, & quando occultum in priorum reſolutoriorũ ſecundo,& in libro diſſerendi artis octauo dictum eſt. ſi quidem ait manifeſtum ſit,non dandum . dicendum uero quod in initio eſt,petis. neque igitur hoc pacto dare oportet. neque cum uerum dicentẽ probabile extiterit. erit utique dicens,cum tu reſpondens uerum des, interrogans probabile ſciſcitatur, ipſi ut tuę uerę poſitionis contrarium demonſtret,conſerens eſt . nihil enim impedit per nonnulla probabilia non animal demonſtrare,ut librum aut aliud quid eiuſmodi animal. tale quidem & ſi inquit probabile eſt,tamen non dandum. uel per hoc erit utique dicens,neque cum dicentem uerum probabile ſit,quia & ſi quod in principio non recipere uidetur,re uera quod in initio eſt petitur,non dandum, dicenti uerum,hoc eſt ſed uerum ad ipſum dicendum. uerum uero eſt,quod ad interrogãtem dicere oportet. quia quod in initio eſt non recipiens appares,ſecundum ueritatem quod concludi oportebat,petis. quia uero quod in principio quis ſumere,non uideri uero accipere,poteſt. cum loco nominis,nomen,uel orationẽ, & pro oratione nomen acceperit . dictum eſt quemadmodum diximus partim in reſolutorijs, partim in Topicis . ſi quidẽ igitur clarum ſit , quod in initio petitur hoc pacto reſpondere oportet . ſi uero latet, quia eiuſmodi orationes non probę interrogantur , errorem in interrogantem transferendum , dicentes ipſum non diſſeruiſſe,ſi non diſſeruit,quod neque redarguit,planum. elenchus enim eſt cum qui ratiocinatur,oppoſitum demonſtrauerit,neque quod in principio petierit,neque ad aliquid,aliudue,& alia quę cunque in elenchi diffinitione poſita. deinde inquit dicendum non ut tu dato ut propoſitione utaris, datum eſſe,ſed ut problema datum eſt,ut ratiocinaris aduerſus hunc . hoc eſt, ut propoſitionem accipiens ratiocinatione utens contrarium demonſtres. tu uero ut propoſitione utens, quod concluſum eſt ratiocinatione collegiſti.ſi enim ipſi uoluptatem eſſe ſecundum naturam datum ſit,propter hoc Scortorũ uoluptatem bonam eſſe ratiocinatione concluſit,uos uoluptatem eſſe ſecundum naturam,non ut propoſitionem,ſed ut problema dare dicere oportet . atque omnino inquit reſpondentes contrarium facere eorum quę extra elenchos oportet. ibi enim quibuſdam poſitis, & concluſione illata hoc quidem pacto ſe habere concedere aiunt. non quidem hoc ut demonſtreretur uolebamus. ſed per ipſum ut per propoſitionem aliud quid. hoc igitur capiens per ipſum quid aliud demonſtra.

Et cauillationes per conſequens probantes,in ipſa oratione demonſtrandum,ut duplex ſequentium ſequella. aut enim ut id quod in parte uniuerſale,ut hominem animal. exiſtimatur enim ſi hoc poſt hoc, & hoc eſſe poſt hoc,aut ſecundum oppoſitiones. ſi enim ad hoc ſequitur hoc, & ad oppoſitum ſequitur oppoſitum,in quo & melliſi oratio. ſi enim factum principium habet, & ingenitum principium non habere cenſet,quare ſi cœlum ingenitum, & infinitum. hoc uero non eſt,econtrario enim ſequella eſt.

De ſolutione cauillationum conſequentis agit. Cap. CXLVI.

Et cauillationes per conſequens probantes in ipſa oratione demonſtrandum.] Bifariam conſequentium ſequella ſtruitur,conſequentis ratiocinationes circa conſequens contingentes dicit. inquit igitur in ipſa oratione,hoc eſt ratiocinatione cauillationem circa conſequens contingere , uidelicet , circa id quod non conuertitur demonſtrandum,non enim ſi hoc ad hoc ſequitur,& hoc ſequi ad hoc neceſſarium. non enim ſi mel flauum,& flauum mel.uniuerſale enim conſequens dixit. ut flauũ . in parte uero id ad quod conſequens. ſequitur. ut mel. circa conſequens cauillatio & in his quæ ſecundum oppoſitionem accipiuntur,conſtituitur. non enim ſi ad oppoſitum oppoſitum,& ad oppoſitum oppoſitum. in quo & melliſi cauillatio facta. quia ſi factum,principium habet,& non factum,quod quidem. ingenitum dixit principium

cipium non habet. cauillamentum conſtituebatur. quia cum oppoſitione cõuerſio exquiſita accurataue minime eſt. hoc enim pacto dicere oportebat. ſi factum principium habet, non habens principium, non factum. de hac conuerſione multa & in noſtris naturalibus diximus ſpeculationibus. ſed & hunc modum in initio examinantes non pauca effundimus. & idem rurſus repetere ſuperuacaneum eſt.

Quicunque uero in eo quod aliquod addunt, ratiocinantur, conſiderare ſi ſublato nihil minus impoſſibile contingit. deinde hoc oſtendendum & dicendum quod dedit, nõ ut uidetur, ſed ut ad orationem quo uero utitur, nihil ad orationem.

Quomodo cauillatio non cauſæ ut cauſæ ſoluenda. Cap. CXLVII.

Quicunque uero in eo quod aliquod addunt ratiocinantur.] In eo quod aliquid addunt, ratiocinari dicit eos, qui non cauſam ut cauſam ponunt. qui cauillationum quæ extra dictionem ſunt, ſextus erat modus. quomodo uero ſublato eo, propter quod id quod minime fieri poteſt, eſſe dicunt. item nihil minus impoſſibile manet prius dictum eſt, cum orationem expoſuimus, quam ipſe in eiuſmodi cauillationũ forma poſuit. eſt uero oratio hęc. ut quia uita & anima idem eſt. ſi enim corruptioni generatio contraria, & quæ de eadem continenter dicuntur oratione, & per exempla iterum declarare, nihil indigemus. quod uero hortatur nos, eſt auferre illud, propter quod impoſſibile cõtingit, atque declarare & hoc ſublato, impoſſibile non tolli. quare non circa hoc. neque ignores hunc modum cum eo qui non circa hoc eundem eſſe. de quo non circa hoc in priorum reſolutoriorum ſecundo dixit, quemadmodum & de eo quod in principio petitur. dicens uero quia declarandum, intulit & dicendum, quod dedi, non quia mihi uidetur, ſed orationis gratia, ut ne difficilem me pręſtare, aut contendere uiderer. ipſum enim nequaquã exiſtens ad orationem cognoſcens, neque ipſius cauſam dedi, tu uero hoc uelut ad orationem ſpectante, & orationi accõmodato uſus es. huius uero complementum & perfectio quo hic uſus eſt. ad orationem nihil. talis eſt, tu uero ad orationem & ut problemati accõmodato cum nihil ad orationẽ ſpectet uſus es.

Ad eos uero qui interrogationes plures unam efficiunt, ſtatim in principio determinandum. una nanque interrogatio ad unam reſponſionẽ. quamobrẽ neque plura de uno, neque unum de pluribus, ſed unum de uno, aut affirmandum, aut negandum. ut quidem in æquiuocis interdum ambobus, nonnunquam neutro ineſt, quare ſimplicem interrogationem ſimpliciter reſpondentibus pati nihil contingit. pariter uero & in his cum aut uni plura, aut unũ multis inſit, aut non inſit, ſimpliciter danti, & hoc peccato delinquenti nullum contingit cõtrarium. quando uero ſit hoc quidem, hoc uero non, aut plura de pluribus, & eſt ut ambobus ambo inſunt, eſt uero ut rurſus non inſunt. quare cauendum ut in his orationibus. ſi hoc quidem bonum eſt, hoc uero malum, quod hæc uerum dicere bonum, & malum, & item neque bonum, neque malum, non eſt enim utroque utrunque. quare idem bonum, & malum, & neque bonum, neque malum. & ſi unumquodque ipſum ſibi idem, & alijs alterum. quoniam uero non alijs eadem, ſed ipſis, & altera ab ipſis, hæc ſibi ipſis altera, & eadem. amplius ſi bonum quidem malum fit, malum uero bonum, duo utique fierent, duobus & inæqualibus utrunque ipſum ſibi ipſi æquale, quare æqualia & inæqualia eadem ſibi ipſis. hæ quidem igitur orationes & in alia, incidunt ſolutiones, & enim hoc, ambo & omnia plura ſignificant, non idem igitur præter nomen affirmare & negare contingit, hoc uero non erat elenchus. ſed quod non una interrogatio plures ſunt, manifeſtum. ſed unum de uno affirmante aut negante, non eſt impoſſibile.

Cauillationes ex pluribus unã conſtituentes interrogantem, quomodo ſoluendæ. Cap. CXLVIII.

Ad eos uero qui interrogationes plures unam efficiunt.] Ad plures interrogationes unam conſtituentes cauillationes ſtatim inquit in principio determinare, atque occurrere oportere afferentes plures interrogationes eſſe, aut dare, aut negare non oportet. ſed hoc ipſum planum facere, quod plures interrogationes ut unam proponunt. quod ab arte alienũ eſt. illa enim interrogatio optima eſt, & una exiſtens reſponſionis unius petitio eſt. nunc uero per ea quę adducit, hoc dicit, non raro cũ interrogatio ſimplex

non exiſtat, ad eam reſponſionem quiſpiam dederit ſimplicem, ipſum aberrare non contingit. quemadmodum enim inquit in ęquiuocis aliquando quidē ambobus, interdum uero neutro ineſt. cū enim Aiaces ęquiuoci ſint, ambobus quidem ad Ilium profectio ineſt, neutro uero cū Therſite ſingulari pugnaſſe certamine. quare in his atque ęquiuocis aut quippe, aut non dandum. ut utrum Aiax ad Ilium exercitū duxerit, certe, nanque & duobus congruit. utrum cum Therſite ſingulari pugnauerint certamine, non, iſtorum enim cum Therſite nemo certauit. ſed quonā modo hęc his quę prius dicta ſunt nō repugnant? quando dixit, quia & ſi interrogatio uera ſit e numero uero eorum quę plurifariam dicuntur exiſtit, certe, aut non, dandum. hęc illis pugnantia ſunt. quod enim nunc dicit eſt. quia & ſi dem, aut nō dem in interrogationibus multipliciter dictis redargui nō contingit. quia enim ad Iliū profectio de ambobus uera eſt Aiacibus. ſi quis nos interrogauerit utrum Aiax in expeditionū ad Iliū profectus eſt, ſi certe aſſereremus, non utique redargui poterimus. ſimiliter utrum cum Therſite inierint certamen, ſi quidem dixerimus non quidem, moleſtiarum nihil patiemur. & hoc eſſe quod dicit per ea quę ſequuntur, planum fecit. dicens, cum quidem plura uni, aut unum multis ineſt, unum quidem multis ad Ilium profectio, Aiaci, magis uero Aiacibus ineſt. plura uero uni. ut Coriſco album, & muſicum. ſi igitur aliquis interrogaret. utrū Coriſcus muſicus, & albus eſt? qui nempe, reſponderit. nequaquam redargui poterit, & ſi errauerit, hoc ipſum certe concedens. nō enim in his quę plurifariā dicuntur, ſimpliciter affirmare aut negare oportet. cum uero huic quidem inſit, huic uero non, qn̄ quidem inquit album, & muſicum, Coriſco inerit, aut ad Ilium nauigaſſe multis, tunc cū quis aut affirmarit, aut negarit, nequaquā redargui poterit. cū uero inquit. huic quidē inſit, huic uero non. ut Aiaci. cū Hectore contendiſſe. aut multa de pluribus, ut alterari ſecundum canem. multa enim ęque atque canis alterari declarat. in his certe, aut non, cauere oportet. hęc uero plura de pluribus nunc non hoc dicit. ſed quod dicit compertum erit ſic. fortitudini quidem bonū, timiditati uero malū ineſt. plura de pluribus bonū, & malū de fortitudine, & timiditate. hic uero ſi quis interrogaret. nū timiditas & fortitudo bonū eſt, an non? non dandū certe, aut non. negare enim & affirmare falſum. in quibus enim dicere ſimul & bona, & mala, & neque bona, neque mala uerum. quomodo fieri poteſt ut de his ſeorſum bona, aut mala dicantur. ſi quidem enim erat inquit bonū malū, aut malū bonū. hoc eſt, ſi fortitudo timiditas, aut timiditas fortitudo eſſet, utrū fortitudo & timiditas bonum eſt, an non? interrogatos abſolute dare, aut negare oportebat. qm̄ uero altera, impoſſibile, hęc differens & abſurdum quod accidit in his ſimpliciter, equidem, aut non, dicentibus ſubſcribit, magis uero & cauillationem ipſam quā cauillatores contra inconſiderate certe, aut nō, dicentes inferebant. ſubſcribit uero hęc, per hoc, quare idem bonū & malū, & neque bonū neque malū. potentia dicens. ſi quis interrogatus. utrū fortitudo & timiditas bonū an malū? bonū eſſe aſſerat, timiditas bonū, & malum erit. malū quidem quia & malum eſt, bonum uero quatenus ipſe eſſe bonū dedit. ſi uero negabit. itē fortitudo bonū & malum erit, quatenus quidē ipſe non eſſe bonū dixit, malum erit, itē quia bonū eſt, bonum erit. quamobrē idem & unū ut fortitudo bonū & malū, & neque bonū neque malū erit. ſed ſi hoc; qm̄ eorum quę ſunt, ipſum ſingulū ſibi ipſi idē, ab alio uero alterū eſt. Socrates enim ipſe quidē ſibi ipſi idē, a Platone uero alter eſt. qm̄ igitur unumquodque ipſum ſibi ipſi idē eſt. ponitur uero bonū. & malū fortitudinē eſſe, bonū uero & malum altera, & fortitudo ipſa a ſe ipſa altera erit, & ipſa pariter & timiditas. quare ipſa erūt, ut timiditas & fortitudo ſibi ipſis eadem & altera. oratio uero hęc, qm̄ uero neque alijs eadē, ſed ipſis. mutilate pronunciata eſt. eſſet utique cōpleta talis. qm̄ uero nō alijs ſunt eadē, & altera, ſed ſibi ipſis ſunt eadē, & a ſe ipſis altera eadem, & a ſe ipſis altera eſſe contingit, & eadē ſibi ipſis. amplius inquit, qm̄ eſt ex tali cōtingit reſponſione fortitudinē quę bonū eſt, malū euadere, & timiditatē quę malū eſt, itē fieri bonū. duo utique fierent quare timiditas erit duo, bonū & malū. & a ſe ipſa altera, bonū enim & a malo alterum, pariter & fortitudo, duobus & inęqualibus utrunque ipſum ſibi ipſi ęquale, & propter hoc abſurdū quod ſimpliciter aut certe, aut non dicentibus accidit. dicit cū aut unū de pluribus, aut multa de uno dicuntur. deductio uero talis, ſi duo eſſent aliqua inęqualia bicubitū ut dixerim & tricubitū, quia idē ſibi ipſi ęquale eſt, bicubitū enim ipſum ſibi ipſi ęquale, pariter & tricubitū ipſum ſibi ipſi ęquū eſſe planū eſt. ſi igitur quis nos interrogaret. utrū bicubitū & tricubitū ęqualia ſunt, an non? aut quippe, aut non affirmemus eadem ſibi ipſis ęqualia & inęqualia eſſe cōtingit. ſi.n. bicubitū tricubito ęquale, bicubitū tricubitū erit. quare idē ſibi ipſi tū inęquale, tū maius, tū minus. ſi quidē tricubitū bicubito maius eſt. cauillationis uero ſolutio. quia plures interrogationes unā faciunt. dicit uero incidere hos & in alias ſolutiones ut in ambiguitatē. interrogare.n. utrū ambo hęc aut omnia hęc ęqualia ſunt, aut inęqualia? & ambiguū eſt. aliquis.n. interrogationē intelligere poteſt. aut ut dicentē. nū quidem ęqualia adinuicem ſunt, aut ut ipſa ſibi ipſis ęqualia? pariter uero, & nū quidē ſibi ipſis ſunt inęqualia, aut adinuicē inęqualia? igitur inquit in ambiguis, aut in plura interrogantibus idē, hoc eſt, eandē rem affirmat & negat. ſed idē nomen de alia atque alia earum quę ſub nomen. hęc uero nō redargutio. redargutio enim fit, cum eandem rem de eadem, & una re ex reſpondentis poſitione ſimul dici, & nō dici cōtingit. hoc uero, ſed clarū, quia non una interrogatione, & quę contineuter dn̄r. tale eſt, qa impoſſibile, uidelicet, redargutio nō cōtinget. ſi plures unā aliquis cōſtituerit interrogationē, ſed unū de uno, uidelicet, prędicatū de uno ſubiecto dixerit. ſi.n. unū de uno dixerit, reſpondentem refellere nō ualebit cauillator. aut & hoc pacto, clarū inquit, quia non una interrogatione facta de multis, ſed de una re ſecundum unam interrogationem non fit redargutio. cū enim quis multa ut unum interrogatus ſit, aut nempe, aut non dans non utique uere, ſed apparenter ſolum redargutionem ſubierit. cum uero unum de uno affirmarit, ſi quidem uere, affirmarit, non erit redargutio. ſi autem falſo, redargutio & non apparens, ſed uera redargutio.

De deducentibus uero ut idem ſæpius dicatur, prædicationes eorum quæ ad aliquid dicuntur, per ſe ſeparatas non dandum quid ſignificare perſpicuum eſt. ut duplum abſque hoc duplum dimidij, quod unum apparet, & enim decem, in decem uno indigentibus, & facere, in non facere, atque omnino in negatione affirmatio. ſed tamen non ſi quis diceret hoc non eſſe album, dicit ipſum album eſſe. duplum uero forte nihil ſignificat, quemadmodum neque hoc in dimidio. ſi igitur & ſignificat, at non idem, & ſimul dictum, neque ſcientia in ſpecie. ut ſi eſt medicina ſcientia quod quidem cõmune, illud erat ſcibilis ſciẽtia.

Solutiones cauillationum ut idem non ſemel dicatur inducentium, ponit. Cap. CXLIX.

De deducentibus ut idem.] Cum cauillationum ſolutiones abſoluit, nunc & paralogiſmos ut idem ſæpe dicatur inducentes ſoluit, ac inquit. quia in cauillationibus quæ ut idem ſæpius dicatur, inducunt prædicationes. uidelicet nomina eorum quæ ad aliquid dicuntur ipſa per ſe & ſeparatim minime dare oportet, quid ſignificare. uidelicet compoſitum. ut ſi duplũ dicitur ipſum per ſe, non eſt compoſitum, neque ſignificat aliquid, & alterum, ut dimidij. quia in ipſo apparet, de hoc igitur nos docet, & hortatur, ſi interrogemur utrum duplum ſecundum ſe dictum, & cum dimidio idem eſt, & idem ſignificat, an nõ? nõ dare, ſed affirmare. quia aliud eſt. cũ duplum & aliud, cum dimidij duplum dicitur. ſi enim & dicendo duplum oſtenditur, & una intelligitur dimidij, ſed igitur aliud eſt, & dimidij dicere, & aliud non dicere. & per inductionem hoc conſtituit. dicens, &. n. decem in his quæ non ſunt decem hoc eſt, & enim decem apparet, in eo quod eſt excepta unitate decem. dicens &. n. excepta unitate decem ſunt nouem. ſi. n. nouem unitas adijciatur, decem ſunt. nouem. n. dicentes non decem in quanto, hæc non decem aſſerimus, in his & decem una oſtendimus (ut. n. in libris tranſnaturalibus demonſtratum eſt) affirmationes in proprijs oſtenduntur negationibus. dicens enim quod hoc non homo, hoc ipſum aſſerit, quia hoc homo non eſt. quare in non homine ſimul ſpectatur, & ſimul intelligitur. pariter & dicendo quia non agit, agere oſtenditur. non agere enim ipſum hoc huius agere priuatio eſt. ſi quidem hæc hoc pacto ſe habent: quemadmodum dicens non album, non neceſſario album dicit. & ſi in non albo album oſtenditur, pariter & dicens non decem non neceſſario & decem dicit, atqui decem in his quæ non decem oſtenduntur. ſic & dicens non duplum, non neceſſario duplum dicit. & ſi in non duplo ſimul & duplum oſtenditur. ſi uero hoc, & conuertentes dicendum. ut dicens, album, non dicit, & non album. & qui decem non, & non decem, ſic & duplum dicens, non neceſſario & non duplum dicit. quod quidem dimidium eſt: dimidium enim non duplum. & duplum quidem inquit forte ſignificat nihil, hoc eſt, forte non ſignificat dimidium forte uero additur. quia potentia, actu uero non. ſi uero & ſignificat ſed non idem diuiſim, & coniunctim. hoc uero diuiſim, huic per ſe, ęquum eſt. hoc uero coniunctim, huic cum dimidio. hoc uero neque ſcientia in ſpecie, huic æquabile eſt, neque ſcientia per ſpeciem ſignificatur. atqui in ſpeciebus exiſtit. ut ſi medicina ſcientiæ quædam ſpecies, huius enim eſt declaratiuum hoc. ut ſi eſt medicina ſcientia. quod quidem commune. uidelicet unum eſt in medicina, tamen & ſi in ipſa eſt non per ipſam ſignificatur. dicens enim medicinam non dicit ſcientiam, & huius cauſam, per hoc breuiter intulit, illud uero erat ſcientia ſcibilis. potentia dicens, quia ſcientia dicitur ſcibilis, medicina non alicuius dicitur. neque enim grammatica alicuius dicitur grammatica neque alia particularũ artiũ ulla ut in prædicamentis didicimus. ſi igitur ſcientiam dicens alicuius dixit, ſcientiam, medicinam uero dicens, non alicuius dicit. planum quia genus cum ſpecie non ſimul ſignificatur, aut magis hoc neque ſcientia quidem in ſpecie, huic æquale eſt, neque in ſcientia oſtenditur ſpecies. & ipſe aſſueuit huiuſmodi uti interpretationibus, quemadmodum igitur ſcientiam dicens medicinam non dicit, quamuis ſub ſcientia exiſtat. ſic ut duplum dicens, dimidium non dicit.

In prædicatis uero per quæ declarantur, hoc dicendum, non idem eſſe quod ſeparatim, & in oratione declaratur. cauum enim, communiter quidem idem declarat in ſimo & obliquo, additum uero nihil impedit, ſed hoc quidem in naſo, hoc uero in crure contingit, & dicere naſus ſimus, aut naſus cauus nihil differt. amplius orationem in recto non dandum eſt, falſa enim eſt, non enim eſt ſimus naſus cauus, ſed naſi. hoc ut affectio. quare a ratione non abhorret, ſi naſus ſimus naſus eſt habens cauitatem naſi.

Cum prædicata per ſubiecta declarantur non idem ſeorſum & in oratione dictum declarat. Cap. CL.

In prædicatis uero per quæ declarantur hoc dicendum.] Ad traditam expoſitionem huius neque ſcientia in ſpecie eſt, inducebatur ſtatim illatum in prædicatis per quæ declarantur, & quæ conti

neuter ſequuntur, prædicata communiora nuncupans, & quæ ea, quæ ſub ipſis ſunt, continent. oratio uero imperfecta, completa eiuſmodi eſt. in prædicatis & ſubiectis per quæ ſubiecta declarantur, ſeu ſiuiuntur. ſimitas enim per naſum finitur. quare prędicata per ſubiecta declarantur, in his uero inquit dicendum quod non idem ſeorſum, & per ſe dictum declarat, & in oratione hoc eſt, cum aliquo ſubiecto coniunctum oratione dicitur, & non nomine, & hoc ualde clare conſtituit. per cauum & enim cauum quidem per ſe dictum, confuſe amborum ſimi, & obliqui declaratiuum eſt. cum uero alicui additum eſt, non idem. dicens enim crus cauum determinate per ipſum obliquum declarat. quemadmodum & dicens naſum cauum, ſimum. huius enim declaratiuum eſt. hoc nihil impedit determinatum quid, ſed non confuſum. ut igitur hic non idem eſt, ſi dicatur cauum, & naſus cauus, ſic neque ſi dicatur duplum quidẽ erit, idem cũ hoc ſi dimidij duplum dicatur. ſi quidem hæc hoc ſe habet modo. neque dicens ſimitatem cauitatem naſi bis dicit naſum, neque dicens duplum dimidij duplum, bis dicit dimidium. quemadmodum cauillatores uolunt. accipientes enim ab his qui non recte reſpondent duplũ idem eſſe & dimidij duplum, aiunt quoniam duplum dicens, dimidium dixit, addens uero iterum dimidium, bis dixit dimidium. ut duplum dimidij dimidij. iterum ſimitatem dicens naſum dixit. quare ſi diceremus ſimitas eſt naſus cauus, bis dicimus naſus. ſimitatem enim dicentes naſum dicimus, addentes uero & naſum bis, & idem diximus, cauus naſus naſus. hæc uero ſoluuntur, (quemadmodũ diximus) quia non idem ſeparatim atque coniunctim dictum ſignificat. amplius planius dicendo. quare nihil à ratione abhorret, ſi naſus ſimus naſus eſt habẽs cauitatem naſi. eiuſmodi eſt. quia nihil abſurdi, ſi quis interrogatus quid eſt naſus ſimus dixerit, quod naſus eſt habens cauitatem naſi. ut enim cum de homine interrogati quid eſt homo, dicimus homo eſt animal rationis particeps. non ſimul hominem comprehendimus. ſic fit & in hoc, ne aliquis ex hoc dicto commotus ſuſpicetur Ariſtotelem aliquid à ratione abhorrens dicere. uidetur enim iſte in hoc dicto bis accipere naſum. dicentem quare nihil abſurdi naſus ſimus, naſus eſt habens cauitatem naſi. non enim bis aſſumit naſum, ſubſiſtendum enim in hoc, naſus eſt habens cauitatem naſi. cum enim interrogemur aliquid & illud comprehendimus non ut diffinitionis partem, ſed ut interrogatum. ut interrogati quid eſt hoc, dicimus hoc uero eſt hoc, & hoc.

De ſolœciſmis uero, propter quid contingere uidentur, prius diſſeruimus, quonam modo orationibus ſoluendum planum erit, omnes enim hoc aſtruere uolunt. num quod dicis uere, & erit hoc uere? dicis uero aliquid eſſe lapidem, eſt igitur aliquid lapidem. aut dicere lapidem non eſt dicere quod, ſed quem, neque hoc, ſed hunc. ſi igitur interrogaret aliquis, num quem dicis uere eſt hunc? latine loqui non uideretur. quemadmodum neque ſi interrogaret, num quam dicis eſſe eſt hic? lignum uero dicere hic, aut quæcunque neque fœminã neque marem ſignificant, nihil differt. quare et non fit ſolœciſmus, ſi quod dicis eſſe, eſt hoc. lignum uero dicis eſſe, eſt igitur lignum. lapis uero & hic, maris uocationem habent, ſi uero quis interrogaret, num hic eſt hæc? deinde rurſus, quid uero non hic eſt Coriſcus. deinde diceret, eſt igitur hic hæc ſolœciſmum ratiocinando non collegit, neque ſi Coriſcus ſignificat quod quidem hæc, neque uero reſpondens dat, ſed hoc inſuper interrogari oportet. ſi uero neque eſt, neque dat, neque uere, neque ad interrogatum ratiocinatus eſt, pariter igitur & illic oportet lapidem ſignificare hic. ſi uero neque eſt, neque datur, concluſionem non aſſerendum. uidetur uero propter diſſimilem caſum nominis ſimile apparere num uerum eſt dicere quòd hæc eſt, quòd quidem eſſe ais ipſam, eſſe uero ais aſpidem, eſt igitur hæc aſpis, aut non neceſſe, ſi non ipſum aſpidem ſignificaret, ſed aſpis, hoc uero aſpidem hanc. neque quod ais eſſe hoc eſt hic, ais uero eſſe Cleonem, eſt igitur hic Cleonem, non enim eſt hic Cleonem. dictum eſt enim quem aio hunc eſſe, eſt hic, non hunc. neque enim interrogatio hoc pacto prolata latina eſt, num ſcire hoc? eſt uero lapis, ſcire igitur lapis, aut non idem ſignificat in hoc, num ſcire hoc? & in hoc, hoc uero lapis, ſed in primo, hunc, in altero uero, hic. num cuius ſcientiam habes, ſcire hoc? ſcientiam uero habes lapidis, ſcire igitur lapidis, aut hoc quidem huius, lapidis dicis, hoc uero, lapidem. datum uero eſt cuius ſcientiam habes ſcire, non huius, ſed hoc, quare non lapidis ſed lapidẽ. quod eiuſmodi orationes ſolœciſmum ratiocinatione non comprehendant, ſed apparent, & quonammodo ad ipſas occurrendum, ex dictis perſpicuum eſt.

De ſolæciſmis propter quid uidentur.] De ſulæciſmis propter quod cõtingere uidentur, prius diſſeruit. circa enim hoc,hoc uero & hoc contingunt.hoc enim in neutris dictum accipitur,tum in recto, tum in accuſandi caſu,& à cauillatore receptum eſt . hoc uero ut caſus recti ſignificatiuum, deinde proferente cauillatore circa hoc,hoc accuſandi caſum ſignificans,reſpondentem in ſollęciſmum compelli contingit in ipſis uero ratiocinationibus quo nam modo ſoluendũ planum eſt. ut in hac dicit oratione . num quod dicis uere,eſt hoc,hic quidem hoc,ut in caſu recto interrogatum,& à reſpondente hoc pacto conceſum,in accuſandi caſu concludit dicens,ais eſſe lapidem.eſt igitur aliquid lapidem:aut dicere lapidem , rectum dicere non eſt . quod quidem dixit ipſe quod , ſed accuſandi caſus , quod quidem ipſe per hoc . quem declarauit . ſi igitur quiſpiam interrogaret . num quem uere dicis , quemadmodum inquit , ſi interrogaret quis . num quem uere dicis , eſt hunc ? talem uero non latine loqui, ſed in ſtribiliginem incidere quiſpiam aſſerere poſſet . quemadmodum & in hoc , num quam dicis eſſe, eſt hic ? lignũ uero dixiſti hanc,hic eſt igitur lignum hanc. hoc pacto & in illis fit.hoc enim & in caſu recto dictum conceſſum eſt,ille ut in accuſandi caſu recipit.quamobrem & in his ſolum fiunt ſolæciſmi . in maſculo & fœminino genere . quare hæc,hoc uero eſt,ut ſubſtantia,animal. & ſecundum rectum & accuſandi caſum congruit prolatum. ſed iterum hoc inſpiciamus.num quam dicis,eſt hic? quemadmodum inquit dicens.num quã dicis eſſe,eſt hic ? non utique latine loqueretur,ſic neque dicens. num quem uere dicis,eſt hunc ? lignum uero dixit . iſte intulit quod ſi dixiſſet ſi iſto modo dicentes latine loqui quiſpiam affirmaret . idem tum fœminino tum maſculo atque neutro dici genere continget.ſi enim quem dicis,eſt hic,dixit uero iſte ipſum lignum,erit hæc lignum,hic & hic hoc,hęc,& hoc hęc,ſic in maſculis quidem aut fœmininis plurimũ diſtabat . hoc quod huius hęc,aut hic . ſimiliter uero & hoc in neutris,quod dixit ipſe aut quęcunque neque fœminam neque marem ſignificant.hoc uero quod & hoc nihil differunt. quare non fiunt ſolęciſmi. hic enim per hoc,hoc uero ſignificãt . tum rectum,tum accuſandi caſum,nõ ut ſolęciſmus committatur, contingit . ut ſi quiſpiam interrogaret . num quod dicis eſſe , eſt hoc , lignum uero dicis eſſe , hoc eſt igitur lignum . hic enim in ligno , quod eſt generis neutri , & in hoc , hoc accomodato ligno tum in recto tum in accuſandi caſu dicto quemadmodum in hoc ipſo , hoc uero , non fiunt ſolęciſmi in hoc , non hic eſt hæc,quod uero non hic coriſcus,& concluditur eſt igitur hic hęc, non ratiocinatione inquit ſolęciſmus confectus eſt,quatenus non accuſandi,dandi caſum,aut rectum ratiocinatus eſt.dixit enim hęc hic hic coriſcus hęc igitur coriſcus.uides quomodo in caſibus ſolęciſmum non comiſit. eſt uero hoc ſolęciſmus. philoſophus enim in libello in quo de memoria & reminiſcentia ait.eum qui res non proprijs uocat nominibus ſolęciſmum committere aſſerit . leoſthenem enim dicere debentem , deinde leodamanta dicentem ſolœcum nominauit . ut aliud pro alio dicentem.neque ſi hoc coriſcus ſignificat,quod quidem hęc,ubi dixit quemadmodum dicens . num quem dicis eſſe,eſt hic ? non latine loquitur. ſic neque dicẽs, num quem uere dicis,eſt hunc . ſi enim quiſpiam ipſos latine loqui dicit,idem & fœminino & maſculino genere,atque neutro dici continget,inducit hoc.neque ſi hoc coriſcus ſignificat,quod quidem hęc.argumentum uero ſuperuacaneum eſt . quod uero per hoc dictum eſt,eiuſmodi eſt . & ſi daremus coriſcum & fœminino genere dici,ut & hic,& hęc,hoc uero reſpondens non daret,non ratiocinatus eſt ſolęciſmũ, ſed reſpondentem interrogare oportet.& ſi datur,quidem nõ dicitur,ſolęciſmus quidẽ fit ad reſpondentem,non ſimpliciter . ſi uero neque dicitur,neque datur,non ſimpliciter,neque ad reſpondentem fit . in hoc uero ſimiliter,& illic oportet,deeſt hoc interrogari. ſi dat lapidem ſignificat,hic.diſſimilem uero caſum rectum ad accuſandi caſum dicit . ut planum per id quod adductum eſt, fecit . quę uero ſequuntur , manifeſte enunciat.ſed in primo quidem hunc,in altero uero hic,in prima inquit interrogatione,quę eſt num ſcire hoc ? hoc ut ęquale huic,hoc, datum eſt,in altera uero ut idem huic,hic . diſſimilis uero caſus hic,& hunc . quare non ratiocinatus eſt . ſed in cauillatione quę ſequitur.num cuius ſcientiam habes,ſcire hoc,ſed hoc,hoc,ut ęquale,huic,hunc datum eſt . datum uero cuius ſcientiam habes,ſcire non hoc, ſed hoc,hoc uero,ut ęquale,huic,hunc datum eſt quare ſcire lapidem.

Intelligere uero oportet orationum omnium partim quidem ut inſpiciantur , faciles eſſe, partim uero circa quod & in quo audientem fallant , difficiliores , quæ ſæpe eædem illis ſunt , eandem enim orationem circa idem dictam uocare oportet . oratio uero eadem bis quidem circa dictionem , bis uero circa alterum eſſe utique uideri poterit , quia unumquodque translatum non ſimiliter eſſe planum . quemadmodum igitur in his , quæ circa æquiuocationem , qui quidem cauillationum eſſe uidetur modus familiariſſimus , hæc quidem & quibuſcunque ſunt plana , & orationes fere ridiculæ , omnes circa dictionem ſunt . ut uir ferebatur per ſcalam diphrum .

Inrelligere uero quòd omnium orationum oportet.] Inquit conſiderare & accurate ſcrutari oportet cauillationum nonnullas cauillatorio modo adductas faciles eſſe,ut ea quibus redarguunt,cognoſcantur. alias uero non facile cognoſcere in quo auditor fallitur. atqui ſæpe eaſdem exiſtentes his quæ facile cognoſcuntur . hoc enim, ſæpe eędem illis exiſtentes,tale eſt . eędem ad inuicem ſunt omnes quæ circa æquiuocationem,quemadmodũ,quæ amphibologię ſunt omnibus quæ circa amphibologiã , & quæ accidentis ſunt,omnibus quæ circa accidens . quod uero dicit eſt aliquas eſſe æquiuocationis redargutiones , quæ & circa æquiuocationem eſſe uidentur,nonnullę uero æquiuocationis ſunt,eſſe uero circa æquiuocationem,non apparent . ſic & quæ circa accidens, tamen inquit omnes circa accidens eaſdem uocare oportet,hoc eſt circa accidens,& ſi exiſtere circa accidens non uidentur,dicere oportet.quod uero circa aliud cauillationes ſunt, circa uero aliud eſſe appareant,paulo ante dictum eſt,cum non recte ſoluentes nõ recipiebat,neque dicentes cauſam.propter quam cauillatio facta eſt. translatũ uero dicit adductum.quemadmodum & hoc. num quo uides tu hũc uerberatum,hoc hic uerberabatur,& quo uerberabatur, hoc tu uides ? hoc.n.ſecundum interrogata circa amphibologiã,quatenus uero illatum eſt circa compoſitionem eſſe uidetur.quemadmodũ igitur in hoc,circa æquiuocationẽ diuiſionis aſſignatio,huius hęc quibus uis quidem plana ſunt,inferius eſt,in quibus dicit in hoc,hæc uero & peritiores latent.cauillationes uero circa dictionem,cum ſex exiſtant.æquiuocatio,ambiguitas,compoſitio,diuiſio,accentus,dictionis figura . preſens cauillatio hæc,uir ferebatur per ſcalam diphrum,circa dictionis figuram exiſtit. marem. n.uirum neutrum interpretatur.dicit.n.uirum diphrum exiſtentes,per ſcalam ferri,maſculino genere dictum neutraliter interpretans,non.n.eſt diphrum neutrum,ſed diphrus rectus caſus.eſt igitur circa dictionis figuram.non idem.n.eodem modo interpretatur.ut hoc,marem neutrum dicit,& neutrum marem. eſt uero & circa amphibologiam.& cauillatio eiuſmodi utique eſſe poteſt . currum diphrum ſignificat , uir uero ferebatur perſcalam diphrum,uir igitur perſcalam ferebatur currus,quare uir currus exiſtens , perſcalam ferebatur . & hoc pacto orationis deductionem factam eſſe, ex hac ſecundum accentum cauillatione planum exiſtit.cor animam ſignificat.agamemnoni uero bellare cor uidebatur eſſe,agamemnoni igitur bellare anima uidebatur eſſe . eſt igitur cauillarionum deductionis ſimilitudo talis . cor animam ſignificat . agamemnoni uero bellare uidebatur eſſe agamemnoni uero bellare anima uidebatur eſſe . Currum diphrum ſignificat . uir uero ferebatur perſcalam diphrum , uir igitur ferebatur perſcalam currus . poreſt hæc cauiliatio,uir ferebatur perſcalam diphrum,& circa amphibologiam eſſe aut enim uir in numero ferebat diphrum perſcalam latus ait.quia uir diphrum exiſtens,& currus perſcalam ferebatur . hanc igitur cauillationem uir ferebatur perſcalam diphrum , circa dictionem eſſe, planum eſt . hoc pacto ſimplicem deductionem facere licet . num uir perſcalam ferebatur ? certe,num diphrus perſcalam ferebatur ? uir igitur per ſcalã ferebatur diphrum,ſed quidem non ferebat diphrum,ſed à diphro ferebatur cauillatio uero de aliquo qui in curru perſcalam ferebatur inrerrogabatur . aut & ſi non in curru deſcendebat aliquis perſcalam, ſed primum quidem uir ipſe per ſe , poſterius uero currus , nihil minus cauillationi locus datur . quamuis enim uir in prima (ſi contigerit dici)hora diphrus uero in quarta per ſcalam ſetebatur , nihil minus cauillatio hoc pacto interrogari poteſt . quod num uir per ſcalam ferebatur , nempe , quod uero diphrus num per ſcalam ferebatur , equidem , uir igitur per ſcalam ferebatur diphrum circa compoſitionem cauillatio . hoc enim pacto ut concluderetur,oportebat . uir igitur , & currus per ſcalam ferebatur . hoc uerum circa diuiſionem aut compoſitionem cauillationem circa dictionem eſſe perſpicuum eſt . & alia ſcriptura hoc pacto ſe habens inuenitur.uir ferebatur per ſcalam,differens.& dictum per hanc,eiuſmodi erit.dicens,&.n.orationes circa dictionem pene omnes ridicule ſunt, harum exemplum affert,poreutia dicens hoc.n.uir perſcalam ferebatur,non ſimplex eſt,ſed differens,& ambiguum. hoc uero,circa dictionem,quia differens eſt,& ambiguũ,planum.aut.n.quia uir perſcalam ferebatur,aut quia ipſe ferebat aliquid,& hac ſcriptura nihil ſimplicius.

Et quo mitti ad antennam & utra bouum ante pariet ? neutra , ſed retro , ambe , & cathárus aquilo ? non quidem . pauperem enim & ementem peremit , num enarchus ? non certe , at apollonides . eodem quidem modo & aliarum fere plurimæ . hæ uero & eos qui experientiam callent , maxime latere uidentur . huius uero indicium , quia de nominibus non raro pugnant , ut uerum idem ſignificat unum de omnibus & ens aut alterum ? his enim ens & unum idem ſignificare uidentur ; hi uero Zenonis & Parmenidis rationem diluunt , quia pluriſariam unum , & ens dici uidentur . pariter & quia accidentis , & aliarum cuiuſque . hæ quidem ut uideantur , faciles , hæ uero orationes difficiliores , & in quo genere accipere ,

& utrum

& utrum redargutio an non redargutio? non pariter de omnibus facile. acris uero oratio eſt, quæ ambigere facit maxime. hæc enim mordet maxime.

Orationes difficiles ponit. Cap. CLIII.

Et quo mitti ad antennam.] Huius quo mitti ad antennam cauillationis conſtitutio talis quædam erit, quo mitti ad antennam. hoc uero, στέλλεσθαι mitti eſt, mitti igitur ad antennam, mitti uero duplex eſt, & a' ſeipſis proprio uoluntatis motu atque omnino proficiſci, ut ἐστάλημεν hanc uiam, pro hoc progreſſus ſum. & ab alijs, ut hoc ô uiri græci rex miſit nos. in hoc igitur quo στέλλεσθαι illi quidem ut proficiſci dederunt, cauillator uero pro mitti accepit, hæc uero & circa æquiuocationem eſſe poteſt cauillatio, maxime uero erit circa amphibologiam. aut enim quia quo itis, aut quo ab alio miſi æſtis. nõ quidem & circa dictionis figuram erit, στέλλεσθε pro mittitis cauillatoribus pro actiuo paſſiuum accipientibus. & arte declarat, & prius, quod temporis aduerbium, nec non & partem animalis anteriorem. ſed & catharus ſignificat quidem, & quod ſanum. catharus enim borreas ſanus dicitur. ſignificat uero & rem, quæ inquinatione & macula caret. quamobrem ſi pro ſano hic daret, hic uero pro puro, & nitido concludit, non ratiocinatione collectum eſt. hoc uero, num Euarchus? non quidem, ſed Apollonides circa compoſitionem. hic num Euarchus? non quidem, ſed Apollonides, certe, Euarchus igitur, ſed non quidem Apollonides. circa compoſitionem enim huius coniunctionis ſed, cauillatio eſt. aut & ſic, num Euarchus? non quidem, ſed Apollonides, equidem, Euarchus igitur Apollonides eſt, præſens uero cauillatio ad Euarchi fratrem per interrogationem formabatur, Euarchus uero & eius frater Apollonidis filij erant, Euarchus uero etiam pater erat, Euarchi igitur fratrem interrogabant, hoc pacto. num Euarchus tuus eſt? certe, quid uero non Euarchus pater eſt, equidem, tuus igitur Euarchus pater eſt, ſed quidem & non pater: frater enim tuus eſt. cauillationis quidem conſtitutio eiuſmodi. Ariſtoteles uero breuitati indulgens, & ab accidente cauillationes quarum & hæc eſt, & per alia nomina exponere properans, unam propoſitionem ponens, & hanc imperfectam, aliã prætermiſit. erat enim oratio perfecta, ſi ſic iacuiſſet. num Euarchus tuus eſt? imperfectam uero ipſe poſuit. quia hoc, num Euarchus? interdum quidem huic cauillationi eſt coniungi, nonnunquam uero huic pater eſt, poſſit. hoc uero, non quidem ſed Apollonides. cauillationis ſolutio eſt, potentia dicens, non eſt mihi Euarchus pater, ſed Apollonides. poteſt & ut exemplum æquiuocorũ Euarchus intelligi. Euarchus enim duplex, aut bene imperium adminiſtrans, aut pulchrum habens imperium. & forte de Apollonide pulchrũ poſſidente imperium, qui non recte eius adminiſtrationem curabat, oratio interrogabatur. forte utique & ſciſcitatio, num Euarchus hic? equidem, quid uero hic Platonis (ſi contigerit) dialogus eſt. quia & ens & unum, hi quidem æquiuoca & pluriſariam dici aiunt; non incompertum eſt. Parmenides enim unum ens, Plato uero unum uno modo dici, Ariſtoteles uero utrunque pluriſariam dici aſſerit. Zenonis uero rationem & Parmenidis ſoluere dicit non alium, ſed aut ſe ipſum. hic proprie Parmenidis & Meliſſi rationes in naturalibus, rationes uero Platonis in ſcientia diuina diſſoluit. quemadmodum uero inquit in rationum ante dictarum nonnullis quomodo diluantur inſpicere difficile eſt. aliquæ quidẽ facilius, nonnullæ uero difficilius cognoſcuntur. pariter eſt & in redargutionibus quæ accidentis ſunt. harum enim ut cum circa accidens ſunt, uideantur, faciles ſunt, aliquæ uero ſi circa hoc factæ ſunt, uix apprehendi poſſunt. eſt uero oratio acris quæ dubitare maxime facit. hæc enim maxime mordet, qualia ſunt in quinta de interpretatione ſectione, tum quartum, tum ſextum argumentum, quibus probare nititur, quod affirmationi negatio magis quàm contraria affirmatio opponitur. deductionis enim imaginationem te uera hactam & non, facilem habent. præterea & quæ non eſſe tempus demonſtrant. quia neque ipſius partes ſunt, præteritum, & futurum, præſens uero non eſſe tempus, & alia eiuſmodi.

Ambiguitas certe duplex hæc quidem in his quæ ratiocinatione concluſa, quam interrogationum quis ſumpſerit, hæc uero in contentioſis, quo nam modo quis propoſitum dixerit. quapropter in ratiocinatiuis, orationes acriores ſcrutari magis faciunt. eſt uero ratiocinatiua oratio acutiſſima, ſi ex his quæ maxime probabilia ſunt, conflata ſit, quod quid maxime probabile aliquis auferet, & probet. una enim exiſtens oratio, contradictione tranſpoſita, omnes ſimiliter ratiocinationes habebit, ſemper enim ex probabilibus ſimiliter probabile perimet, aut probabit, qua propter ambigere neceſſarium.

Oſtendit quæ oratio ſit uehemens. Cap. CLIIII.

Ambiguitas certe duplex hæc quidem in his quę ratiocinatione colliguntur.] Dubitatio inquit eſt in orationibus ratiocinatione collectis, quid perimentibus nobis falſum deprehenditur. ut in hoc, ſi

nullus murus reſpirat, quia animal non eſt, ſi muri animalia eſſent, reſpirarēt utique. quare ſi aliquod animal, reſpirat. ſed formica, apes, & omnia inſecta ſunt animalia, & non reſpirant, non igitur murus, quia non eſt animal, non reſpirat. quare eſt murus animal, & ſi non reſpiret. quod uero murus non reſpirat, cauſa proxima, non quia animal non eſt, hæc enim longe. ſed quia pulmonem non habet, dicta uero communiter tum de diſputantibus, tum de fallentibus, ac decipientibus dicuntur. quoniam uero differentes ex probabilibus ratiocinantur. horum enim rationes dixit ratiocinatione collectas, non omnino uero probabilia, & proprie uera ſunt. an uero utraque ſumpta probabilia ſint. oratio hæc uehemens eſt. dubitationem enim facit, utram propoſitionem perimentes, quod illatum eſt, tollemus. hoc uero, quia enim pro hoc, quid poſitum. non enim propoſitionem cuiuſuis ablatio, & illatum ſubſtulit. (quemadmodum non raro prius dictum eſt) ſed illius propter quam, deductio conſtituta eſt. eſt quidem dubitatio prima in dialecticis orationibus hæc, in litigioſis uero quomodo quis dixerit propoſitum. hoc eſt quomodo quis reſpondendo non coarguetur. prima. ſi enim quiſpiam interrogaret, quæcunque quis non habet prius habens, num tot abiecit? dubitatio, quo nam pacto reſpōdens hic non fallatur, & coarguatur. ſi quidem affirmauerit, coarguetur, ſi uero dixerit tot quidem uō quidem, horum uero quid, uel aliqua, non utique redargui poterit. aut & hoc pacto hoc, quomodo quis dixerit propoſitum intelligens. utrum circa amphibologiam, aut accidens, aut dictorum modorum aliquem eſt. cauillationum enim nonnullæ tum circa hunc, tum circa illum modum, (ut dictum & prius eſt) apparent. eſt uero oratio ſyllogiſtica acutiſſima, quia maxime probabile. iuſtitiam bonum eſſe, prauam uero malitiam. & amplius, iuſtitiam iniuſtitia eſſe meliorem. ſi igitur quis exprobabilibus ualde, hoc tollere poterit, ut Polus & Callicles facere tentarunt, & iniuria afficere, iuſte agere melius eſſe intulerit. hæc oratio una exiſtens, quæ iniuria afficere. iuſte agere eſſe melius colligit. omnes pariter habebit ratiocinationes. hoc eſt, omnes probabilia perimentes, æqualiter ipſi probabiles faciet. probabile enim erit, & quæ iniuſtum iuſto præſtantiorem ratiocinatur. ex ſimilibus propoſitionibus & iniuſtum iuſto. ſemper enim ex propoſitionibus ſimiliter probabilibus concludentibus iniuria afficere, iuſte agere præſtantius, ſimile probabile perimetur. ut enim iuſtitiam bonum eſſe, probabile eſt, ſic & iuſte & iuſtum. quæ quidem ex ſimiliter probabilibus (ut dictum eſt prius) perimentur. hoc uero tranſpoſita contradictione, huic, æquabile eſt, tranſpo ſita ex improbabili ad probabile, & ex probabili ad improbabile. ut in propoſitis. probabile enim exiſtens hoc, iuſtitiam eſſe bonum, in contradictionem hanc eſſe non bonum, pariter & hoc iuſtitiam eſſe malum, in hanc non malum, tranſpoſitum eſt.

Maxime quidem igitur talis oratio acuta, quæ ex æquo interrogationibus concluſionem habet, altera uero quæ ex omnibus ſimilibus. hæc enim ſimiliter ambiguitatem creat, interrogationum quæ uera delenda, hoc uero difficile, perimendum quidem enim, quid uero perimendum, incompertum eſt.

Item duas peracutas rationes ponit. Cap. CLV.

Maxime quidem igitur talis acuta.] Illam maxime inquit orationem eſſe acutam, quæ concluſioni quæ probabilis eſt, non diſſimilis exiſtit, & propoſitiones probabiles atque concluſioni perſimiles habet. uix enim hæc apprehendi poteſt, propter quam concluſio illata eſt. ut quæ animam probat immortalem, probabilis eſt, per propoſitiones ſimiliter probabiles. ſi enim ex contrarijs contraria gignũtur, album enim ex nigro, & ex albo nigrum, atque ex calido frigidum, & ex frigido calidum, & alia pariter fiunt uero & ex uiuentibus mortui, reciprocatio eſt & hic. & ex mortuis uiuentes eruut: uita enim & mors contraria. hic enim non admodum propter quam concluſio illata eſt, planum exiſtit, utrũ quia dicitur, contraria fieri ex contrarijs, an propter hanc quia uita & mors contraria ſunt. alteram uero eſſe quæ ex omnibus ſimilibus, hoc eſt, quæ propoſitiones ſibi ipſis ſimiles habet, concluſioni uero diſſimiles, ut propoſitionibus probabilior ſit concluſio. in prima quidem, in qua propoſitiones concluſioni ſimiliter probabiles, non perſpicuum eſt, ſi deductio facta ſit. in altera uero quia propoſitionibus concluſionem probabiliorem eſſe clarum eſt deductionem factam eſſe planum exiſtit nō enim concluſionem propoſitionibus probabiliorem eſſe, ſed concluſione propoſitiones oportet. ſiquidem ex credibilioribus & notioribus ratiocinationes conſiſtere oportet. quamobrem ſibi ipſis ſimiles. quia cōcluſione minus ſunt probabiles, quod quidem deductio facta ſit perſpicuum eſt, propter quam uero cum adinuicem ſimiles exiſtant incompertum eſt. in priore uero omnino occultum, ſi deductio facta. quia propoſitionibus ſimilis concluſio eſt. in altera enim propoſitionum tollere aliquam oportere manifeſtum eſſe dicit. qualem uero quia adinuicem ſimiles ſunt, planum non eſt. talium uero ratiocinationum ſimiles adinuicem propoſitiones habentium concluſioni uero diſſimiles librorum tranſnaturalium ſecundus refertus eſt.

Litigioſarum uero acutiſſima quidem prima, quæ ſtatim utrum ratiocinata eſt, an non compertum non eſt, & utrum circa falſum, aut diuiſionem ſolutio eſt. reliquarum uero

altera quæ circa diuiſionem an ablationem eſt, planum exiſtit, incompertum uero eſt per quam interrogationum ablationem, aut diuiſionem ſoluenda eſt. ſed utrum ipſa circa conclusionem an circa interrogatorum aliquod eſt. interdum quidem igitur oratio ratiocinatione non collecta, fatua eſt. ſi improbabilis ualde ſit, aut aſſumptiones falſæ. interdum uero ut deſpectui habeatur non digna. cum enim talium interrogationum quippiam de quo oratio deficiens deſideratur, & propter quod & non præaccipiens hoc, & per ratiocinationem illatam fatua eſt ratiocinatio. cum uero eorum quæ extrinſecus oratio proba, & non contemnenda, interrogans uero non recte interrogauit. eſt uero ſic quidem ſoluere, interdum quidem ad orationem, aliquando uero ad interrogantem, & interrogationem, nonnunquam uero ad horum neutrum. pariter & interrogare eſt, & ratiocinari, & ad poſitionem, necnon ad reſpondentem, & ad tempus cum plus temporis ad ſolutionem requiratur, quam ut in præſenti ad ſolutionem diſputetur tempore. ex quot quidem igitur, & ex quibus a diſputantibus cauillationes conſtituantur, & quonam modo mentientem demonſtrabimus, & inopinabilia dicere faciemus, amplius ex quibus ratiocinatio contingit, & quomodo interrogandum, & quis interrogationum ordo, præterea ad quid eiuſmodi orationes omnes conducant, & de reſponſione ſimpliciter omni, & quō pacto orationes ſoluendæ, & ratiocinationes hæc a nobis de omnibus dicta ſint. reliquum uero eſt, ut propoſitum a principio in memoriam reuocem, dicendo de ipſo non nihil breuiter, atque ut prædictis finem conſtituam.

Contentioſorum orationum, quæ in primis acutæ admodum ſunt, ponuntur. Cap. CLVI.

Litigioſarum uero acutiſsima quæ ſtatim plana non eſt.] Cum diſſeruit orationum dialecticarum quæ ſunt acutę, nunc dicit cauillationum quæ tales ſunt, & inquit primam eſſe, quæ prima plana ſtatim non eſt, ſi ratiocinatrix eſt, an non? qualis Parmenidis oratio unum eſſe ens dicens. eſt uero eiuſmodi, quod præter ens non ens, quod non ens nihil, unum igitur ens. hæc enim quamuis non ratiocinatrix eſt, ſed non omnino perſpicua, eſt uero non ratiocinatrix. quia ex poſitis unum igitur ens ſed quia unum ens eſt, non concluditur. eſſe uero cauillatoriam, & non ſyllogiſticam in primo de naturali auditu dixit, ambæ enim inquit illic litigioſę & Melliſi uero onerosa magis, & nullam habens dubitationem, ut uidelicet Parmenidis oratio ſit ambiguitatem habens. prima quidem igitur in litigioſis oratio hæc acuta. eſt, quæ non explicat, quo ſublato utrum concluſione an propoſitionum aliqua? auferetur quod à ratione abhorrens eſt. hoc enim, & utrum circa falſum ſolutio an circa diuiſionem. huic æquabile eſt, utrum ſolutio circa concluſionem falſum inſerentem, quam quidem dixit ipſe circa falſum. an circa propoſitionum alicuius ablationem eſt, quod quidem dixit ipſe diuiſionem. altera uero quæ manifeſte quidem habet ſolutionem eſſe circa ablationem, neque manifeſta eſt propter cuius interrogatorum ſublationem, hoc eſt, interrogatorum quale perimentes rationem ſoluemus, ſed ambiguum hoc eſt, deceptio circa concluſionem eſt an circa interrogatorum quippiam. hoc uero planum quidem, quia circa diuiſionem aut interpretationem eſt. huic æquale eſt. planum quidem quod circa interemptionem eſt. hujus enim circa diuiſionem ablatio interemptio interpretationis loco eſt. a primo uero alter diſtat modus. quia ſecundus perſpicuam habet concluſionem. & ſi & hoc non planum quo ablato auferetur & quod illatum eſt, utrum concluſione, uel propoſitionum aliqua. primus uero ſtatim ignotus erat, hoc habens, ſi ratiocinatio eſt an non? & huius quod circa interrogata errores conſtituantur præſens liber refertus eſt. quod uero circa concluſionem oboriatur error, cum non quod ex interrogatis contingit, adducemus, ſed hoc dimittamus, aliud uero quid quod uolumus inferamus. quemadmodum habet & Parmenidis ratio, & illa cuius mentionem prius fecit Ariſtoteles dicens. quorum ſcientiæ probæ, diſciplinæ probæ, mali uero diſciplina proba, proba igitur diſciplina malum. nō enim expoſitis hoc contingit; ſed quia mali ſcientia proba. dicit uero & ratiocinationem ſtultam cum quis quod deeſt, non præacceperit ante. & per quod propoſitum colligere debet, ſed hoc quidem trāſponit, & præter ipſum concludit. quod quidem habet, & Melliſi oratio unum ens & infinitum demonſtrans. & aliæ non paucæ. quemadmodum & dicens non ſubſtantia ablata non auferri ſubſtantiam ex quibus uero ablatis eſt, & hoc ex his corrumpi. hic enim propoſitiones deſunt, quemadmodum in libro de ratiocinationum reſolutionibus didicimus. extra uero deeſſe dicit propoſitiones demōſtratiuas alicuius eorum quæ ad propoſiti probationem ſumpta ſunt. has enim ſi nō conſolatoria qui-

ſpiam cenſens conſtitutione indigentes accipiens concludit, deficere utique quid eorum extra ea quæ ratiocinatione dici poterit. & ſi non diceres cauillatorias propoſitiones demonſtrare oportere. hæc enim ut dictum eſt communia ſunt. dicitur & ad differentes, aut & ad cauillatorie interrogantes, quæ ab ipſis interrogata ſunt demonſtrare oportet. ſi quidem uere refellere debent. quemadmodum & aiunt. non enim apparenter ſed uere refellere aſſerunt. præterea planius dicere hoc, per hoc, interdum quidem oratio non ratiocinatione declarata einſmodi eſt, interdum quidem rationem quæ ſyllogiſmo collecta eſt, fatuam uocare licet, & dignum ut deſpiciatur, aliquando uero hoc facere non licet. non enim ut hæc uocetur fatua, decet, neque digna ut contemnatur. ſi enim eiuſmodi ex probabilibus aut falſis aſſumptionibus compoſita oratio ſtulta eſt, & deſpectui ut habeatur digna, aut cum taliũ interogationum quæ rei accommodantur, de qua oratio & per quam concluditur aliquid deeſt, oratione non hoc ante præaccipiente neque ratiocinante; cum uero eorum quæ extrinſecus ſunt, quippiam deficit, uidelicet propoſitionum ad probationem attinentium, quæ duæ in oratione aſſumptę ſunt. oratio & ſi non bona non contemnenda tamen eſt. interrogans uero non recte interrogauit, neque ad poſitionem, neque ad reſpondentem, ſed ad tempus. quæcunque talia proponunt quæ plurimo & productiori ut appareant, indigent tempore. ſi ut proponuntur ſic ſe habent. quamobrem & reſpondentem ad tempus ſoluere oportet, ad tempus uero ſoluet, ſi inſtantias attulerit, quæ ut ſi uerę ſint, perpendantur, multum temporis expoſcunt. & enim inſtantiarum partim quidem ſunt, partim uero cum nõ ſint, (ut in diſſerendi artis octauo dictum eſt) eſſe uidentur. aut ad tempus ſoluet, & ſi hoc pacto quodammodo dixerit, non do hanc, neque concedo. quia non uidetur, & ſi uera eſt, ut cognoſcatur, multo opus eſt tempore, quæ uero ſequuntur maniſeſte differit.

b

Quandam igitur de propoſito ex inexiſtentibus ut probabilius ualde facultatem ratiocinandi inuenire elegimus. hoc enim eſt dialectices per ſe & tentatiuæ munus. quoniam uero ipſius præparatio eſt quia uicina proximaq́; cauillatoriæ eſt, ut non dialectico ſolum more experimentum capere, ſed & ut cognoſcens ualeat, hac de cauſa negotij non ſolum dictum opus ut rationem accipere ualeat; ſed et quonam modo poſitionem reſpondendo rationemq́; reddendo tuto defendemus, huius uero cauſam diximus. quoniam & propter hoc non reſpondebat, ſed interrogabat Socrates. neſcire enim fatebatur. in his uero quæ prius tractauimus, & ad quot, ex qualibus, atque quantis hoc erit, & unde horum copia ſubminiſtrabitur, nobis declaratum eſt. amplius uero quo nam modo interrogatio omnis interroganda, aut in ordinem redigenda & de reſponſione atque ſolutione ad ratiocinationes, & de alijs declaratum eſt, quæcunque eiuſdem orationum diſciplinæ ſunt. ad hæc de paralogiſmis quemadmodum iam diximus prius pertractauimus, quæ quidem igitur elegimus ad finem perducta eſſe planum eſt. quod uero in hac accidit tractatione nos latere minime oportet. omnium enim quæ inuenta ſunt, partim quidem ab alijs prius ſumpta, a poſterioribus qui ea recepere paulatim elaborata incrementum ſuſcepere, a principio uero inuenta modicam primum in mollem tolli aſſueuere, ut illa quidem quam quæ poſterius ex his facta eſt coagmenta longe utilior, maximum enim omnium forte, ut dicitur, principium. quamobrem & difficillimum quanto enim uirtute præſtat, tantam mole minimum exiſtens ut comprehendatur difficillimum eſt. huic uero inuento addere, & quod reliquum eſt, annectere facile eſt. quod quidem & in rationibus reipublicæ adminiſtrãdæ accidit, fere uero & in omnibus alijs artibus. aliqui enim principijs inuentis omnino parum quid prouehere, hi uero nunc comprobantes quæ a multis recepere, uelut paulatim per ſucceſſionem prouehentibus hoc pacto auxere. Tiſias quidem poſt primos, poſt Tiſiam Thraſimachus, poſt hunc uero Theodorus, & multi multas addidere partes. quamobrem ſi ars in immenſum elata eſt nihil admirandum.

Declarat cur dialecticus non ſolũ interrogat, ſed rationẽ reddit, ſeque hanc artẽ inueniſſe & perfeciſſe dicit. Cap. CLVII.

Quandam igitur facultatem ratiocinandi inuenire elegimus.] Facultatẽ ratiocinatiuam de locis

Declarat cur dialecticus non ſolum interrogat ſed rationem reddit ſeque hanc artem inueniſſe & perfeciſſe dicit. Cap. CLVII.

Quandã igitur facultatẽ ratiocinandi inuenire elegimus.] Facultatẽ ratiocinatiuã de locis tractationem dicit, & in illis dictum eſt, cur facultas dicitur, dixit uero in libris de locis, propoſitum quidem tractationis uiam inuenire, qua de omni propoſito tatiocinari ualeamus. cum hoc dixit, & intulit hoc, & ipſi rationem reddentes cauſam nunc huius cur artis differendi munus eſt non ſolum orationem accipere, & interrogare ſed & rationẽ reddere & dare poſſe, dixit, per hoc, quoniam ipſius proparatio eſt quia uicina proximaque, cauillatoriæ eſt. dictos uero modos prius in memoriã teuocare oportet, & hoc pacto dictionẽ percurrere. dictum uero eſt. ut ad geometriam ars falſigrapha, ſic ac differẽdi artẽ cauillatoria ſe habet. ut. n. illa ex principijs inchoans geometricis falſas conſtituit deſcriptiones, ſic & hæc cauillatoria & apparentibus quidem probabilibus, quæ probabilia differendi artis principia extant, initium auſpicatur. hæc uero quibus utitur aut probabilia non ſunt, ſed apparentia ſolum, aut ſi probabilia ſunt, uitium in figura exiſtit, cum aut ex duabus particularibus, aut ex ambabus affirmatiuis in ſecunda concluditur figura. ſi igitur hæc uera, recte cauillatoriam dixit eſſe dialecticę uicinam. utraque enim in omnibus aggreſſus habent. & ſi (ut dictum eſt) differunt hæc quo hoc pacto ſe habet quod dicitur eſt quoniam dialecticę cauillatoria uicina eſt, quæ non ſolum oratione accipere poſſe, ſed ut notitiam & ſcientiam habens, pollicetur. dialecticus enim tanquam non cognoſcens ſciſcitatut, quæ interrogat. cauillator uero omnia ſcire promittit, & nihil eſſe quod ipſum lateat. ſi uero omnia nouit, ex omnibus uero & quæ interrogat ſunt. planum igitur ut nouit, & quot & qualia interrogat. hoc enim Platonis Gorgia declarauit, dicens, nullus nũquam multis annis nouum aliquid me interrogauit. quaſi dicens omnia quæcunque quis me interrogat, noui, & nihil eſt quod me fugiat. quoniam igitur cauillatoria omnia ſcire pronunciat. dicentem uero cognoſcentem omnia interrogari & quæ ſcit plana facere quam interrogare conuenit magis, & dialectices opus eſſe apparet non ſolum interrogare, ſed & interrogari, & rationem reddere, & hoc magis, ſi enim ad cauillatoriam rationem aſſignare ſpectat magis ut pote quæ omnia ſcire dicit, dialectice uero uicina eſt. cauillatoria erit utique & dialectices rationem aſſignare officium. propter hanc igitur inquit cauſam ibi dixi non ſolum poſſe rationem ſumere, eſſe dialectices opus, ſed & dare. in oratione uero hac cauſam huius diximus nunc deſideratur: non enim ibi ſed nunc dixit. quamobrem & rationem reddere dialectices eſt opus. quia non ibi neque præcipue & rationem reddere ad dialecticam attinet, ſed propter cauillatorie ad ipſam uicinitatem. poſuit uero Socratẽ nihil ſcire dicentem, uelut quę interrogat, differendi artifice ignorante, interrogantem uero ut ignarum rationem reddere non neceſſe, ſed magis ſumere, dicit uero ab ipſo in arte differendi eſſe declaratum. hæc enim & ex quibus & ad quot interrogare, & rationem reddere ante dixit. aut dicit utique ante, & hic dicta; dixit enim ex quibus conſtantur interrogationes, & ad quot proſpicientem interrogantem interrogare, et reſpondentem rationes præſtare, & quæ ſequũtur, plana ſunt. in oratione uero hac ab alijs quidem ſumpta prius; laborata ſubſiſtendum in hac dictione. prius, deinde adducendum elaborata, & his continenter hærentia. quod uero dicit eſt, quia ab aliquibus inuenta prius, illis poſteriores deinceps omnes accipientes paulatim laboribus & induſtria & ſuis quiſque additionibus in immenſum auxere. hoc uero in minori primo tranſnaturalium libro dixit. hoc uero, utiliorem quidem longe incremento quod ex his poſterius factum huic, idem eſt, ex aliquo principio inuentio quamuis quod inuentum eſt imperfectum ſit, tamen huius inquã inuentio longe incremento & perfectione quæ poſterius inuenta, utilior exiſtit. ſi enim non omnino inuentum eſſet; non utique incrementum ſuſcepiſſet. cuiusuis enim inquit in ſcientia diuina quod inuento deeſt, addere, principium uero inuenire non cuiusuis. omne enim principium quantum uirtute optimum eſt, tantum magnitudine minimũ, & multa quæ hoc modo ſe habent nobis perſpicua ſunt. & enim fici gramen & ſi paruiſſima ſit mole, uirtute tamen magnum exiſtit. ſi quidem ex ipſo ficus tanta magnitudine arbor. hanc igitur ſi quis a principio nouerit neque ſomnians ſperaſſet quod tãta ex ipſo futura eſſet arbor tamen hoc inuento ut principio, multa nobis ex hoc paulatim laborantibus plana facta ſunt. ut quod in ipſo uirtute erant, truncus, & ramus & folia, & Surculi. tum quia naturales tum ſeminales in ipſa ſunt incorporee rationes, non enim tot multitudine exiſtentes in ipſo hoc pacto ſecundum molem paruiſſimo exiſtẽte locum quo conſiſterent, ſeparate haberent.

Huius uero negotii non hoc quidem erat, hoc uero non erat elaboratum, ſed neque omnino erat. & enim eruditio eorum, qui ex rationibus litigioſis mercedem reportabant, Gorgie tractationi ſimilis quædam erat. hi enim orationes rhetoricas, hi uero ut interrogatiuas addiſcerent exhibebãt, in quas plurimum oratione utrique adinuicem incidere conſueuerãt quamobrem uelox quidem, arte uero carens doctrina erat, his qui ab ipſis inſtituebantur. non enim artem, ſed quæ ab arte tradentes erudire exiſtimabant. quemadmodum ſi quis ſcientiam traditurum ut pedes dum laborarent nihil offenderentur, affirmaret. deinde corium incidendi doctrinam nõ traderet, neque unde talium ſummeretur copia, multa quidem

omnium genera daret calciamentorum, hic enim quæ ad uſum ſpectant, ſubſidia cōparauit, artem uero non tradidit & de rhetoricis quidem plurima forte, & antiqua dicta extabāt. de ratiocinatiōe cōſtituēda omnino nihil aliud quod dicere poſſemus prius habuimus, ſed in quirendo cunctātes tēporis plurimū elaborauimus, ſi quidē uobis ſpectantibus apparet, nō ex talibus ab initio exiſtentibus diſciplinā iuxta ac alias tractatiōes, quæ incrementū ex ſuc ceſsione habuere ſufficienter traditā, reliquū ueſtrum omniū aut auditorū munus, ſi quæ dam in diſciplina deſiderantur, tribuere ueniam, ob inuenta uero plurimā habere gratiam.

Oſtendit antiquos non artem ſed quæ proſiunt ab arte tradidiſſe. Cap. CLVIII.

Huius uero negotij.] negotium dicit aut diſſerendi artem, aut uniuerſam logicam. maxime mercenarios cauillatores uocat, ut ab apparente ſapientia diuitijs affluentes. quæ uero Gorgiæ pertractatio cui cauillatoriā ſimilem eſſe dicit, Platonis Gorgiā legētibus manifeſta. cauillatores uero eiuſmodi aſſerit docere orationes, in quas cognouere orationes adinuicem incidere. hæ erāt quæ ex æquiuocatione, & quæ ex āphibologia, & reliquę, quę ſequūtur, plana sūt. non. n. artē ſed quod ab arte tradētes erudiēdi onus ſuſtinuere omnis uero ars ratiocinatiua uia eſt, in qua & uerus elēchus cōſiſtit. hāc quidē tradēs, & artē prodit & erudit. deductiones uero & paralogiſmi loci. uidelicet. deceptionis quibus utebātur, & docebāt cauillatores, nō ars, ſed ab arte, q. n. facultatē & rōcinādi ſciētiā habet, illū & decipere poſſe perſpicuū eſt. ut. n. qui recte ſcribēdi, & ſanitatis inducēdę artē callet ille & nō recte ſcribere, & morbū inferre maxime nouit. hoc pacto & qui ſciēter rōcinari ualet, ille & fallere nouit. quāobrē fallere cui qdē cauillatores ſiuū impēdebāt ſtudiū, & alios docebāt, nō ars eſt, ſed ab arte produci gignique poteſt. ſed & qui p diuiſionē rōcinari docēt, & hā c tradūt nō artē dāt. eſt. n. diuiſiua (ut in libro de propoſitionū copia dictū eſt) ut rōcinatio, ībecillis at ab arte eſt. qui. n. rōcinari, & demōſtrare nouit, & diuidere, & quod p diuiſiōnē ſumptū eſt, rōcinatione cōcludere ſcit: ſed & inductiōe aliquid colligētes idē patiūtur, in oratiōe uero hac nō ex talibus ab initio exiſtētibus diſciplinā iuxta ac alias tractationes quę incremētū ex ſucceſsiōe habuere, ſufficiēter traditā, hęc dictio ſufficiēter cū quadā audacia illata eſt, alię quidē artes nō ab principio neque ab ipſis inuētoribus perfectionē, ſed ab his qui eas recepere abſolutę perfectęque ſunt, logicū uero negotiū ab Ariſtotele primo inuentū & ab ipſo perfectum, cui nos omnes non plurimam (ut ipſe dixit) ſed neque tantam quanta oratione cōplecti poteſt, gratiam habere oportet.

ERRATORVM CORRECTIO, QVA OSTENDITVR QVID VNOQVOQVE LOCO

caſtigandum ſit. Loca uero ſic inuenies, ut numerus primo loco poſitus, folium ſignificet, folium uero integrum, non quemadmodum ſignatum eſt numeris: ſecundus faciem, tertius capitulum, quartus uero lineam, quod ſi duplex ſit, duobus locis id inuenies.

In præfatione, fol. 1. *facie prima linea* 42. *Cum. In eadem præf.* 1.2.20. *reliquarum ulla. In eadem præf.* 1.2.32. *huic cauere, in eadem, lin.* 56. *ſupinum. in eadem præf.* 2.1.7. *nimis.* 2.2.38. *iuberet.* 2.2.48. *digna.* 2. 2. 54 *coruſcans.* 2.2.34 *eſſet. In libro primo fol.* 1. *fac. prima. cap.* 2. *lin.* 3. *attinent.* 1.3. *lin. ultima. & prima* 2 *fac. artificio apparatuue.* 2.1.6. 16. *duplum, duplum.* 2.2.9.26. *dicta.* 4.1.12.15 *ſtudebant.* 4.2.15.50. *ſimpliciterq; omnes & ex propria quiſq;.* 4. 2. 15. 50 *habeat.* 5.1.15.8 *& utramq;.* 5.1.15.11 *ſimulant.* 6.1.18.21 *non paruam.* 6.2.20.9. *& occiſorem.* 7.2. 25.54 *tāium enim* 8.1.25.21. *& adhuc amplior.* 8.1.26.43 *accentus.* 8.2.26.20. *hacq; tranſponere carmina, Ariſtotelem perſpicuum eſt.* 8.2.27 43. *ut ſaneſcere.* 9.1.27.6. τὸ ἄρχειν. 9.1.27.13. μέμφεται. 9.1.27.17. 10.2.31.39. *duplus trium non duplus* 10.2.39.38 *idem duplum & non duplum.* 10.2.31.40 *duplum ſecundum latitudinem non duplum.* 11.1.31.33.34 *duplum & non duplum eſſe ratiocinatur eundem non eſſe duplum.* 11.1.31.34: & 35. *ipſum duplum eſſe non duplum.* 11.1.31.34:35. *duplus, ad reliquos uero numeros non duplus.* 11.1.31.54. *duplum & non duplum.* 11.1.31.55 *duplus, trium uero non duplus* 11.1.31.55 *duplum, & item eiuſdem non duplum.* 11.2.34.45 *ſententia.* 11.2.33.30 *accepere* 12.2.34.16. *alicui corruptioni generatio aliqua.* 12.2.34.31 *hoc uero in præſentia non fit.* 13.1.35.1. *quo.* 14.1.37.12 *qua cauillatores.* 14.2.38.56 *quid ne triangulus eſt.* 14.2.38.54 *ignorantes enim contra ſcientes.* 15.2.41.5. *flauus enim melli inſitus.* 15.2.41. 5. *terra humecta concomitanter.* 16.2.44.8 *per nos ipſos.* 16.2.44.36 *cauſa.* 18.2.51.20 *ſæpe dictum eſt.* 19. 2. 55. 15 *in arte.* 20.2.58.22 *immoderanter.* 27.1.81.1.2.3. *duplum.* 27.1.81.12.13. *ut duplum dimidij duplum, quæ dupli ratio eſt, quia ad dimidium dicitur duplum.* 27.1.81.13 *dupliciter.* 27.1.81.14 *duplum.* 27.1.81.15 *dupla.* 27.1.81.15 *duplum.* 27.1. 81.15 *in duplo.* 27.1.8.16.17.18 *duplum.* 27.1.82.43.44 *duplum.* 27.2.83.22 οἰκουμένων μάνιν. 28.1.85. 10. *ſignificat.* 28.1.85.17 πρῶτον. 28.1.85.11. *hoc eſt iſtud uiciſſim mutare compoſitionem.* 28.2.88.22. *ut cognoſcas inquit q ea quæ irā atq; ſcandeſcentiam mouent, interrogat.* 29.2.91.25 *uideris enim.* 31.2.98.8 *differens.* 32.2.93.9 *concludens.* 32.2.94. 28 *ea uidelicet dicta.* 24.2.71.30 *iniuria affectus, afficientem iniuria ne ulciſcatur, bonum ne an non.* 33.1.106.47 *nouiſtis.* 28. 2.107.18 *cedentem ac penè recuſantem.* 29.1.107.12. *an.* 34.2.111,21 *percunctemur.* 34.2. 111.37. *namq; quid nomine ſumitur cum nomine, illinc ipſum accipitur ut contrariorum ſcientia una.* 35.1.113.23 *mutila.* 37. 1. 121. 8 *quòd uero in hoc unum.* 37.2.124.30 *& orationem.* 38.1.125.51 *amphibologia non eſſe.* 38.1.25.51 *deijcere hoc nunc me.* 38.1.125.50 *magis erat proprius.* 38.2.128.38 *ſed differentia ponit.* 39.1.127.41. *poſthac.* 39.2.127.11.15 *concederes & poneres.* 40.1. 119.6. *à ſubſtantia.* 40.1.129.14 *operatur.* 42.1.133.16 *interrogant enim.* 42.2. *textus* 136.7 *aut inueniens ſcit.* 44.1. 138.9 *aut falſum.* 45.2.141.39 *ueritati obtemperans.* 46.1.142.14 *uerus.* 46.2.143.37 *calumniatorem inſectari & à Platonis poſſeſsionibus pelli.* 47.2.144.2. *& duplus eſt ad duo, ad tria uero non duplus.* 47.2.145.10 *ſic manifeſtum erit.*

VENETIIS Apud Hieronymum Scotum, M. D. XLVI.

[library stamp]